II *cum obiecto directo*: **a** *rei*: PLAVT. Amph. 116 ne hunc ornatum vos meum admiremini, quod ego huc processi sic cum servili schema. TER. Haut. 826 cave quicquam admiratus si[e]s. Eun. 250 ⟨e⟩is ultro adrideo et eorum ingenia admiror simul. RHET. Her. 3, 22, 36 solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur. CIC. div. Caec. 57 id quod vos omnis admirari video. Cat. 1, 7 id quod multo magis est admirandum. Sulla 9 har. resp. 28. prov. 26 quod ... maxime homines admirentur. Phil. 2, 42. Cluent. 27 audaciam. prov. 27 sum Cn. Pompei virtutem et animi magnitudinem admiratus. Deiot. 12 Cn. Pompei bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes numerabamus. Phil. 5, 50 prudentiam. 9, 9 virtutem. de orat. 1, 93 ingenium ... vehementer. 1, 137 haec. 1, 219 quorum ego copiam magnitudinemque cognitionis atque artis non modo non contemno, sed etiam vehementer admiror. 1, 221 etiam si valde probent ingenium, oratoris sapientiam admirentur. 1, 237 impudentiam. 1, 243 illud nimium acumen illuderes et admirarere ingenium Scaevolae. 2, 59 id mehercule ... admirans illud iam admirari desino quod multo magis ante mirabar. 2, 126 in vobis ... hoc maxime. 2, 236 acumen. 2, 362 cum humanitatem et facilitatem adgnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam et copiam. 2, 363 multo magis virtutem et diligentiam. 3, 38. 3, 225. orat. 97 ornatum dicendi et copiam admiratae gentes. *ibid.* eloquentiam (opt. gen. 15). 210 dicendi ... vim. Brut. 44 ubertatem et copiam. 323. Tusc. 3, 8 id quod admirari saepe soleo. 3, 30 nihil (5, 81 HOR. epist. 1, 6, 1). rep. 2, 18 hoc ... in Romulo. 6, 19. off. 1, 66 nihil hominem nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari aut optare aut expetere oportere. 2, 36 omnia. 3, 75 hoc. Cato 85 id. Tusc. 1, 84 naturae cognitionem. 5, 8 ingenium et eloquentiam. 1, 59 maiore etiam quodam modo memoriam admiror (div. 2, 35). 5, 8 (9) novitatem nominis. Cato 85 admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam. 59 et proceritates arborum et derectos in quincuncem ordines et humum subactam atque puram et suavitatem odorum. 4 rem haud sane difficilem. *ibid.* sapientiam (5). ac. 2, 1 ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnosceret. off. 2, 56 pecuniarum effusiones. 3, 45 fidem. 2, 37 splendorem pulchritudinemque virtutis. rep. 1, 21 sphaerae speciem ipsam non sum tanto opere admiratus. 4, 8 elegantiam. nat. deor. 1, 24 tarditatem. 1, 121 imagines. div. 2, 148 naturam. 2, 6 aut adulatus aut admiratus fortunam. Att. 4, 2 partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam. 5, 10, 3 βαθύτητα. 6, 9, 1 brevitatem *epistulae.* 12, 6, 2 teque istam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum esse gaudeo. 16, 7, 3 illud admirari non satis potui quod (*pron. rel.*) scripsisti his verbis. ad Q. fr. 3, 1, 23. epist. 1, 7, 9 magnitudinem ... animi ... semper sum admiratus semperque amavi. 2, 3, 1 facultatem. 3, 7, 5 nomina. 3, 12, 1 nihil ... magis. 6, 6, 10 in quo admirari soleo gravitatem et iustitiam et sapientiam Caesaris. 11, 29, 1 fidem tuam et ... religionem. 13, 44 idque ... minime sum admiratus. 15, 4, 12 virtutes. CAEL. Cic. epist. 8, 8, 2 amentiam. CAT. 53, 4 admirans ... haec. 64, 15 monstrum. LVCR. 1, 611 omnia ... magis admirantur amantque. 6, 850 fontem nimis. CAES. Gall. 5, 52, 2 turres, testudines munitionesque hostium. 7, 52, 3 quanto opere eorum animi magnitudinem admiraretur ... tanto opere licentiam arrogantiamque reprehendere. civ. 3, 86, 2 id. HIRT. Gall. 8, 9, 2 multitudinem hostium. SALL. Iug. 2, 4 quo magis pravitas eorum admiranda est. NEP. Them. 10, 1 huius rex animi magnitudinem admirans (-atus *ed. Vltraiect.*). CVRT. 7, 10, 7. Epam. 6, 3 stultitiam. VERG. Aen. 6, 408 admirans venerabile donum. TIB. 2, 3, 23 capillos. OV. met. 13, 913 colorem caesariemque. PROP. 2, 17, 7 Sisyphios ... labores. LIV. 1, 1, 8 nobilitatem. 31, 34, 8 universam speciem castrorum. 39, 10, 3 cum verba tum perturbationem. 45, 32, 10 non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis. VITR. 9 pr. 14 Democriti de rerum natura volumina. 10, 22 (16), 3 hoc exemplar. SEN. contr. 7, 2 (17), 12 magisque admiratus est potentiam suam. 10, 1, 13 Bassi sententiam. VAL. MAX. 1, 6, 1 prodigium. 3, 2, 1 fortitudinem. 3, 2 ext. 9 animum (4, 7 ext. 1). 6, 2 ext. 2 benivolentiam. 6, 8, 3 fidei robur. 6, 9, 8 portus ipsos ... tantam in eodem homine varietatem status admiratos arbitror. 8, 7, 5 constantiam. 8, 10 ext. 1 eloquentiam. NEPOT. 5, 5 aedificium. PHAEDR. 5, 1, 11 ingenium. SEN. dial. 5, 19, 3 quod tanto opere admiraris. benef. 3, 8, 1. epist. 23, 11 quod magis (71, 4). 28, 1 hoc ... quasi rem novam. 58, 23 dementiam. 64, 6 *virtutem* (TAC. hist. 1, 71 ann. 12, 51). 71, 21. 86, 3 magnitudinem animi (CVRT. 4, 1, 18). 95, 42 rem. 95, 71 constantiam. 102, 9 licet omnia eius admiretur et laudet. 102, 28 lucem. Gell. 12, 2, 11 versus. CVRT. 3, 4, 11 non alias magis dicitur admiratus esse felicitatem suam. PLIN. nat. 18, 14 ipsa ... verba priscae significationis. 32, 16 quae veteres prodidere ... admirati. 33, 149 amare etiam, non solum admirari opulentiam. 35, 57 satyrum admirantem tibias. 35, 79 opera. STAT. Theb. 9, 156 extimuit vultus admiraturque timorem. QVINT. inst. 10, 1, 131 multa ... probanda in eo, multa admiranda sunt. 11, 1, 70 *Catonis* naturam. 11, 2, 5. 11, 3, 7 orationem. 11, 3, 103. decl. 385 p. 430 lenonis impudentiam satis admirari non possumus. 363 p. 395 audaciam. PLIN. paneg. 54 quid ego istud admiror? FRONTO p. 59, 10 N. hoc vel praecipere. p. 177, 5 N. facundiam. APVL. flor. p. 24 Oud. Alexandri ... facinora et ... edi⟨c⟩ta fatigaberis admirando. p. 83 Oud. quae in te meritissimo admiramur. mund. 22 temperantiam. PS. APVL. Ascl. 25 non admirandus videbitur mundus nec adorandus. TERT. spect. 30 quid admirer? quid rideam? HYG. fab. 29 p. 63 ita ut Alcimena tam longam noctem ammiraretur. 185 p. 117 aurum. HEGES. 2, 14, 1 pulchritudinem. HIER. epist. 51, 2 illud vehementer. 51, 3. 74, 9 ut humilitatem admirer, virtutem efferam, praedicem caritatem. 24, 4. 39, 3 nequeo satis scripturae ... divinum sensum ... admirari. 68, 2 ingenium. 78, 25 virtutum choros. VVLG. Sirach 9, 11 speciem mulieris. 43, 20 pulchritudinem. act. 7, 31 visum. SVLP. SEV. Mart. 20, 7 factum. dial. 2, 7, 1 vehementer admiror reginae fidem. 3, 14, 7 miracula. SIDON. epist. 1, 11, 8 gestusque eorum miror equidem nec admiror. GREG. TVR. Franc. 3, 18 parum admirans dolorem. AVG. civ. 22, 6 illud quod de Romuli credita divinitate Tullius admiratur. AVELL. p. 333, 1 quod de sinceritate tua non sumus admirati.

b *hominis*: CIC. Q. Rosc. 29 qui admirabantur hunc, illum probabant. Sulla 31 te ... vehementer admiror. Arch. 18 hunc ego non diligam, non admirer? Sest. 135. Deiot. 20 hominum te intuentium atque admirantium. Scaur. 4 non ... tantum admiratus sum ego illum virum, ... sed etiam ... dilexi. de orat. 1, 47 in hoc maxime admirabar Platonem quod .... 1, 171 quem ego unum oratorem maxime admiror (2, 152). 2, 316 in quo admirari soleo non equidem istos ..., sed hominem. 3, 52 nemo ... est oratorem quod Latine loqueretur admiratus. Brut. 146 magis existumator metuendus quam admirandus orator. 198. ac. 2, 73 hunc maxime. 2, 115 quem admiror et diligo. fin. 5, 3 *Sophoclem* scis quam admirer. Tusc. 1, 39 quem ex tuo ore admiror. rep. 2, 1 *Catonem* unice dilexi maximeque sum admiratus. leg. 1, 15. 2, 4 quos diligimus aut admiramur. off. 2, 38. 2, 10 versutos homines et callidos. Att. 1, 16, 1 me in illa causa admiratus esses. epist. 5, 12, 6. NEP. Alc. 11, 5 eum in his maxime admirarentur. Dio 1, 5 ut neminem ... magis sint admirati. 2, 3 *Platonem* Dion adeo admiratus est atque adamavit. Ages. 8, 1 *eum* non poterant admirari satis. VERG. georg. 4, 215 illum admirantur (ille admiratur M^1 *ita ut* admirari *passive sit intellegendum, vitiose*) et omnes circumstant. LIV. 36, 15, 2 Hannibalem ... ut ... vatem. SEN. contr. 9, 3 (26), 13. PHAEDR. app. 14, 23 pulchram aspiciunt virginem et admirantur. SEN. dial. 6, 13, 1 ne nimis admiretur Graecia illum patrem. benef. 5, 7, 5 quem magis admiraberis? epist. 52, 8. 62, 3 illum admiror. quidni admirer? 110, 12 tunc te admirare, cum contempseris necessaria. 110, 12. 120, 6 ingentem virum. rem. fort. frg. 10, 3 quem tu felicem esse admirantibus credis. CVRT. 7, 6, 20 non alium ... magis. CALP. ecl. 2, 81 quotiens me conspicor, ipse admiror. QVINT. inst. 10, 1, 69. IVV. 7, 31 admirari ... laudare disertos. PLIN. epist. 1, 16, 9. 2, 1, 7 illum ... quantum admirabar tantum diligebam. 4, 17, 4 quem cum ex admiratione diligere coepissem ..., magis admiratus sum. FRONTO p. 17, 10 N. quo⟨m⟩ totum admir⟨ar⟩er, quom totum amarem tal⟨em⟩ hominem. APVL. flor. p. 21 Oud. hos ... maxime. p. 81 eos ego impensius admirarer. apol. 95 sum aeque neminem admiratus. COMM. apol. 650 *paralyticum* admirarentur grabatum in collo ferentem. HIER. epist. 130, 4 iuvenem. 74, 2 unde et admiratus est et pertimuit illum omnis Israhel. 60, 10 ita eum colebat quasi parentem, ita admirabatur, quasi cotidie novum cerneret. CLAVD. 20, 227 te quoque iam timeant admirenturque nocentem. AVG. civ. 21, 4 eos nos cognitos iam desistimus admirari. SVLP. SEV. dial. 1, 9, 5 plane eum ... admirantur et diligunt. SIDON. epist. 4, 9, 5 plus ego admiror sacerdotalem virum quam sacerdotem.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *cum praepositionibus*: **de:** Cic. Mur. 39 quid tu admirere de multitudine indocta? Att. 10, 17, 4 de diplomate admiraris. 9, 12, 2 de Dionysio sum admiratus. 7, 2, 8 de altero illo minus sum admiratus. Vitr. 2, 9, 12 non minus est admirandum de cupresso et pinu. Colvm. 2, 2, 15 de colore satis admirari non possum. **super:** Itala (Hier. epist. 65, 9) Luc. 4, 22 admirabantur (mirabantur Vvlg.) super verbis gratiae eius. Vvlg. Ezech. 26, 16 attoniti super repentino casu tuo admirabantur. Matth. 7, 28 admirabantur turbae super doctrina eius (Marc. 11, 18). act. 13, 12 credidit admirans super doctrina domini. Vvlg. Tob. 5, 10 super quae admiratus. Sirach 27, 26 super sermones tuos. **in** *c. abl.*: Vvlg. Marc. 6, 2 admirabantur in doctrina. I Petr. 4, 4 in quo admirantur.

IV *sequitur enuntiatum*: **quod:** Plavt. Amph. 116 *cf. p. 741, 31.* Varro Men. 233 nos admirantes, quod sereno lumine tonuisset. Cic. Lig. 17 non dubito quin admiratus sis vel quod de nullo alio quisquam vel quod is ... vel quidnam novi [sceleris] adferret. Deiot. 28 quod haerere in eo (*equo*) senex posset, admirari solebamus. Phil. 12, 5 admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis legationem suscepissem. 2, 27 *cf. l. 42.* de orat. 3, 52 *cf. p. 742, 51.* Cato 3 Laelium et Scipionem facimus admirantes, quod is tam facile senectutem ferat. 5 saepe numero admirari soleo ... cum ... sapientiam ... tum vel maxime quod ... senserim. Att. 6, 9, 1 admiratusque sum quod ... scripsisses. 10, 13, 2 illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem. ad Q. fr. 3, 1, 25 ne admirer, quod a te nullas *litteras* acceperim. epist. 9, 19, 1 neque hoc admiror, quod non suam potius *domum*, sed illud quod .... Caes. Gall. 6, 42, 3 maxime admirandum videtur, quod Germani ... beneficium obtulerunt. Prop. 2, 26, 21 nunc admirantur, quod tam mihi pulchra puella serviat. Ov. met. 13, 913 admiranturque colorem caesariemque ... ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis. Sen. epist. 81, 12 admiratur, quod dicimus fidem nisi in sapiente non esse. Mart. 3, 69, 1 omnia quod scribis castis epigrammata verbis ... admiror, laudo. 7, 85, 1 quod non insulse scribis tetrasticha quaedam ..., laudo nec admiror. Qvint. decl. 301 p. 186 admiratum credidi, quod hic sexus ministraret. Svlp. Sev. dial. 1, 15, 1 si admirandum est, quod illum Aegyptium flamma non adtigit. Sidon. epist. 3, 13, 1 unice probo gaudeo admiror, quod ... fugis. ***acc. c. inf.:*** Cic. Mur. 35. Sulla 22 non tam est admirandum regem esse me ... quam .... Cael. 7 partem accusationis admiratus sum et moleste tuli ... esse Atratino datam. Planc. 2 admirandum esse M. Laterensem ... reum sibi hunc ... delegisse. Rab. Post. 42 quo minus admirandum est eum facere illa. Phil. 2, 27 quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus quam facturum putavi, admiratus autem ob eam causam, quod ..., 2, 42 hoc maxime admiratus sum ... te ... ausum esse. de orat. 2, 227 illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuisse tantum. top. 3 quod quidem minime sum admiratus, eum philosophum rhetori non esse cognitum. nat. deor. 1, 11 qui ... admirantur nos hanc ... disciplinam secutos. 1, 91 ut mihi quidem admirari luberet in homine esse Romano tantam scientiam. leg. 3, 44 admirandum tantum maiores in posterum providisse. Att. 7, 17, 3 illud admiror, non ipsum ad me scripsisse. 9, 11ª, 1 te velle uti ... dignitate mea minus sum admiratus. 12, 18ª, 1 admiratus sum nihil esse in tuis *litteris* (16, 7, 2 epist. 11, 27, 6. 13, 18, 1. 14, 5, 1). Polio Cic. epist. 10, 31, 6 illud vehementer admiror non scripsisse te mihi. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 10 resistere Antonium Ciceroni ... nemo admiratur. Caes. civ. 1, 26, 2 magnopere admirabatur Magium ... non remitti. Varro rust. 1, 69, 3 admirantes id Romae esse factum. Nep. pr. 3 non admirabantur nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Alc. 1, 4 ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem. Eum. 12, 1 cum omnes ... admirarentur non iam de eo sumptum esse supplicium. Ov. met. 2, 208 inferiusque suis fraternos currere Luna admiratur equos. 13, 306 neve ... convicia fundere ... admiremur eum. Pont. 2, 3, 21 quo magis admiror, non ... vitii te quoque labe trahi. Manil. 1, 264 admirans aversum surgere Taurum. Sen. epist. 28, 5 non admiraris nihil adiuvari te regionum varietatibus. 108, 30 philosophus admiratur contra iustitiam dici tam multa potuisse. Gell. 12, 2, 4 admiror eloquentissimos viros ... ridicula laudasse. Colvm. 11, 1, 10 satis admirari nequeo ... repertos antistites. Cvrt. 7, 10, 5 admiratus [est] rex tanta magnitudine animi *eos* oppetere mortem. 8, 8, 5 supplicia non probari ... minime hercule admiror. 8, 6, 10 ne admirari quidem posset, tam promptae esse te ... audaciae. Plin. nat. 12, 2 quo magis ac magis admirari subit, ... caedi montes. 18, 65 quo magis admiror posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse frumenti. Qvint. inst. 7, 4, 40 hoc tamen admiror Flavum ... tam anguste materiam qualitatis terminasse. 11, 2, 5 magis admirari naturam subit, tot res vetustas tanto ex intervallo repetitas reddere se et offerre. decl. 321 p. 259 admirari me confiteor ... constitutas esse ... leges. Tac. ann. 16, 3 seque tunc primum elusum admirans. Svet. Claud. 4 (*verba Augusti*) Tiberium ... placere mihi ... potuisse peream nisi ... admiror. Hier. epist. 21, 3 unde vehementer admiror Tertullianum ... voluisse. 78, 1 admirantur nos exire de saeculo. Avg. civ. 10, 11 insana hominem diis minari ... merito Porphyrius admiratur. 22, 4 cur enim non vehementius admiramur incorporeos animos ... terrenis inligari corporibus? Hist. Apoll. 42 admiratur puella ... regem esse. Carm. epigr. 957 (*Pompeis*) admiror, paries, te non cecidisse ruina. ***enunt. interr.*** *nonnumquam 'cum admiratione interrogare' interpretandum*: Cic. inv. 2, 125 ipsum secum admirantem, quidnam contra dici possit. de orat. 2, 362 semper admirari solebam, unde esset illa ... divinitas. 3, 159 persaepe mihi admirandum videtur, quid sit quod .... 3, 195 illud autem ne quis admiretur, quonam modo haec volgus ... notet. Lig. 17 *cf. p. 743, 15.* fin. 1, 4 in quo admirer, cur ... non delectet eos sermo patrius. 4, 61 admirati sumus, quid esset, cur nobis Stoicos anteferres. nat. deor. 1, 6 varium ... sermonem ... admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset. 2, 124 in quo admirandum est, congressune aliquo inter se an iam inde ab ortu natura ipsa congregatae sint *conchae*. off. 2, 35 ne quis sit admiratus, cur ... ita seiungam. epist. 7, 8, 1 sum admiratus, cur ... contempseris. 15, 2, 6 cum admirarer, quid accidisset novi. Cat. 69, 1 noli admirari, quare tibi femina nulla, Rufe, velit tenerum supposuisse femur. 69, 10 admirari desine, cur fugiunt. Hor. sat. 1, 4, 99 admiror, quo pacto iudicium illud fugerit. Ov. epist. 16, 19 quo magis admiror, quae sit fiducia coepti. Liv. 29, 24, 6 admirantem, quae tam diuturnae morae sit causa. Vitr. 9 pr. 1 admiror, quid ita non scriptoribus eidem honores ... sint tributi. Val. Fl. 4, 141 obstipuit visu Nonacria proles, quid ferat admirans. Frontin. strat. 2, 5, 41 cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset. Apvl. Socr. p. 169 Oud. nequeo satis mecum reputare et proinde, ut res est, admirari, cur non etiam animum ... excolant. Hyg. fab. 126 p. 110 *Eumaeus* lacrimari coepit prae gaudio et admirari, quid esset quod .... Greg. Tvr. Franc. 4, 48 obstupiscimus et admiramur, cur tantae super eos plagae inruerint. *cf.* 7, 22 admirabam, quod erat. *sequitur* **si:** Cic. off. 2, 36 admirantur ... communiter illi quidem omnia ... separatim autem, ... si .... epist. 7, 18, 3 tu si intervallum longius erit mearum litterarum, ne sis admiratus. Ov. trist. 1, 9, 21 saeva neque admiror metuunt si fulmina. Vitr. 3 pr. 3 nec tamen est admirandum, si ... virtutes obscurantur. Sen. epist. 60, 1 iam non admiror, si omnia nos ... mala sequuntur. 122, 17 non debes admirari, si tantas invenis vitiorum proprietates. Apvl. mund. 19 ut admirari minus deceat, si illis eadem incommoda soleant ... contingere. Rvt. Lvp. 1, 10 (*in exemplo*) vehementer admiror ..., si ... existimatis. 2, 6 (*in exemplo*) nonne vehementissime admiraretur *natura*, si quisquam ... arbitraretur. *sequitur* **cum:** Cic. Planc. 58 non ... admirere, cum ... confitear. Sen. epist. 81, 12 admiratur, cum dicimus. *sequitur* **quando:** Avg. civ. 21, 8 multo amplius admiramur, quando duos ita similes reperimus.

part. fut. adi. **admīrandus:** Gloss. θαυμάσιος, θαυμαστός. Varro rust. 1, 46, 1 propter cuius modi res admiranda discrimina sunt naturae aliquot. 2, 4, 12 res admiranda. Cic. de orat. 1, 76 egregium ... hominem atque admirandum. rep. 1, 22 in eo admirandum esse inventum Archimedi. 3, 44 admiranda opera Phidiae. frg. phil. 5, 20 M. sollertia. Deiot. 26 singularis et admiranda frugalitas. Phil. 2, 69 vir ... cum foris clarus tum domi admirandus. Bell. Alex. 46, 4 qui admiranda virtute ex suis navibus in hostium naves transilire non dubitabant. Nep. Epam. 3, 2 admirandum in modum. Verg. georg. 4, 3 admiranda ... levium spectacula rerum. Liv. 42, 11, 8 admirando rerum successu. Manil. 1, 194 nec vero natura tibi admiranda videri pendentis terrae debet. Vitr. 2, 6, 1 est autem genus pulveris quod efficit res admirandas. Sen. contr. 1, 8, 11 virtus. Sen. dial. 6, 2, 3 continentiae. 11, 19, 5 simplex admirandis virtutibus. epist. 39, 3 aliis admiranda despiciet. Cvrt. 10, 5, 29 *gloriae cupido* in tantis nec admiranda (eius admittenda *codd.*) rebus. Plin. nat. 10, 92 ingenia avium. Qvint. inst. 3, 11, 22 vir subtilis et in plurimis admirandus (mir- *A*). 12, 10, 6 Euphranorem admirandum facit quod .... Ivv. 10, 11 lacertis. Apvl. flor. p. 56 Oud. numerorum admirandas vices. p. 80 sonores. Plat. 1, 2 verecundiae. mund. 17 spiritus. 19 temperantiam. Amm. 21, 12, 8 commentum cum veteribus admirandum. 25, 4, 4 victus tenuitas ... admiranda. Hier. epist. 2 consortium. Mart. Cap. 7, 725 puellas. Corp. VI 1527 (laud. Tur.) 29 ⟨quae⟩que ingredi conata sis f⟨ors⟩ sit an in quibusdam feminis ⟨conspicua et admirabi⟩lia, in te quidem minime a⟨dmi⟩randa conlata virtutibu⟨s tuis ...⟩. XI 6146 admirand(a)e sinceritatis. Inscr. christ. Rossi II p. 171, 28 (Carm. epigr. 796, 6) virgulta praecellebas admiranda (-dā *cod.*) valde.

neutr. subst. **admīrandum** *miraculum*: Ambr. in psalm. 45, 20 τέρατα Graece, admiranda dicuntur Latine. Cic. *scripsit* Admiranda. Varro logist. *tit.* Gallus Fundanius de admirandis (Non. 71 de admirandis rebus. Char. gramm. I 83 Varro in admirandis. Arnob. nat. 6, 3, *cf.* admirabilis *p. 735, 43*). rust. 2, 3, 5 de quibus admirandum illud quod etiam Archelaus scribit. 2, 5, 14 de quibus admirandum scriptum inveni. Nep. Cato 3, 4 in eisdem (*libris*) exposuit, quae in Italia ... viderentur admiranda. Sen. epist. 114, 12 maximae famae et inter admiranda propositos. Plin. nat. 31, 12 Cicero in admirandis posuit .... 31, 51 quod admirandis suis inseruit M. Cicero. Gell. 6, 1 admiranda quaedam ex annalibus sumpta. Amm. 22, 15, 3 quae sunt in his regionibus admiranda.

part. praes. adv. **admīranter:** Ps. Greg. M. in I reg. 3, 2, 5 qui admiranter interrogant.

synonyma: stupescere, obstupescere (*cf.* Val. Fl. 4, 141), mirari, stupere; non contemnere. laudare. adorare. diligere.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adduntur adverbia: magis, maxime (CIC. CAES.), magis ac magis (PLIN. nat.), magnopere (CAES.), tanto opere, quanto opere (CAES.), valde (CIC.), minus (CIC.), minime (CIC.), non satis (CIC.), vehementer (CIC. *al.*), vehementius (AVG.), vehementissime (RVT. LVP. *in exemplo*), tantum, quantum, parum, nimis, plus (SIDON.), merito (AVG.), meritissimo (APVL.), impensius (APVL.), multo amplius (AVG.), plane (SVLP. SEV.). *Klotz.*

Admis (?) CORP. VIII 7163 (*Cirtae, contulit Cagnat*) d. m. Admis v. a. XX h. s. e. *Diehl.*

admīsceo, -uī, -mīxtum (-mīstum), -ēre (ī in misceo, -ui *post breviata*). *ab* ad *et* miscere. *voce technici sermonis, familiari solis medicis, utuntur singulis locis* PLAVT. SVEIVS, MANIL. SEN. rhet. VAL. MAX. CVRT. AVG. civ., *binis* TER. VERG. OV. LVCAN. SIL. VVLG., *ternis* CATO agr. CAES. civ. TAC. ICTI APVL. *saepius* CIC. (*praeter* phil. 8ies), VARRO rust. 7ies, LVCR. 9ies, LIV. *item*, VITR. 6ies, SEN. phil. 8ies *vel* 9ies, QVINT. inst. *quater, saepe* COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. *recentiorisque aetatis medici.* *formae perfecti rarae sunt*: admiscuit: CIC. Tim. 21 CAES. civ. 3, 75, 5 SEN. epist. 116, 3 SCRIB. LARG. 231 OROS. hist. 7, 32, 6. admiscuisse: CIC. inv. 1, 32. admiscuerit: MARCELL. dig. 8, 6, 11, 1 VLP. dig. 43, 20, 1, 17. -int: CIC. frg. phil. V 97. ammixcuerit: PLACIT. 12, 9 *cod. Casin.* admiscuerat: CAES. civ. 3, 4, 2. *formae tertii ordinis*: PALLAD. 8, 7 admiscis. SCHOL. Arat. lat. p. 283, 7 M. admiscitur. *sic saepius* GALEN. alf. MARC. med. 13, 4 admiscunt. DIOSC. 1, 19 ammiscunt. 1, 40. 1, 63. 1, 66. 1, 61 ammiscis. 2, 57. 2, 102 ammiscas. APIC. 2, 51 admiscis. *al.* *formae ab* amm- *incipientes saepius leguntur in codicibus cf. Leo in Sidoni editione Luetjohanniana p. XXXI*; INSCR. christ. Rossi II p. 129, 9 ammixtus.

I *proprie*: 1 *aliquid miscendo inferre, adicere*: **a** *non indicata re cui quid admiscetur*: CATO agr. 54, 4 si populneam *frondem* habebis, admisceto. 117 si una *feniculum et lentiscum* admiscere voles. SVEIVS frg. 1 p. 285 B. admiscet bacas nucis (ua ca basilicis *codd.*). CIC. Tusc. 1, 71 quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum. Cato 78 cum simplex animi esset natura neque haberet in se quicquam admixtum dispar sui atque dissimile. nat. deor. 2, 26 admixto calore liquefacta *aqua*. 3, 36 ignis ex sese ipse animal est nulla se alia admiscente natura. VARRO rust. 2, 11, 7 admixta cera alba et adipe. 3, 9, 20 admixtis [e] farina lolleacia aut semine lini. 3, 16, 23 admixto apiastro. VERG. georg. 4, 267 proderit et tunsum gallae admiscere saporem. VITR. 7, 9, 5 vitiatur minium admixta calce. 7, 10, 2 glutinum. SEN. nat. 4, 4, 3 cum pluvia rara et minuta nivem quoque admixtam habet. 2, 2, 7 nihil ergo opus erit admixto inani[s] (*an* admixtu inanis?). COLVM. 6, 6, 5 admisto melle decocto. 6, 13, 1 amurca. 6, 15, 2 sale. 7, 5, 9 admiscentque mensura pari sucum viridis cicutae. 7, 7, 2 aquam pluvialem. 7, 12, 10 admixto ... liquore coctae fabae. 8, 5, 2 aliquid ... admiscendum erit cytisi. 12, 15, 1 torrefacta sesama. 12, 49, 10 faeniculi folia ... quanta satis videntur. SCRIB. LARG. 9 admixto mellis pondo quadrante. 21 cetera. *ibid.* reliquis duobus cyathis admixtis. 23. 41 tunc haec adiciuntur et admiscentur. 45 oleo. 59 salis semunciam. 60 spica. 63 passum Creticum. *passim.* LVCAN. 9, 614 noxia serpentum est admixto sanguine pestis. PLIN. nat. 2, 152 ignis. 2, 233 nec fieri salem nisi admixtis dulcibus. 11, 236 ni admiscetur aqua. 13, 10. 14, 74. 14, 128 mastichen. 14, 135 admixto croco. 15, 36 oleo. *passim.* TAC. hist. 5, 7 admixto nitro. VLP. dig. 43, 12, 1, 5 alio flumine admixto. SER. SAMM. 177. 307. 745 admixto ... condimento. PALLAD. 2, 15, 8 terra seminarii laetamen habere debet admixtum. PLACIT. 12, 9 plus aliquid. DIOSC. 1, 19 hydrocolluria ammixta caligines oculorum purgat. CAEL. AVR. acut. 2, 19, 153 admixta isidis radice. 2, 37, 136 tres uncias mellis admiscere. 3, 4, 42 piper. chron. 1, 1, 25 cerebrum. *passim.* SIDON. carm. 9, 77 admixto ... veneno. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 819 D. bene olentia siminia admiscunt. 1, 26 nitrum. **b** *cum dativo*: CIC. nat. deor. 2, 26 aquae etiam admixtum esse calorem. LVCR. 1, 382 esse admixtum ... rebus inane (369. 655). CAES. civ. 3, 48, 1 genus radicis ... quod admixtum lacti (lacte *var.*) multum inopiam levabat. LIV. 6, 40, 12 mortiferum *venenum* vitali admisceat. VITR. 7, 1, 5 ruderi novo tertia pars testae tunsae admisceatur. 8, 3, 11 admiscetur ei (*flumini*) fonticulus (SOL. 14, 1). FEST. 348 cui (*vino*) aqua admixta est. COLVM. 1, 6, 14 quoi (*luto*) pro paleis admixta sunt arida oleastri. 6, 7, 2 quibus (*conis*) in unum tunsis admiscentur austeri vini quatuor sestarii. 6, 10, 1 his admixta fresa faba. 6, 38, 2 *et* 3. 7, 5, 8. 12, 20, 6. 12, 22, 2. 12, 59, 5. SCRIB. LARG. 3 iisque admiscere *oportet* lauri bacarum ... unciam. 66. 87. 111. 118. 122. 134. 139. PLIN. nat. 17, 111 cretae harenam ... admiscet. 18, 141 huic far. 25, 61. 28, 75. 28, 198. 29, 30 salem ... luxatis *membris*. 29, 51. 29, 137. 31, 118. 32, 35 marinarum *testudinum* carnes admixtae ranarum carnibus. 32, 37. 34, 145. 36, 133. TAC. hist. 1, 49 *caput* cremato iam corpori admixtum est. MARCELL. dig. 8, 6, 11, 1 aquae ... aliam *aquam* (VLP. dig. 43, 20, 1, 17). DIOSC. 1, 13. 1, 19 admiscunt ei semen hyperici. *al.* APIC. 2, 51 cui defrictum admiscis. GALEN. alf. 150 livisticum ... antidotis ... admiscitur. 252. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 41 cui erit admiscenda chamaepitys. **c** *cum praepositione* in: *c. abl.*: LVCR. 1, 569 admixtum quoniam semel est in rebus inane (5, 365. *utroque loco* admixtum ... est *intellege admixtum continetur*). VITR. 7, 3, 3 in hisque minime gypsum debet admisceri. COLVM. 12, 50, 4 in singulis modiis olivarum salis ... ternas heminas admisceri oportet (*his locis fortasse* in *non pendet ex* admisceri). GALEN. alf. 230 rosmarino in antidota et in malagmis admiscitur. *c. acc.*: LVCR. 1, 745 nec tamen admixtum est in eorum corpus inane. VITR. 9 pr. 10 tantundem argenti in id opus admixtum esse. SCRIB. LARG. 180 aqua cum oleo in vinum (unum *Rhodius*) admixtis. GALEN. alf. 250 admiscitur autem ⟨os⟩ in collurium. **2** *varias res commiscere*: **a** *absolute*: VARRO rust. 1, 31, 5 ubi sata admixta hordeum et vicia et legumina. 1, 40, 2 ne vetustate sint exsucta *semina* aut ne sint admixta aut ne propter similitudinem sint adulterina. MORET. 44 contrahit admixtos (-as *B*) nunc fontes atque farinas. IREN. 1, 21, 4 admiscentes (μίξαντες) ... oleum et aquam in unum (*cf. l. 34*). **b** *aliquid cum aliqua re*: CATO agr. 115, 2 vites cum ablaqueabuntur, signato rubrica, ne admisceas cum cetero vino. SCRIB. LARG. 231 ceram cum tritis ceteris admiscuit. APIC. 1, 14 facies farinam et admisces cum melle. ORIBAS. syn. 1, 17 *epithymus* cum mel et sale admixtus. **c** *aliquid aliqua re*: LVCR. 4, 1247 aegre admiscetur mulie⟨b⟩ri semine semen. CIC. nat. deor. 2, 27 *aer* multo quidem calore admixtus est. 2, 39 neque *sidera* ulla praeterea sunt admixta natura. VARRO rust. 1, 9, 3 cum est admixta *terra* ex his generibus aliqua re. *ibid.* reliquis admixtae terrae. COLVM. 5, 8, 6 si superposita creta sabulo admixta est. SCRIB. LARG. 76 *scillae quod tenerrimum est* mellis Attici duabus partibus admixtum. PLIN. nat. 30, 141 si lutea ex ovis quinque columbarum admixta adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur. 35, 177 *sulpur* nitro admixtum (mixtum *editt.*) ... et ... aceto ... admixtum. ITALA (Hil. in psalm. 68, 18) Ioh. 19, 29 spongiam ... plenam aceto hysopo admiscentes (VVLG. circumponentes: περιθέντες) obtulerunt ori eius. SER. SAMM. 209 columbarum fimus admiscetur aceto. NEMES. cyn. 199 Bacchi latices Tritonide olivo admiscere decet. *male vertit* CIC. Tim. 21 ex ea materia, quae individua est ... et ex ea, quae ... dividua gignitur, tertium materiae genus ex duobus *deus* in medium admiscuit (τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνεκεράσατο). CIC. Arat. frg. 10 ortus ubi atque obitus partem (-e HYG. astr. p. 103, 19) admiscentur in unam (-a HYG.).

II *translate*: 1 *de rebus*: **a** *aliquid*: PLAVT. Cas. 222 neque salsum neque suave esse potest quicquam, ubi amor non admiscetur. CIC. inv. 1, 32 is non intellexit in partitione ... partem se generis admiscuisse. de orat. 2, 255 quodsi admixtum etiam est ambiguum, fit salsius. 3, 12 propter admixtam civium caedem bonorum victoria maerori fuisset. Tusc. 3, 70 nulla ... admiscetur opinio officiosi doloris. Tim. 9 nil mali. epist. 3, 8, 10 Arabes qui fuerunt admixto Parthico ornatu, dicuntur omnes revertisse. LVCR. 2, 467 admixta doloris corpora (*locus corruptus*). 4, 1085 blandaque ⟨re⟩frenat morsus admixta voluptas. MANIL. 2, 834 quali sint sede creati, utcumque admixtis subscribent viribus astra. SEN. contr. 7 pr. 4 nec videbat nimium illum orationis suae splendorem his admixtis sordibus non defendi. VAL. MAX. 5, 1, 4 maxima clade tua aliquid admixtum gratulationis habuisti. SEN. Herc. O. 452 artibus magicis fere coniugia nuptae precibus admixtis ligant. dial. 4, 13, 3 nihilque admiscebit *sapiens*, cuius modum sollicitus observet. nat. 2, 40, 2 habet admixtam vim spiritus coacti ac procellosi. QVINT. inst. 6, 3, 25 risus conciliatur interim admixta gravitate. AMM. 15, 12, 1 admixtis calcibus emittere coepit pugnos. MART. CAP. 8, 831 ne incomperta falsitatem admiscere videatur adsertio. 9, 906 Pitho, Voluptas et Gratiae admixtis lyrae vocibus ... advenere. SIDON. epist. 1, 8, 1 fatigationum salibus admixtis. 7, 8, 1 admixta consilii tui vena. **b** *alicui rei aliquid*: CIC. de orat. 2, 200 huic generi orationis ... genus illud alterum. Tusc. 2, 26 versus ... orationi. OV. ars 3, 609 admiscenda tamen Venus est secura timori. SEN. epist. 31, 5 quibus (*bonis*) admixta virtus est. 66, 16 admisce illi (*honesto*) pigritiam. 116, 3 voluptatem natura necessariis rebus admiscuit. monit. 171 obiurgationibus blandi aliquid semper admisce. SIL. 1, 442 aspera telis dicta admiscentem. 11, 130 veris falsa per artem admiscens. QVINT. inst. 1 pr. 23 his omnibus admiscebitur ... docendi ratio. APVL. flor. p. 85 Oud. nihil ... tam prosperum ... quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis. met. 7, 22 mendaciis admiscendo sermones alios. Socr. p. 174 Oud. quorum (*alienorum*) nihil laudibus Socratis mei admisceo. AMM. 14, 11, 11 adulabili sermone seriis admixto. HIER. epist. 107, 12 multa his admixta vitiosa. VVLG. Hebr. 4, 2 non admistus *sermo* fidei ex iis qui audierunt (μὴ συγκεκερασμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν). CLAVD. 10, 88 admiscens artem pretio. Pros. 2, 221 quid viva sepultis admisces? AVG. civ. 2, 13 ludi scaenici deorum honoribus admiscentur. OROS. hist. 7, 32, 6 nec voluntati potestatem admiscuit. SIDON. epist. 4, 22, 5 se ... dictioni color odorque satiricus admiscet. *cf.* CLAVD. 18, 431 nocituraque probra severis ammiscent populis. **c** *aliquid aliqua re*: CIC. rep. 2, 7 admiscentur *maritimae urbes* ... novis sermonibus ac disciplinis. frg. phil. 5, 97 M. quo minus *animi* se admiscuerint atque implicuerint hominum vitiis et erroribus. MACR. sat. 1, 7, 18 *Saturnaliorum origo* fabulosis admixta adseritur. **d** *aliquid in aliqua re*: CIC. ac. 1, 8 in illis veteribus *operibus* ... multa admixta ex intima philosophia. QVINT. inst. 6, 3, 16 aut aliquid in his serium quoque esset admixtum. 3, 1, 2 in ceteris enim admiscere temptavimus aliquid nitoris. **2** *de hominibus*: **a** *i. q. implicare aliquem* (*alicui rei*): TER. Haut. 783 ita tu istaec tua mi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sceto, ne me admisceas. 974 ilicet, ne te admisce. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 9 Trebatium vero meum quod isto admisceas nihil est. Att. 7, 1, 9 Precianum cum iis rationibus ... admisceri nolo. Phil. 12, 16 ad id consilium admiscear, in quo.... AMBROSIAST. I Cor. 6, 16 qui contaminationi se admiscet, unum fit cum eo, cui se admiscet. HEGES. 2, 16, 2 ipsae (*uxores*) Iudaeorum cultibus ammiscebantur. LEX Visig. Recc. 7, 2, 21 nec iudex se in hanc rem admisceat. GREG. M. epist. 9, 203 ut ... alius quilibet illorum se causis admisceat. **b** *i. q. adicere, adiungere (alicui), terminus militaris*: Caes. civ. 3, 4, 2 his Antonianos milites admiscuit. 3, 75, 5 huic Caesar equites opposuit expeditosque antesignanos admiscuit. VERG. Aen. 7, 578 Teucros in regna vocari, stirpem admisceri Phrygiam. OV. fast. 6, 687 admiscetque alios. LIV. 3, 32, 7 admiscerenturne plebei, controversia ... fuit. 3, 57, 9 veteranis admixtis firmior exercitus fuit. 7, 14, 8 his fere mille effectis centum admiscet equites. 21, 52, 9 mille peditum iaculatoribus ferme admixtis. 22, 2, 3 Hispanos et Afros et omne veterani robur exercitus admixtis ipsorum inpedimentis ... primos ire iussit. 30, 33, 5 deinde auxilia Ligurum Gallorumque Baliaribus Maurisque admixtis. 37, 18, 7 paucis * * admixtis. 42, 51, 5 admixtis etiam Threcibus incolis. CVRT. 3, 9, 9 sagittariis admixtis. LVCAN. 3, 94 iuncto Sarmata velox Pannonio Dacisque Getes admixtus. TAC. ann. 2, 80 admixtis desertoribus. SYMM. epist. 9, 127 (10, 5) ut foederibus (*h. e. coniugibus matrimonio coniunctis*) sanatus admiscear. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 6 nequaquam istos nobis admisceri convenit. MART. CAP. 2, 132 Musis admixtae *Charites*. SIDON. epist. 7, 12, 4 neque te sacerdotibus potius admixtum vitio vertat malignus interpres. ENNOD. epist. 5, 8 p. 132 ut ego quoque ... poeta novus admiscear. CORIPP. Ioh. 2, 25 admisce blanda dulcedine Musam. INSCR. Gall. christ. le Blant 458[s] coetibus admixta futura in ⟨s⟩aecu⟨la sanctis⟩. VITA Cypr. 11 admixtus dei sui rebus. COLVM. 7, 3, 19 redeuntibus saturis ovibus admiscere agnos. INSCR. christ. Rossi II p. 129, 13 v. 8 ne lupus hostis oves carperet ammixtus. PLIN. nat. 10, 89 candidis *halcyon* admixta pinnis collo. *nota*: HIL. in psalm. 1, 22 sunt ... aliqui inter pios impiosque, qui medii sint ex utroque admixti. VVLG. Sir. 23, 10 nominibus sanctorum non admiscearis (*ὀνομασίᾳ τοῦ ἁγίου μὴ συνεϑισϑῇς*).

synonyma: *ad I*: adicio. *ad II 1*: implico. *Klotz.*

admissārius (-a, -um) *adi. ab* admittere. [*val.* armisariu. *M.-L.*] *mas qui ad coitum admittitur.* VARRO rust. 2, 8, 3 asin[ari]um admissarium (PALLAD. 4, 14). CHIRON 15 equos admisarios (*sic*) (MARC. med. 32, 40). *subst.* **admissārius,** -ī *m. plerumque equus. Rittweger, Archiv 7, 1892, 315.* GLOSS. II 348, 46 *κήλων ὁ ἐπιβαίνων ἵππος* admissarius. 391, 3 *ὀχευτής* admissarius. III 432, 8 (amm-). II 257, 34 *βιβαστής* admissarius. VARRO rust. 2, 7, 1 mares, quos admissarios habeo ... singulos in feminas denas. 2, 8, 3 (*de asino*). COLVM. 6, 27, 3 tam feminis quam admissariis. 6, 27, 9. 6, 27, 10 si admissarius iners in venerem est. 6, 28. 6, 36, 3. 6, 37, 1. 4. 7. 8. 9 adsilientem admissarium. 10 admissario ascendenti. 7, 3, 12 PLIN. nat. 28, 217 PALLAD. 4, 13, 1. SCHOL. Iuv. 8, 109 *ad* pater armenti: taurus aut admissarius. AVG. c. epist. fund. (Vind. 25, 6 p. 235) 32 passerem parietinum, in cuius conparatione quivis admissarius (amm- *cod. Petrop. s. V*, admisarius *Harl. s. IX*, emissarius *ed. princ.*) frigidissimus invenitur. PELAG. 3 LEX Sal. 38, 2. 38, 3 armessarium *pars codd.* 38, 4. 38 add. 4 amissarium. *de hominibus*: PLAVT. Mil. 1112 ad equas fuisti scitus admissarius (atm- *B*, em- *CD*). CIC. Pis. 69 admissarius iste ... ad illius hanc orationem adhinnivit. SEN. nat. 1, 16, 2 ut ... omnes admissarii sui motus in speculo videret. ANTH. 149, 9 optas admissarius esse quam patronus (*homo coit cum equa*). FVLG. aet. mund. p. 157, 22 H. tantarum non dicam maritus, sed admissarius coniugum. *v. etiam* emissarius. *V.*

admissio, -ōnis *f. ab* admittere. ammissio *v. l. 76. cf. Joh. Schmidt, PW. I 381.* **1** GLOSS. II 11, 9 *ὀχεία*. VARRO rust. 2, 7, 1 horum (*sc. equorum*) feturae initium admissionis facere. 2, 1, 18. CENS. 5, 2 pecudum. **2** *admotio*: SCRIB. LARG. 67 cucurbitarum admissio (*cf.* admitto *p. 749, 6*). **3** *de aditu ad salutationem praebendo*: *ad homines privatos*: SEN. benef. 6, 33, 4 non sunt isti amici, ... qui in primas et secundas admissiones ingeruntur. *ad principem*: CORP. VI 2169, 3 (*Augusti vel Tiberii actate*) Q. Caesio Q. f. Ter. Nigr(o) ex prima admissione. SEN. clem. 1, 10, 1 totam cohortem primae admissionis. PLIN. nat. 33, 41 quibus admissiones (-is *B*², -em *cett.*) liberae ius dedissent imaginem principis ex auro in anulo gerendi. PLIN. paneg. 47. SVET. Vesp. 14 quidam ex officio admissionis (COD. Iust. 12, 28, 2 pr. [*a. 319*] ... admissionum. COD. Theod. 6, 35, 3 NOT. dign. or. 11, 17). CORP. VI 4026 (*in monumento Liviae*) ⟨ab off⟩icis et admissione. 8698 M. Aurelio Aug. l. ab admissione (8699. 8702. 33762). 8931 Aug. lib. nomenclatori ab ammissione ... qui vixit annis XXIIII .... III 6107 Onesimi Aug. lib. adiut⟨oris⟩ ab admissione (VI 8700). VI 8701 (*Traiani aetate*) M. Vlpio Aug. lib. ... prox⟨imo⟩ ab admissione (AMM. 22, 7, 2). VOPISC. Aur. 12, 4 magister admissionum Valeriani (AMM. 15, 5, 18 COD. Theod. 11, 18, 1 *a. 409*. 6, 2, 18 [*a. 414*] magisterium ad⟨missionum⟩. *cf.* CONST. PORPH. caer. 1, 87 *κόμης τῶν ἀδμισσιόνων*). SCHOL. Iuv. 4, 75 clamante Liburno: qui admissionibus praeerat. **4** *actio sceleris patrandi*: AVG. civ. 13, 23 quod factum est admissione peccati. **5** *cessio, permissio*: COD. Iust. 6, 15, 5 (*a. 294*) citra admissionem bonorum, possessionis. AVG. lib. arb. 3, 15, 42 non redditio, sed cessio vel admissio.

admissionālis (-e) *adi. ab* admissio (*v. s. v. 3*). *qui est ab officio admissionum ad principem*: LAMPR. Alex. 4, 3 admissionalibus remotis. COD. Theod. 6, 35, 7 (*a. 367*). NOT. dign. occ. 9, 14 ammissionales. COD. Iust. 12, 59, 10, 5 (*Leonis aetate*) invitatorum, admissionalium. LYD. mag. 2, 17 *τοῦ πρώτου τῶν λεγομένων σιλεντιαρίων* (*ἀμισσιονάλιος καλεῖται*). *cf.* CONST. PORPH. caer. 1, 87 *ἀδμισσιονάλιος*.

admissīvus, -a, -um *adi. ab* admittere, *v. s. v. p. 755, 47.* PAVL. FEST. 21, 12 admissivae aves dicebantur ab auguribus, quae consulentem iuberent.

? **admisso,** -āre. *intensivum ab* admittere. GLOSS. II 286, 55 admisso (-tto *e*) *εἰσδέχομαι*. V 412, 31 (de regul.) admissas adnutas (*Bücheler*, ad nitas *cod.*).

admissor, -ōris *m. ab* admittere. **1** *qui scelus patrat*: LACT. epit. 58, 4 eidem facinori spectator obstrictus est cui et admissor. AMBROSIAST. Gal. 2, 2 fures et maleficos et ceterorum malorum admissores. COD. Greg. 5, 2, 3 criminum. ENNOD. epist. 1, 4 (p. 7, 21 Vind.) patrandi sceleris. 1, 4 (p. 9, 8). LEX Burg. l. Rom. 9, 1 cum facinoris ipsius intercurrentibus vel admissoribus puniantur. **2** *qui aditum praebet*: AVG. civ. 7, 3 Ianus seminis admissor et Saturnus seminis dator vel sator et Liber et Libera seminum commotores vel emissores.

admissūra, -ae *f. ab* admittere. GLOSS. *βιβασμός, ὀχεία*. ammissura *v. l. 33.*

VARRO rust. 2, 1, 25 ubi nec admissurae nec feturae observantur 2, 1, 18 incipiat ... fieri. *de equis*: VARRO rust. 2, 7, 4 equos, ⟨ad⟩ admissuram quos velis habere. 2, 7, 15. COLVM. 6, 27, 3 admissurae ... tempora. 6, 27, 9. 6, 28 PLIN. nat. 8, 164. STAT. silv. 5, 2, 24 cuius *equi* de stemmate longo felix demeritos habet admissura parentes (*fere i. q. generatio*). APVL. met. 7, 16 ob admissuram venturam (veterem *Fφ*, Venerem *ϑg*) pasti ... ac diu saginati. CHIRON 753 admittendi ... ad ammissuram. *de asinis*: VARRO rust. 2, 8, 4 PLIN. nat. 20, 123 PALLAD. 4, 14, 1. *de capris et tauris*: VARRO rust. 2, 1, 17 ante admissuram ... arietibus ac tauris datur plus cibi. 2, 2, 14. 2, 3, 4 mares *capri* ... summitti ad admissuram. COLVM. 7, 3, 4. 11. 12. 7, 6, 6. PALLAD. 5, 6 admissura quae excellit, arietum. VVLG. gen. 30, 42 serotina. VARRO rust. 2, 5, 12 tauros ... ante admissuram herba ... facio pleniores. COLVM. 6, 24, 1. 3 PALLAD. 8, 4, 4. *de subus*: VARRO rust. 2, 4, 8 admissuras ... faciunt *sues*. 7 PLIN. nat. 8, 205 suilli pecoris admissura. *de pavonibus*: VARRO rust. 3, 6, 2 COLVM. 8, 11, 8.

admissus, -ūs *m. ab* admittere. ammissu *v. l. 43.*

actio **1** *aditum praebendi*: **a** PALLAD. 4, 9, 4 cavernas aperiunt, ut *talpae* territae fugiant solis admissu (6, 2, 2). VEN. FORT. carm. 5, 1, 1 nec istę fugaretur admissu (-sso *codd.*) nec ille fraudaretur amplexu. **b** GLOSS. II 391 admissum *ὀχεία*. 257, 35 admissum *βίβασις ἤτοι ὀχεία*. NON. 69, 18 aequimentum ... merces pro eo, quod dicitur admissus (-sum *codd.*). VEG. mul. 6, 7, 3 quo *anno* admissum faciunt. *vix neutrius sunt generis.* **2** *sceleris patrandi*: CASSIAN. conl. 4, 15, 2 in eorum (*vitiorum*) conpungamur admissu. MACR. sat. 1, 11, 3 non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum. *nota*: *i. q. admissum, peccatum*: OPTATVS 2, 5 (p. 41, 2 Vind.) si displiceret ..., quod ... peccaverunt, de admissu (*?* -sso *P*, ammissu *G*) suo ... redderent rationem. SALV. eccl. 2, 4 malae conscientiae admissu (*AB*, -ssis *Halm. Vind.*) reos.

admīstio *v.* admixtio.

admitto, -mīsī, -missum, -ere. *ab* ad *et* mittere. GLOSS. *προσπέμπω. προσίεμαι προσηκάμην προσδέχομαι ἐπιδέχομαι καταδέχομαι. πλημμελῶ ἁμαρτῆσαι διημάρτησε ἐποίησε ἐπεχείρησε* exsequitur delinqu⟨ere⟩ peccavit. permisit. PRISC. gramm. II 404, 2 admitto pro 'assumo' et 'pecco'. ALBIN. gramm. VII 297, 15 amittit per unum m, id est relinquit; ammittit per duo m, id est assumit: ideo in missa dicendum est ammitti vel admitti. GRAMM. suppl. 295, 23 sequente ... m manet ad ut ... admitto. *raro in codd.* ammitto: HYG. fab. 30 (*cod. F*) HEGES. 1, 32, 6 VICT. VIT. 2, 32. 2, 35 (*opt. codd.*) CORP. IX 5860, 5. admittit: NOT. Tir. 23, 14 (23, 28). hadmittet: CARM. epigr. 924, 3. *falso* amitto *traditur*: PROP. 3, 21, 7 (*N*). SEN. *v. p. 750, 38.* STAT. *v. p. 752, 63.* AMM. 27, 3, 2 (*V*). *contra* amitto *legendum est*: TER. Ad. 913 (*ACG*) CAES. civ. 2, 34, 3 (*praeter 2 dett. omnes*). *cf.* GALEN. alf. 98 DIOSC. 1, 50. *v. p. 754, 48.* omissuro *pro* admissuro *emendandum videtur* TAC. hist. 2, 40. admittier: VERG. Aen. 9, 229 (*cf.* PRISC. gramm. II 127, 1. III 112, 16). admisse (*inf. perf.*): PLAVT. Mil. 1287. admissum iri: LIV. 3, 59, 3.

I *i. fere q. adigere, iuxta mittere*: LIV. 25, 19, 3 in hostem admitterent equos (FRONTIN. strat. 4, 5, 15). CIC. fin. 2, 61 equo admisso in ... aciem irruebat (CAES. Gall. 1, 22, 2 BELL. Afr. 63, 1. 83, 1 VAL. MAX. 3, 8, 1). OV. epist. 1, 36 admissos terruit ... equos (EPICED. Drus. 320). fast. 4, 674. ars 2, 434 retentet. am. 3, 2, 78. *proverbialiter* OV. ars 2, 732 admisso subdere calcar equo (Pont. 2, 6, 38). LIV. 2, 19, 6 equum infestus admisit (FRONTO p. 57, 3 N. diligentissime. CAPITOL. Max. 3, 3). OV. am. 2, 11, 56 Lucifer admisso tempora portet equo (trist. 3, 5, 56). met. 9, 83 admissum *taurum*. STAT. Ach. 2, 114 campis admissus agebat *Chiron*. *inde translate*: OV. am. 1, 8, 50 celer ad-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

missis labitur annus equis. ars 1, 40 admissa meta premenda rota (3, 468. VAL. FL. 6, 303 habenis). am. 2, 16, 50 iubas. met. 6, 237 per crura admissa iubasque volvitur. 1, 532 passu. ars 3, 312 rates. epist. 2, 114 admissas exigit Hebrus aquas (am. 3, 6, 86. *sed cf. s. II C 2.* OV. met. 11, 512 se ... admiserat unda (*sc. ad navem*). PLIN. nat. 32, 123 podagris ... admittendas *hirudines. absolute* PLIN. nat. 32, 123 ad genu. 25, 123 in certamen e patinis ... admittentes (*sc. rubetas venenatas*). TIB. 1, 4, 44 venturam admittat (amiciat *A*) ... arcus aquam. SEN. contr. 2, 3, 3 ipse se ad alienam *sententiam* misit, lex illum admisit ad meam. AETNA 86 oculos ... caelo (CLAVD. rapt. Pros. 2, 114 admittat in altum cernentes oculos). HYG. astr. 2, 13 (p. 48) capram ei (*Iovi*). SCHOL. Germ. Sang. p. 230, 22 *zodiaci* obliquitas solis cursum modo ad hiemalem circulum vergit, ... adtollit, modo ad aequinoctialem bis in anno ... admittit.

II *i. fere q. aditum permittere, praebere*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 32 in hominibus audiendis admittendisque (LIV. 21, 10, 1). SEN. contr. 7, 2, 14 nemo ad proscriptum recipiebatur; Popillius ... admissus est. SEN. epist. 95, 64 admissis receptisque in sacra (TERT. idol. 10 orat. 12). benef. 3, 18, 2 omnibus patet *virtus*, omnes admittit, omnes invitat. CVRT. 10, 3, 5 prohibiti aditu ⟨regis essent⟩ (venissent *codd.*) Asiaticis modo militibus admissis. OV. trist. 5, 6, 13 turpius eicitur quam non admittitur hospes (*cf.* TERT. testim. 1). CELS. 8, 11 quod expulsum est, difficulter admittunt. SEN. epist. 99, 26. 30, 15 admittunt *mortem*, non adtrahunt. 85, 13 facilius ... excludere quam admissa comprimere. dial. 3, 7, 2 excludere ... non admittere quam admissa moderari (IVV. 4, 64 PLIN. paneg. 48 TERT. scorp. 10. anim. 32 *opp.* excludi ac respui. AVG. civ. 6, 5). benef. 5, 13, 1 illa animi bona a stulto et malo submoventur, ad haec admittitur (epist. 99, 27). CVRT. 3, 12, 9 quae nec prohibere possunt nec admittere auderent (CAEL. AVR. chron. 1, 5, 178). PLIN. nat. 12, 11 soles aestate arcere, hieme admittere. QVINT. inst. 9, 1, 24 aliud est admittere figuram, aliud figuram esse. SVET. Aug. 66 amicitias neque facile admisit et constantissime retinuit. GELL. 9, 12, 1 gratiosus et qui adhibet gratias et qui admittit. GAIVS inst. 4, 177 in possessionem missum ... admissum non esse. CASSIAN. inst. 5, 32, 2 memoriam quam ... abdicavit, reviviscens eidem ... admiserit. CIC. inv. 2, 50 eiusdem esse, qui in illa re peccarit, [et] hoc quoque admisisse. epist. 3, 10, 2 commissum facinus et admissum dedecus (TIRO Gell. 6, 3, 42 admissa et perpetrata fuerint *scelera*). Mil. 34 quid ... non dicam admitteret, sed optaret. Sull. 69 quid ... voluerit, cogitarit, admiserit. 16 flagitium ... concepit ... facinus ... admisit. Mil. 103. LIV. 40, 8, 7 aut conficti aut admissi criminis. VAL. MAX. 9, 2, 1 iniquo animo scelus intueri scelus admittere fuit. 5, 9, 1 admisisset magis ... quam vindicasset. CVRT. 6, 7, 32 quod admitti non oportuit (potuit *codd.*), saltem purgari potest.

A *aliquem*: 1 *ad aliquem*: a *addito quo*: *cum* ad: PLAVT. Asin. 236 nec quemquam interea alium admittat ... quam me ad se virum (SVLP. SEV. dial. 2, 12, 1). TER. Eun. 281. Hec. 337 ad eam ... intro. 238 (AVG. civ. 7, 8). NEP. Tim. 1, 5 domum ad se filium. Eum. 12, 3. LIV. 30, 26, 2 legatos ... ad Philippum regem. VVLG. Sirach 11, 36 admitte ad te alienigenam. *nota* FRONTIN. strat. 2, 5, 30 ad vigilantem usque. *cum* inter: PETRON. 127 hominem peregrinum inter cultores. MART. 3, 93, 15 te lucernā balneator extinctā admittat inter bustuarias moechas. LEX Burg. lib. const. 60, 3. *c. acc.*: PETRON. 51 admissus ... Caesarem est cum suo munere.
b *nude*: α *de amatoribus* (*cf. l. 46. 54*): TER. Eun. 618 illum admitti iubeat. LVCR. 4, 1180. PROP. 2, 17, 12 decimo ... die. OV. am. 1, 6, 72. SEN. benef. 6, 32, 1 gregatim adulteros. IVV. 6, 329 GELL. 1, 8, 3. (*v.* PROP. 1, 16, 19 nunquam reserata *ianua* meos admittis amores). β *salutandi causa*: CIC. Phil. 2, 105 salutatum veniebant: admissus est nemo. SEN. benef. 1, 14, 3 per *familiarem notam* speret se propius admissum. dial. 2, 10, 2 me hodie. PERS. 1, 117 PS. QVINT. decl. 9, 11. SVET. Aug. 35 tunc. Vesp. 21. LAMPR. Alex. 31, 2 post epistulas omnes amicos simul admisit. γ *colloquendi, docendi causa* (*cf. l. 50*): CIC. Verr. 6, 93 in re tanta ... nemo admitteretur *ab imperatore*. Att. 13, 52, 1. NEP. Con. 3, 3 nemo ... sine hoc (*i.* προσκύνησις) admittitur (*sc. ad regem. cf.* CVRT. 4, 1, 25. 7, 11, 23. 8, 3, 11 SVLP. SEV. dial. 2, 5, 8). VERG. Aen. 9, 231 OV. epist. 20, 23. LIV. 31, 16, 6 legatis ... admissis (32, 37, 6. 35, 17, 2. 41, 25, 1. CVRT. 7, 6, 5 protinus. SVET. Ner. 22. VAL. MAX. 4, 1, 7 de *Siculis* admittendis rettulit, *sc. ad senatum*). VAL. MAX. 4, 1 ext. 3. SEN. epist. 109, 9 *sapiens* amicos ... admisit, cum quibus virtutes suas communicet. 15, 7. CVRT. 6, 8, 14 vana quoque deferentes. COLVM. 1, 8, 6 aruspices sagasque (*sc. ad servos*). ASCON. Mil. p. 52 B. SVET. Aug. 79 in transitu Alpium per simulationem conloquii propius admissus. 99 Tib. 32 Dom. 17. gramm. 24 postmeridianis horis. TERT. pudic. 7. CAPITOL. Aur. 28, 8 solum filium admisit. 27, 11 Max. 17, 6. SPART. Did. 4, 1 senatum. LAMPR. Alex. 28, 4. AMM. 23, 3, 2 nullo arbitrorum admisso. 20, 8, 11. 18, 1, 4. 19, 11, 7 SVLP. SEV. chron. 2, 13, 5. dial. 3, 1, 6 rogantes. MACR. sat. 1, 7, 1 cui provincia erat admittere volentes dominum convenire. δ *visendi causa, praecipue aegros*: LIV. 42, 16, 7 secreta *regis* curatio fuit, admittentibus neminem. SEN. contr. 9, 5, 2. 4. 10. 11 exc. 9, 5 VAL. MAX. 9, 14 ext. 1. SEN. benef. 1, 9, 3 admissis inspectoribus. CVRT. 3, 5, 11. 10, 5, 3. SVET. Tit. 8 in thermis ... admissa plebe lavit. VLP. dig. 25, 3, 1, 6 mulier *praegnas* custodes arbitrio iudicis non admiserit. 25, 4, 1. 25, 3, 1, 6 PAVL. sent. 2, 24, 6 AVG. civ. 22, 8. ε *audiendi declamantes causa*: SEN. contr. 4 praef. 2 numquam admissa multitudine declamavit. *ibid.* 7. 10 praef. 4 epist. 52, 9 SVET. Aug. 27. ζ *varia*: VARRO rust. 3, 16, 11 suo potius tempore mercatorem admitterent quam celerius alieno. SEN. epist. 93, 10 merui ... admitti (*sc. ad deos*). STAT. Theb. 10, 448 comites non aspernabitur umbras Euryalus *et* admittet gloria Nisi. 11, 626 medium nunc ... admittite patrem. silv. 5, 3, 211.

V *translationes ad res incorporales* (*cf. p. 770, 18. 59. 79. 774, 7*): **A** *admovere res ad animum (homines)*: **1** *orationem, scripta, sim.*: CIC. de orat. 1, 60 num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel ... extinguendos. 2, 337 maxima ... pars orationis admovendast ad animorum motus ... concitandos (*ib.* genus ... dicendi ... inlustrius esse adhibendum). 3, 159 omnis tralatio ... ad sensus ipsos admovetur. Brut. 200 *v. p. 772, 45.* orat. 55 *perfectus orator* utcumque ... animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum. SEN. contr. 1 pr. 18 necesse est, quae (*scripta*) totiens animo suo admovent, novissime adfigant (*i. ediscant*). SEN. contr. 10 pr. 1 hoc habent scholasticorum studia: leviter tacta delectant, contrectata et propius admota fastidio sunt. *metaphorice de studiis doctrinae*: ENNOD. dict. 12 p. 462 Vind. salvae sunt, quascumque de censu nostro ad usuram gemmas admovemus. **2** *preces, sim.*: OV. met. 6, 689 admovi ... preces. Pont. 3, 7, 36 EPICED. Drusi 421 VAL. MAX. 5, 4, 1 PHAEDR. 1, 19, 6 *al.* SEN. Phaedr. 635. *cf.* Phoen. 459 cui ... alterna prece verba admovebo. nat. 2, 37, 2 diis preces. CVRT. 5, 10, 14 suppliciter. PLIN. nat. 7, 148 preces Proculeio mortis admotae *ab Augusto*. AVIAN. fab. 22, 10. *spem, sim.*: OV. met. 11, 454 his ... promissis (*abl.*) spes est admota recursus (*sc. animo Alcyones*). SEN. epist. 94, 24 nihil ... efficient monitiones admotae gravibus vitiis. 95, 4. **3** *terrorem, vim, alia mala*: LIV. 6, 10, 3 populationibus ... terror est oppidanis admotus (30, 36, 3 terrorem Carthagini. 41, 17, 7 *al.*). 27, 43, 3 metus tormentorum admotus (40, 55, 5. *cf.* AMM. 14, 9, 5). LIV. 38, 5, 9 nulla ab exteriore parte vis admota est (43, 18, 5). SEN. contr. exc. 4, 8 ipse vim adhibet, ... ab alio admota ... utor. 9, 3, 9 mihi vim. CELS. 7, 26, 2. CVRT. 8, 4, 13 quanta ... vis humana [esse] poterat, admota est. ALF. dig. 39, 2, 43 pr. aliqua vi extrinsecus admota. SEN. epist. 74, 33 arcessere sibi miserias et admovere. STAT. Theb. 5, 158 Venus admovet iras (*animis deorum*). Ach. 1, 567 nil ... timenti *puellae* admovet insidias *Achilles*. AVIAN. fab. 27, 5 dolos. OV. epist. 11, 43 nimium vivax admotis (*sc. utero matris*) restitit infans artibus. *cf. p. 771, 57.* **4** *varia incitamenta*: calcar: CIC. Att. 6, 1, 5 adscribit ... et quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. *cf.* VARRO Men. 472 ventus buccas vehementius sufflare et calcar admovere *sc. fluctibus*. *proprie* VAL. MAX. 5, 6, 2 vehementer admotis calcaribus. stimulos: CIC. Sest. 12 stimulos ... homini studioso victoriae. Tusc. 3, 35 *malae res* lacerant, vexant, stimulos admovent, ignis adhibent. LIV. 7, 15, 3 tantos pudor stimulos admovit (*sc. militibus*). IVV. 10, 329 stimulos odio pudor. SEN. dial. 1, 4, 5 nolite ... expavescere ista, quae di ... velut stimulos admovent animis. QVINT. decl. 306 p. 205 propiores admovet stimulos vir fortis. TAC. hist. 5, 6 proprios stimulos legionibus *Cerialis* ... domitores ... appellans. AMM. 14, 1, 8. 29, 1, 19. faces: CIC. Phil. 2, 30 faces admovendae sunt, quae te excitent. de orat. 3, 4 cum ... Philippo quasi quasdam verborum faces admovisset (Tusc. 2, 61 off. 2, 37). TAC. dial. 40 contiones ... ardorem ingeniis, ... oratoribus faces admovebant. **5** *opem, solacium etc.*: CIC. Tusc. 4, 61 alia ... sit ad eum admovenda curatio (CELS. 3, 2 p. 76 D. *al.*). OV. rem. 116 tardam opem (Pont. 1, 3, 90 CVRT. 5, 12, 16). CELS. 2, 14 p. 59 D. auxilium. SEN. epist. 91, 13 solacia ... Liberali (PLIN. epist. 5, 16, 11). CVRT. 4, 3, 24 praesidia. PLIN. epist. 2, 5, 9 curam. lumen admovere *v. p. 771, 39.* **6** *varia*: VAL. MAX. 4, 1 ext. 8 Theopompus regnum *Laconum* ... quo longius a licentia retraxit, hoc ad benivolentiam civium propius admovit. SEN. dial. 9, 2, 1 *talem adfectum animi nulli* propius admoverim exemplo quam eorum, qui. 11, 2, 2 omnis ... luctus illi suos ... admovebo (*i. ante oculos ponam*). CVRT. 6, 2, 19 *dii* fortissimis viris subitum patriae desiderium admovissent. putationem: *v. p. 771, 33.* *nota*: ARNOB. nat. 2, 24 quid in Menone, o Plato, quaedam rationibus numeri (muneri *cod.*) admota (*sc. menti pueri?*) ex puerculo sciscitaris? **B** *animum (hominem) ad res*: CIC. har. 20 *v. p. 772, 20.* HOR. epist. 2, 1, 161 *Romanus* serus ... Graecis admovit acumina chartis (*i. litteris Graecis incubuit*). **C** *res rebus (addere, subiungere)*: LIV. 43, 10, 3 spes cupiditati admota ... occaecavit animum. VAL. MAX. 7, 6, 1 si per se aspiciantur, ... si ... admotis necessitatis viribus ponderentur. MACR. sat. 4, 4, 3 hoc (*quod Vergilius dixit*) per se non est dignum memoria ..., sed admovit causam (*seq. verba Vergili*). MART. CAP. 3, 231 his (*naturae et usui*) ... materies admovetur. *cf.* 5, 457. *sim.* SYMM. epist. 7, 106 cum ... praetoria instet editio, ... coemptioni equorum ex Hispania celeritas admovenda est.

VI *reflexive*: **A** *proprie de loco et de conversatione hominum*: **1** *homines (bestiae) se admovent*: CIC. Lael. 32 *probitatem* qui adpetiverunt, adplicant se et propius admovent (*sc. ad amicum*). CVRT. 7, 1, 14 *coniuratos* amotis longius ceteris admovisse semetipsos lateri *Alexandri*. STAT. Ach. 1, 867 Vlixes admotus lateri *Achillis*. 8, 4, 4 se stipitibus arborum. PETRON. 11 Ascyltos furtim se foribus admovit. 86. FRONTIN. strat. 2, 2, 5 Ventidius ... procursione subita adeo se admovit (*sc. Parthis*), ut. *passivum pro reflexivo*: OV. ars 1, 605 insere te turbae leviterque admotus eunti velle latus. PLIN. nat. 9, 80 ut aurum, quod deciderit in ... puteos, admotus extrahat *murex*. SIL. 4, 56 collatis admoto consule castris. AMM. 29, 1, 27 si admotus quisquam fabricae diffugisset. MART. CAP. 9, 918 *cygnus* admovetur ori *Ledae*. *pronomini substituitur nomen*: SEN. Tro. 518 gressus nefandos dux ... admovet (STAT. Theb. 11, 560). SIL. 15, 216 admoto crescebant culmina gressu. *inversio*: LVCAN. 7, 591 nec tibi (*Brute*) fatales admoveris ante Philippos (*i. te Philippis*). **2** *res se admovent*: CIC. Lael. 100 *virtus* cum ... ostendit suum lumen et idem aspexit ... in alio, ad id se admovet. PLIN. nat. 17, 24 quibusdam satis (*subst.*) ... propius admoveri salis halitum inutile. PS. APVL. Ascl. 19 his *rebus* ... ab imo ad summum se admoventibus. AVIEN. Arat. 1051 his (*signis*) se ... sol admovet (*opp.* recurrens). **B** *translate*: SEN. dial. 10, 13, 9 an satius esset nullis studiis admoveri quam his inplicari. admovere *intr. i. q. appropinquare cum copiis*: *v. p. 773, 44.*

structurae (notatis vetustissimis exemplis): admovere *aliquid*: *alicui*: PLAVT. Asin. 779. *alicui rei*: CIC. agr. 1, 11. ad *aliquem*: VARRO rust. 3, 5, 15. ad *aliquid*: CATO agr. 157, 15. *sine relatione*: PLAVT. Mil. 1336. *aliquem*: *alicui*: VELL. 2, 96, 1. *alicui rei*: VERG. Aen. 3, 410. ad *aliquid*: VARRO rust. 2, 2, 16. *sine relatione*: CIC. Phil. 6, 5. *adverbia et adverbialia (notabiliora)*: usque sub ora: *p. 770, 22.* usque ad: *p. 770, 23. 771, 30.* sub mento, circa fauces, infra stomachum: *p. 770, 46.* usque eo: *p. 773, 20.* contra Demetrium: *p. 773, 42.* comminus: LVCAN. 6, 2 SIL. 17, 409. extrinsecus: VARRO ling. 7, 1 CELS. 6, 9 p. 246 D. *al.* hac — illac: CIC. ac. frg. 20. huc: SEN. Oed. 338. procul: MELA 2, 43 SOL. 7, 2 STAT. Ach. 1, 409 AVIEN. Arat. 1284. prope, propius: RHET. Her. 3, 32 CIC. Phil. 6, 5 *al.* LIV. 34, 26, 2 *al.* SEN. epist. 13, 11 *al.* QVINT. decl. 331 p. 306, *et passim.*

synonyma: (addere, adducere, adferre), adhibere (CIC. har. 20 Tusc. 3, 35 SEN. contr. exc. 4, 8), (adicere, adiungere), adplicare (CIC. Lael. 32 CVRT. 4, 2, 9), adponere (VEG. mil. 4, 27), adprimere (PLIN. nat. 30, 42), adserere (PAVL. FEST. 25), arcessere (SEN. epist. 74, 33), (inicere), obmovere (FEST. 202), offerre (*v. p. 774, 6*). propius fieri (OV. met. 11, 722). *opposita*: amovere (CVRT. 7, 1, 14), (demovere), recipere (CVRT. 4, 6, 9), removere (RHET. Her. 3, 32 SIDON. epist. 3, 3, 9), repellere (OV. met. 6, 511), retrahere (VAL. MAX. 4, 1 ext. 8). abesse (CVRT. 5, 1, 26). *derivatum* admotio. *Hey.*

admūgio, -īvī, -īre. *ab* ad *et* mugire. *proprie*: OV. ars 1, 279 mollibus in pratis admugit femina tauro (*sequitur* adhinnit *de equo*). AVR. VICT. orig. 7, 3 inclusas boves transeuntibus admugisse. ORIENT. 1, 178 ammugit proprio bucula laeta gregi. *translate*: CLAVD. 8, 576 ripa sonat Phariosque modos Aegyptia ducit tibia; summissis admugit cornibus Apis. PROS. 3, 443 omnis madet orbita fletu; omnibus admugit (*de Cerere*). *cf.* mugio. *Ihm.*

admulceo, -ēre. *ab* ad *et* mulcere. PALLAD. 4, 12, 2 appellationibus blandis ... a fronte accedens bubulcus admulceat *bovem* naresque et terga pertractet. *V.*

admūnio *v.* admoenio.

admurmurātio, -ōnis *f.* CIC. Verr. 6, 41 o divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio! ad Q. fr. 2, 1, 3 tanquam reum accusavi multis et secundis admurmurationibus cuncti senatus. Verr. 1, 45 factus est in eo strepitus et grata contionis admurmuratio. Pis. 31 qui non admurmuratione, sed voce et clamore abiecti hominis ac semivivi furorem petulantiamque fregistis. Manil. 37 vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui haec fecerint.

admurmuro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* murmurare. *in malam vel bonam partem*: CIC. Verr. 6, 41 memoria tenetis ... quam valde universi admurmuraverint, quam palam principes dixerint contra. Att. 1, 13, 2 idque admurmurante senatu neque me invito esse factum. de orat. 2, 285 cum esset admurmuratum. *deponens*: **admurmurārī.** FRONTO p. 21, 6 N. ad hoc pauculi admurmurati sunt.

admutilo, -avī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* mutilare. PLAVT. Capt. 269 sed utrum strictimne adtonsurum dicam esse an per pectinem, nescio; verum si frugist, usque admutilabit probe. Persa 829 tu Persa es, qui me usque admutilavisti ad cutem. Mil. 768 ego inveni lepidam sycophantiam, qui admutiletur miles usque caesariatus. *syn.* attondere. *cf.* mutilo. *Ihm.*

Adnamantia *v.* Annamatia.

Adnamatus, -a *et* **Annamatus,** -a *nom. celticum, cf.* Adnamus, Adnametus, Adnomatus, Annamatia. CORP. VI 32624 c 9 (centuria)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aureli Adnamati. 32640, 14 ⟨.⟩ Aelius P. f. Iul. Annamatus Emon(a). III 3361 (*in Pannonia inf.*) Aveta Adnamati f. . . . M. Vlpius Cassius matri. 10353 (*ibid.*) Annamatus Tripponis f. 3374 (*ibid., cf.* 10341) Prensens Annamati f. 10895 (*in Pannonia sup.*) quarto Adnamati f. 5474 (*in Norico*) Caletiu Adnamati. 5477 (*ibid.*) Adnamato f(ilio). 5496 (*ibid.*) Ressillae Adnamati f. 5569 (*ibid.*) L. Attonio Adnamato aedilic(io) Teurn(iae). 11646 (*ibid.*) Adnamatus Adnami. 11699 (*ibid.*) ⟨A⟩dnam⟨a⟩ti (*genet.*). INSCR. Rhen. 1336 (*a. 236*) Crixsius Adnamatus *hastifer civitatis Mattiacorum.* INSCR. Helv. 284 (*Augustae Rauricae*) Adled⟨us et⟩ Adnam⟨a⟩tus. Atnamatus: CORP. III 10883 (*in Pannonia sup., litteris aetatis fere Traianae*) Adbugiounae Atnamati f(iliae). Anamatus: CORP. VI 32624 c 9 (centuria) Aureli Anamati. **Adnamatius,** -a *nom. gent.* INSCR. Rhen. 365 Adnamatius Galicanus . . . et Adnamatius Speratus. 1623 ⟨Adnamati⟩us Victorinus et Adnamatia Sperata. 52 Adnama⟨t⟩iae ⟨p⟩ar(enti) Mailorius Victor et Mailoria Maiorena fili. **Adnamato,** -onis *nom. vir.* CORP. III 4854 (*in Norico*) Sex. Adnamatonis f. et Bonis Anbusuli f.

Adnametus *nom. vir. celticum, cf.* Adnamatus. CORP. XIII 708 (*Burdigalae*) Cl. Maternae Adnameti f. 979 (*in Petrucoriorum territorio*) Adnameto⟨. . .⟩; *sed hic rectius fortasse intellegetur* Adnameto, -onis.

Adnamū *nom. mul. celticum, cf.* Adnamus, Annamoris. CORP. XII 134 (*in summa valle Poenina*) Valerius Terentius t(itulum) f(ieri) i(ussit), Adnamu . . . fil(ii) her(edes) f(aciundum) c(uraverunt).

Adnamus, -a *et* **Annamus,** -a *nom. celticum, cf.* Adnamu, Adnamatus. CORP. V 7269 (*Segusione*) Adnama Troncilli f. III 4731 (*in Norico*) Ientumaro Adnami. 5028 (*ibid.*) Cacusius Adnami f. 5090 (*ibid.*) Iulius Annamus. 5420 (*ibid.*) Gemellus Marconis f. et Adnama co(iux). 5644 (*ibid.*) Carmo Adnami lib(ertus). 11646 (*ibid.*) Adnamus Terit. (*sic*) fili(us) et Devignata Tituconis filia, Adnamatus Adnami et Siora Adnami f(ilii). 11572 (*ibid.*) Adnamae Anectionis f(iliae). 10352 (*in Pannonia infer.*) Adnama Astíonis f(ilia). p. 963, 14 (*in tegula Norica*) Annamus. INSCR. Revue archéol. 37 p. 354, 63 (*in Pannonia sup.*) Suadru (*mulier*) Adnami. INSCR. Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. V p. 20 (*in Germania sup.*) Adnamus Nertomari fil. **Adnamius,** -a *et* **Annamius,** -a *nom. gent. et nom. singulare.* CORP. III 5161 (*in Norico*) Adnamius Flavínus b(eneficiarius) Vlpi Victoris proc. Aug. (*c. a. 158*). *idem* 5162. 4452, 17 (*in Pannonia sup., a. 212?*) Annam(ius) Licinianus *speculator.* 4725 (*in Norico*) Nonia Enobugi ux(or) . . . Enobux Gnav⟨onis f.⟩ et Adnami⟨u⟩s P⟨. . .⟩. *Otto.*

[**adnao**] *v. sub* adno.

adnārro, -āre. *ab* ad *et* narrare. STAT. Theb. 8, 619 *hirundines* stantque super nidos veterisque exordia fati adnar⟨r⟩ant (enarrant *rec. codd.*) tectis.

adnāscor, adnātio *v. sub* agn-.

adnato, -āvī, -āre. *ab* ad *et* natare. GLOSS. II 422, 19 *προσνήχομαι* redito (*hoc ex glossa sequenti illatum corr. Stephanus in* annato). *natando accedere: cum* ad: BELL. Alex. 20, 6 *milites mersi* ad proxima navigia adnatarunt. 21, 2 ad eas . . . naves. 31, 6 ad proximas naves. 46, 6 vulneratus . . . adnatat ad suum myoparonem. PLIN. nat. 9, 86 brutum animal *polypus* ut quod ad manum hominis adnatet. *ibidem*: adnatantes . . . pisciculos ad ea (*putamina*). *cum acc.*: PLIN. nat. 9, 38 Trogodytae, quos adnatant (adnant *R*) *testudines.* *cum dat.*: PLIN. nat. 8, 93 uni ei insulae crocodili non adnatant. 9, 36 adnatare . . . singulis *testudinibus* ternos *piscatores.* STAT. Theb. 7, 97 sua . . . adnatet umbra (*Palaemon*) Lechaeo. SIL. 10, 610 litoribus . . . vacuis . . . adnatet *naufragus.* *absolute*: PHAEDR. 1, 2, 19 *ranae* timore posito certatim adnatant PLIN. nat. 6, 98 hydri marini . . . adnatantes terruere classem. 9, 86. 9, 145. PLIN. epist. 9, 33, 6. OBSEQ. 60 bos sacra per hostium classem adnatavit. SOL. 15, 10 deiectum in Tiberim cadaver adnatans *canis* sustentare conatus. *natando comitari, cum dat.*: SEN. Ag. 452 comes lateri adnatat *piscis.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 444 quocumque it in aequore *Ceres,* fulvis adnatat *deae vadenti* umbra fretis. *V.*

Adnatus *cogn. vir., ut videtur, celticum.* CORP. XIII 1807 (*Luguduni, priore saeculi III parte*) C. Sacconius Adnatus Mediomatr(icus). *Otto.*

adnāvigo, -āvī, -āre. *ab* ad *et* navigare. PLIN. nat. 35, 81 Rhodi . . ., quo cum Apelles adnavigasset. 36, 76 *pyramides* sane conspicuae undique adnavigantibus. VVLG. act. 27, 7 adnavigavimus Cretae (*ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην*).

adnecessārius, -a, -um. *ab* ad *et* necessarius. CASSIOD. art. disc. lib. 5 (Migne 70, 1212ᶜ) Censorinus . . . de accentibus voci nostrae adnecessariis subtiliter disputavit *i. pernecessariis.* *V.*

adnecto, -nexuī, -nexum, -ere. *ab* ad *et* nectere. GLOSS. *προσάπτω*; *συνάπτω*; *συνδεσμῶ*; adnectit: *ἐπισυνάπτει*; adligat. adnectens: nodans vel ligans (IV 476, 38 *trad.* donans). adnexus: *προσηνωμένος*; *συνεζευγμένος* (-*μένη*); adligatus. adnixa: innodata adiuncta; coniuncta. annixi: adiuncti. annexa: coniuncta. *ex* adnexus *et* adnixus *contaminantur* GLOSS. II 8, 25 adnixus *ἐπερεισάμενος, προσδεθείς, προσπλακείς.* IV 304, 38 adnixus innodatus vel incumbens. *verbum in variis artibus technicum ad alias res raro transfertur ante I p. Chr. saeculum; primum legitur apud Varronem, saepissime apud Plinium. constructio sollemnis c. dat., raro c. praep.*

I ***proprie:*** *de re rustica*: VARRO rust. 3, 5, 4 in eis traversis gradatim modicis intervallis perticis adnexis ad speciem cancellorum scaenicorum (*in ornithone*). COLVM. 4, 12, 1 hastilia, quibus adnectantur singulae transversae perticae (*syn.* applicare). 1, 3, 7 pedamentum adnexum vineae. 4, 13, 1 qui adnectit *vitem palo* (*syn.* alligare). 5, 6, 28 *pars palmitis* vinculo adnexa. 5, 7, 8 semini harundo. PALLAD. 4, 10, 13 *talea* aliis arboribus non debet adnecti. PLIN. nat. 18, 180 tabula aratro adnexa. PAVL. FEST. 165 funiculos facito, quibus sues adnectantur (*cf.* TERT. nat. 1, 7 candelabra, quae canes annexi deturbant). *de re nautica*: CIC. carm. frg. 32, 4 navem . . . adnectunt navitae. inv. 2, 154 *funiculus* a puppi religatus scapham adnexam trahebat (*sententiam del. Friedrich*). LIV. 21, 28, 9 resolutis quibus . . . adnexa erat *ratis* vinculis. STAT. silv. 3, 2, 27 summis adnectite sipara velis. SALL. hist. frg. 3, 35 manus ferreas et alia adnexu idonea inicere. PLIN. nat. 9, 151 stilos praeacutos lineis adnexos *urinantes habent.* *de textrina*: TIB. 1, 6, 79 firmaque conductis adnectit licia telis. PLIN. nat. 11, 81 circinato orbe subtemina adnectens. *in medicina*: (*syn.* affigere) CELS. 4, 6 *morbus* qui quodam rigore nervorum modo caput scapulis, modo mentum pectori adnectit. 8, 11 *rigores* caput scapulis adnectunt. (*syn.* apponere) SER. SAMM. 19 spongia cum tepidis adnexa liquoribus . . . profuit. 875 fenuculo (*al.* peniculo) calidum adnectetur acetum. *amuleta*: VAL. MAX. 2, 5, 6 remedia . . . corporibus aegrorum adnexa. PLIN. nat. 30, 91 lapilli . . . sinistro lacerto adnexi. 32, 139 dens crocodili . . . adnexus brachio (*syn.* adalligare). 28, 111 cor *crocodili* adnexum in lana ovis. 28, 201. SPART. Car. 5, 7 remedia . . . collo adnexa. MACR. sat. 1, 6, 17 cordis figuram in bulla ante pectus adnectere. *de variis rebus*: SALL. hist. frg. 4, 65 equis paria operimenta erant, quae (namque *Thilo*) linteo (lintea *vulg.*) ferreis laminis (ferreas -as *Thilo*) adnexuerant. LIV. 33, 29, 6 cadavera saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, adnexa (*cf.* LAMPR. Hel 17, 2 *cadaver* adnexo pondere, ne fluitaret, in Tiberim abiectum est). PETRON. 97 ut . . . grabatum subiret *Giton* annecteretque pedes et manus institis. PLIN. nat. 10, 110 epistulas adnexas *columbarum* pedibus. SVET. Otho 12 galericulo capiti . . . adaptato et adnexo. FRONTO p. 229, 19 N. Iuppiter alas . . . Somno adnexuit. TREB. Gall. 16, 4 caligas (corrigias *Mommsen*) gemmeas adnexuit. AMM. 14, 6, 9 *lacernas* in collis insertas iugulis (*Bentley*, cingulis *vulg.*, ingulis *cod.*). MART. CAP. 2, 115 cingulum, quo pectus annecteret, . . . mater exsolvit. EVCHERIVS instr. (p. 156, 14) 2 pannus exiguus, qui superumerali contra pectus . . . adnectebatur. CLAVD. carm. min. 25, 104 florea purpureas adnectunt frena columbas. *latiore sensu*: CIC. nat. deor. 2, 136 ad linguam stomachus adnectitur (*syn.* adiungere). CELS. 4, 1 *pulmoni* cor. 8, 16 cubitus . . . umero (*syn.* adiungere). PLIN. nat. 11, 178 spinae *cervix.* 11, 209 ova . . . praecordiis. 11, 179. 199. 201. 204. 9, 38 Trogodytae cornigeras (*testudines*) habent, ut in lyra adnexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuvant. 9, 158 polypi *coeunt* crine uno feminae naribus adnexo. 11, 3 qua subtilitate pinnas adnexuit (adnectit *codd.*) *culex.* 24, 132 semen *chamaedaphnes* rubens adnexum foliis. SIL. 4, 209 ferit insurgens umero qua brachia lenti annectunt nervi. 4, 387 ensis annexam parmae decidit vulnere laevam.

II ***translate:*** **1** *de corporeis*: *res*: MELA 1, 66 Tyros aliquando insula, nunc adnexa terris. 2, 115 Sicilia aliquando . . . continens et agro Bruttio adnexa, post freto . . . abscissa. 1, 71 *oppidum* angusto tergore continenti adnexum. 2, 80 angusto aggere continenti adnectitur insula. 2, 48 angusto tramite Helladi Peloponneson adnectit *Isthmos. cf.* 1, 89. 2, 5. PLIN. nat. 4, 5 amnis Achelous . . . Artemitam insulam adsiduo terrae invectu continenti adnectens (*cf. infra l. 77*). 4, 47 oppida Selymbria, Perinthus, latitudine CC pedum continenti adnexa. 5, 117 Alexander *insulas* per duo stadia continenti adnectit (adiecit *Ianus coll. 5, 115*). 3, 58 quicquid . . . terrarum . . . adnexum insulae. PLIN. nat. 3, 50 *nonae regioni* adnectitur septima. 4, 32 Thessaliae adnexa Magnesia. 6, 177 sunt qui et ulteriorem ripam (*Nili*) Aethiopiae auferant adnectantque Africae. FLOR. 1, 18, 15 Sardiniam adnexamque Corsicam transit. SOL. 38, 11 Ripaeis se iugis adnectit *Taurus.* 54, 13 Carmaniae Persis adnectitur. AMM. 14, 2, 4 Lycaoniam adnexam Isauriae. 14, 8, 1. 15, 11, 10. 22, 8, 25. 23, 6, 64 Seras . . . Scythis adnexos. 27, 4, 13. TAC. hist. 4, 77 medius Mosellae pons, qui ulteriora coloniae adnectit. 2, 14 *praetorianis in littore* in ipso mari . . . adnexa classis. PLIN. epist. 2, 8 adnectitur angulo cubiculum (*syn.* adhaerere). 5, 28 diaeta, quae villae hippodromum adnectit (*syn.* iungere). LAMPR. Alex. 60, 5 cum tentoria imperatoria his (*arboribus*) adnexa essent. VEG. mil. 2, 15 *in instruenda acie* huic (*tertiae cohorti*) adnectitur quarta. CVRT. 5, 1, 30 harenae . . . saxis, quis pons sustinetur, adnexae morantur amnem. MELA 2, 104 *Nilus* limum . . . litori adnectens auget terras (*cf. supra l. 58*). 1, 95 globus (*flammae*) . . . grandis et terris adnexus apparet. SOL. 3, 4 ita se iunctis corporibus adnectens (*catochites lapis*), ut cum ipso cohaereant. *homines*: CVRT. 4, 1, 19 Abdalonymum . . . cognatione stirpi regiae adnexum. TAC. ann. 5, 1 *Iulia Augusta* sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinae et Germanici adnexa. hist. 1, 4 pars populi . . . magnis domibus adnexa. CYPR. GALL. Ios. 295 sociare domos totamque adnectere gentem *valeant.* deut. 88 coniugioque sibi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... adnectere *captivam*. IVL. VAL. 1, 46 (*vers.*) e qua subortus vestro sanguini adnector. TAC. ann. 12, 52 adnectebatur crimini Vibia mater eius (*cf.* 6, 47 conectebantur ut conscii et adulteri eius). TERT. idol. 21 te malus ... idololatriae quaerebat annectere. CYPR. GALL. num. 290 mea dum licitis adnectit pectora sacris. AVR. VICT. orig. 3, 3 omissoque Iano ... se Saturno maluit annectere. AMM. 28, 1, 37 quibus ad sui societatem adnexis. 21, 12, 23 iniuste plures muneribus publicis adnectebat (25, 4, 21). HEGES. 1, 7, 1 qui numero discipulorum annectebantur. COD. Theod. 14, 8, 1 (*a. 315*) fabrorum collegiis annectantur. COD. Iust. 7, 15, 1, 2^a maneat ... servus proprietario suo adnexus. 3, 34, 13 quia *servitutes* soli rebus adnexae sunt. *cognata*: GILD. Brit. (chron. min. III p. 33, 4) 13 finitimos quosque pagos vel provincias ... facinoroso regno adnectens (*cf.* COD. Theod. 9, 42, 12 bona, quae fisco iusserat Tatianus annecti).

2 *de rebus incorporeis*: LVCR. 3, 688 animas adnecti potuisse ... corporibus nostris extrinsecus insinuatas (*seq.* contextae, *opp.* exsolvere sese). TERT. nat. 2, 3 cui *anima* adnectatur, id est corpori. FIRM. math. 4, 1, 4 non habebit ... animus receptaculum nec se poterit circumfusus adnectere. PS. APVL. Ascl. 19 inmortalibus mortalia sensibiliaque insensibilibus adnexa sunt. BOET. mus. (p. 180, 20) 1, 1 ut mollia duris, dura mollioribus adnectantur aut gaudeant. CLAVD. Stil. 2, 50 nec vivis adnexus amor meminisse sepultos desinit. PAVL. NOL. carm. 17, 3 semper adnexa sine fine tecum mente. TERT. pudic. 17 secundum ... legem spiritus, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. IVVENC. 1, 7 ambos adnexos legis praecepta tenebant. EVGIPP. vita Sev. 5, 2 si nos una catholica fides annecteret. *nota*: CLAVD. 8, 25 cui (*Theodosio*) post Arctoa frementi classica Massylas adnexuit Africa laurus. PAVL. PETR. Mart. 6, 221 adnexum foedus feritate repellat. ENNOD. op. (p. 374, 2) 3 proeliis temperantiam nullus adnectit. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 114 quibus post eruptionem febres annexae perseveraverint. *dicendo scribendo cogitando adiungere, addere*: VAL. MAX. 2, 6, 14 adnecte Lyciorum in luctibus abiciendis callide quaesitam rationem (*praecedunt synon.* adice, iunge). 4, 5, 1 ext. 1 quod sequitur externis adnectam. PLIN. nat. 22, 116 mellis naturae adnexa cera est, de cuius origine ... diximus (*cf.* 37, 44 Pado adnexa fabula est. 11, 52 in re parva villisque nostris adnexa). SIL. 11, 601 plura annectentem — neque enim satiaverat iras dicendo — clamor turbat (15, 805 STAT. silv. 3, 5, 109). TAC. ann. 2, 26 simul adnectebat, si foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Drusi ... gloriae. 4, 28 adnectebatque (*seq. acc. c. inf.*). APVL. Plat. 2, 25 his adnectitur utilis necessariaque confusio. SYMM. epist. 10, 46, 2 *instructionem* paginis relationis adnexui. HIER. epist. 30, 4 interpretatio adnexa. 32, 1 duas epistulas ... huic sermunculo adnexui (36, 1). CLAVD. Eutr. 1, 151 cernite, quem Latiis poscant adnectere fastis. COD. Theod. 2, 18, 1 (*a. 321*) annecti allegationibus iudiciaria contentione. CANON. Migne 56, 504 brevis annexus ostendit. COD. Iust. 5, 12, 21 (*a. 294*) pretiorum nomen ... adnexum. 1, 27, 2, 17 (*a. 534*) quantum subter adnexa declarat notitia. 8, 53 (54), 25, 1 (*a. 316*) actis etiam adnectendis. 12, 59 (60), 9 ut nullus his (*authenticis*) dolus aut fraus possit adnecti. EVGIPP. vita Sev. epist. ad Pasc. 6 virtutum beneficia digneris adnectere. GREG. M. epist. (Mon. Germ. epist. I 212, 4) 3, 54 quibus (*epistulis*) praeceptum ... in subditis transmissis adnexum (*i. epist. 3, 67*). CIC. off. 1, 11 per quam *rationem homo* rebus ... praesentibus adiungit atque adnectit futuras. inv. 1, 26 *exordium* separatum, quod non ex ipsa causa ductum est nec sicut aliquod membrum adnexum orationi. top. 13, 54 appellant ... dialectici eam conclusionem argumenti, in qua, cum primum adsumpseris, consequitur id, quod adnexum est, primum conclusionis modum; cum id, quod adnexum est, negaris, ut id quoque, cui fuerit adnexum, negandum sit. QVINT. inst. 7, 1, 1 sit ordo recta quaedam collocatio prioribus sequentia adnectens. DON. gramm. IV 364, 33 (388, 28; *item* PRISC. gramm. III 488, 17) *coniunctio est* pars orationis adnectens ordinansque sententiam (sententias PRISC.). TER. MAVR. 412 ergo dipthongo creata ῦ sibi adnexam tenent (*sc.* α *et* ε). IREN. 2, 10, 2 minori quaestioni magnam quaestionem adnectentes et nodum insolubilem inserentes. *t. t. gramm.* (συνάπτω): PORPH. Hor. carm. 3, 8, 5 hoc ad Maecenatem adnectendum, nam sic ordinandum est .... IVL. RVF. rhet. p. 48, 22 ζεῦγμα est cum unum verbum communiter multis sententiis iungitur ad omnes pari significatione pertinens et adnexum (*cf.* annexio).
de numeris, addere: SOL. 1, 29 anni octingenti viginti quattuor, quibus septima olympiade adnectendus primus annus est, ut in solidum conligantur anni octingenti viginti quinque. 1, 38 dies singulos ... quinquaginta istis et uno diebus adnexuerunt (*opp.* detrahere). MACR. sat. 1, 15, 1 adnectentes quarto quoque anno exacto intercalarem (*synon.* inserere).

synonyma: applicare, (affigere), (apponere), alligare, adalligare, adiungere, iungere, (implicare), contexere, adicere, addere, inserere. adnecti: adhaerere. *opposita*: abscindere, auferre, exsolvere, separare, detrahere.

part. pro adi. **adnexus,** -a, -um. *adhaerens*: PLIN. nat. 11, 263 testes pecori armentoque ad crura decidui, subus adnexi. 12, 33 spina (*arbor*) ... difficili accessu propter aculeos adnexos (adnixos *cod. M*, anxio *rell.*, *cf.* GLOSS.). *vicinus*: PLIN. nat. 8, 52 in rabiem agente *leonem* adnexarum lascivia simiarum. TAC. ann. 2, 64 arva et urbes et vicina Graecis Cotyi, quod incultum ferox adnexum hostibus, Rhescuporidi cessit. *plur. subst.*: MART. CAP. 1, 11 media ... per annexa (*i. q.* vicina?) succentibus *arbores* concinebant *Ihm.*

?**adnego,** -āre *vix umquam extitit.* VLP. dig. 12, 3, 3 deposita ei pecunia adnegata (*sic F, at* abnegata *PU*) est (μὴ ἀποδοθέντων); *cf.* abnego *I 111, 30.* MAX. TAVR. Migne 57, 288^c nativitatem dominicam non coniecturis carnalibus adnegamus, sed fide simplici confitemur (*hic quoque* abn- *verum videtur*). *V.*

Adnema *nom. mul. celticum.* CORP. XII 95 (*Brigantione, litteris saec. I*) T. Parridius Parrionis fil. Quir. Gratus .... sibi et ... Adnemae sorori. *Otto.*

?**anneo.** GLOSS. IV 476, 11 annet fu⟨l⟩get (V 589, 48). V 491, 25 annet splendet fulget micat. V 541, 7 an nuit fulgit. V 560, 56 annare fulgere. *proposuere* albet, ardet, candet, enitet; *conicio glossam depravatam ex* Iuppiter annuit: fulget.

adnepōs, -ōtis, *f.* **adneptis,** -is. [*cf. c.* atavus. *Th.*] PAVL. sent. 4, 11, 5 quinto gradu veniunt ... infra adnepos adneptis (GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 [abnepos *F*]. VLP. grad. cogn. 7). dig. 38, 10, 10, 31 adnepos adneptis: hi sunt abnepotis vel abneptis filius filia. PAVL. sent. 4, 11, 7 septimo gradu ... ex transversa linea fratris sororisve adnepotes adneptes. *passim apud* ICTOS. *corrupta* SEN. dial. 12, 15, 4. *saepe in nomine imp. Septimii Severi* divi Nervae adnepos (abnepos *hic illic lapides*) *ut* CORP. III p. 1993 n. LXXVI. CORP. V 28, 12. 4055, 4. 7780, 14. VI 32332. VIII A 7. atnepos *non vidi nisi in* GLOSS. *V.*

adnexio, -ōnis *f. ab* adnectere. *proprie*: PALLAD. 4, 10, 36 ubi prodire coeperint, germinantes oculos aliqua sibi adnexione (adnextione, adnectione *duo recc.*) conglutina (*seq.* germen adunatum). MART. CAP. 3, 223 gestabat ... teres quoddam ex compactis adnexionibus ferculum. *t. t. gramm. vitium scribendi rationis*: TER. SCAVR. gramm. VII 11, 2 scribendi ratio quattuor modis vitiatur, per adiectionem, detractionem, inmutationem, adnexionem. 12, 1 per adnexionem, ut cum in verbo 'nescio' s litteram priori syllabae iungunt, cum posterioris initium esse debeat. ζεῦγμα: IVL. RVF. rhet. p. 48, 24 latine haec figura dicitur ligatio vel adnexio (*cf. s.* adnecto *p. 779, 68*).

adnexus, -ūs *m.* TAC. hist. 3, 34 Cremona adnexu conubiisque gentium adolevit. *Ihm.*

adnicto, -āre. *ab* ad *et* nictare. GLOSS. Plac. V 7, 20 = V 44, 27 adnictare, adridere, invitare. NAEV. com. 76 alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet (*v. Ribbeck ad h. l.*), *quod explicat qui affert* PAVL. FEST. 29 saepe et leviter oculo adnuit. *Prinz.*

adnihilātio, -ōnis *f. ab* adnihilare. GLOSS. II 304, 22 ἐξουθενισμός spretus adnihilatio. 304, 25 ἐξουδένησις adnihilatio abiectio contemptui. HIER. epist. 106, 27 haec interpretatio (*i. verbum* παρεπίκραναν) adnullationi consimilis est sive adnihilationi.

ἐξουδενητής **adnihilātor** GLOSS. II 304, 24.

adnihilo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* nihil *formatum ut verteretur gr.* ἐξουδενῶ. GLOSS. II 304, 26 ἐξουδενῶ adnihilo sprevo sperno respuo (304, 23). 319, 59 εὐτελίζω adnihilo vilio. 345, 51 κατευτελίζω adnihilo. HIER. epist. 106, 57 nisi forte ἐξουδένωσας non putatis transferendum 'despexisti', sed secundum disertissimum istius temporis interpretem 'adnihilasti' vel 'adnullasti' vel 'nullificasti' et si qua alia possunt inveniri apud inperitos portenta verborum.
ad nihilum redigere, perdere: CANON. const. Migne 56, 789^b inridentes, ut adnihilent hoc quod fit (*scil. pauperum agape*). CASSIOD. in psalm. (Migne 70, 796^b) 109, 4 ne imaginem suam ... pateretur perire pius (*deus*), quam annihilare voluit crudelis inimicus (*diabolus*). IORD. Get. 29, 146 rem publicam luxuriose viventes adnihilare. GREG. M. epist. (Mon. Germ. epist. II p. 239, 22) 10, 4 quae res ... et ipsum (*episcopum*) vilem reddit et reverentiam sacerdotalem adnihilat. in I reg. (Migne 79, 69^d) 1, 3, 12 superatus erat arcus fortium, annihilata saevitia Iudaeorum. *V.*

adnīsus, -ūs *m. ab* adniti. *actus adnitendi.* *propriae significationis vestigia extare videntur loco mutilato* ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 26, *quo loco agitur de restauratione baptisterii cuiusdam*: nec ... columnarum ancipit⟨um series in⟩ longum ducta continuet, cui a parietum radici⟨bus⟩ prominentium obnitatur accessus, sed per terr⟨am ....⟩ ad⟨di⟩tae structurae vicinantis adnisu propriis ⟨....⟩ inpulsibus ... (*cf.* hom. 1 p. 137, 16 *sub* arcuatilis). *translate i. q. contentio*: *animantium*: SYMM. epist. 5, 75 (73) ut probabiles voluntates alieno etiam iuventur adnisu. AVELL. p. 480, 1 annisu catholicorum principum. 483, 7 cum eorum adnisu (481, 16). 481, 19. 481, 21. 666, 24. FAVST. REI. epist. 2 p. 166, 16 Vind. adnisum hominis et conatum gratiae *dei* ... adiungam. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 17 principis studio, sacerdotis adnisu. CASSIOD. var. 2, 24, 3 qui parem nobiscum rei publicae debetis adnisum. 10, 33, 2 ut omnium sapientium mereantur adnisum. GREG. M. moral. 9, 50 aquila ... adnisu praepeti ad aethera libratur. epist. 9, 219 (Mon. Germ. epist. II p. 211, 12) toto illam *ovem* adnisu ad caulas revocare. 9, 222 (*ibid.* p. 214, 25) omni vos studio omnique agere adnisu necesse est (*cf.* p. 271, 4). 13, 25 (*ibid.* p. 391, 8) quae (*vita aeterna*) toto

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magis adnisu petenda est. *mentis, caritatis, roboris, orationis, sim. hominum*: AVG. medit. 4 toto adnisu mentis te . . . invoco. 8 miro sibi adnisu caritatis innixam *ovem* . . . levavit *pastor*. ENNOD. dict. 18 p. 478, 12 Vind. quae (*praemia*) adnisu roboris exegerunt. GREG. M. epist. 9, 216 (Mon. Germ. epist. II p. 204, 2) omnia . . . apostolicae auctoritatis libenter adnisu firmata sunt. moral. 10, 34 quae (*tristitia*) adnisum quoque orationis aggravat. *inde translate de consilio ac ratione libri*: ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 20, 9 negotio autem huic sic adnisus bibliothecae utriusque (*i. id, quo testamentum utrumque tendit*) constat, ut . . . .

adnītor, -nīxus (-nīsus) sum, -nītī. *ab* ad *et* niti. SERV. Aen. 1, 144 'adnixus' antiquum est, ut 'conixus', quibus hodie non utimur; dicimus enim 'adnisus' et 'conisus'. adnixus: *proprie*: VERG. (*semper*) VAL. MAX. 5, 3, 3 COLVM. 5, 4, 1 STAT. Theb. 2, 525 APVL. met. 3, 14 MART. CAP. 1, 39 GLOSS. *translate*: APVL. apol. 67. 73 MART. CAP. 5, 436 CARM. epigr. 712, 34 GLOSS. annixus *pro* annexus: CARM. epigr. 1381, 11. GLOSS. II 8, 25 adnixus . . . *προσδεθείς, προσπλακείς*. adnisus: *translate*: LIV. (*semper*) PLIN. nat. 7, 186 SIL. 2, 123 (*sic Col.*, adnixa *Sang.*). 15, 575 TAC. hist. 5, 8 PLIN. epist. 2, 5, 6 FLOR. 1, 3, 4. 1, 13, 15 SYMM. epist. 3, 19. 7, 20 GLOSS. *proprie*: TAC. ann. 3, 61. adnisurus: *translate*: LIV. 1, 9, 15. 2, 39, 11. 6, 6, 9. 24, 48, 3. 31, 11, 13. 35, 25, 8. 44, 22, 4. adnitier: PLAVT. Amph. prol. 13. *de differentia significationum verborum* adnisum, innixum, subnixum, obnixum *cf.* ISID. diff. 1, 15.

I *proprie*: GLOSS. annititur *ἐπερείδεται*. annit, incumbit, inclinatur. adnixus *ἐπερεισάμενος*; incumbens; innodatus vel incumbens. **1** *de rebus*: CIC. Lael. 88 natura . . . semper . . . ad aliquod tamquam adminiculum adnititur. VERG. Aen. 12, 92 *hasta* ingenti adnixa columnae (*MR*, columna *Conington*). PRISC. gramm. II 14, 6 annititur semper praepositio sequenti dictioni et quasi una pars cum ea effertur. APVL. met. 3, 14 oculos . . . adnixis et sorbilantibus saviis sitienter hauriebam. *incertum dat. an abl.*: COLVM. 5, 4, 1 pedaminibus adnixae *vineae*. **2** *de hominibus*: TAC. ann. 3, 61 Latonam partu gravidam et oleae . . . adnisam. MART. CAP. 1, 39 constitit sublimiore quodam annixa suggestu *Pallas*. *incertum dat. an abl.*: VERG. Aen. 4, 690 cubito adnixa *Dido*. 9, 227 adnixi hastis *iuvenes* (*ἀσπίσι κεκλιμένοι*; *cf.* STAT. Theb. 2, 525 iaculis). VAL. MAX. 5, 3, 3 genibus adnixum (adfixum *Torrenius*) orasse (MART. CAP. 2, 202). VERG. Aen. 1, 144 Cymothoe simul et Triton adnixus acuto detrudunt naves scopulo. 3, 207 nautae adnixi torquent spumas (4, 583). 5, 226 summis adnixus (enixus *P*) viribus urget (9, 741 intorquet . . . hastam).

II *translate*: *de animantibus* (*raro per prosopopoeiam de rebus*): **1** *intr. i. q. operam dare*: GLOSS. annisus: conatus. adnixi: conati, satis conati. annititur: conatur an iuvat. adnitendum: adtentius (*sive* intentius) conandum. abiciendum (adiuvandum? ambiendum *Bücheler*). **a** *c. inf.*: PLAVT. Amph. prol. 13 haec . . . me voltis adprobare adnitier. LIV. 5, 29, 1 patres reficere intercessores legis adnisi sunt. 9, 26, 15 expugnare quaestiones. 10, 41, 7 vincere. SIL. 15, 575 illum (*Neronem*) . . . aequare sequendo. 17, 139 *equum* attollere . . . annitentem artus. TAC. hist. 3, 43 pagani . . . iuvare partes adnitebantur. 4, 8. 5, 8. 1, 47. APVL. apol. 36 adnitar conscribere. IREN. 1, 9, 1 fictionem suam ex eis (*scripturis*) constare (constituere?) adnitentes (*τὸ πλάσμα αὐτῶν ἐξ αὐτῶν συνιστάνειν πειρώμενοι*). 2, 14, 6. LEO M. epist. 162, 3 adnitar oboedire. PROSP. voc. gent. 1, 1 inquirere. expos. psalm. 103, 2 epigr. 101 (98), 3 SALV. gub. praef. 2 FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 38, 23 Vind. **b** *sequente* ut, ne: SALL. Iug. 85, 6 quo mihi acrius adnitundum est, uti neque vos capiamini et illi frustra sint. LIV. 1, 9, 15 adnisurus pro se quisque sit, ut . . . expleat desiderium. 2, 39, 11. 6, 6, 9. 8, 16, 4. 10, 14, 11. 24, 48, 3. 35, 25, 8 PLIN. nat. 7, 186 PLIN. epist. 2, 5, 6. 2, 9, 3. 4, 26, 3 FLOR. 1, 13, 15 GELL. 4, 8, 4 SYMM. epist. 1, 69. 7, 20 AMM. 30, 3, 3 HIER. epist. 88 AVG. epist. 44, 5, 12 (Vind. II 120, 11) PROSP. sent. ex Aug. delib. 18 voc. gent. 1, 25. *per prosopopoeiam*: GELL. 11, 18, 23 sola mente atque animo, ut furtum fiat, adnitente. SYMM. epist. 7, 128, 1 amor . . . ex summis opibus adnititur, ut . . . accedat. LIV. 10, 19, 18 milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, adnituntur. 10, 24, 8. 27, 13, 12. 30, 30, 30. 31, 11, 14. 44, 22, 4 PLIN. paneg. 25 VOPISC. Car. 5, 2. **c** *cum praepositionibus*. *cum* ad *et gerundivo*: SALL. Iug. 43, 4 ad ea patranda senatus auctoritate, socii . . . auxilia mittundo, postremo omnis civitas summo studio adnitebatur. LIV. 10, 36, 12 omnes undique adnisi ad restituendam pugnam. 27, 14, 2 Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam ignominiam. FLOR. 1, 3 summo studio adnisus est ad augendam liberi populi maiestatem. CIC. Att. 6, 8, 5 nisi Bibulus . . . adniteretur (admiretur *M*) de triumpho. LIV. 5, 25, 13 *v. p. 782, 28*. LIV. 2, 52, 4 patres haud minus quam pro Coriolano adnisi essent. 2, 61, 4 patres quoque non temere pro ullo aeque adnisi sunt. LIV. 4, 43, 5 adversus quam actionem . . . et consules et patres summa ope adnisi sunt. **d** *c. dat.*: *personae*: DICT. 5, 14 adnitentibus Vlixi Menelao atque Agamemnone. HEGES. 1, 17, 2 multitudinem annitentem Aristobolo. MACR. sat. 1, 14, 2 Caesar in ordinem coegit adnitente sibi Flavio. *rei*: CLAVDIAN. MAM. p. 205, 20 Vind. eoque copiosius te adniti oportere scientiae. *per prosopopoeiam*: HEGES. 5, 16 l. 161 W. tamquam annitentibus elementis victoriae romanae. PANEG. 12, 39 tuae publicaeque vindictae confessam aliquam immortalis dei curam . . . adnisam. **e** *absolute*: GLOSS. adniteremur: adiuvaremur(!) vel opitularemur. annitentem: adiuvantem; repugnantem. adnitentibus: postulantibus. SALL. Iug. 85, 47 adnitimini mecum et capessite rem publicam. LIV. 6, 35, 2 si porro adnitantur. 7, 7, 5 plus sibi quam pro virili parte adnitendum scirent. 21, 8, 8 si paulum adnitatur (23, 13, 6. 35, 5, 10. IVST. 22, 8, 6 paululum). 27, 34, 15. 38, 50, 2. SEN. dial. 5, 42, 1 poterimus autem, adnitamur modo (SIL. 11, 538). SIL. 15, 104 annitendum intrare volenti. 2, 123 totis . . . annisa (*v. p. 781, 19*) doloris viribus intorquet letalem in moenia cornum (*cf.* APVL. apol. 67). APVL. met. 3, 27 quantum extensis prioribus pedibus adniti poteram. apol. 73 haec omnia adnixus impenso studio persuadet. FAVST. REI. grat. prol. 3, 23 inter adiuvantem pariter et adnitentem ordo iste servabitur. *saepe legitur abl. abs.*: SALL. Cat. 19, 1 Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est adnitente Crasso. epist. Mithr. 14 LIV. 30, 27, 2. 39, 7, 5 TAC. ann. 12, 63 FLOR. 1, 1, 6 APVL. apol. 98. CAPITOL. Pius 13, 3 cunctis certatim adnitentibus (Gord. 5, 1). AVR. VICT. Caes. 9, 10. 24, 1. 40, 4 EXVP. 4 EVTR. 8, 14. DICT. 5, 9 adnitente atque ministro Antenore. SYMM. epist. 3, 78. 5, 39 AMM. 15, 8, 3. 30, 8, 4 SERV. Aen. 1, 675 HIER. vir. ill. 62 HEGES. 5, 30 extr. OROS. hist. 5, 16, 23 Matteolus servis adnitentibus matrem suam interfecit. 6, 15, 1. 3, 23, 30 AVELL. p. 1, 4. 481, 11. 481, 13 (*saepius*). GREG. M. epist. 11, 4 annitente consensus nostri auctoritate. *al.* CORP. XII 1524 (*saec. V in.*) adnitente etian (*sic!*) v(iro) inl(ustri) com(ite) ac fratre memorati viri Cl(audio) Lepido.

2 *transitive*: *i. q. aliquid assequi studere*: CHAR. gramm. I 296, 13 adnitor [id est adiuvo] hanc rem. LIV. 5, 25, 13 tribunos plebis latores legis in annum eosdem reficiunt; et patres hoc idem (*reficere*) de intercessoribus legis adnisi. 22, 58, 3 se id adniti, ut suae in vicem simul felicitati et virtuti cedatur. PLIN. epist. 6, 18, 1 rogas ut agam Firmanorum publicam causam; quod ego . . . adnitar. AVG. civ. 9, 18 hoc adnitatur, ut homines a via veritatis avertat. FRONTO p. 120, 20 N. multa . . . armatorum milia undique gentium accita victoriam tibi adnituntur et adiuvant. GELL. 2, 12, 5 si in concordia adnitenda parum auctoritatis habuerint. PANEG. 8, 14 quam multi . . . culturam melioribus adnituntur auspiciis. SYMM. epist. 9, 86 arduum laudis adnititur. 1, 4, 1 duriorem materiam . . . adniteris. 1, 20, 2 multi . . . adnitentur artes bonas et laudis germanas et meras litteras. 1, 37, 1 qui . . . summis copiis vigiliam pro meis rebus adniteris. 1, 96 ne gratificandi operam mutuam credamur adniti. 3, 19 Syagrium fides certa est operam bonae frugis adnisum. 3, 20 cum perpetuae curam dandae et reddendae salutis adnitar. MART. CAP. 5, 436 gloriam deluctationis annixa.

accedunt: acrius: SALL. Iug. 85, 6. certatim: CAPITOL. Pius 13, 3 EVTR. 8, 14. omni modo: FLOR. 1, 13, 15. omni ope: LIV. 8, 16, 4. 9, 26, 15. 44, 22, 4 PLIN. nat. 7, 186 PLIN. paneg. 25. summa ope: LIV. 4, 43, 5 GELL. 4, 8, 4. summis opibus: LIV. 38, 50, 2. ex summis opibus: SYMM. epist. 7, 128, 1. pariter: HEGES. 5, 30 extr. paulum: LIV. 21, 8, 8. 23, 13, 6. 35, 5, 10. paululum: IVST. 22, 8, 6. plus: LIV. 7, 7, 5. promptius: HEGES. 2, 10, 3. quantum: APVL. met. 3, 27. sedulo: SYMM. epist. 7, 20. impenso studio: APVL. apol. 73. summo studio: SALL. Iug. 43, 4 FLOR. 1, 3. summis viribus: VERG. Aen. 5, 226. 9, 741. totis viribus: SIL. 2, 123 APVL. apol. 67.

part. **adnīxus,** -a, -um. *in adi. abiisse videtur* CARM. epigr. 712, 34 (*saec. VI ex.*) *significans* 'intensus': scalptorem marmoris huius adnixis precibus d(omi)no per saecula cuncta . . . commenda iugiter. *Prinz.*

adno, -nāvī, -āre. *ab* ad *et* nare. PS. PROB. gramm. IV 185, 9 quaeritur, qua de causa 'adno' et non 'adnao' dicatur. *respondentur inutilia. ceterum nil probat formam* adnao *vulgi in usu fuisse. de structura adfert trita* ARVS. MESS. gramm. VII 452, 19. *sequitur* ad (CIC. CAES. GELL.), in (SVLP. SEV.), *inde a* VERG. *dativus*. GLOSS. natare *vel* adnatare.

nando accedere ad aliquid: *de animantibus*: CAES. civ. 2, 44, 1 qui . . . ⟨ad⟩ naves adnare possent *milites*. VERG. Aen. 6, 358 paulatim adnabam terrae. HOR. sat. 2, 5, 44 plures adnabunt thynni (*iocose*). LIV. 28, 36, 12 multi . . . adnantes navibus. MANIL. 1, 591 adnantem . . . tibi poenam (*Andromedae beluam*). GELL. 6, 8, 7 saepe ad litus solitum adnavit *delphinus*. 16, 19, 16 delphinum repente inter undas adnavisse. SVLP. SEV. dial. 3, 9, 4 serpens flumen secans in ripam . . . adnabat. *de navibus et iis quae portant*: CIC. rep. 2, 9 quod ubique genitum est (*frumentum, merces*), ut ad eam urbem, quam incolas (*sc. in insula sitam*), possit adnare. VERG. Aen. 1, 538 vestris adnavimus oris (GLOSS. adnavigavimus adnatavimus). 4, 613 terris adnare. OV. trist. 3, 12, 31 incipient aliquae tamen huc adnare carinae. SIL. 14, 354 adnabat . . . classis subsidio. *nare iuxta aliud* (*cf.* adnato): TAC. ann. 14, 29 adnantes equis. ITIN. Alex. 34 annantibus . . . animandis.

adnōdo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* nodus. *term. techn. in horti cultura, palmitem ad nodum usque resecare*: COLVM. 4, 11, 4 adnodato superioris anni pollice. 4, 22, 4 pampinus . . . si non adnodatus neque adrasus est. 4, 24, 10 palmitem . . . amputant et adnodant. 4, 24, 18

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

applicata falce adnodatur et eraditur. *ibid.* pressius ... si adnodes adplicito ferro. *V.*

Adnomatus *nom. vir. celticum, cf.* Adnamatus. CORP. III 3819 (*in Pannonia sup., periit, cf. n.* 10736) Veitroni Buttonis f. et Tettae Adnomati f. v(ivae) uxori. *Otto.*

adnōmen, adnōminātio, ἀδνούμιον, ἀδνουμιάζω, ἀδνουμιαστής *v. sub* agn-.

adnotāmentum, -ī *n. ab* adnotare. GELL. 1, 7, 18 locutionum talium copiam ... his vulgo adnotamentis inspersimus. 17, 2, 1 quae in eo libro scripta essent ... adnotamentis digna.

adnotātio, -ōnis *f. ab* adnotare. GLOSS. II 396, 16 παρασημείωσις adnotatio. QVINT. inst. 10, 7, 31 hanc (*Ciceronis*) brevem adnotationem (*ex commentariis*). FRONTIN. aq. 106 in hoc senatus consulto dignum adnotatione est, quod. GELL. praef. 3 in annotationibus pristinis (*opp.* commentarii *tunc editi*). CHAR. gramm. I 260, 3 secundum adnotationem praecedentem (DIOM. I 359, 20). DIOM. gramm. I 385, 20 subtilis adnotatio, verum parum usitata. VEL. LONG. gramm. VII 74, 6 consuetudinis novae et veteris adnotationi. PAVL. dig. 31, 82, 2 calumniosa est ... illa adnotatio. SVLP. SEV. chron. 1, 36, 6 chronicorum. 2, 5, 7. HIL. in psalm. instr. 8 sine ordinis (*psalmorum*) adnotatione. HIER. epist. 106, 46 miror, quomodo e latere adnotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putaverit. 119, 9 videbatur superflua adnotatio. MACR. sat. 6, 6, 1 huius adnotationis scientiam. GALEN. alf. 23 adnotationes, quas super versus posuimus, per capita sunt. LEO M. epist. 88, 4 in Theophili annotatione (*i. computo paschali*). 121, 2 centenariae annotationis ordo. *technice*: PLIN. epist. 7, 20, 2 librum meum cum adnotationibus tuis expecto. *de notis criticis*: FRG. Paris. gramm. VII 534, 4 his (*notis*) solis in adnotationibus Enni Lucilii ... usi sunt *grammatici.* MACER dig. 48, 17, 4 adnotatio *absentis rei.* MAEC. metr. 63 ex adnotatione denarii. COD. Iust. 11, 43, 10, 4 *in manibus aquariorum.* TERT. apol. 13 sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quaestoris (*in emptione*). ISID. orig. 1, 28, 1 *etymologiam* Cicero annotationem nominavit (CIC. top. 35 notatio). *saepe de imperatoris notis aspersis margini libelli supplicis* (*Seeck, PW. I 382*): COD. Iust. 12, 59, 10 authenticas sacras, quae divinam nostrae pietatis continent adnotationem. COD. Theod. 1, 2, 1 (*a. 314*) annotationes nostras sine rescriptione admitti non placet. ... annotationes solas existimes audiendas. COLL. Mos. 1, 10 (*a. 290*) ex adnotatione nostra. COD. Theod. 8, 5, 14 (*a. 362*) contra annotationem manus nostrae (16, 5, 52). 9, 21, 10 rescripto aliquo vel annotatione. 10, 10, 20 specialis (6, 2, 21 *et passim*). 6, 28, 4 (*syn.* adscriptio). NOT. dign. or. 19, 6 magister memoriae adnotationes omnes dictat (et emittit occ. 17, 11). or. 43, 13 sine annotatione clementiae principalis. *passim.* CORP. IX 2826, 14 (*ex schedis*) diplomatis annotationem. *de praeside aliove magistratu*: COD. Iust. 9, 51, 10 ex adnotatione praesidis. *de aliorum scriptura authentica*: COD. Theod. 6, 2, 8 propria annotatione. 10, 16, 3 sub propriae annotationis manu. 11, 7, 14. COD. Iust. 4, 19, 5 (*a. 245*) privata testatio seu adnotatio.

adnotātiuncula, -ae *f. ab* adnotatio *deminutive.* GELL. 17, 21, 50 cum finem proposuerimus adnotatiunculis istis bellum Poenorum secundum. 19, 7, 12 his nos ... verborum Laevianorum adnotatiunculis oblectabamus.

adnotātor, -ōris *m. ab* adnotare. PLIN. paneg. 49, 6 non ... spectator adnotatorque convivis tuis inmines. *technice* (*Seeck, PW. I 383*): COD. Theod. 12, 6, 3 (*a. 349*) susceptores ... annotatores (*in re annonaria*).

adnoto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* notare. PS. FRONTO gramm. VII 528, 12 notat vel locum quis vel personam vel noxiam, adnotat, qui notae quid adicit. ad *adsimilatur passim in codd. non legitur ante* SEN. *patrem, abest a poetis praeter* IVV. 14, 195. *sequitur saepe acc. c. inf.* (*nom. c. inf.* TAC. ann. 13, 35 *p. 785, 31* SVLP. SEV. chron. 1, 46, 5 *p. 784, 21*) *vel enunt. interr.; rarius* quod (FRONTIN. aq 74, 104 PLIN. epist. 2, 11, 6). *additur* sibi TER. MAVR. 1626 *p. 785, 37* LAMPR. Alex. 21, 8 *p. 784, 68.*

synonyma: innuo, nicto, adnicto, nuto, adnuto; faveo, propitius sum; probo, approbo, spondeo, polliceor, promitto, permitto, tribuo, do, concedo, satisfacio; assentior, consentio, aio, affirmo, indico, designo, significo. *opposita*: abnuo, renuo, nego, veto.

adnūtātīvus *et* **adnūtīvus**, -a, -um. *ab* adnutare *vel* adnuere. GLOSS. II 8, 24 adnutivum κατωμοτικόν. *de coniunctione* et *apud* DIOM. gramm. I 417, 17 modo adnutiva et promissiva (DOSITH. gramm. VII 422, 20 adnutativa et compromissiva) ut 'dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo' (Verg. ecl. 3, 104). *synonymum*: affirmativus; *oppositum*: abnutivus.

adnūto, -āre. *ab* adnuere. NAEV. com. 76 alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet. 111 regum filiis linguis faveant atque adnutent et subserviant. PLAVT. Merc. 437 ibidem mihi etiam nunc adnutat: addam sex minas. APVL. met. 10, 32 sensim adnutante capite coepit incedere.

adnūtrio, -īre. *ab* ad *et* nutrire. PLIN. nat. 17, 202 singulis *ulmis* denas saepe adnutriunt vites. IREN. 3, 12, 6 non adnutrientes (annuntiantes *pars codd.*) neque augentes eorum non veram ... opinionem. *Oertel.*

Adobin *nom. barbaricum.* GREG. M. epist. 2, 7 familiam Aloin et Adobin atque Iugildi Grusingi. *Otto.*

adobruo, -ruī, -rutum, -ere. *ab* ad *et* obruere. *term. in horti cultura technicus: terram iuxta et leviter supra semen radicem aggerare, c. acc. rei opertae*: COLVM. 2, 10, 33 si plus quattuor digitis adobrutum est semen ..., non facile prodit. *ibid.* iaciunt semina et sarculis adobruunt. 2, 11, 2 segetes ... permota terra adobrui. *ibid.* sarriri nec adobrui. 2, 11, 8 sartio ... sic debet fieri, ne radices satorum laedantur et ut potius adobruantur. *ibid.* frumentum ... si ad⟨ob⟩rutum est. 4, 5, 1. 4, 8, 3 vitem. 4, 15, 3. 4, 29, 8 surculus adobruitur cacumine tenus. 4, 29, 10 truncum (de arb. 6, 4). 5, 5, 2 scrobes. 5, 5, 16 palmites (*bis*). 5, 10, 14 *ferulam* (arb. 2, 22, 2). 5, 10, 17 *piro* adobruta ablaqueatione. 11, 2, 54 arbores ... circumfodere et adobruere.
non de herbis: COLVM. 11, 3, 31 testulae vel conchae quasi sedes singulis subiectae seminibus adobruuntur. PALLAD. 1, 35, 10 omnes

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parvulos aditus ... talparum ... adobrui (obrui *pars codd., inde* obstrui *edd.*).

adobrutio, -ōnis *f. ab* adobruere. CASS. FEL. 76 p. 187 sympasma desiccatorium harenae ferventis adobrutione, quam ammochosiam vocant. *V.*

Adodī *v.* Arod.

Adoed *quid sit nescio.* CORP. VIII 2626 (*Lambaesi, cf.* add. 18099) b 9 ex l. Adoed (adoed?) Dubidi(us) Cresces. *Diehl.*

adolatio, adolor *v. sub* adulatio, adulor.

adolēfacio, -factum, -ere. *ab* adolere. ACTA Arv. (*a. 224*) 16 arborum adolefactarum et coinquendarum ... causa. *cf.* 5 adolendar(um). *V.*

Adolenda, -ae *dea adolendo praefecta. hanc una cum Commolenda (sive Coinquenda) et Deferunda pro uno numine fratres Arvales colebant, cf. Henzen, Acta fr. Arv. p. 147.* ACTA Arv. a. 183 p. II 5 *fici (in fastigio aedis deae Diae innatae) eruendae atque operis incohandi causa* Adolendae Commolandae Deferundae oves II *immolavit.* 13 *operis perfecti causa* Adolendae Commolendae Deferundae oves II. a. 224, 12 *arborum (ictu fulminis attactarum) eruendarum, ferro fendendarum, adolendarum, commolendarum causa* Adolend(ae) Coinq(uendae) ov(es) II *immolaverunt. periit hoc nomen in lapide fracto* a. 218, 4. *Otto.*

adoleo, -ēvi, -ultum, -ēre. [*cf. esse videtur cum umbr.* udetu '*incendito, adoleto*', *fortasse cum* olere. *Th.*] NON. 58 adolere verbum est proprie sacra reddentium, quod significat votis vel supplicationibus numen auctius facere, ut est in isdem 'macte esto' (*cf.* SERV. Aen. 4, 57), et intellegi debet ab eo, quod est 'adolevit' id est crevit, et 'adultum', quod est auctum et aut aetate aut aliqua causa maius solito factum, ducere proprietatem. *laudat deinde locos Vergilianos. similia affert* p. 247, *ubi vertit* augere honorare propitiare, *praemittit tamen* adolere est urere. SERV. Aen. 1, 704 adolere proprie est augere. in sacris autem κατ' εὐφημισμὸν adolere per bonum omen dicitur; nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur (*similia* SCHOL. Stat. Theb. 1, 514). SERV. ecl. 8, 65 adole: incende. sed κατ' εὐφημισμὸν dicitur, nam 'adole' est auge. *cf.* GLOSS. V 549, 4. *nimirum subest doctrina vetustioris grammatici, qui* adoleo *et* adolesco *utique eiusdem stirpis et* abolere *et* adolere *contraria esse voluit.* DIOM. gramm. I 373, 18 'adolui' volunt quidam in sacrificio dici et venire ab eo quod est 'adoleo'. sed et in sacrificio active (Accius *codd.*) Cassius ad Tiberium secundo 'adolevi' dicit sic (*v. l. 61*) et in passiva declinatione 'adulta', non 'adoleta'. *Probi observationem videtur turbasse* PRISC. gramm. II 489, 4, *cuius codices habent* adoluerunt. *addit idem*: passivi quoque participium 'adultus' pro 'adolitus' prolatum est (*sequitur locus* VAL. ANT. *l. 53*). *praecedit* p. 488, 19 aboleo abolevi, adoleo adolevi. *cf. tamen* GLOSS. II 564, 19 adoletum victimatum bustum. II 382, 23 ὁλόκαυστο⟨ν⟩ adolitum. V 437, 20 adoleta quae in areis sunt combusta. *de structura dat vilia* ARVS. MESS. gramm. VII 457, 24. *verbum priscum et religiosum* (*hoc verum inest in* NONI SERVI *testimoniis*) *casu nobis non agnoscitur ante* VAL. ANT., *nam de* ENNIO *res est dubia.*

I *accendere, comburere, plerumque de hostia ture inferiis, quorum fumus odorque dis sunt accepti*: ENN. (*si sunt ipsius verba*) Lact. inst. 1, 11, 63 hostiam ... totam adolevit. VAL. ANT. ann. frg. 61 eo omnes hostiae vituli viginti et septem coniecti et ita omnia adulta sunt (CORP. XI 1420 bosque et ovis ... mactentur eaeque hostiae eo loco adoleantur). VERG. ecl. 8, 65 verbenasque adole (NON. 58 adde cumula, GLOSS. II 8, 37 κάρπωσον, *falsum utrumque; recte* NON. 247 SERV. *v. l. 34*) pinguis et mascula tura. Aen. 3, 547 Iunoni Argivae iussos adolemus (GLOSS. turificamus) honores. Ov. met. 8, 739 qui numina divum sperneret et nullos aris adoleret odores (honores ς). CASSIVS Diom. gramm. I 373, 20 *et* Prisc. gramm. II 489, 4 est (at *Prisc.*) contra Aegyptiis maximum sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt (adoluerunt *Prisc. codd.*). PLIN. nat. 28, 27 in mensa utique id (*cibum e manu prolapsum*) reponi adolerique ad Larem piatio est. TAC. ann. 6, 28 subire patrium corpus inque Solis aram perferre atque adolere *narratur phoenix.* PAVL. FEST. 5 altaria sunt quibus igne adoletur. 181 equum ventis immolant ibidemque adolent. CARM. adv. Marc. 3, 147 inceditque aras adolenda cadavera lucos (lignis *ed. princ.*). ARNOB. nat. 7, 25 (*bis*). PACIAN. par. 5 tura. DICT. 5, 8. VVLG. exod. 30, 1 thymiama (III reg. 9, 25). exod. 30, 7 incensum (θυμιάζειν; 40, 5. 40, 25 *et saepissime in* VVLG.). lev. 2, 11 nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur. 4, 26 adipem. num. 15, 3 adolentes (ποιῆσαι) odorem suavitatis domino de bobus sive de ovibus. PRVD. Symm. 1, 222 tura. CLAVD. 10, 210 flamma lucos adolete Sabaeos. MACR. sat. 1, 16, 3 *hostiam.* SIDON. epist. 8, 14, 4 incensum. *dicitur de ipsis flammis igni ara*: Ov. epist. 15, 333 adolebunt cinnama flammae. fast. 1, 276 haec (*ara*) adolet flammis cum strue ferta (farra *codd.*) suis. 3, 803 viscera qui tauri flammis adolenda dedisset. PETRON. 115 Licham ... rogus ... adolebat. VAL. FL. 3, 443 APVL. met. 3, 18. *transfertur ad ipsa loca, quibus accenditur quaeque fumo et odore complentur*: LVCR. 4, 1237 sanguine ... conspergunt aras adolentque altaria donis. VERG. Aen. 1, 704 flammis adolere (SERV. colere) penates (MACR. sat. 1, 24, 22) 7, 71 castis adolet dum altaria taedis *Lavinia.* SIL. 11, 276 adolere focos. TAC. hist. 2, 3 precibus et igne puro altaria adolentur. ann. 14, 30 cruore captivo adolere aras. AMBR. Ioseph 3, 17 thymiama, quo adolent altaria (*acc.*) piae mentis. CYPR. GALL. gen. 326 iud. 267. OREST. 33 Minervales donis adolebat (addebat *codd.*) Athenas. STAT. silv. 2, 4, 34 Assyrio cineres adolentur amomo. PAVL. NOL. carm. 6, 37 antistes sacros adoleverat ignes. ENNOD. opusc. 9 p. 417, 15 turicremis Panchaeus adoletur ignis altaribus. *audacius i. q. colere*: AVG. civ. 10, 3 *deum* suavissimo adolemus incenso. *usu latiore in re non sacra*: *de accendendo ignem, coquendo comburendo materiem*: MORET. 37 flamma gelidos adolere liquores. Ov. met. 1, 492 leves stipulae demptis adolentur aristis. COLVM. 12, 31 *corpus bestiolae* igne adoleatur. GELL. 17, 10, 7 petivit ut Aeneida ... adolerent. ACTA Arv. *a. 224* 5 arbor(um) ... adolendar(um). TERT. nat. 2, 17 vellet Iuno Punicam urbem ... ignibus adoleri (-ere *Agob.*). HEGES. 5, 20, 2 subiectis ignibus ... instrumenta. STAT. Theb. 1, 514 focos. SOLIN. 15, 3 ossibus adolent ignes focorum (alant MELA 2, 15). APVL. met. 11, 24 flammis adultam facem. EVTROP. 10, 18 *prunas* (PRVD. Symm. 2, 1087). AVSON. 466, 4 ignem (AMBR. off. 1, 25, 119 fug. saec. 1, 3. HEGES. 5, 42, 3 igne adulto). AMBR. exam. 2, 3, 14 flamma adolet *ignem. ibid.*: ignis adoleverit lumen. *translate*: PANEG. 12, 23 cum pauci homines ... totius incendium continentis adolerent. AVIEN. Arat. 389 tribus stellis adoletur dextera Cancro *chela.* 1280 aurea caelo ... adolent Pisces incendia. 1357 *Titan* istud astrum adolet flammis. AMBR. exam. 1, 8, 31 libidines. 5, 3, 7 fotu ... sui caloris animare et spiritu adolere (alere *cod. interp.*) suo *fetus.* Noe 16, 57 insipientis anima ferinos acuit motus atque adolet venena serpentum. paenit. 1, 13, 63 luxuria ... carnis culpam adolet. in psalm. 118, 6, 18 amoris ... vim ... sermonibus. 18, 19 vaporem fidei et devotionis (*syn.* inflammare, accendere). HEGES. 5, 3, 1 Titus bellum adolebat (*cf. p. 802, 29*). PRVD. Symm. 2, 1076 resides ... faces *amoris.*

II *recentiora*: 1 *confertur cum* oleo (*affinis est usus antiquus de ture sim.*); *oritur sensus fragrandi*: PS. APVL. herb. 42, 7 codas tres, quae adolent suaviter. GLOSS. IV 304, 43 adolet incendit vel valde olet. adolent *pro* olent *cod. B.* PLAVT. Cas. 236. 2 *confertur cum* adulesco *et quasi contrario* aboleo: *intr.* HIER. epist. 21, 2 ut ... per singulas adoleret aetates *Christus, nisi* adolesceret *scribendum* est. CASSIAN. inst. 4, 24 *tit.*: de ligno arido quod quasi adolendum rigare non destitit. *trans.*: CHALC. comm. 23 genitalium membrorum ... conceptum ... germen adolentium. 220 animae partes ... omnia membra ... regunt nutriendo adolendo movendo. PROSP. resp. ad cap. Gall. 2, 6 arbitrium ... hominis gratia dei non abolet, sed adolet. carm. ingrat. 357 inque graves adolet plantaria fructus *dei gratia.* *V.*

adolēscēns *vel* **adulēscēns,** -tis *adi. subst. part. verbi* adolesco. FEST. 309 suboles ab olescendo, id est crescendo, ut adolescens quoque et adultae. 5 *v. p. 800, 78.* ISID. orig. 11, 2, 15 adolescens dictus eo quod sit ad gignendum adultus, sive a crescere et augeri. *cf.* GRAMM. suppl. 179, 14. CENS. 14, 2 *v. p. 795, 49.* CAPER gramm. VII 100, 22 adulescens nomen, adolescens participium. adolescens *nomen legitur* (*quantum per schedas iudicare licuit*): PLAVT. *codd.*: Epid. 440. 444 Men. 1079 Pers. 660 Rud. 131 Trin. 124. *codd. P*: Epid. 101. 603 Pers. 579. *codd.* (*in his saepe A*) adulescens *125es habent.* VARRO ling. (*cod. Flor.*) 6, 73. 7, 28. rust. 2, 11, 11 (*v. adnot. Keil. ed. mai.*). RHET. Her. 4, 14 (*H et P, pr. m.*). *ibid. inf.* (*P pr. m. et expleti*). 4, 25 (*C et 2 expl.*). 4, 52 (*B et expl.*). CIC. inv. 2, 91 (*aliq. codd.*). CAT. 63, 63. CAES. Gall. 1, 20, 2 (*A pr. m., Q sec. m.*). 7, 4, 2 (*A et Q sec. m.*). 6, 28, 3 (*A sec. m.*). *codd. a et h saepius.* NEP. Ages. 6, 3 (*P*). LIV. 38, 52, 11 (*codd.? cf. Fügner. lex. Liv. p. 632, 32*). CELS. 7 praef. p. 263 D (*sexies* adul-). SEN. epist. 52, 14 (*LP*). 66, 42 (*p*). COLVM. 11, 1, 1? PLIN. nat. 3, 102 (*bis* adul-). SVET. gramm. 16, 25 (*opt. codd. Caesarum saepe* -u-). APVL. apol. 2. AMBR. virg. 1, 4, 15. VVLG. *plus minus quinquagies.* SVLP. SEV. chron. 2, 10, 1. 2, 24, 1 (*codd.*). adolescentior: IVL. VAL. 3, 40 AVR. VICT. Caes. 42, 15. PACIAN. epist. 3, 13. VVLG. *quinquies.* PAVL. NOL. epist. 50, 17 med. (*opt. codd.*). BENED. reg. 22 *al.* aduliscens (adol-) *hic illic in codd., ut* CAES. Gall. 7, 32, 4 *et* 63, 9 (*B*) COMM. instr. 1, 7, 8 (*an* adulter?) LAMPR. Hel. 26, 2 (*BP*) NON. 494, 14. 19 CAPITOL. Maximin. 22, 6. PRISC. gramm. II 535, 17. GRAMM. suppl. 179, 23. 34. ORIBAS. syn. 5, 46. *cf. Schuchardt, Voc. d. Vulg. I 359. III 133. differentiam inter* adolescens *et* adoliscens *perperam statuit* GRAMM. suppl. 179, 14. adulescens *part. v. sub* adolesco. *comparativus* (*v. l. 62 sqq.*): TER. Hec. 11 CIC. epist. 9, 8, 1 SALL. hist. frg. 1, 85 (NOVAT.) tract. 15 HEGES. 1, 41, 3 VVLG. Luc. 15, 12 GREG. TVR. vit. pat. 1, 1. *superlativus nusquam, cf.* PLAVT. Mil. 788 quam lepidissimam potis quamque adulescentem maxume. *comp. vice superlativi*: VVLG. II Macc. 7, 24 *de septem fratribus* (νεώτερος *LXX*). PAVL. NOL. epist. 50, 17 med. adulescenti *abl.*: CORP. VIII 828. adulescentum (-tium *inde a* CAEC. com. 211 *et* TER. Haut. prol. 2 *passim*): PLAVT. Asin. 133 Pseud. 364 SIDON. epist. 1, 4, 3. *apud poetas dactylicos* (*nom.*): LVCIL. 360 VERG. catal. 3, 6. *de usu vocabuli ap.* PLAVT. *et* CVRT. *v. quae adnotavi ad p. 797, 30 sqq.; cf. etiam p. 800, 66.* GLOSS. νεανίας, νεανίσκος, μειράκιον, μεῖραξ, μέλλαξ, νεώτερος, iuvenis. *cf. gloss.* pallex.

I *adiectivum vel substantivum tamquam adiectivum appositum*: A *de ipso aetatis gradu*: homo: PLAVT. Bacch. 65 adulescens homo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

penetrem me ... in palaestram. Pseud. 434. Trin. 131 amanti homini adulescenti. Ter. Phorm. 1041 Qvadrig. hist. 87 C. Gracch. ap. Char. gramm. I 208, 20 *al.* Cic. Verr. 2, 97 Vatin. 16 Phil. 2, 26 *al.* de orat. 1, 117 epist. 2, 15, 4 Sall. Cat. 38, 1 *al.* Liv. 2, 18, 10 *al.* Rvt. Lvp. 2, 3 Svlp. Sev. chron. 2, 41, 7. filius: Plavt. Merc. 1021. Cic. S. Rosc. 64 cum duobus adulescentibus filiis. Verr. 6, 16. 21 *al.* off. 3, 112 epist. 13, 19, 2 Caes. civ. 1, 74, 6. Verg. catal. 3, 6 pater filiusque adulescens. Liv. 5, 32, 8 Sen. contr. 1, 4 tit. 1, 4, 3 *al.* Val. Max. 5, 10 ext. 1 *al.* Qvint. decl. 328 p. 287 filii familiae duo adulescentes fratres dissidebant. Svet. Aug. 24 Capitol. Maximin. 22, 6 Amm. 29, 1, 17. 31, 12, 1 Hier. epist. 92, 3. Vvlg. Luc. 15, 12 adolescentior *filius. sim.* Vvlg. IV reg. 9, 4 adolescens puer prophetae. I Macc. 11, 54 Antiochus ... puer adolescens (*παιδάριον νεώτερον*). vir: Vvlg. I reg. 30, 17 viri adulescentes (אִישׁ־נַעַר; *παιδάρια*). propinquus: Cic. Flacc. 89 Ligar. 8. *cf.* Apvl. apol. 2 cognati adolescentis. liberi: Liv. 2, 4, 1 iam ... ex eo matrimonio adulescentes erant liberi. 2, 6, 2. fratres: Bened. reg. 22 *al.* Liv. 45, 39, 19 corpus vetus miles adulescentibus militibus ostendi. Hier. epist. 117, 6 inter servos adulescentes. Gell. 13, 22 tit. discipulos adulescentes. Heges. 1, 41, 3 Alexander, utpote adulescentior. Greg. Tvr. vit. patr. 1, 1. (*alio sensu nominibus propriis appositum v. B*). mulier *sim.*: Plavt. Mil. 788 *mulierem volo* quam ... adulescentem maxume (789 meretricem adulescentulam). Ter. Hec. 660 mater quod suasit ..., adulescens mulier fecit. Phorm. 794. Varro Men. 205 ad moechada adulescentem. ap. Non. 494 *v. p. 797, 39.* Cic. div. 1, 36 filiam adulescentem. Vvlg. I Tim. 5, 11 adolescentiores ... viduas devita. *translate*: Ivl. Val. 3, 40 adolescentior fervor. Cic. epist. 9, 8, 1 os huius adulescentioris Academiae. Cassian. conl. 14, 9, 4 aetas adhuc adulescentior. *subst. supplendo*: Ter. Hec. 11 uti iure senem ..., quo iure sum usus adulescentior. Sall. hist. frg. 1, 86 Curionem quaesit, uti adulescentior et ... integer aetati concederet Mamerci. (Novat.) tract. 15 *v. infra l. 44.* **B** *distinctivum nominum propriorum (opp. pater vel alius quis senior eiusdem nominis)*: Cic. Att. 2, 8, 1 Curionem adulescentem (2, 18, 1; *cf.* 2, 24, 2 Curio filius). *cf.* Phil. 3, 27 o C. Caesar — adulescentem appello. Nep. Att. 12, 1 Cic. epist. 8, 7, 2. 8, 12, 1. Caes. Gall. 3, 11, 5 D. Brutum adulescentem. civ. 1, 8, 2 L. Caesar. *al.* Bell. Hisp. 1, 1 cum adulescente Cn. Pompeio (3, 1 *al.* Sen. suas. 1, 5 Val. Max. 9, 15, 1). Nep. Att. 2, 2 adulescentem Marium (Vell. 2, 27, 4). Liv. 8, 35, 9 adulescentis Manlii. 27, 27, 7 Marcello adulescente. 37, 48, 2. Frontin. strat. 1, 1, 4 renuntiavit adulescenti Tarquinio, quid agentem patrem vidisset. Svet. Claud. 4 Tiberium adulescentem (*i. Claudium*). Pavl. dig. 45, 1, 91, 3 Celsus. Capitol. Gord. 22, 5 Gordianus. 22, 9. 23, 6. Vvlg. I Macc. 11, 57 Antiochus adolescens (*ὁ νεώτερος*). *compar.* (Novat.) tract. 15 Beniamin ... adulescentior dicitur, ne quis hoc de patriarcha dictum putet. *similiter de filio*: Trebon. Cic. epist. 12, 16, 1 nihil adulescente tuo atque adeo nostro ... amabilius.

II *substantivum (nota iuncturam* Plavt. Capt. 1032 amans adulescens. Merc. 973): **A** *generis masc.*: **1** *de aetate*: Cens. 14, 2 Varro ... putat ... secundo *gradu aetatis* ad tricesimum annum adulescentes, ab alescendo (all- *codd.*) sic nominatos. *cf.* adulescentia. Cic. rep. 1, 18 doctos adulescentes, iam aetate quaestorios. *cf.* Liv. 29, 14, 8. Cic. epist. 2, 15, 4 *v. infra l. 71.* Sall. hist. frg. 1, 86 *v. supra l. 30.* Val. Max. 7, 5, 2 cum aedilitatem curulem adulescens peteret. Amm. 28, 1, 26 primae lanuginis adulescens (*cf.* 30, 7, 7. 19, 1, 7). 16, 1, 5 primaevus. Hier. epist. 117, 10 necdum bene barbatulum. Greg. Tvr. Mart. 3, 16 oculi adolescentis (*de* 'puerulo' *trimo*). *apponuntur alii aetatis gradus*: infans *sim.*: Cels. dig. 47, 2, 68 (67), 1. Sen. rem. fort. 4, 1 adulescentes et impuberes. Vlp. (Trib.?) dig. 26, 7, 7, 11 impuberum vel adulescentium. Vlp. dig. 4, 4, 9 damnum pupilli vel adulescentis (12, 3, 4 pr. *al.*). 27, 2, 3, 5 ad instructionem ... pupillorum vel adulescentium pupillarum⟨ve⟩ vel earum, quae. Marcian. dig. 49, 14, 18, 8. Svet. gramm. 16 ut ... tantum adulescentibus praeciperet, praetextato nemini. puer: Com. inc. 43 (Cic. Tusc. 1, 94). Plavt. Merc. 540 nullum adulescentem plus amo. :: puer est ille quidem, stulta. nam illi quidem hau sane diust quom dentes exciderunt. *cf.* Varro ling. 7, 28. Cic. Phil. 3, 3 C. Caesar adulescens, paene potius puer. Vatin. 32 puer aut adulescens. Verr. 4, 159 non puer, sed adulescens. inv. 1, 35 Lael. 11 *al.* Att. 6, 2, 2. 7, 7, 7. ad Brut. 1, 15, 6 *et* 7 (*idem. Octavius et* adulescens *et* puer *dicitur cf.* epist. 11, 7, 2). epist. 2, 15, 4 Coelium praeposui provinciae. puerum? inquis. at quaestorem, at nobilem adulescentem. Cels. 1 praef. Qvint. inst. 2, 2, 14 pueros adulescentibus permixtos. Svet. Tib. 68 Pavl. dig. 6, 1, 6 Lampr. Comm. 10, 1. Hier. epist. 52, 1 adulescens, immo paene puer (60, 15 Sidon. epist. 9, 14, 9 *cf.* 8, 6, 5). Sidon. epist. 1, 4, 3 pueris ... adulescentum ... iuvenum. Bened. reg. 63 pueri parvi vel adolescentes. Varro ling. 7, 28 *Papinius* epigrammation ... in adolescentem fecerat Cascam: ... te Cascam ... dicit amica, ... sesquisenex puerum. Cic. Cato 33 nisi forte adulescentes pueritiam, paulum aetate progressi adulescentiam debent requirere. 76. iuvenis (*cf. synon.*): Marcell. dig. 32, 69, 1 iuvenis is, qui adulescentis excessit aetatem. *cf.* Lampr. Alex. 12, 3 *cum adnot. crit.* Hier. epist. 34, 4 adulescentibus atque puberibus. vir: Cic. Deiot. 32 clarissimo viro ... optimo adulescente. Muren. 73 Cael. 73 fin. 2, 55. senex *sim.*: Plavt. Men. 75 modo adulescens, modo senex. Merc. 550. 552 Ter. Haut. 1. 2. Hec. 10 *v. p. 795, 29.* Cic. Phil. 2, 118 *cf.* Sest. 111. de orat. 2, 15 Brut. 39. 326 rep. 1, 67 Cato 20. 26. 75 *al.* Nep. Att. 8, 2. 16, 1 Liv. 2, 18, 10 *al.* Sen. contr. 2, 1, 3. 2, 6, 1 *al.* Cels. 2, 1 p. 30 D. Qvint. inst. 6, 2, 14 Spart. Did. 9, 1. Cic. Brut. 325 cur adulescens magis floruerit ... quam senior Hortensius. orat. 42 Cels. 5, 26, 6 Qvint. inst. 5, 6, 5 Vvlg. I Petr. 5, 5. Cic. Cato 10 *Maximus* bella gerebat ut adulescens, cum plane grandis esset. Val. Max. 2, 1, 9 tamquam maiores natu adulescentium communes patres essent. Tac. ann. 4, 17 *opp.* senecta. *plures aetatis gradus*: Sen. epist. 22, 14 quemcumque vis occupa, adulescentem, senem, medium. 66, 42 *opp.* senex ... infans. 121, 16 infantis, pueri, adulescentis, senis. Apvl. flor. p. 82 Oud. pueris et adulescentibus et senibus. Treb. trig. tyr. 12, 17 pueri ..., adulescentis ..., iuvenis ..., iam provecti, senescentis. Plin. nat. 3, 102 novem adulescentes totidemque virgines. Vvlg. II par. 36, 17 adolescentis et virginis (Amos 8, 13). **2** *de natura, moribus, officiis*: **a** *sententiae*: Plavt. Asin. 833 decet verecundum esse adulescentem (Cic. off. 1, 122 est ... adulescentis maiores natu vereri *e. q. s.* Sen. epist. 11, 1 verecundiam, bonum in adulescente signum). Bacch. 816 quem di diligunt, adulescens moritur, dum valet, sentit, sapit. Merc. 550 adulescens quom sis, tum quom est sanguis integer. 987 adulescentes rei agendae isti (*i. scortando*) magis solent operam dare. *cf.* Pseud. 434 quid novom, adulescens homo si amat? Mil. 661 esse adulescentem moribus. Truc. 99 Ter. Hec. 138. Cic. de orat. 2, 88 volo ... se efferat in adulescente fecunditas ..., volo esse ..., unde aliquid amputem. Cato 67 facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant, tristius curantur (71). 38 adulescentem, in quo est senile aliquid, ... probo. 36 petulantia ... libido magis est adulescentium quam senum. epist. 9, 22, 2 Sen. contr. 2, 4, 10. 2, 6, 4. 7. 10, 2, 7 turpe est adulescenti vinci a sene. Sen. epist. 36, 3 Ps. Sen. mon. 153. Qvint. inst. 11, 1, 32 morum senilis auctoritas immatura in adulescentibus creditur. Itala (Aug. civ. 17, 20) eccl. 10, 16 vae tibi, terra ..., cuius rex adulescens (Vvlg. puer). *ad quae verba* Avg. *l. c.*: adulescentem dixit diabolum propter stultitiam et superbiam et temeritatem et petulantiam ceteraque vitia, quae huic aetati adsolent abundare.

Qvint. inst. 5, 12, 22 ille, quem instituimus, adulescens. 7, 3, 30. 11, 1, 55. Papin. dig. 26, 7, 39, 18 adulescens postquam res suas administrare coepit. Capitol. Alb. 6, 1 adulescens ... se ad militiam contulit. Veg. mil. 1, 6 adulescens Martio operi deputandus *cf.* 1, 4. Vopisc. Prob. 12, 6 adulescens tribunatus (*sc. militum*) ... accepit. *nota*: Capitol. Pius 12, 4 perit anno septuagesimo, sed quasi adulescens desideratus est. **b** *epitheta* (*cf. l. 62*): *α de nobilitate* (*saepissime*): Plavt. Aul. 29 de summo adulescens loco. Capt. 169 prognatum genere summo. Rud. 1197 de genere summo ... ingenuo. Trin. 326. Ter. Eun. 204 nobilem (Calp. Piso hist. 27, 5 Qvadrig. hist. 15 Cic. p. red. 1, 12 Sest. 27 Phil. 2, 16 Att. 7, 8, 3 epist. 2, 7, 4 *al.* Caes. civ. 1, 34, 3 Sall. Cat. 18, 4 Liv. 2, 3, 6 *al.* Val. Max. 3, 3 ext. 2 *al.* Sen. clem. 1, 9, 3 *al.* Tac. Germ. 14 Plin. epist. 2, 14, 3 Vopisc. Prob. 5, 2 Amm. 28, 1, 16 Svlp. Sev. Mart. 23, 1). Cic. Verr. 5, 91 adulescentem illo loco natum. Flacc. 18 honesto loco natus. frg. orat. 7, 37 M. summa nobilitate. Caes. Gall. 7, 39, 1 summo loco natus adulescens. civ. 3, 35, 2 summae nobilitatis. Liv. 2, 3, 2 nec ... tenui loco orti. 44, 1, 1 pari nobilitate. Val. Max. 4, 3, 4 patriciae gentis (Svet. Aug. 5). 5, 6, 2. Frontin. strat. 4, 6, 1 honeste natum. *hinc* adulescens *nude positum de adulescente nobili* Sall. Iug. 21, 4. *sim.* Tac. hist. 2, 62. *β de virtutibus*: Plavt. Capt. 105 antiquis ... adulescens moribus. Cic. Phil. 10, 13 summa virtute, gravitate, constantia. 14, 28 maximi animi. epist. 1, 7, 11 eximia spe, summa virtute. Mativs Cic. epist. 11, 28, 6. Caes. Gall. 1, 47, 4 summa virtute et humanitate. 7, 63, 9 summae spei. Vell. 2, 97, 2 tot tantarumque virtutum. 2, 116, 2 Sen. dial. 6, 2, 3. *adiectiva ad α et β*: bonus, optimus: Plavt. Most. 21 Cic. Verr. 4, 63 Pis. 4 Cluent. 156 Cael. 7 Deiot. 32 epist. 2, 16, 5 *et al.* Sen. contr. 7, 7, 3 Sen. dial. 12, 3, 4 *al.* clarus, clarissimus: Cic. Verr. 2, 139. 3, 103 Phil. 3, 7 *et saepe.* Plin. epist. 6, 23, 2. divinus: Cic. Phil. 5, 43 (*de Octavio*). egregius: Liv. 5, 52, 3 *al.* eruditissimus: Cic. Brut. 37. florentissimus: Cic. Verr. 5, 80 (*cf.* Caes. Gall. 7, 32, 4) Liv. 28, 40, 12 Corp. VIII 828. fortis: Plavt. Rud. 313 Cic. Verr. 4, 63 Pis. 4 Planc. 52. gravis: Cic. Sest. 111. honestus: Cic. Cluent. 11 Mil. 86 *al.* Caes. civ. 1, 51, 3. humanissimus: Cic. Cael. 2. 24. inlustris: Caes. Gall. 7, 32, 4 Nep. Ham. 3, 2 Liv. 45, 5, 2. lectus, lectissimus: Cic. div. in Caec. 29 Verr. 3, 49. 4, 63 *al.* Vopisc. Car. 7, 2. modestissimus: Cic. Flacc. 8 Planc. 27. ornatus, ornatissimus: Cic. div. in Caec. 29 Verr. 5, 79 Mil. 86. *cf.* epist. 13, 38 *et* 40. potens, potentissimus: Cic. S. Rosc. 6 epist. 2, 18, 2 Ascon. p. 61 B. primarius: Serv. Cic. epist. 4, 5, 3. probus: Cic. Mil. 9 Vopisc. Prob. 4, 4 *al.* pudentissimus: Cic. Cluent. 165 *cf.* Cael. 61. sanctissimus: Cic. Phil. 13, 19. temperatissimus: Sen. contr. 2, 6, 4. verecundissimus: Sen. contr. 7, 7, 3. *γ de vitiis*: Plavt. Trin. 131 adulescenti animi impoti. Ter. Ad. 760 luxu perditus (Cic. off. 2, 45 Val. Max. 6, 9 ext. 1 *cf.* Ascon. p. 33 *et* 93 B.). Cic. dom. 139 imperitus. Sest. 110 ex impuro adulescente et petulante. Brut. 196 delicatus. ad Q. fr. 1, 2, 15 nullius consilii. Liv. 34, 25, 7 maioris animi quam consilii. Sen. contr. 7, 7, 13 inconsideratum, temerarium. 9, 1, 15 nobili-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatis suae cogitatione insolentem. VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 effeminatus. SEN. dial. 5, 38, 1 protervus. benef. 1, 13, 3. PETRON. 81 omni libidine impurus. VLP. dig. 17, 1, 12, 11 luxuriosus. APVL. met. 5, 25 delicatum luxuriosumque. SPART. Carac. 11, 4 stultae temeritatis. RVT. rhet. 2, 6 impudicus. AVG. civ. 17, 20 *v. p. 796, 34.* **c** *iuncturae*: adulescentium (-tis) *gen. subi. vel obi.*: aetas: VARRO Men. 119. mobiles animi: TAC. ann. 4, 17. auctoritas: TAC. ann. 1, 46 duorum adulescentium nondum adulta auctoritate. circumscriptio: CIC. Cluent. 46 off. 3, 61 (*lege Plaetoria vindicabatur*: *cf.* Phil. 14, 7). errores: FRONTO p. 53, 9 N. intemperantia: CIC. off. 1, 123. ioci: SEN. exc. contr. 5, 6. peccata: RHET. Her. 4, 25. pubertas: PAPIN. dig. 26, 7, 39 pr. pudor et pudicitia: VARRO Non. 494, 14 (CIC. Cael. 7 *al.*). verecundia: PLIN. epist. 4, 15, 6. vires: CIC. Cato 27. curator: *saepe ap. ICTOS, velut* SCAEV. dig. 4, 4, 47, 1 PAPIN. dig. 26, 7, 39, 5 VLP. dig. 2, 2, 3, 1 *al.* PAVL. dig. 13, 7, 16 pr. *nota*: VLP. dig. 3, 1, 3, 3 quibus dare solent *curatores*, … surdo, prodigo et adulescenti. 4, 4, 1, 3 hodie in hanc usque aetatem (*sc. XXV annorum*) adulescentes curatorum auxilio reguntur. 13, 5, 5, 9 tutori pupilli vel curatori … adulescentis. *sed cf. sub* curator *et* tutor. permities (*sim.*) *de lenone*: PLAVT. Asin. 133 perlecebrae, permities, adulescentum exitium. Pseud. 364. TER. Ad. 188 leno sum …, pernicies communis adulescentium. admodum adulescens: *passim, cf.* CIC. Phil. 5, 48 Brut. 115 ac. 2, 1 *al.* LIV. 29, 38, 7 *al.* VAL. MAX. 5, 3, 5 TAC. ann. 1, 3 SVET. Claud. 26 CORP. V 532, 1, 12. adulescens admodum: SEN. contr. 2 pr. 1 VAL. MAX. 2, 10, 4 FRONTIN. strat. 4, 7, 39. oppido adulescens: LIV. 42, 28, 13. iam adulescens: CIC. Brut. 104 *et saepe.* adhuc adulescens: VELL. 2, 35, 3 SVET. Aug. 20 *al.* *abl. absol.* hoc … adulescente: CIC. Cael. 10 Brut. 106. 189 adulescentibus nobis. *sim. saepe.* CIC. off. 2, 51 *de se*: nos adulescentes. *synonyma*: iuvenis (*nota hoc vocab. deesse ap.* PLAVT., *cum* adulescens *ca. 150es extet; at ap.* CVRT. adulescens *tantum* 6, 11, 37, iuvenis *saepe. cf.* iuventus): LIV. 2, 33, 5 inter primores iuvenum … adulescens … promptus. CELS. 2, 1 p. 30 D. HIST. Apoll. 4 *al.* (*coll. recensionibus α et β*). LIV. 2, 3, 2 erant in Romana iuventute adulescentes aliquot. PLIN. epist. 2, 7, 5. pubes: FEST. 217 (*cf.* PAVL. 218).

B *generis femin.* (*cf.* adulescentula): AFRAN. com. 52 adulescentis optumas, bene convenientes, … concordes cum viris … viduas factas. PLAVT. Mil. 966 nupta et vidua … eadem? :: quia adulescens nuptast cum sene. TER. Andr. 488 optumae adulescenti. 466. VARRO Non. 494, 19 nutricem oportet esse adulescentem (*opp.* anus). AMBR. virg. 1, 4, 15 ubi pudicae adolescentes iubentur esse, impudicae anus. *comp.* peradulescens.

? **adulēscenta,** -ae *f. ab* adulescens *cf.* clienta. ITALA cod. Monac. deut. 22, 27 vociferata est adulescenta (*lectio incerta in fine versus*). 22, 29 dabit … patri adulescentiae (*litt.* i *incerta*; adulescentula(e) *? Ziegler utroque loco*; VVLG. puellae) L didragmas. SORAN. 89 quae est … mamma (*i. nutrix*) apta ad nutriendum infantem? adulescenta (alescenta *sim. codd.*) quidem et quae iam bis peperit.

adulēscentia (adolēscentia), -ae *f. ab* adulescens. *status adulescentis.* adolescentia *legitur in lapide*: CORP. VI 32326, 1, 18, *in editionibus auctorum* (*lectionem codicum, quoad investigare potui, adnotavi*): PLAVT. Epid. 387. 449 (*codd.*), RHET. Her. 2, 5 (*codd. expleti*). 2, 39 *et* 4, 51 (*explet. pars*). 4, 65 (*mutilus unus et expleti*), PVBLIL. R 1, FEST. 281 (*verba Catonis*), CELS. 2, 1. 7 praef. (*Vatic.?*), OCTAVIA. 446, COLVM. 11, 1, 3 (*codd.?*) *et saepe apud inferioris aetatis auctores, cf.* VVLG. aduliscentia NOT. Tir. 54, 5 *et hic illic in codd.* GLOSS. II 375, 52 νεότης. V 163, 34 aduliscentia est flos aetatis. *cf.* CIC. top. 32 *de abusu translationis in definitione*: quasi qui adulescentiam florem aetatis … velit definire. HIER. epist. 140, 11 (*ad psalm. 89, 11*) ubi nos … posuimus 'negligentias …' …, in Hebraico scriptum est 'alomenu', quod Quinta editio interpretatur 'adolescentiam'.

I ***proprie:*** *aetatis gradus, adulescentis sc. hominis (de bestiis v. p. 798, 70) aetas, interdum artiore significatione de adulescentiae aut vigore aut infirmitate vel levitate, cf. l. 73. 77. p. 798, 3. 5sqq. 11sqq.*: *testimonia*: VARRO Serv. Aen. 5, 295 *aetates sic dividit*: infantiam, pueritiam, adulescentiam, iuventam, senectam. AMBR. Abr. 2, 9, 65 quattuor … aetates sunt hominis: pueritia, adulescentia, iuventus, maturitas. ISID. orig. 11, 2, 1 gradus aetatis sex sunt: infantia, pueritia, adolescentia, iuventus, gravitas atque senectus. 11, 2, 4 tertia (*aetas est*) adolescentia ad gignendum adulta, quae porrigitur (*a decimo quarto*) usque ad vigesimum octavum annum. *cf.* adulescens. *variae iuncturae*: adulescentia *est*: **A** *subiectum*: TER. Haut. 215 rerum, quas fert adulescentia (Ad. 53). Ad. 152 sperabam … defervisse adulescentiam (DON. desaevisse *cf.* CIC. Cael. 43). 470 persuasit nox, amor, vinum, adulescentia (*cf.* RHET. Her. 2, 5. 39 HIER. epist. 22, 8). CIC. Cael. 42 detur aliquid aetati; sit adulescentia liberior (*cf.* Sull. 46). Cato 4 adulescentiae senectus … pueritiae adulescentia obrepit. CAES. civ. 2, 38, 2 adulescentia, magnitudo animi. VVLG. eccles. 11, 10 adolescentia … et voluptas vana sunt. **B** *obiectum*: *acc.*: adulescentiam agere *sim.*: CIC. Cael. 39 ut *puer* in amore … adulescentiam suam conlocaret. 28 qui totam adulescentiam voluptatibus dedissent. Planc. 31 o adulescentiam traductam eleganter. ac. 2, 2 in forensi opera … consumpserat. SALL. Iug. 85, 41 ubi adulescentiam habuere, ibi senectutem agant. VAL. MAX. 3, 4, 1 adulescentia in pecore pascendo fuit occupata. PHAEDR. app. 10, 4 exercebat fervidam adulescentiam. QVINT. decl. 377 p. 420 ex voto adulescentiam egeram. TAC. hist. 1, 13 *al.* Agr. 4 transegit. TER. Eun. 383 nos nostramque adulescentiam habent despicatam (*cf.* VVLG. I Tim. 4, 12). LIV. 30, 30, 11 tuam et adulescentiam et … felicitatem … metuo. *dat.*: PLAVT. Merc. 997 ignoscat delictis tuis atque adulescentiae (Most. 1157). CIC. S. Rosc. 3 si quid liberius dixero, … ignosci adulescentiae poterit. SALL. Cat. 52, 33. LIV. 3, 12, 8 veniam errori atque adulescentiae petendo. QVINT. inst. 6, 2, 15 decl. 338 p. 333. LIV. 8, 35, 2 veniam errori humano, veniam adulescentiae Q. Fabii daret (*cf.* 31, 11; 13. 40, 15, 10). HIER. epist. 22, 30 veniam tribueret adulescentiae. *abl.*: QVADRIG. hist. 10[b], 7 et viribus et magnitudine et adulescentia simulque virtute antistabat. RHET. Her. 2, 39 iracundia deductus peccavit aut adulescentia aut amore. CIC. S. Rosc. 31 temere impulsus adulescentia *ego.* LIV. 23, 40, 3 *Hostus* adulescentia ferox. HIER. epist. 52, 11 absque vino ardeo adolescentia (*ibid.* calore sanguinis). *gen.* (*add. substantivis*): *virtutes et vitia*: PLAVT. Aul. 795 iniuriam fecisse … per vinum atque impulsu adulescentiae. TER. Hec. 542 vitium (vitia: CIC. Cato 29 NEP. Them. 1, 1 VVLG. Iob 20, 11 *cf.* QVINT. decl. 377 p. 418 *et* VVLG. Iob 13, 26 Ezech. 23, 21). CIC. Cael. 28 *al.* cupiditates. TAC. hist. 1, 15. CIC. Verr. 1, 11 maculas ignominiasque. dom. 126 libidines. Phil. 5, 47 temeritatem. Cato 61 voluptates (QVINT. decl. 260 p. 69 *cf.* TAC. hist. 2, 2). VAL. MAX. 4, 3, 3 vigor. SEN. epist. 68, 13 fervor. QVINT. decl. 260 p. 66 concessos adulescentiae lusus. 259 p. 59 ferocia. TAC. ann. 14, 56 lubricum adulescentiae nostrae (*cf.* HIER. epist. 7, 4). HIER. epist. 22, 17 flos. *partes*: CIC. Sull. 30 fundamentis adulescentiae iactis (Cato 62). LIV. 31, 11, 15 rudimentum. AMM. 23, 6, 2 *al.* SEN. contr. 2, 6, 11 tirocinium. suas. 7, 2 initia (SVET. vit. Lucan. p. 50 Reiff.). SIRICIVS epist. (Migne 13, 1142[a]) 13 accessu adulescentiae (*i. XX. anno*) usque ad tricesimum aetatis annum. COD. Iust. 2, 40 (41), 2 (*Valerian.*) adulescentiae tempus (*i. ante annum vicesimum sextum*). CORP. VI 32326, 1, 18. dies (*plur.*) adulescentiae: VVLG. Iob 29, 4 Ezech. 16, 22 *al.* *nota hebraismos*: VVLG. prov. 5, 18 laetare cum muliere adulescentiae tuae. Mal. 2, 15. HIER. epist. 34, 4 adolescentiae populos (*ibid.* filii iuventutis). *c. praep.*: CIC. Lael. 34 sin *amorem* … ad adulescentiam perduxissent. VAL. MAX. 7, 7, 5 filiis, quos in adulescentiam perduxerat (QVINT. inst. 4, 2, 42). CELS. 2, 8 p. 49 D. in senectutem ab adulescentia pervenerunt. QVINT. decl. 260 p. 65 liberos … in adulescentiam provectos. SIDON. epist. 5, 9, 2 a pueritia in totam adulescentiam evecti. *nota vocabulum ad definiendam mundi aetatem adhibitum*: CIC. Brut. 331 cuius in adulescentiam … incurrit misera fortuna rei publicae. Cato 50 *Livius* usque ad adulescentiam meam processit aetate.

C *in adverbialibus temporis*: *nudo abl.*: CATO agr. 3, 1 prima adulescentia … agrum conserere studere *cf.* PLIN. nat. 18, 31. CIC. Manil. 28 extremā pueritia …, ineunte adulescentia (off. 1, 117 NEP. Alc. 2, 2 AMM. 27, 6, 9). *cum* ab: LVCIL. 833 (*suppl. Lachm.*). CIC. Verr. 3, 83 Sull. 75 *et saepe.* epist. 1, 9, 11 *al.* SALL. Cat. 5, 2 *al.* NEP. Cato 2, 4 *al.* VVLG. gen. 8, 21 HIER. epist. 61, 2 *al.* AVG. civ. 3, 21 p. 132 D. *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 46, 5. PLAVT. Bacch. 1207 iam inde ab adulescentia. TER. Ad. 41. CIC. de orat. 1, 199 iam inde ab adulescentia. CIC. prov. 40 ab omnium nostrum adulescentia. VVLG. gen. 48, 15 *al.* ab adolescentia mea. PLAVT. Trin. 301 usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia. CIC. div. in Caec. 4 epist. 13, 21, 1 VAL. MAX. 1, 6, 12 TAC. dial. 8 AMM. 30, 7, 4 *al.* AVG. civ. 21, 16 p. 520 D. CIC. Brut. 315 a prima … adulescentia. epist. 1, 9, 23 SALL. orat. Cott. 4 epist. Pomp. 1 hist. frg. 3, 88 SEN. contr. 2, 3, 2 SVET. Otho 2 AMM. 19, 12, 12 SVLP. SEV. dial. 3, 1, 3. AMM. 17, 5, 5 *al.* ab adulescentia prima. ex adulescentia*?* CIC. epist. 7, 17, 2 cum te ex adulescentia tua (et adulescentia⟨m⟩ tuam *cod. Med., recte, ut videtur*) in amicitiam et fidem meam contulisses (*de iunctura cf.* TER. Eun. 383). *cum* in (*abl.*): PLAVT. Amph. 1031 Bacch. 410 Pseud. 437 *al.* CIC. Cael. 43 Mur. 63 *al.* CELS. 1, 3 p. 21 D. in adulescentia … in senectute. SEN. dial. 6, 22, 2 *al.* PLIN. nat. 18, 31 SVET. Cal. 50 *al.* FRONTO p. 103 N. SPART. Geta 5, 8 *al.* RVT. LVP. 2, 16 HIER. epist. 125, 8 *al.* VARRO rust. 3, 16, 1 in adulescentia tua. VVLG. eccles. 11, 9 *al.* *nota* VVLG. Sirach 42, 9. CARM. epigr. 81, 1 in hac adulescentia. (in diebus adulescentiae *cf. supra l. 32*). *cum* ad (*cf. l. 36*): PLAVT. Capt. 992 mecum a puero puer bene pudiceque educatust usque ad adulescentiam. *de bestiis*: PLIN. nat. 11, 21 quibus (*apibus*) est … adulescentia, ad opera exeunt …, seniores intus operantur. APVL. flor. p. 82 Oud. lusciniae in solitudine … canticum adulescentiae garriunt (*opp.* senecta). *translate de secunda aetate populi R.*: FLOR. 1, 1, 6 hoc (*sc. a Bruto ad Appium Claudium*) fuit tempus viris armis incitatissimum ideoque quis adulescentiam dixerit (*opp.* infantia … iuventas *et* robusta maturitas … senectus). 1, 22, 1. 1, 26, 7. *sim.* AVG. civ. 16, 43 p. 195 D. in quo (*David*) … exordium quodammodo iuventutis populi dei; cuius generis quaedam velut adulescentia ducebatur ab ipso Abraham usque ad hunc David.

II ***metonymice:*** *de ipsis adulescentibus*: **A** *adulescentia alicuius i. q. aliquis adulescens*: TER. Phorm. 274 si quis … insidias nostrae fecit adulescentiae (*i. nobis tamquam imperitis adulescentibus*). *sim.* CATO Fest. 281 ego iam a principio in parsimonia … om-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem adulescentiam meam abstinui. CIC. Sest. 110 cum eius adulescentia in amplissimis honoribus ... florere potuisset. Q. Rosc. 44 mea adulescentia indiget ... bona existimatione. Cael. 80 aut senectutem iam prope desperatam contempsisse aut adulescentiam plenam spei maximae ... non aluisse. Cluent. 36 capere Asuvii adulescentiam. Cael. 70 Caelii adulescentia ... ad ... poenas ... deposcitur. Manil. 28 cuius adulescentia ... triumphis est erudita. *cf.* Arch. 5 off. 2, 47. LIV. 8, 32, 15 satis castigatam adulescentiam Fabii esse 40, 10, 9 tuam senectutem obligatam et obnoxiam adulescentiae suae esse. VAL. MAX. 9, 1, 5 cuius adulescentia priscos mores vidit, senectus novos orsa est. SEN. dial. 5, 25, 2 adulescentia nostra in officio parum diligens fuerit. PLIN. epist. 1, 14, 1 quibus ille adulescentiam meam exhortationibus foverit. VVLG. Ier. 2, 2 miserans adolescentiam tuam. *sim. saepe.* **B** *generaliter de hominibus adolescentibus* (*iuventute*): CIC. Arch. 16 haec studia adulescentiam alunt, senectutem oblectant. Cael. 41 natura ... multas vias adulescentiae lubricas ostendit. Brut. 325 genus ... orationis Asiaticum adulescentiae magis concessum quam senectuti. Cato 25 in ea, quae non volt, ... etiam adulescentia incurrit. 48 adulescentia voluptates propter intuens magis ... laetatur. PVBLIL. R 1 ratione, non vi vincenda adolescentia est. CELS. 2, 1 p. 28 D. morbis ... acutis adolescentia magis patet *cf.* p. 30. OCTAVIA 446 regenda ... est fervida adolescentia. APVL. met. 10, 33 corruptor adulescentiae. TERT. anim. 1 *sapientia Christiana est* nec adulescentiam vitians (*sc. ut Socratis*). AMBR. off. 1, 44, 217 alacri adolescentiae videtur vita obscurior (*ibid.* in lubrica aetate). HIER. epist. 39, 2 quare senes ... divitiis perfruuntur? quare adolescentia rudis et ... pueritia immaturo flore metitur? 52, 3. 79, 7. *huc nonnulla referri possunt, quae sub I enumerantur, cf. p. 798, 18 sqq.*

iuncturae: *adduntur adiectiva*: adulescentia: bruta: SEN. benef. 3, 37, 4. diligens: SEN. dial. 5, 25, 2. fervida: PHAEDR. app. 10, 4 OCTAVIA 446. hebes: SEN. benef. 3, 37, 4. hilaris: QVINT. inst. 8, 6, 27 (*inter exempla troporum*). inconsulta: SEN. benef. 5, 5, 2. iniens: *v. p. 798, 46. 53* NEP. Them. 1, 1 *al.* inpura: CIC. Verr. 2, 32. inquinata: CIC. S. Rosc. 68 *cf.* QVINT. decl. 267 p. 90. intemperans: CIC. Cato 29. libidinosa: CIC. Cato 29 fin. 5, 62. longa: CELS. 1, 1. luxuriosa: LIV. 27, 8, 5 *cf.* VAL. MAX. 6, 9, 3. modesta: CIC. Mur. 53 SEN. dial. 5, 25, 2. neglegens: LIV. 27, 8, 5. prima: SVET. Vit. 4 Dom. 1 *cf. p. 798, 44. 56.* probata: LVCIL. 614. proterva: CIC. fin. 5, 62. rudis: HIER. epist. 39, 2. spectata: LVCIL. 614 CIC. p. red. 1, 37. plena spei: CIC. Cael. 80. sumptuosa: TAC. hist. 4, 49. temperans: SEN. dial. 5, 25, 2. turpis: CIC. S. Rosc. 68 Font. 34 SEN. contr. 7, 2, 3. *componitur cum aliis aetatis gradibus, cf. p. 797, 64 sqq.*: pueritia, adulescentia, senectus: C. GRACCH. Isid. orig. 2, 21, 4 CIC. Cato 4. VAL. MAX. 3, 4, 1 adulescentia ... validior aetas ... senectus. SEN. benef. 7, 28, 1 *opp.* puer, iuvenis, senectus. epist. 70, 2 pueritiam ..., adulescentiam, ... quicquid est illud inter iuvenem et senem medium ..., senectutis annos. SEN. epist. 49, 3 *v. l. 55.* TERT. anim. 56 *componuntur*: infantia, pueritia, adulescentia, iuventa, senecta. FLOR. 1, 1, 6 *v. p. 798, 74.* *apponuntur singulae aetates*: pueritia: CIC. Manil. 28 dom. 126 Verr. 2, 32 *al.* Cato 76 SEN. contr. 7, 2, 3 SEN. benef. 3, 3, 4 *al.* QVINT. inst. 11, 3, 28 in illo a pueritia in adulescentiam transitu. TAC. Agr. 4 SVET. Claud. 2 *al.* FRONTO p. 103 N. *al.* aetas puellaris: HIER. epist. 54, 7. infantia: SEN. epist. 9, 7. 24, 20 infantiam ... pueritiam ... adulescentiam (49, 3 *idem; add.* inclinationem quandam ab adulescentia ad senectutem, ... ipsam senectutem). 124, 12 QVINT. inst. 1, 1, 19. iuventus (iuventas): FRONTO p. 197 N. adulescentiae, iuventuti prolixa vitae curricula data sunt. AMBR. Iob 1, 7, 21 vicina adolescentiae iuventas. AVG. civ. 16, 43 *v. p. 798, 77.* *nota quod* adulescentia *ap.* TAC. *septies tantum invenitur* (*semel in* ann.), iuventa *passim. cf. sub* iuventa. pubertas: SVET. Dom. 1 pubertatis ac primae adulescentiae tempus. HIER. epist. 125, 1 adulescentiae, immo pubertatis incentiva. senectus: RHET. Her. 4, 51 CIC. Q. Rosc. 44 Verr. 6, 22 Cael. 79. 80 *al.* Deiot. 2 top. 32 Cato 4. 30 *al.* PVBLIL. F 20 (senecta. APVL. flor. p. 82 Oud.) SALL. Iug. 85, 41 LIV. 40, 10, 9 VAL. MAX. 6, 9, 1 CELS. 1, 1 *al.* SEN. dial. 6, 22, 2. epist. 30, 10 senectus adulescentiam sequitur. CVRT. 6, 10, 33 COLVM. 11, 1, 3 QVINT. inst. 12, 11, 13. HIER. epist. 127, 13 (senilis aetas). *nota* Ps. SEN. mon. 28 in senectute iuvenem age, in adulescentia senem. maturitas *et sim.*: CIC. Cael. 43 firmata aetas (*cf.* Cato 33). AMM. 26, 2, 7 aetatis maturitas. CIC. epist. 2, 1, 2 aetas ingravescens. Flacc. 5 reliquum tempus aetatis (*cf.* dom. 126). Cato 30 extremum tempus aetatis. NEP. Cato 2, 4 extrema aetas (HIER. epist. 119, 11).

adulēscentior, -ārī. *ab* adulescens *vel* adulescentia. *adulescentem agere.* VARRO Men. 550 tu ... taceas censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris (GLOSS. V 637, 23 luxuriaris).

adulēscentulus, -a, -um *adi. deminutivum nominis* adulescens.

I PLAVT. Mil. 634 benignitas ... huius (*senis*) oppido adulescentula est (-tules, -tule *codd.*). AMBR. in psalm. 118, 16, 6 senilem ... in adolescentula aetate gravitatem. HEGES. 1, 36, 2 propter aetatem adulescentulam. **II** *apponitur nominibus personarum*: **a** *masculinis*: PLAVT. Bacch. 88 homini adulescentulo. TER. Andr. 828 *al.* CIC. Cael. 33 SALL. Cat. 52, 26 EDICT. cens. ap. Suet. gramm. 25. TER. Haut. 93 filium unicum adulescentulum. CIC. Phil. 8, 14 duo adulescentuli filii. SEN. clem. 1, 15, 7 CAPITOL. Maximin. 17, 2 OROS. hist. 2, 7, 2. CIC. Cael. 36 vicinum adulescentulum aspexisti. Cato 10 adulescentulus miles. **b** *femininis*: PLAVT. Mil. 789 meretricem adulescentulam. TER. Haut. 602 reliquit filiam adulescentulam. VVLG. III reg. 1, 2 adolescentulam virginem. HIER. in Is. 3, 4 (p. 51 Vall.) adolescentulas (VVLG. I Tim. 5, 11 adolescentiores) viduas (epist. 123, 5). *m.* **adulēscentulus,** -ī. *per* o *legitur* VAL. MAX. 6, 2, 8 (*Helvius Mancia*). GLOSS. μειράκιον, νεανίσκος. NAEV. praetext. 8 proveniebant oratores novi, stulti adulescentuli. PLAVT. Asin. 812 apud amicam munus adulescentuli fungare (*cf.* TER. Ad. 101). TER. Phorm. 281 functus adulescentulist officium liberalis. Andr. 55 quod plerique omnes faciunt adulescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant. LVCIL. 770. SCIP. min. Gell. 6, 12, 5 adulescentulus cum amatore (NEP. praef. 4). CIC. dom. 37 imberbum. Manil. 61 *de Pompeio* (*cf.* BELL. Afr. 22, 2 *al.*). Phil. 11, 20 C. Caesari adulescentulo. de orat. 2, 117 instituendos. Att. 1, 16, 5 nobilium (SEN. clem. 1, 9, 5 epist. 97, 2 TAC. hist. 1, 77 APVL. met. 2, 13 *cf.* SVET. Aug. 43). div. Caec. 68 imperitos (TAC. hist. 4, 76). CAES. Gall. 3, 21, 1 SALL. Cat. 32, 3 *al.* 49, 2 *de Caesare pont. max.* (*undetriginta maxime annorum*). NEP. Pel. 2, 3 *al.* LIV. 39, 9, 3 (*cod. Mogunt.*). COLVM. 11, 1, 6 vigentis sensus adulescentulos corporisque robusti. PETRON. 1 *al.* SVET. Claud. 29 in concubitu dilecti adulescentuli (Vit. 12). Nero 20 adulescentulos equestris ordinis. gramm. 4 me ... adulescentulo. APVL. apol. 66 incipientibus adulescentulis. VVLG. Is. 9, 17 super adolescentulis eius (*populi*) non laetabitur dominus. *iuncturae*: admodum adulescentulus: NAEV. com. 26 PLAVT. Trin. 366 CIC. rep. 1, 23 nat. deor. 2, 104 NEP. Ham. 1, 1 TAC. ann. 4, 44. VAL. MAX. 6, 1, 9. PLIN. epist. 1, 18, 3 *al.* adulescentulus adhuc. 6, 6, 3 vixdum adulescentulo mihi. HIER. epist. 120 pr. me iam adulescentulo. *temporali significatione*: CIC. Quinct. 12 ab adulescentulo. fin. 2, 96 *in epistula Epicuri; cf. Hellmuth, act. sem. Erlang. I 173.* *nota plur. pro sing.*: CIC. orat. 107 adulescentuli diximus de supplicio parricidarum. *iuxta ponuntur varia graduum aetatis nomina*: NAEV. com. 26 neque admodum a pueris abscessit neque admodum adulescentulust. com. 126 *opp.* senile ... rutabulum. CIC. de orat. 1, 5 pueris aut adulescentulis nobis (2, 76 epist. 5, 16, 4). ad Brut. 1, 18, 3 pro adulescentulo ac paene puero (*Octavio*). NEP. Paus. 4, 1 CELS. 8, 11 p. 352 D. SEN. dial. 12, 14, 5 adulescentulus ... ac propemodum puer. QVINT. inst. 8, 5, 8. HIER. epist. 82, 8 adulescentulum et paene puerum. TAC. dial. 35 pueri inter pueros et adulescentuli inter adulescentulos pari securitate et dicunt et audiuntur. SVET. Iul. 56 *ex coni.* CIC. Verr. 4, 3 *opp.* firmata aetate. CELS. 8, 11 p. 352 D. *opp.* robustiores. COLVM. 1, 8, 3 maiores. *cf.* TAC. Germ. 13. VAL. MAX. 6, 9, 6 duos in uno homine Sullas fuisse ..., turpem adulescentulum et virum. VVLG. gen. 4, 23 adolescentulum ... virum. PLAVT. Pseud. 871 Medea Peliam ... dicitur fecisse ... ex sene adulescentulum. HIER. epist. 117 puella ... iuxta maritos, iuxta adulescentulos. VVLG. Ezech. 9, 6 senem, adolescentulum et virginem, parvulum et mulieres. *f.* **adulēscentula,** -ae. GLOSS. μεῖραξ. HIER. adv. Iov. 1, 31 'alma' (*hebr.*). *dicitur tam de coniugibus et viduis quam de virginibus*: PLAVT. Epid. 43 forma lepida et liberali captivam adulescentulam de praeda mercatust. Rud. 416 TER. Andr. 118 Haut. 654. VARRO Non. 550 propinquae adulescentulae ..., proxumae .... APVL. met. 1, 22. VVLG. III reg. 1, 3 speciosam. cant. 1, 2. 6, 7. Tit. 2, 4 prudentiam doceant adolescentulas (νέας). AMBR. off. 2, 28, 136 adolescentulae vel pueruli vel infantes. 3, 19, 112 *de uxore levitae.* Abr. 1, 9, 91 amisso cito marito adolescentula (HEGES. 2, 2, 4). serm. 50, 4 adolescentula immaculata (*opp.* vetula). 52, 10. HIER. in Tit. 2, 2 *opp.* vetulae (epist. 127, 6). epist. 123, 15 *al. opp.* anus. 108, 19 lascivientem adulescentularum carnem (79, 7). ITALA (Aug. quaest. hept. 5, 33) deut. 22, 19 patri adulescentulae (νεάνιδος; VVLG. puellae). ITALA (Iren. 3, 21, 1) Is. 7, 14 ecce adolescentula in ventre habebit (νεᾶνις; VVLG. virgo). AVG. civ. 16, 28 p. 171 D. *opp.* senior (*sc. maritus*). VICT. VIT. 2, 6 iuvenum ... atque adulescentularum. 3, 57 adulescentium atque adulescentularum. [*deminutivum primitivi vice saepe fungitur generis distinguendi causa, cf.* puer, puella. *W. Schulze.*] *comp.* peradulescentulus.

adulēscenturio, -īre. *ab* adulescens. LABER. com. inc. 8 (Non. 74) incipio adulescenturire et nescioquid nugarum facere. GLOSS. V 683, 13 aduliscenturire nugari. *Hey.*

1. adolēsco, -ere. *ab* adolere. VERG. georg. 4, 379 Panchaeis adolescunt ignibus arae. SERV. 'adolescunt' ... pro 'incenduntur' κατ' εὐφημισμὸν ponitur (*cf.* adoleo *p. 793, 32*). SERV. auct.: hic vim habet frequentationis.

2. adolēsco, -ēvī, -ultum, -ere. [*cps. ex* ad *et* alescere, *cf. c.* ab-in-ex-olescere. *Th.*] *cf.* VARRO rust. 1, 44, 4 *p. 801, 42.* NON. 248 adolescere crescere, unde aduliscentem dicimus. PAVL. FEST. 5 'adolescit' a graeco ἀλδήσκω (aliso *cod.*) id est adcresco venit. unde fiunt 'adultus adulescens'; 'altare', eo quod in illo ignis excrescit, et 'exoletus', qui excessit olescendi id est crescendi modum, et 'inolevit' id est crevit. *cf.* p. 80 *sub* 'exoletus'. AGROEC. gramm. VII 118, 24 adolescere augmenti est, inolescere coaugmenti, exolescere evanescendi DIOM. gramm. I 373, 17 adolesco adolevi facit. *legitur* ad-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

olui *apud* VARR. *l. 15, quod* PRISC. gramm. II 489, 2 *prave ad* adoleo *refert.* OV. epist. 6, 11 adolesse. *apud posteriores pro* adolevi *ponitur passim* adultus sum TERT. apol. 25 nat. 2, 17 (*bis*). COMM. instr. 1, 5, 2 (fuit adultus). AVSON. 236, 2 AVELL. p. 544, 8. adalti *est in lapide* INSCR. christ. Rossi I 710 (*a. 442*). *scriptura proba et antiqua est* adolesco, *cf.* abolesco, suboles, indoles, proles; *part.* adultus *videtur in causa fuisse quod* adulesco *saepe scribebatur* (*haud mala in hac re profert* ARS Bern. gramm. suppl. 179, 34 *sqq.*). *grammatici nescio cuius* (*Plini?*) *distinctio* (CAPER gramm. VII 100, 22 adulescens nomen, adolescens *participium*) *adhuc in nostris codicibus praevalet. recentissima est forma* adulisco.

I ***proprie:*** *de hominibus, haud raro addito quam ad aetatem*: GLOSS. ἀκμάζω, ἐπακμάζω. adcrescit. crescit. PLAVT. Cas. 47 postquam ea adolevit ad eam aetatem, ut viris placere posset. Men. arg. 5 VARRO rhet. (Prisc. gramm. II 489, 2) postquam adoluerunt haec iuventus. CIC. nat. deor. 1, 98 nisi in eo qui adoleverit *rationem inesse non posse.* rep. 2, 4. CAES. Gall. 6, 18, 3 *liberi* cum adoleverunt, ut munus militiae sustinere possint. SALL. Iug. 6, 1 qui ubi primum adolevit. OV. fast. 3, 59 Martia ter senos proles adoleverat annos. SEN. nat. 3, 27, 2 quam diligenti nutrimento obnoxium novissime corpus adolescit. CVRT. 10, 6, 9 QVINT. inst. 5, 9, 13. PS. QVINT. decl. 19, 2 in eam adolevit aetatem, in qua .... TAC. Germ. 31 ann. 11, 21. 12, 65 PLIN. epist. 3, 3, 2 SVET. Aug. 48 CARM. epigr. 1590, 1 FLOR. 1, 1 praef. DIG. (*passim, subiecta sunt* impubes, infans, iuvenis, puer, pupillus, -a). GELL. 3, 10, 10 modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes. TERT. nat. 2, 12 *Iove* filio ... in tenebris (*stomachi*) adulto. 2, 17 patrii soli, in quo nati adulti nobilitati sepulti sunt. APVL. apol. 25 puerum regno adolescentem. MIN. FEL. 18, 2 ut tener fetus ubertate lactei roris adolescat. HIER. epist. 3, 5 ad florentem usque aetatem. 14, 3 illi, cum quibus adolevisti, vernaculi. 22, 10 in tuo sinu. 22, 38 conceptus adolescit. VVLG. gen. 25, 27 quibus adultis (ηὐξήθησαν). CLAVD. 8, 125 patrio ... in ostro. CORIPP. Ioh. 3, 171 saevis adulescere furtis *Cacum. passim.* *nota*: SOLIN. 9, 5 adolevit puer in spiritum regii sanguinis. ***de bestiis***: LVCR. 5, 800 nova tellure atque aethere adulta *animalia.* COLVM. 6, 27, 7 *fetus equae* triennio priusquam adolescat, morte absumitur. 6, 36, 2 semina ... in partum adolescunt. MELA 3, 84 *phoenix.* PLIN. nat. 9, 21 *delphini* adolescunt celeriter; decem annis putantur ad summam magnitudinem pervenire. 8, 36 serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut. 9, 6 ad inmobilem magnitudinem beluae adolescunt. 9, 49 piscium genus (*cf.* SOLIN. 12, 13). ***de herbis***: VARRO rust. 1, 44, 4 quae nata sunt in fundo alescunt, adulta concipiunt, praegnatia, cum sunt matura, pariunt. CIC. Cato 51 quae (*viriditas*) nixa fibris stirpium sensim adulescit (*in imagine* Tusc. 2, 13 *philosophia* ea ... serit, quae adulta fructus uberrimos ferant). OV. epist. 6, 11 segetes adolesse virorum (GLOSS. V 437, 21 adolisse adesse). met. 4, 376 ramos crescendo iungi pariterque adolescere. CVRT. 6, 5, 15 *ramos,* qua natura fert, adolescere non sinunt. COLVM. 4, 1, 6 semina. 4, 3, 5 novella. 4, 8, 4 truncus. 4, 28, 1 pubescentem ... et quasi adulescentem (*sic codd.*) *fructum.* 5, 5, 9 *vitis* capitis aut brachiorum incrementis adolescit. 5, 6, 11 *frumenta.* 5, 10, 2. 12. 17 arb. 16, 3. 18 semina. 22, 1. 24. PLIN. nat. 6, 202 arborum ibi proceritatem ad CXL pedes adolescere. 9, 56 harundines ... non sine imbre. 13, 58 cum in crassitudinem adolevere *rami.* 16, 150 in longitudinem. 16, 238 arbores ... inarescunt rursusque adolescunt. 17, 66 in seminariis *herbae* (PALLAD. 2, 15, 7). 17, 95. 18, 55 milium ... adolescit ad pedes altitudine septem. 18, 58 *faba* (*syn.* grandescere). 18, 282. 19, 76 in amplitudinem. QVINT. inst. 8, 5, 26 ad iustam magnitudinem. TAC. hist. 5, 7 solidam in speciem. SVET. Aug. 94 *palmae* suboles adeo in paucis diebus adolevit, ut. FRONTO p. 7, 16 N. in pomariis ... arbusculae. PALLAD. 1, 35, 7. 5, 3, 3. AMM. 30, 3, 3 adultae in pastum herbae. CASSIOD. var. 12, 4, 5 *de musto.* *translate*: AVSON. 236, 2 telorum seges est sanguine adulta meo. *de aliis rebus* ***naturalibus***: GELL. 17, 9, 23 quoad capillus adolesceret. 20, 8, 7 luna ... adolescente (*opp.* decedente). 14, 1, 3 oceanus ... cum ea (*luna*) simul senescit adolescitque (AMM. 27, 8, 4). FRONTIN. strat. 1, 5, 28 ipso motu adulescente flamma. APVL. mund. 23 alia adolescentium, cetera occidentium vices sustinent. TAC. ann. 13, 36 donec ver adolesceret (*cf. sub* adultus *p. 803, 13*). MIN. FEL. 5, 9 nebulas ... adolescere. AMM. 18, 7, 10 tenuis fluvius ... nullis adhuc aquis advenis adulescens. 22, 15, 7 *Nilus* adulescens in maius. 22, 8, 2 Aegaeum paulatim fusius adulescens. 28, 3, 8 aquis adulescentibus undique convenis. AMBR. exam. 4, 7, 29 globus lunaris. HEGES. 5, 20, 1 ignis adultus sulphure et pice. *non sat intellego*: SALL. hist. frg. 3, 103 coria recens detracta quasi glutino adolescebant. *transfertur ad ipsum nomen* aetas *sim.*: LVCR. 3, 449 robustis adolevit viribus aetas. VERG. georg. 2, 362 prima novis adolescit frondibus aetas. Aen. 12, 438 cum matura adoleverit aetas (GLOSS. ἡβήσῃ). HOR. sat. 1, 9, 34 simul atque adoleverit aetas. LIV. 1, 4, 8. STAT. Theb. 2, 254 ubi casta adolesceret aetas. TAC. ann. 2, 43 suam aetatem vergere, Drusi nondum satis adolevisse. 12, 8 Domitii pueritia tali magistro adolesceret. FRONTO p. 59, 7 N. 177, 13 aetas ... ad munia militiae fungenda adolesceret. APVL. mund. 19 adolescens aetas permixta senioribus. CARM. epigr. 557, 3 non plus adoleverat aetas. CLAVD. 33, 350 plenis adoleverat annis virginitas.

II ***translate*** *i. q.* *crescere, augeri* (*res crescentes aut cum hominum adulescentia comparantur aut cum ea coniunctae sunt*): CIC. Brut. 27 non nascentibus Athenis, sed iam adultis. SALL. Cat. 40 postquam res publica adolevit. Iug. 11 res Persarum brevi adolevit. VELL. 2, 30, 6 quorum numerus in tantum adulevit, ut. PLIN. nat. 30, 2 *magica ars* in tantum fastigii adolevit, ut. 33, 39 in tantum adolevit haec luxuria, ut. QVINT. inst. 10, 5, 14 dum adulescit profectus. TAC. hist. 4, 24 Muciani ope Vespasianum magis adolevisse *i. adiutum, auctum esse.* 5, 8 Parthis nondum adultis. dial. 25 eloquentiae nascenti adhuc nec satis adultae. hist. 1, 31 incipiens adhuc et necdum adulta seditio. ann. 15, 73 coeptam adultamque et revictam coniurationem. hist. 4, 48 legatorum vis adolevit diuturnitate officii. 4, 61 Veledae auctoritas. ann. 1, 46 nondum adulta auctoritate. 2, 50 lex maiestatis. 2, 33 *auctu* imperii adolevisse etiam privatas opes. hist. 3, 34 Cremona adnexu conubiisque gentium adolevit floruitque. FLOR. 1, 18, 1 populus Romanus prope quingentensimum annum agens cum bona fide adolevisset (*cf.* AVG. civ. 16, 24). GELL. 20, 1, 18 adolescat infinita quaedam reciprocatio talionum (*syn.* oriatur). MIN. FEL. 9, 1 sacraria ista taeterrima impiae coitionis *i. latibula christianorum.* 25, 4 damnis alienis et suis sceleribus adolescere *reges.* TERT. nat. 1, 1 quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis. 2, 17 quorum fastigium per victorias adultum est (*syn.* excrevisse). CAPITOL. Opil. 2, 2 rumoribus ... adolescendi potestatem demit. VOPISC. Car. 2, 5 *res publica* adolevit ... usque ad tempora Gallicani belli. AMM. 20, 11, 12 obsidio. 21, 11, 1 ausa. 27, 9, 9 gloria. 28, 5, 9 natio. 29, 5, 4 ⟨ne⟩ hostis incrementis virium adolescere[n]t. ITIN. Alex. 22 urbis iam conditu adolescente. DICTYS 4, 12 certamen brevi adolevit. 5, 15 seditio brevi adulta. HEGES. 2, 10, 4 bellum (5, 19. *cf. tamen sub* adoleo *p. 794, 29*). 2, 13, 7 ingentem populi gratiam adolescere. HIER. epist. 22, 6 nihil in te Babylonium ... adolescat. MACR. somn. 2, 10, 8 Roma iam adulescente. 1, 10, 9 studium philosophiae ... ad tantum vigoris. COD. Iust. 7, 33, 3 nec ulla praescriptio ex transacti temporis prolixitate adolevit. AVELL. p. 544, 8 adulta est perfidia ista per devios, sopita per iustos. ENNOD. epist. 8, 3 p. 221, 10. 8, 34 p. 222, 2 sermonis adulescit cultura. *saepe de animi facultatibus, affectibus*: CIC. fin. 5, 55 cupiditas agendi ... adulescit una cum aetatibus. leg. 1, 22 *ratio* quom adolevit atque perfecta est. Tusc. 3, 2 *semina virtutum. corruptum* LABER. com. 84 (NON. 248). SALL. Iug. 63, 3 inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. OV. fast. 5, 175 virtus annis adolevit. am. 2, 19, 23 durat amor longosque adolescit in annos. SEN. dial. 6, 16, 7 adolescunt amissis laetiora. TAC. hist. 2, 73 quantum ... socordiae Vitellio adoleverit. 2, 38 potentiae cupido cum imperii magnitudine adolevit erupitque. FRONTO p. 7, 14 N. neque adolescit neque conroboratur amicitia. 7 22 iste amor. 97, 17 florere quae didicisti atque adolescere (*opp.* exolescere). MIN. FEL. 23, 8 *mendaciis* ingenia puerorum ... adusque summae aetatis robur adolescunt. TERT. spect. 4 in cunabulis in saeculo. AMM. 14, 1, 8 adulescebat obstinatum propositum (29, 1, 19). 14, 2, 1 adulescentem in peius audaciam. 14, 11, 3 plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adolescebat (*cf.* 30, 8, 8). 15, 2, 1 adulescente magis magisque livore. 16, 12, 43 clamor. 26, 5, 9 adpetitus (*i. impetus*). 29, 2, 16 virtutum pulchritudine. 29, 3, 2 acerbitate. OROS. hist. 1, 5, 8 ex luxuria foedae libidines adolevere. CANON. Migne 56, 896 adolescentibus vitiis clericorum.

part. praes. **adolēscēns** *pro adi. et subst. v. p. 794, 44 sqq.*

part. perf. pass. pro adi. vel subst. **adultus,** -a, -um. **I** *proprie* (GLOSS. ἀκμαῖος, πέπειρος, ἔπακμος, μεῖραξ, μέλλαξ; adulta ἔπακμος κόρη, θήλεια ἀκμαία, matura nuptiis): PLAVT. Trin. 374 adulta virgo (CIC. Brut. 330 HOR. carm. 3, 2, 8 LIV. 3, 44, 4. 26, 50, 1 SEN. Phoen. 575 CVRT. 3, 11, 25 IVV. 15, 138 *passim cf.* SVET. Aug. 69 adultas aetate virgines). CIC. Tusc. 5, 58 cum *filiae* iam essent adultae. MELA 3, 35 adultarum stipendium est. AMM. 31, 8, 8 virginitas. CIC. ac. frg. 9 adultis, ... valentibus. republ. 2, 21 neque *populum* ut in cunabulis vagientem relictum, sed adultum iam et paene puberem. 2, 3 rem publicam ... et nascentem et crescentem et adultam et iam firmam atque robustam. LIV. 27, 19, 8 puerum. CVRT. 9, 1, 28 filiis. PLIN. nat. 26, 4 adultis (*opp.* pueris). 22, 121 adultos (*opp.* infantibus). SVET. Tib. 10 liberis. AMM. 27, 6, 4 filium adulto iam proximum. 31, 6, 7 puberes adultique pueri. 16, 7, 5. VITA Verg. p. 58 Reiff. Silonem inpuberem, Flaccum iam adultum. APVL. met. 9, 35. HIER. epist. 97, 1 Christum (*opp.* parvulum). AVG. civ. 4, 11. VVLG. exod. 2, 9 (ἁδρυνθέντος). Sirach 42, 9 ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur (παρακμάσῃ). *nota*: HIER. epist. 112, 14 ut ... nequaquam sub paedagogo, sed sub adulto et domino herede vivamus. VERG. georg. 4, 162 adultos ... *fetus apium.* PLIN. nat. 10, 14 adultos *pullos aquilarum.* 11, 51 *apium* suboles cum adulta esse coepit. 11, 105 *locustarum* ova ... fetum ... adultas. STAT. Theb. 5, 331 adultae gloria gentis *boum.* QVINT. inst. 2, 6, 7 adulti *avium fetus* (*opp.* teneris infirmisque). SVLP. SEV. dial. 1, 15, 5 catulos. COLVM. 2, 9, 10 adultas segetes (APVL. apol. 88). 4, 27, 1 teneris caulibus necdum adultis. 6, 24, 1 pabulis. 10, 157 semina. 10, 327 mercibus (*i. herbis*). arb. 9, 2 vitis. PLIN. nat. 17, 94 *arbores* adultas interluc[t]are iusto plus et in senectam praecipitare. STAT. Theb. 8, 299 adulto caespite. 9, 410 pinus. COMM. instr. 2, 10, 6 hortos. AMM. 19, 1, 11 frugum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MACR. sat. 1, 12, 53 fabae. SIDON. epist. 5, 17, 4 palmitis. *de adultorum rebus, actionibus*: LVCR. 2, 1131 robor adultum. STAT. silv. 2, 1, 122 crinem. AVSON. 135, 3 mea virginitas facibus tibi luxit adultis. AMM. 25, 4, 3 in adulto robore iuventutis. VERG. catal. 2, 11 capella ... in urbem adulta lacte portat ubera. *de aetate* (GLOSS. adultae aetatis ἐνῆλιξ, ἀφῆλιξ): CIC. Verr. 4, 160 adulta aetate (6, 30). republ. 1, 58 ista *aetas* ... adulta vix. LVCR. 4, 1038. 2, 1123 gradus aetatis scandere adultae. BELL. Alex. 24, 2. PAVL. FEST. 379 perductos in adultam aetatem. VELL. 1, 11, 6 VAL. MAX. 1, 5, 4. 4, 3, 1. 4, 4, 10. 9, 13 ext. 4 PHAEDR. 3, 10, 23 IVST. 3, 2, 5, CASSIOD. var. 1, 38, 2 *de aquila*; *passim*. STAT. silv. 2, 6, 70 vitae. *nota*: (SALL.) frg. hist. inc. 38 (Serv. georg. 1, 43 *cf.* Aen. 1, 430. 3, 8) primo mense veris novum dicatur ver, secundo adultum, tertio praeceps, sicut etiam Sallustius dicit ubique (AMM. 17, 13, 28 vere adulto. 19, 11, 2. 20, 8, 1. 23, 2, 2 *cf. p. 801, 68*). PETRON. 122, 148 solis adulti (adusti *plerique codd.* SIDON. epist. 4, 8, 3). AVIEN. Arat. 680 tempore noctis adultae (AMM. 14, 2, 9. 25, 2, 4 MART. CAP. 2, 99). MACR. somn. 1, 3, 7 inter vigiliam et adultam quietem. ITIN. Alex. 14 adulto iam die. AVR. VICT. Caes. 32, 3 adulta aestate. AMM. 26, 9, 1 hieme (20, 1, 3). adultus *opponitur maturo, qui iam sui est iuris, vel acuitur infirmitas* (*cf.* adolescens): SPART. Hadr. 11, 7 de adultorum amore ac nuptarum adulteriis. CAPITOL. Aur. 10, 12 ut omnes adulti curatores acciperent. AMM. 15, 12, 3 senex ... et adultus. 16, 5, 8 hunc etiam tum adultum (30, 1, 2 *cf.* 27, 6, 8). DRAC. Rom. 5, 209. CASSIOD. var. 4, 22, 2 clarissimorum ... adultorum. orat. frg. p. 476 senilibus curis adulto principi serviebas. COD. Iust. 2, 3, 22 pupillis et adultis (8, 4, 6, 1. 8, 15, 3). CORP. X 4505 (*a. 557*) clarissimus dultus (*sic*).
de talium rebus, actionibus: AMM. 16, 12, 25 lanuginis. 17, 12, 9 corporis. ENNOD. opusc. 2 p. 329, 17 Vind. iurgia. CASSIOD. var. 3, 5, 5 caesariem. 4, 24, 1 facies. *similiter de herbis*: AMM. 22, 9, 15 flore. 24, 7, 7 segetibus. II *translate*: CIC. Cat. 1, 30 haec tam adulta rei publicae pestis (*i. Catilina*). LIV. 2, 1, 6 res nondum adultae. VELL. 2, 110, 2 Pannonia ... adulta viribus. PANEG. 12, 13 adulta consuetudo lasciviae. AMM. 16, 12, 9 adulta robustaque virtute. 16, 12, 45 adultis viribus certabatur (29, 4, 2. 31, 10, 4). TREB. Gall. 11, 4 adulta ... pace. FIRM. math. 5 praef. 1 per gradus singulos crescens adultus sermo. ENNOD. epist. 3, 10, 1 adultae inter nos planta gratiae. 4, 20 dignationem. *nota*: PETRON. 109 vers. 4 areaque attritis ridet adulta (*i. amplificata*; adusta *codd.*) pilis. *comp.* adultior, -ius. PLIN. nat. 10, 92 adultiores *pullos* circumagi docent *hirundines*. SOLIN. 12, 12 a maioribus datur adultior custos (PLIN. nat. 9, 33 grandior).

synonyma: *ad I*: crescere. pubescere. grandescere. *ad II*: florere. excrescere. perfici. erumpere. corroborari. *opposita*: *ad I*: inarescere (*de arbore*). decedere (*de luna*). senescere (*de oceano*). occidere. vergere (*de aetate*). *ad II*: nasci. incipere. exolescere. sopiri. *ad* adultus: *syn.* pubes. crescens. firmus atque robustus. *opp.* vagiens. inpubes. puer. infans. parvulus. tener. novus.

composita: coadolesco. superadolesco.

Adom, אָדָם (*deest in graeco*), *vicus iuxta Iordanem*. VVLG. Ios. 3, 16.

Adommīm, אֲדֻמִּים, Ἀδαμμίν, *colles inter tribus Iudae et Beniamin*. VVLG. Ios. 15, 7. 18, 18. *cf.* HIER. epist. 108, 12. nom. hebr. p. 92, 9 L. Adommim ... hodie vocatur Maledomim ... latine autem appellari potest ascensus ruforum sive rubentium, propter sanguinem, qui illic crebro a latronibus funditur *eqs.*

Adōn *v.* Addon *et* Adonis.

Adōnaea *v. sub* Adonis.

Adonāi, אֲדֹנָי, *forma pluralis in hebraeo significat 'domini' poniturque quasi nomen dei. mira apud* IREN. 2, 35, 3 Adonai aliquando quidem ⟨in⟩nominabile et admirabile significat, aliquando autem duplicata littera delta cum aspiratione ut puta Addhonai praefinientem et separantem terram ab aqua ne possit aqua (nec posteaquam *codd.*) insurgere in eam. ITALA (Tycon. p. 33, 27) Ezech. 36, 33 Adonai Dominus (adoneae dn̄s *cod. Rem.*). VVLG. exod. 6, 3 nomen meum Adonai (Κύριος). Iudith 16, 16 Adonai domine (κύριε) magnus es tu. HIER. epist. 147, 1 haec dicit Adonai dominus. 147, 25 septimum *nomen dei est* Adonai, quem nos dominum generaliter appellamus. 18, 2. AVG. c. Faust. 15, 8 Adoneus ... verbum hebraeum est et interpretatur dominus eo modo, quo solus deus dicitur dominus. EVCHERIVS instr. 2 p. 140, 12 ISID. orig. 7, 14 GLOSS. IV 203, 13. 483, 46. *daemon Ophitarum*: IREN. 1, 30, 5 Adoneum. *cf.* Adonis *p. 805, 2*.

adonerat NOT. Tir. 80, 75 *post* onerat.

Adōnēus, Adōnīus *v.* Adonis.

Adoniās, -ae, אֲדֹנִיָּה, Ὀρνία, Ἀδωνίας, *nom. vir. hebr. notissimus filius David ex Haggith*, VVLG. II reg. 3, 4 III reg. 1, 5. 1, 7 *et passim hoc in libro. alii* II paral. 17, 8 II Esdr. 10, 16 *hic* Adonia *nom.*

Adonībezech, אֲדֹנִי־בֶזֶק, *v.* Bezech.

Adonīcām, אֲדֹנִיקָם, Ἀδωνικάμ, *nom. vir. hebr.* VVLG. I Esdr. 2, 13. 8, 13 II Esdr. 7, 18.

Adōnidius *v.* Adonis.

Adonīrām, אֲדֹנִירָם, Ἀδωνιράμ, *nom. vir. hebr.* VVLG. III reg. 4, 6. 5, 14. V.

Adōnis, is *et* -idis, Ἄδωνις. NOT. Tir. 83, 13 Adobis. SERV. ecl. 10, 18 'a' habet accentum quia graecum est nomen, tamen et latine sic dicimus. *v. l. 7.* *declinatio*: *nom.*: Adonis *praevalet per totam latinitatem inde a* CIC. (*cf. dativum* Adonidi). Adon, Ἄδων: VARRO Men. 540 AMPEL. 9, 9 AVG. civ. 6, 7 VEN. FORT. carm. 7, 12, 18 CORIPP. Ioh. 4, 514 MYTHOGR. 1, 200. 2, 34 FVLG. myth. 3, 8 PATR. Nicaen. 2, 154. 3, 153. 4, 144 *nom. vir. cf. B et C.* MART. CAP. 2, 192. Ādon. SERV. ecl. 10, 18 Adon nusquam lectum est. PROB. gramm. IV 199, 13 Adon non Adonius. 121, 29 declinatio Adonis: ... hic Adon huius Adonis huic Adoni hunc Adonem o Adon ab hoc Adone. Adonius GLOSS. III 167, 47 *v. l. 8 et p. 805, 10. cf.* CATVLL. 29, 8. *minus recte priores declinationis tertiae formas tetrasyllabas tantum et* Adonin *et voc.* Adoni *ab* Adonis *nom. derivatas esse voluerunt, ceteras ab* Adon. *gen.* Adonidis: PRISC. gramm. II 252, 5 hic Adonis, huius Adonidis. LVCIL. 1056 *e coni. Marxii.* PLIN. nat. 19, 49 AMM. 19, 1, 11 HIER. in Is. 65, 3 epist. 58, 3 PAVL. NOL. epist. 31 med. Adonis: PRISC. gramm. II 252, 13 Ἄδωνις, Ἀδώνιος, hic Adonis huius Adonis. CORP. VIII 1211. XIII 2302 (*cogn.*) *v. p. 805, 12.* ARNOB. nat. 7, 33 MACR. sat. 1, 21, 1 SERV. auct. ecl. 8, 37 *bis.* 10, 18 *bis*: *ibid. nom.* Adonis. *dat.*: Adonidi: CIC. deor. nat. 3, 59. Adoni: SERV. auct. ecl. 8, 37 *bis.* Adonio: CORP. III 10392 (*Aquinci*). *acc.*: Adonidem: CLAVD. 11, 16 VVLG. Ezech. 8, 14 (HIER. in Ezech. 8, 14). Adonin: GRATT. cyn. 66. HYG. astr. 2, 7 *cod. MRP*, -ium *H*, -im *cett.* MACR. sat. 1, 21, 1 *et* 3 *et* 4. Adonim: FEST. 310 AVSON. 325, 58. Adonem: PROP. 2, 13, 53 (-in *Itali*) ANTH. 220, 6 ARNOB. nat. 4, 27 PRVD. perist. 10, 228 SERV. auct. Aen. 5, 72 ecl. 8, 37. 10, 18 *ter* MYTHOGR. 1, 200. 1, 232. 2, 34. 2, 38. 2, 130 FVLG. myth. 3, 2. 3, 8. Adoneum: PLAVT. Men. 144 (*in fine septen. troch.*). AVSON. epigr. 30, 6 (⏑´⏑´, *contra geminus hexam. graec. exit in* Ἀδωνεύς *qui confunditur cum* Ἀιδωνεύς). *ad formam in* -eus *cf.* Adonai. *voc.*: Adoni: OV. met. 10, 543. 10, 682. 10, 726. *abl.*: Adone: APVL. met. 8, 25 SERV. auct. ecl. 10, 18 *bis* PRISC. gramm. II 269, 6. ex Adonio: LACT. inst. 1, 17, 9.

A HYG. fab. 271 p. 146, 1 Adonis Cinyrae et Smyrnae filius, quem Venus amavit (251 p. 139, 11. 248 p. 138, 3). 58 p. 60, 22 ex *Myrrha* natus est Adonis. 1 *ad mythum in universum quem fusius narrant* HYG. fab. 58 p. 60 SERV. auct. Aen. 5, 72 ecl. 8, 37. 10, 18 FVLG. myth. 3, 8 *v. Dümmler, PW. I 385.* HYG. astr. 2, 7 Venerem cum Proserpina ad iudicium Iovis venisse, cui earum Adonin (*v. l. 22*) concederet (ARNOB. nat. 4, 27 *cf.* AVSON. 250, 7. 325, 57). PLAVT. Men. 143 vidisti tabulam pictam in pariete, ubi aquila Catameitum raperet aut ubi Venus Adoneum? CIC. deor. nat. 3, 59 *Venerem quartam* Adonidi nupsisse proditum est (AMPEL. 9, 9). OV. met. 10, 532 caelo praefertur Adonis (*a Cytheria*). APVL. met. 8, 25 cum suo Adone Venus domina. OPT. PORF. 28, 29 inpatiens Venus est, silvas dum lustrat Adonis. FEST. 310 interfectum ab apro. LACT. inst. 1, 17, 9 Venus ex Adonio ... nullum *gignere* potuit quod ... puer ab apro ictus occisus est (*cf.* PRVD. perist. 10, 228 VEN. FORT. carm. 7, 12, 18 MYTHOGR. 1, 232. 2, 130 FVLG. myth. 3, 2). OV. met. 10, 725 luctus monimenta manebunt semper, Adoni, mei. ars 3, 85 quem luget adhuc *Venus* (GRATT. cyn. 66). CLAVD. 11, 16 Venus reversum spernit Adonidem.
2 *ad interpretationem*: VVLG. Ezech. 8, 14 mulieres sedebant plangentes Adonidem (Θαμμούζ). *nota* HIER. *ad l.*: quem nos Adonidem interpretati sumus et Hebraeus et Syrus sermo Thamuz vocat *sqq.* (HIER. epist. 58, 3). AVSON. epigr. 30, 6 Arabica gens Adoneum *me* (*Bacchum*) *existimat cf. l. 28.* MACR. sat. 1, 21, 1 Adonin ... solem esse non dubitabitur inspecta religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis et Adonis maxima olim veneratio viguit, quam nunc Phoenices tenent. *in sequentibus mythum ad solis ortum et occasum interpretatur.* MYTHOGR. 2, 38 Priapum quidam dicunt esse Adonem. *nota etymologiam ineptam*: MYTHOGR. 1, 200, 34 (*de Adone a Myrrha edito*) ideo hoc fingitur quod myrrha videlicet arbor generet ἡδονήν (2, 34 FVLG. myth. 3, 8). 3 *epitheta et attributi vice apposita*: MART. CAP. 2, 192 Byblius Adon. VERG. ecl. 10, 18 formosus ovis ad flumina pavit Adonis. CARM. c. pag. 19 plangitur in templis iuvenis formosus Adonis (AMM. 19, 1, 11). *cf.* 5 immitem puerum, Veneris monumenta nefandae. PROP. 2, 13, 53 niveum ... percussit Adonem venantem ... durus aper. AVG. civ. 6, 7 amatus *Veneris.* CORIPP. Ioh. 4, 514 Veneri dilectus. VARRO Men. 540 puellus Veneris. OV. ars 1, 512 silvis aptus. AVSON. 325, 58 memorem Veneris. SERV. ecl. 10, 16 ovium ... pastor. AVSON. 325, 11 murice pictus. OV. ars 1, 75 Veneri ploratus. 4 *res laudatae*: PLIN. nat. 19, 49 Hesperidum hortos ac regum Adonidis et Alcinoi. HIER. in Is. 65, 3 sapientissimi apud Graecos ... sententia, qui omnes saeculi voluptates et pompam mundi atque luxuriam celeriter transeuntem hortos Adonidis vocat (*cf. Plat. Phaedr. 276ᵇ*). *cf.* Adonaea. AMM. 19, 1, 11 in sollemnibus Adonidis sacris. *v.* Adonēus. HIER. epist. 58, 3 Bethleem ... nostram ... lucus inumbrabat Thamuz, id est Adonidis. PAVL. NOL. ep. 31 med. Bethlehem Adonidis fano profanata est.
5 *in arte scaenica*: ARNOB. nat. 7, 33 obliterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoriis in motibus pantomimum. *cf. 6.* 6 *apud artifices*: *v. l. 40.* PAVL. NOL. carm. 32, 140 utque notent Venerem, tunc et portatur Adonis. 7 *erotopaegnii titulus*: PRISC. gramm. II 269, 6 Laevius in Adone. 8 *deus colitur*: CORP. VIII 1211 (*in prov. procons.*) Muthumbal Balithonis La-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

breco ⟨...⟩ hisitanus sacerdos Adonis. III 10188, 29 (*in gemma Dalmatica*) Iao Adonis Abraxas. *cf.* Adonai. 10392 (*Aquinci*) Adonio Sep(timia) Marcella ... ex voto posuit. SERV. Aen. 5, 95 singula ... numina habent inferiores potestates quasi ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbium (7, 84. 7, 761 MYTHOGR. 2, 128, 23). **9** *translate*: AVSON. 250, 7 (*de Glaucia immatura morte praevento*) aut Persephonae Cinyreius ibis Adonis aut Iovis Elysii tu Catamitus eris (*cf.* PLAVT. Men. 144). *ironice*: AVSON. 393, 41 parce feris venatibus ... ne ... accedas ... iterum Veneri plorandus Adonis.

B *nom. et cogn. vir.*: CORP. IV 2462 *Διώφαντος Ἀδώνιος Ἡλιόδωρος*. XIII 2302 (*Lugud. saec. III*) d. m. et memoriae eter⟨nae⟩ perpetuae securitat⟨i⟩ VENANTI · A · DONIS Eugamius coiux ponendum cur⟨a⟩vit. *cf. Hirschfeld ad l. idem redit nomen in titulis ut videtur corruptis* CORP. VI 10574 *et* IX 1069 (*christ.*). *omnia igitur huius nominis exempla ut vides dubia praeter hoc unum*: PATR. Nicaen. 5, 153 Adon Lycius (4, 144. 2, 154) *Pisidiae episcopus*.

C *flum. Phoenices, Ptolemaeo et Straboni Ἄδωνις*: PLIN. nat. 5, 78 flumen Adonis. RAVENN. p. 90, 6 *Syriae flumen* Adon. IVL. HONOR. cosmogr. 13 p. 31, 5 Adonis fluvius nascitur prope Tiberiadem lacum. *minus recte* IVL. HONOR. cosmogr. 5 p. 25, 7 Adonis Phoenice provincia (9 p. 29, 15). *v. Benzinger, PW. I 384.*

D *piscis*: PLIN. nat. 9, 70 miratur et Arcadia suum exocoetum ... idem aliquis adonis dictus. POL. SILV. laterc. (chron. min. I) p. 544, 12. *cf. Clearch. ap. Athen. 8, 332c.*

derivata: *n. pl.* **Adōnaea**, -ōrum, *Ἀδωναῖα, horti cum porticibus in* FORMA urb. 44. *v. Hülsen, PW. I 384. cf. p. 804, 72.* *adi.*: **Adōnēus** *vel* **Adōnīus**, -a, -um, *Ἀδώνειος*. CARM. epigr. 1109 (*Romae, Flaviorum aetatis*) turba stipatus Amorum laetus Adoneís lusibus insereris. AVSON. 345, 3 caedis Adoneae mala gloria fulmineus sus. *n. pl. subst.*: AMM. 22, 9, 15 evenerat ... annuo cursu completo Adonea ritu veteri celebrari. *cf. p. 804, 76.* PRISC. gramm. II 253, 10 'compote voto' ... est Adonium (*scil. metrum*). SERV. gramm. IV 460, 14 de Adonio. Adonium constat dimetro catalectico. 468, 23 quartus *secundae odes Horatianae versus* ... qui Adonius dicitur, dactylo et spondio pedibus terminatur (FRG. Bob. gramm. VI 629, 22). MAR. PLOT. gramm. VI 516, 22 de Adoneo dimetro sapphico dactylico *sqq.* 517, 3 *metro* Adoneo addita syllaba faciet metrum hymenaicum. *adi.* **Adōnidius**, -a, -um. MAR. VICTOR. gramm. VI 73, 7 *versus dimeter dactylicus catalecticus* ('terruit urbem') concurrit etiam in choriambicum monometrum hypercatalectum, quod Adonidium appellatur. **Adōnium**, -ī *n. herba. Italorum* Adonide, fior d'Adone. PLIN. nat. 21, 60 plantaria transferuntur — sic et Adonium — utrumque aestate. ind. 21, 33 Adonium, genera II. ipsa se propagantia. *cf. Theophr. hist. plant. 6, 7, 3, quem locum Plinius parum recte intellexisse videtur. v. Wagler, PW. I 395.* *Diehl.*

Adonīsedec, אֲדֹנִי־צֶדֶק, *Ἀδωνιβεζέκ* (*sic*), *rex Hierosolymitanus ante Iudaeos.* VVLG. Ios. 10, 1. 10, 3. *V.*

Adonniccus, -ī *nom. vir. celticum.* CORP. XIII 3097a (*in Andecavorum territorio*) Adonnicci. *Otto.*

adoperio, -operuī, -opertus, -īre. *ab* ad *et* operire. *non legitur ante* VERG. GLOSS. adoperio ἐπισκεπάζω. προσπεριβάλλω.

1 *tego, obvolvo*: *rem*: FEST. 325 Italici auctore Aenea velant capita, quod is ... caput adoperuit. *addito qua re*: COLVM. 8, 6, 1 sale ... adoperiunt *ova* (*bis*). 12, 44, 1 labello altero adoperito *labellum*. 12, 44, 7 luto paleato multo adoperiri *opercula*. arb. 7, 4 *ramos* terra adoperies. LACT. opif. 72 quam (*pellem*) setis adoperuit *deus*. *nota*: ITALA (Aug. quaest. hept. 4, 8) num. 4, 11 super altare aureum adoperient vestimentum hyacinthinum et adoperient illud operimento pelliceo hyacinthino (VVLG. involvent ... et extendent). *hominem*: *reflexive et addito qua re*: OROS. hist. 4 praef. 8 in cubiculum recurrens stratisque sese adoperiens vel magis abdens. **2** *claudo*: MARC. med. 8, 148 iube oculum adoperiri paulisper, ne excidat collyrium.

adopertus: **1** *tectus, obvolutus (scil. velamine quodam)*: *de hominibus*: VERG. Aen. 3, 405 purpureo velare comas adopertus amictu. OV. met. 4, 93 Thisbe ... adoperta ... vultum pervenit ad tumulum. HYG. fab. 14 p. 48, 4 Argivus pelle taurina †lanugine adopertus. MART. CAP. 9, 919 (*vers.*) sordenti ... adoperta ... amictu *Diana*. *de corporis membris*: LIV. 1, 26, 13 capite adoperto (perioch. 89. SVET. Ner. 48 et ante faciem optento sudario. CAPITOL. Pert. 11, 7 OROS. hist. 5, 21, 4). IVV. 8, 145 tempora ... velas adoperta cucullo. HEGES. 1, 46, 2 corpus adopertum purpurea disploide. *alio sensu de homine p. 806, 7.* *per effigurationem de morte, invidia, sim.*: TIB. 1, 1, 70 tenebris mors adoperta caput (*cf.* LACT. inst. 7, 27, 7 mors voluptatis inlecebris adoperta celatur). OV. fast. 2, 71 adopertus nubibus auster (aether *RV cf. p. 806, 2*). 3, 235 hiems adoperta gelu. met. 2, 790 adoperta ... nubibus atris *invidia*. STAT. Theb. 9, 430 telis alioque (altoque *BM*) adopertus acervo *Ismenos fluvius*. ZENO Migne 11, 282, 10 iustitiam ... stultitiae velamine adopertam. SEDVL. op. pasch. 1, 2 p. 180, 18 Vind. florum palla adoperta tellus. *proprie de rebus*: AETNA 126 occulta fluunt tectis adoperta cavernis *flumina*. OV. fast. 3, 297 musco ... adoperta virenti ... vena perennis aquae. met. 15, 688 iniectis adopertam floribus ... humum. 8, 702 adoperta ... marmore tellus. VAL. MAX. 3, 5 praef. adopertis inlustrium virorum imaginibus. LVCAN. 3, 487 adoperta levi ... vinea terra. LAVS Pis. 147 fluidis adopertus nubibus aether (*cf. p. 805, 75*). PLIN. nat. 8, 119 torquibus ... adopertis iam cute *cervorum* (PLIN. epist. *v. infra l. 14*). MART. CAP. 9, 894 pensa Lachesis adoperta (adoperte *β et vulg.*) ... denuntiat *Genethliace*. CARM. epigr. 1099 cinis hic adoperta quiescit. INSCR. christ. Rossi II p. 139, 30 membra sub egregia sunt adoperta domo. ANTH. 402, 3 membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro; filius Hispana est vix adopertus humo. **2** *abditus, absconditus, occultatus*: TIB. 1, 9, 44 saepe insperanti venit tibi munere nostro et latuit clausas post adoperta fores *puella*. *cf. I p. 57, 71.* *nota*: OV. fast. 3, 261 nympha (*Egeria*), mone, nemori stagnoque operata (*sic RV*) Dianae: *in M legitur* adoperta, *fortasse recte; cf. Peter ad h. l.* **3** *clausus*: OV. met. 1, 713 vidit ... succubuisse oculos adopertaque lumina somno. PLIN. epist. 7, 21, 2 adopertis inferioribus fenestris (*quod potest etiam intellegi* 'obvolutis'; *cf. quod antecedit* obductis velis). SVET. Otho 11 foribus adopertis ... quievit. MART. CAP. 1, 16 urnulas adopertas ... enudare. *substantive positum*: SER. SAMM. 729 triti reserant adoperta (*carbonem inclusum, sc. morbum*) lupini. *cf. quod antecedit* clausa venena.

synonyma: *ad 1*: (operio), tego, (obvolvo), involvo, velo. *ad 2* (*sive 3 participii*): claudo. *de differentia quadam verborum* adoperire *et* abdere *cf. p. 805, 61; at cf. etiam l. 10.* *opposita*: *ad 1*: (aperio), (detego), (nudo) *sim.* *ad 2* (*sive 3 participii*): resero, enudo. *Prinz.*

? **adoperor**, -ārī. SOL. 2, 26 sacrificium ... faciunt: adoperantes ... insultant. *meliores codices habent* id operantes. *V.*

adopertio, -ōnis *f.* PAVL. NOL. epist. 13, 10 mors enim vera virtutis adopertio est (*cf. quae in antecedentibus adfert*: VVLG. Sirach 38, 17 a tristitia enim festinat mors et cooperiet virtutem). *Prinz.*

adopīnor, -ārī. *ab* ad *et* opinari. *iudicium, arbitrium extendere ad*: LVCR. 4, 816 deinde adopinamur de signis maxima parvis ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsi.

adopperior, -īrī. *ab* ad *et* opperiri. HEGES. 3, 18, 3 alieni nutus sortem adopperiri. *V.*

? **adoptābilis**, -e. COD. Iust. 11, 12 (11), 1, 3 quod in cultu ornatuque nostro sacrum et adoptabile (adorabile *Mommsen*) est.

adoptārius, -a, -um *i.* adop(ta)tarius *ab* adoptatus. GLOSS. V 589, 27 adoptarius puer ex adoptato natus.

adoptātīcius, -iī *m.* **1** GLOSS. υἱοποιητός. PLAVT. Poen. 1045 siquidem Antidamai quaeris adoptaticium, ego sum ipsus. 1060 Demarcho item ipse fuit adoptaticius. **2** PAVL. FEST. 29 adoptaticius, ex adoptato filio natus.

adoptātio, -ōnis *f. actus adoptandi.* **1** *v.* adopto *I 2*: CIC. dom. 77 in illa adoptatione legitime factum est nihil. SALL. Iug. 11, 6 ipsum illum ... adoptatione (adoptione *C*) in regnum pervenisse. GELL. 5, 19, 2 quod per praetorem fit, adoptatio dicitur, quod per populum, adrogatio. SPART. Ael. 7, 5 quique in adoptationem venerunt. CAPITOL. Aur. 5, 1 Antoninum Pium ... in adoptationem legit (elegit *B, Peter*). CIC. Balb. 57 adoptatio Theophani agitata est. Tusc. 1, 31 quid adoptationes (adoptiones *codd.?*) filiorum, quid testamentorum diligentia *significat* ... nisi ...? SPART. Hadr. 23, 12 ob cuius adoptationem (*PB*, adoptionem *edit.*) ludos ... dedit. **2** *v.* adopto *I 1 p. 809, 51*: TERT. nat. 2, 1 ubinam veritas collocanda? ... in adoptationibus (*sc. deorum, quales populi instituere solent*)? sed ⟨passiva⟩ et municipalis adoptatio est. (*ibid. iterum? v. l. 68*).

adoptātor, -ōris *m. qui adoptat.* **1** *proprie*: *v.* adopto *I 2*: VLP. dig. 37, 9, 1, 12 si filius in adoptionem datus decesserit praegnate uxore, tunc deinde adoptator defunctus fuerit, mittetur venter in possessionem avi adoptivi. GELL. (*ex or. P. Scipionis?*) 5, 19, 15 quod filius adoptivos patri adoptatori inter praemia patrum prodesset. **2** *translate*: *v.* adopto *II p. 810, 67*: MERCAT. subnot. 8, 19 adoptans vel adoptator *est Christus.* *Prinz.*

Adoptātus *cogn.* CORP. IX 5523 (*in Piceno*) L. Papiri C. f. Lem. Adoptati. *Otto.*

adoptio, -ōnis *f.* [*cf. c.* adoptare *et c.* optio. *Th.*] *actus adoptandi. primum legitur apud* CIC. *Ruggiero, diz. epigr. 93. Leonhard, PW. I 396.*

I ***proprie***: *ad* adopto *I 1*: *electio*: TERT. nat. 2, 1 ut ista (*divinitas*) ... neque fabulis indignis contaminetur neque adoptionibus (*sc. deorum*; adoptationibus *Wissowa recte, ut videtur; cf.* adoptatio) passivis iudicetur. poen. 12 ut de remedii adoptione non dubites. *ad* adopto *I 2*: GLOSS. adoptio υἱοθεσία. τεκνοποιιά. εἰσποίησις; paene naturae imitatio (*cf. infra l. 82*), hoc est adfiliatio. HIER. epist. 121, 9 adoptio, quae significatius Graece dicitur υἱοθεσία. *definitio*: MODESTIN. dig. 1, 7, 1 adoptionis nomen est quidem generale, in duas autem species dividitur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. *ius adoptionis*: CIC. dom. 34 quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus. SEN. contr. 2, 1, 17 adoptio fortunae remedium est. SEN. dial. 6, 15, 2 exhausta Caesarum turba adoptione desertam domum fulsit. AVSON. 273, 3 nulla viro suboles; imitatur adoptio prolem. *actus religiosus*: CIC. dom. 36 nego istam adoptionem pontificio iure esse factam. 38 dixi apud pontifices istam adoptionem nullo decreto huius conlegii probatam, contra

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omne pontificum ius factam pro nihilo esse habendam. *cf.* 34 *et* 37. *adoptionis vis*: CIC. dom. 35 quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutae sunt (*cf.* LIV. 45, 40, 7 quos (*filios*) duobus datis in adoptionem solos nominis, sacrorum familiaeque heredes retinuerat domi). QVINT. decl. 346 p. 366, 20 dando in adoptionem ius omne translatum est. *efficit ius publicum*: PAPIN. dig. 50, 1, 15, 3 ius originis ... adoptione non mutatur. VLP. dig. 50, 1, 1, 1 municipem ... facit ... adoptio. HERMOG. dig. 50, 1, 16 civis eius civitatis, cuius per adoptionem fuerat factus. PAVL. dig. 1, 9, 6, 1 non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis. 1, 7, 35 per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. GELL. 5, 19, 12 neque permittendum esse umquam putat *Masurius Sabinus*, ut homines libertini per adoptiones in iura ingenuorum invadant. *statum familiae mutat*: PAVL. sent. 3, 6, 29 si statum ex arrogatione vel adoptatione mutaverit. VLP. reg. 11, 13 minima capitis deminutio est, per quam et civitate et libertate salva status dumtaxat hominis mutatur; quod fit adoptione. MODESTIN. dig. 1, 7, 1 praef. filios familias non solum natura, verum et adoptiones faciunt. VLP. coll. 16, 6, 1 consanguineos ... adoptio facit et adrogatio. PAVL. dig. 1, 7, 23 adoptio non ius sanguinis, sed ius adgnationis adfert. VLP. dig. 23, 2, 12, 4 eae demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quae legitimae essent, id est, quae adgnatorum ius haberent. 38, 8, 1, 4 cognationem facit ... adoptio. SEN. contr. 2, 1, 17 Aemiliorum et Scipionum familias adoptio miscuit; etiam abolita saeculis nomina per successores novos fulgent. VAL. MAX. 5, 10, 2 duo *filios* iure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem translatos. TAC. ann. 6, 51 quamquam mater in Liviam et mox Iuliam familiam adoptionibus transierit. hist. 2, 7 adoptione inrepere *in alienam familiam* (*cf. infra l. 61*). SVET. Claud. 39 neminem unquam per adoptionem familiae Claudiae insertum. SPART. Ael. 1, 2 adoptione Hadriani principum familiae adscitus. MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 10 ad quam (*familiam*) per adoptionem venit. 37, 4, 21, 1 quia per adoptionem ⟨in⟩ aliena familia non fuerit. PAVL. dig. 38, 17, 5, 1 per adoptionem in familiam. *de imperatoris adoptione*: TAC. ann. 11, 11 adoptione in inperium et cognomentum Neronis adscitus. TAC. hist. 2, 1 accitum in adoptionem. ann. 1, 3 adsciri per adoptionem a Tiberio. 15, 19 fictis adoptionibus adsciscerent filios. MODESTIN. dig. 1, 7, 40, 1 quem sibi per adrogationem vel per adoptionem filium facit. SPART. Hadr. 4, 10 in adoptionem adscitum esse (23, 14. 23, 15. 24, 6). LIV. 42, 52, 5 natura frater, adoptione filius. 44, 44, 2 naturalis Pauli ⟨filius⟩, adoptione Africani nepos. PLIN. epist. 5, 8, 5 avunculus meus idemque per adoptionem pater. FLOR. 1, 36, 3 hic Massinissa avo, Micipsa patre per adoptionem. GAIVS inst. 1, 59 quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint. dig. 23, 2, 55 pr. per adoptionem filia neptisve esse coepit (inst. 1, 61 soror). VLP. dig. 23, 2, 12, 4 avunculus nemo fit per adoptionem. 28, 3, 8 pr. adoptione ... filii filiaeve. POMP. dig. 1, 7, 43 adoptiones non solum filiorum, sed et quasi nepotum fiunt, ut aliquis nepos noster esse videatur perinde, quasi ex filio vel incerto natus sit. SPART. Sept. 20, 1/2 Verum et M. Antoninos per adoptionem filios rei p. reliquit; hoc melius, quod ille filios per adoptionem, hic per se genitos rectores Romanae rei p. daret. LAVD. Matid. Corp. XIV 3579 (*verba Hadriani*) ⟨cognatam(?)⟩ sam sanguine, adoptione in consobrinae ⟨locum mihi constitutam ...⟩.

quomodo fiat (*cf. etiam p. 806, 82*): GAIVS inst. 1, 98 adoptio ... duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut imperio magistratus, veluti praetoris. VLP. reg. 8, 2 adoptio fit aut per populum aut per praetorem vel praesidem provinciae. *cf.* GAIVS inst. 1, 107 VLP. reg. 8, 3 PAVL. dig. 1, 14, 2. 1, 7, 3 MARCIAN. dig. 1, 16, 2 MODESTIN. dig. 1, 7, 4 *al.* *praeterea nota*: PLIN. nat. 35, 8 adoptione testamentaria Salvittos — hoc enim fuerat cognomen — Africanorum dedecori inrepentes Scipionum nomini (*v.* adopto *p. 810, 25 sqq.*). PLIN. paneg. 8 itaque tui (*sic A, om. R*; tua *rell.*) non in cubiculo, sed in templo, nec ante genialem torum, sed ante pulvinar Iovis Optimi Maximi adoptio peracta est. TAC. hist. 1, 17 pro rostris an in senatu an in castris adoptio nuncuparetur. SEN. contr. 1, 6, 6 aliquis in adoptionem iuvenis petitur. 2, 1 petit a paupere unicum filium in adoptionem. CIC. fin. 1, 24 quem (*filium*) in adoptionem D. Silano emancipaverat. LIV. 45, 40, 7 duobus *filiis* datis in adoptionem (45, 41, 12 SEN. contr. 2, 1, 3. 2, 1, 19. 2, 1, 20 an invitus filius dari in adoptionem possit. *saepius.* 2, 1, 38 quare ergo in adoptionem diviti filium? VELL. 1, 10, 3. 2, 8, 2 VAL. MAX. 2, 10, 4 *saepius.* SEN. dial. 6, 13, 3 QVINT. inst. 3, 6, 96 GAIVS inst. 1, 105. 1, 135. 3, 41. VLP. dig. 38, 17, 2, 9 legitime. *passim apud* ICTOS). TERT. nat. 1, 16 cum infantes vestros alienae misericordiae exponitis aut in adoptionem melioribus parentibus. GAIVS inst. 1, 195[b] se dare in adoptionem (*i. q. adrogandum*). 2, 147. 3, 83 *et saepius apud* ICTOS. SVET. Tib. 2. SEN. contr. 1, 6, 6 aliquis in adoptionem iuvenis petitur: si volet ire, quaerat, senex ille, qui petit, quales et quos habeat maiores, quanta bona, an satis magno se possit addicere (*cf.* 2, 1). AFR. dig. 46, 3, 38 pr. sive in adoptionem sive in exilium ierit. CAPITOL. Aur. 5, 4 cum tristis in adoptionem regiam transiret. SEN. contr. exc. 2, 4 pater ... in adoptionem recepit nepotem. PAVL. dig. 1, 9, 6 is, quem in adoptionem accepit. MARCIAN. dig. 37, 5, 25, 1 is, cuius filius in adoptione erat. GAIVS inst. 2, 136 adoptivi filii, quamdiu manent in adoptione (VLP. dig. 37, 4, 1, 7). IAV. dig. 45, 1, 107 pr. pater naturalis filium, quem Titius habebat in adoptionem, heredem instituit. *adoptio potest dissolvi*: GAIVS dig. 23, 2, 55 pr. si per emancipationem adoptio dissoluta sit (inst. 1, 61). PAVL. dig. 28, 2, 9, 4 adoptione soluta. VLP. dig. 38, 6, 1, 7 adoptionis iura dissoluta sunt emancipatione (37, 4, 3, 2 finita sunt). *inde dicitur*: GAIVS inst. 1, 61 quamdiu quidem constat adoptio. VLP. dig. 2, 4, 10, 8 quamdiu adoptio durat. GAIVS dig. 23, 2, 17 pr. donec manet adoptio.

adoptio *adiuncto gen. obi.*: CIC. Att. 2, 12, 2 de illius adoptione. VELL. 2, 104, 1 in Neronis adoptione. PLIN. paneg. 8 tui (*v. p. 807, 63*) ... adoptio. SVET. Claud. 43 FLOR. 2, 15, 1 ACTA Arv. a. 69 I 24. a. 59 Febr. 25 v. 58 *saepius.* *adiuncto gen. subi.*: SVET. Aug. 68 M. Antonius adoptionem avunculi stupro meritum *esse Octaviano opprobrio dedit.* *nota*: QVINT. inst. 6 prooem. 13 tene consulari nuper adoptione (*i. ab homine consulari facta*) ad omnium spes honorum prius admotum. PLIN. epist. 10, 4 qua (*pietate*) hanc ipsam matris liberalitatem et statim patris hereditatem et adoptionem a vitrico meruit *Romanus.* *ex iuncturis nominalibus nota*: ara: TAC. ann. 1, 14. causa: CIC. dom. 34 GAIVS inst. 1, 102. commentum: PAP. dig. 35, 1, 76 (litterae: SPART. Hadr. 4, 6). ius: CIC. dom. 34 VLP. dig. 37, 4, 3, 2 (*saepius apud* ICTOS). CAPITOL. Aur. 5, 5 *cf.* LAMPR. Alex. 10, 5. lex: CAPITOL. Pius 4, 1. 4, 3. 4, 10. 4, 5. natalis: SPART. Hadr. 4, 6. *iuncturae verbales*: adoptionem facere: CIC. dom. 36. 38 MARCELL. dig. 1, 7, 38 ACTA Arv. a. 69 I 24 *saepius.* implere: VOPISC. Aur. 15, 1. peragere: PLIN. paneg. 8. nuncupare: TAC. hist. 1, 17. dissolvere: GAIVS dig. 23, 2, 55 pr. solvere: PAVL. dig. 28, 2, 9, 4. aversari: TAC. hist. 1, 38. abnuere: SVET. Tib. 21. recusare: SEN. contr. 2, 1, 19. impedire: TRYPH. dig. 23, 2, 67, 3.

II *translate*: 1 *adoptionis imago transfertur ad agriculturam*: *de apibus*: COLVM. 9, 13, 9 ut tamquam novae prolis adoptione domicilia confirmentur. *de arboribus*: PLIN. nat. 16, 1 *arbores* ultro ab homine didicere blandos sapores adoptione et conubio. 15, 41 nucibus insitorum (*prunorum*), quae faciem parentis sucumque adoptionis exhibent. 17, 129 in oleastro eas (*sc. oleas*, est *codd.*) inserit quadam aeternitate, cum senescant, proxima adoptione (-ni *codd.*) virga emissa atque ita alia arbore ex eadem iuvenescente. *singulariter*: PANEG. 12, 7 qui venturi sunt in virtutis adoptionem (*at cf. infra l. 60*). **2** *de υἱοθεσίᾳ christiana* (*cf.* adopto *p. 810, 67*): AVG. c. Faust. 3, 3 adoptionis nomen plurimum valere in nostrae fidei sacramento ... doctrina testatur. *ibid.* iste itaque modus, quo nos deus, cum iam essemus ab ipso non nati, sed conditi et instituti, verbo suo et gratia sua genuit, ut filii eius essemus, adoptio vocatur. epist. 140, 10 haec (*nativitas spiritualis*) etiam adoptio vocatur. c. Pelag. 3, 3, 5 quam (*regenerationem*) Paulus quoque apostolus et adoptionem et redemptionem nuncupat dicens ... (Rom. 8, 23). VVLG. Rom. 8, 15 accepistis spiritum adoptionis filiorum (*cf.* IREN. 4, 1, 1 HIER. epist. 120, 9). 8, 23 adoptionem filiorum dei. Gal. 4, 5 ut adoptionem filiorum reciperemus (IREN. 3, 6, 1 perceperunt. HIER. epist. 112, 14 *al.*). Ephes. 1, 5 praedestinavit nos in adoptionem filiorum. *inde varie hoc verbum usurpatur ab ecclesiasticis*: TERT. pudic. 8 prior in adoptione *Iudaeus.* LACT. epit. 38 (43), 7 ut heredibus abdicatis gentes in adoptionem venirent. LEO M. serm. 26, 5 universa adoptionis membra. ITALA (Gild. chron. 107) I Petr. 2, 9 populus in adoptionem (VVLG. acquisitionis). IREN. 4 praef. 4 eos, qui adoptionem habent. 3, 19, 1 qui non percipiunt munus (δωρεάν) adoptionis. 3, 21, 4 plenitudinem temporum adoptionis venisse. 2, 11, 1 quae est ad patrem adoptio filiorum. *saepius.* AVG. epist. 140, 36, 82 ad vitae aeternae adoptionem. civ. 12, 23 populum piorum in adoptionem vocandum. *de baptismo*: FAVST. REI. grat. 1, 2 sanctificatio de regenerantis adoptione donatur. PROSP. chron. I 1252 ut sacramento adoptionis honorentur. *de Christo*: HIL. in psalm. 67, 15 *dicunt Christum esse* externae substantiae deoque diversae, quae in adoptionem filii electa sit. ALC. AVIT. epist. 30 p. 61, 29 hunc (*Christum, si ante Mariam non fuisset*) similem ceteris adoptio fecerat dei filium, non natura. *similiter saepius apud* ECCL.

synonymum: adoptatio. *opposita*: natura (LIV. 42, 52, 5 ALC. AVIT. epist. 30 p. 61, 29; *cf. praeterea p. 807, 40 sqq. 807, 51*). abdicatio (PROSP. respons. ad cap. Gall. 1, 8; *cf.* LACT. epit. 38 [43], 7). *Prinz.*

adoptīvus, -a, -um. [*cf. c.* adoptare adoptio. *Th.*]. **I** *proprie*: GLOSS. υἱοποιητός, υἱόθετος, εἰσποιητός, θετός. in locum filii receptus. pro loco pigneris aut pro filio computatus. SCIPIO min. Gell. 5, 19, 16 filium adoptivum tam procedere quam si se natum habeat. VELL. 2, 8, 2 *filius* adoptivus in Acidini Manlii familiam datus. TAC. ann. 13, 14 insitus et adoptivus. SVET. Tib. 52 filiorum ... naturalem ... adoptivum. GAIVS inst. 2, 136 filii (*opp.* naturales). 3, 40 filius filiave. 3, 41 46. 49 SERV. Aen. 1, 287 AVG. civ. 3, 30 *et passim in* DIG. GAIVS inst. 3, 2 ⟨utrum⟩ naturales ⟨sint⟩ liberi an adoptivi (VLP. dig. 1, 9, 10 *et passim in* DIG. IVL. VICT. rhet. 389, 30 OROS. hist. 5, 15, 3. SEN. benef. 3, 32, 5 patris. IAV. dig. 45, 1, 107 pater (*opp.* naturalis). GAIVS inst. 2, 136. 2, 137. 2, 147. 3, 84 *et passim in* DIG., *cf.* CORP. XIII 415 L. Cornel(ius) Valentinus pater adoptivus C. Anton(i) Valentini. VLP.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dig. 5, 2, 29, 4 matrem. 2, 4, 10, 7 parentes. 37, 9, 1, 12 avi (Pavl. dig. 37, 4, 6, 4). Ivl. dig. 38, 8, 3 frater (Pavl. conl. 16, 3, 15 Amm. 27, 6, 16). Vlp. dig. 23, 2, 12, 4 sororis (Pavl. dig. 45, 1, 35, 1). Sidon. carm. 7, 113 Caesare. Pavl. conl. 6, 3, 2 cognatio. Afr. dig. 37, 4, 14, 1 familia (Gaivs inst. 2, 137. 3, 31 *et passim in* Dig.). Cic. dom. 35 amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti. Ov. fast. 4, 22 nobilitate. Svet. Nero 41 deposito adoptivo *nomine* (*opp.* gentile). Spart. Geta 2, 3 *nomen*. Heges. 1, 33, 1 auctoritatem. Cod. Iust. 8, 47, 10, 1[a] et naturalia et adoptiva iura. *subst.* **adoptīvus, -a** *sc. filius, -ia.* Ivl. dig. 1, 7, 27 ex adoptivo natus adoptivi locum obtinet. Vlp. dig. 1, 6, 5. 37, 6, 1, 14 *et saepius in* Dig. Corp. III 1181 P. Ael(io) Antipatro Marcello . . . filio P. Ael(ii) Antipatri . . . et adoptivo P. Ael(ii) Marcelli. 1182 *similiter* adoptiv(a)e. Ps. Ambr. conc. Matth. et Lucae Migne 17, 1012[c]. II *translate*: *de herbis*: Ov. ars 2, 652 firmaque adoptivas arbor habebit opes (med. 6). Mart. 13, 46, 2 in adoptivis *ramis* (*opp.* maternis). Pallad. 14, 20 quae sit adoptivis arbor onusta comis. 14, 144 tingit adoptivus virginis ora pudor *post insitionem*. 14, 160 adoptivis nobilitanda comis. Zeno Migne 11, 384, 17 germinis adoptiva pinguedine assumptus *oleaster*. *de rebus assumptis vel aliarum in locum substitutis*: Tert. nat. 2, 1 *deum*. apol. 10 *deos*. Paneg. 12, 5 de vocabulis gentium subactarum adoptivum insigne sumebant. Avson. 350, 8 adoptiva quae sunt, ut cognata videantur *in centone*. *christiane de filiis dei*: Leo M. serm. 26, 3 adoptiva nobilitas. Salv. eccl. 2, 23 Iudaei fuerunt servi, nos adoptivi. Prosp. exp. in psalm. 123, 2 populus ademptus, populus regeneratus, populus adoptivus. Favst. Rei. grat. 1, 14 cum adoptivo dei. Sedvl. pasch. carm. 2, 243 fecit adoptivos caelestis gratia natos.

adv. **adoptīvē**. Iren. 4, 20, 5 *deus est* visus . . . et per filium adoptive *sc. eius speciem adoptavit*. V.

adopto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* optare. *vocabulum iam inde a* Plavt. *per totam latinitatem viguit.* Gloss. adopto παρορμῶ *huc non pertinet* (adhorto?). Plavt. Truc. 859 *corrupte* tutorem me adoptavit (-vis *codd.*) bonis; *v. s.* opto. Ov. fast. 4, 880 (adoptat *Zulichemianus*, adorat *R V M*) *v. s.* adoro.

I *proprie*: 1 *generaliter*: *optando i. eligendo ascisco*: Gloss. adopto est eligo, inde adoptulus dicitur electus. *aliquem*: Plavt. Cist. 744 sociam te mihi adopto ad meam salutem. Varro ling. 5, 91 quos hi . . . administros ipsi sibi adoptabant, optiones vocari coeptos (Veg. mil. 2, 7). Cic. div. in Caec. 54 quem sibi illa (*provincia*) defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem causae totius adoptavit. 64 quod eum sibi Achaei patronum adoptarant. Lex Vrs. (Corp. II 5439) III 3, 16 quo (*decurionum decreto*) quis colon(is) colon(iae) patron(us) sit adopteturve; *cf. ibid.* IV 2, 43. 3, 4 quo quis senator senatori⟨s⟩ve f(ilius) p(opuli) R(omani) c(oloniae) G(enetivae) I(uliae) hospes adoptetur. Tert. scorp. 12 quos . . . sibi discipulos dominus adoptavit. Cic. Phil. 6, 13 quem unquam iste ordo patronum adoptavit? si quemquam, debuit me, sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? Sest. 9 Phil. 2, 107. 6, 12 Val. Max. 9, 15, 1. Plin. nat. 2, 16 cum singuli (*homines*) . . . ex semet ipsis totidem deos faciant Iunones Geniosque adoptando sibi. Tert. nat. 2, 1 tertium (*genus deorum*) gentile *esse*, quod populi sibi quique adoptaverunt. Varro Non. 67, 28 referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes ⟨et in turmas⟩ subibant. Vatin. Cic. epist. 5, 9, 1 quem potius adoptem aut invocem (*sc. patronum*) quam illum . . . ? Tert. nat. 2, 8 haec libertas adoptandorum deorum. *nota*: Plin nat. 33, 139 nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana *vasa* — etenim tabernas (*i. tabernarum merces*) mensis adoptamus —, nunc anaglypta . . . quaerimus. Prosp. voc. gent. 2, 20 quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio.

2 *specialiter*: *aliquem (aliquam) in familiam loco filii (filiae) sive nepotis (neptis) ascisco, assumo*: Gloss. adopto υἱοποιοῦμαι. εἰσποιοῦμαι. adoptat: adfiliat. *definitio*: Modestin. dig. 1, 7, 1 adoptantur filii familias, adrogantur, qui sui iuris sunt (*nota tamen etiam de iis, qui adrogantur, haud ita raro verbum adoptari usurpari, velut* Ivl. dig. 28, 7, 11 Gaivs inst. 3, 84 Scaev. dig. 28, 3, 18 Vlp. dig. 1, 7, 15, 2 reg. 8, 6). Gell. 5, 19, 3 adoptantur autem, cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur atque ab eo, qui adoptat, apud quem legis actio est, vindicantur. Inst. Iust. 1, 11, 8 adsimilatur is, qui adoptatus vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est. *actus religiosus*: Cic. dom. 36 nego istam adoptionem pontificio iure esse factam: primum, quod eae vestrae sint aetates, ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per aetatem esse potuerit vel eo, quo fuit: deinde, quod causa quaeri solet adoptandi, ut et is adoptet, qui, quod natura iam adsequi non potest, legitimo et pontificio iure quaerat, et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum aut de sacrorum religione minuatur, illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. *ibid.* 40 contra auspicia adoptatus. Att. 8, 3, 3 ille in adoptando (optando *M*) P. Clodio augur. *quo modo adoptetur*: *secundum* Ictos: Gaivs inst. 1, 105 si quis per populum sive apud praetorem vel apud praesidem provinciae adoptaverit. *adoptantur*: *qui sui iuris sunt*: populi auctoritate (Gaivs inst. 1, 99), principis auctoritate (Gaivs dig. 1, 7, 2 pr.), per populum (Gaivs inst. 1, 105. 2, 138), apud populum (Gaivs inst. 1, 102). *qui in potestate parentis sunt*: imperio magistratus (Gaivs inst. 1, 99 dig. 1, 7, 2 pr.), per praetorem (Gaivs inst. 2, 138; *cf.* Vlp. reg. 8, 5), apud praetorem et in provinciis apud proconsulem legatumve (Gaivs inst. 1, 102), apud praesidem (Vlp. dig. 1, 18, 2), apud iuridicum (Vlp. dig. 1, 20, 1); non adoptari potest apud legatum proconsulis (Vlp. dig. 1, 16, 3). *quibus cum* Ictorum *praeceptis cf.*: Cic. dom. 36 *v. p. 809, 70.* Tac. hist. 1, 15 si te privatus lege curiata apud pontifices, ut moris est, adoptarem. Svet. Aug. 65 Tiberium adoptavit in foro lege curiata. 64 C. et L. adoptavit domi per assem et libram emptos a patre Agrippa. Galb. 17 Pisonem . . . filium appellans perduxit in castra ac pro contione adoptavit. Cic. epist. 13, 19, 2 quem C. Maenius Gemellus . . . Patrensium legibus adoptavit. *testamento aliquem adoptare*: Cic. Brut. 212 Nep. Att. 5, 2 Vell. 2, 59, 1 Val. Max. 7, 8, 5 Svet. Tib. 6. *cf. etiam l. 31.* *qui adoptare possint*: Cic. dom. 34 quod est . . . ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus. *cf.* 36 *p. 809, 70.* 34. Sen. contr. exc. 3, 3 ne tricenario quidem adoptare filio licet; neque enim quisquam alium potest in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est. Vlp. dig. 1, 7, 25 neque adoptare neque adrogare quis absens potest. Gaivs inst. 1, 104 feminae nullo modo adoptare possunt (Vlp. reg. 8, 8[a]; *at cf.* dig. 5, 2, 29, 3). *praeterea cf.* Gaivs inst. 1, 101. 1, 103 Vlp. dig. 1, 7, 9 reg. 8, 6 *al.* *qualis sit condicio adoptati*: *adoptatus se in alienam potestatem dat: inseritur alienae familiae ita, ut tamquam filius naturalis nominis eius et iurum, inprimis iuris hereditatis, particeps fiat*: Pavl. Fest. 70 deminutus capite appellatur . . . ex alia familia in aliam adoptatus. Vell. 2, 96, 1 cuius (*Agrippae*) liberos, nepotes suos, divus Augustus praepositis Gai ac Lucii nominibus adoptaverat. Svet. Caes. 83 Gaium Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit. Tib. 3 insertus est et Liviorum familiae adoptato in eam materno avo. *cf.* Claud. 2 (Germanici cognomen assumpsit), 39 Galb. 4. Plavt. Poen. 904 is in divitias homo adoptavit hunc, quom diem obiit suom. Sall. Iug. 22, 3 a Micipsa non penuria liberorum in regnum adoptatum esse *Iugurtham*. Plin. paneg. 50 in quae electus, in quae adoptatus es. Iord. Get. 57, 289 in arma sibi eum (*Theodoricum*) filium adoptavit.

aliquem s i b i a d o p t a r e filium (filiam): Plavt. Poen. 1059 Men. 60 Cic. dom. 37 Hyg. fab. 186 p. 118, 24 Iord. Get. 53, 274. 57, 289 Hist. Apoll. 27[a] Corp. XIII 2036. pro filio: Plavt. Poen. 76. 119. in filium: (Novat.) tract. 3 (24, 12); in filiam: Vvlg. Esth. 2, 7. 2, 15. Hist. Apoll. 27 (in filiam suam sibi adoptavit). sibi filium: Gaivs inst. 2, 138 Capitol. Pius 4, 1. *aliquem* sibi adoptare: Afran. com. 240 (*ubi tamen obiectum non extat*). Ter. Ad. 47 Cic. Pis. frg. 7 Spart. Hadr. 24, 1 Ael. 2, 1. 2, 9. 6, 9 Capitol. Aur. 5, 1 (*bis*). Hel. 13, 1 Avg. civ. 16, 26. *nota*: *in imagine*: Flor. 1, 3, 5 ut . . . publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur *Brutus*. *aliquem* a d o p t a r e (*non addito* sibi): in locum filii: Ivl. dig. 37, 4, 13, 3 *et saepius apud* Ictos. Qvint. decl. 374 p. 414, 9 Vvlg. exod. 2, 10. in filium: Prosp. chron. I 345 Cassiod. chron. II 740. filium: Vlp. dig. 1, 7, 41 *et saepius apud* Ictos. *aliquem* adoptare: Pompon. atell. tit. ‘Bucco adoptatus’. Plavt. Poen. 2 Cic. off. 1, 121 Cato 35 dom. 35 *saepius*. Sall. Iug. 9, 3 Sen. contr. 1, 1. 1, 1, 4. 1, 1, 7. 1, 1, 9 *opp.* abdicare (1, 1, 11) *saepissime*. Vell. 1, 12, 3. 2, 103, 3 *al.* Val. Max. 7, 7, 1 Icti *et passim*. *aliquem ab aliquo* adoptare: Cic. Brut. 77. *aliquem alicui* adoptandum dare: Ter. Ad. 2. 114. 463 Capitol. Ver. 2, 2 Pius 4, 2 Spart. Ael. 7, 2 *et saepius apud* Script. hist. Aug. adoptare *absolute*: Cic. dom. 34. 35. 36 Gaivs inst. 1, 134 *et* Icti *passim*.

inde etiam d e a d o p t i o n e n e p o t i s: adoptare *aliquem* in nepotis loco: Procvl. dig. 1, 7, 44 (ut etiam iure legis nepos suus esset). in nepotis locum: Scaev. dig. 37, 8, 6 Papin. dig. 28, 6, 2 pr. *saepius apud* Ictos. nepotis loco: Papin. dig. 28, 2, 23. adoptare *aliquem*, atque si ex filio natus esset: Scaev. dig. 28, 2, 29, 9.

p a t e r a d o p t a t u s *adoptionis natura mire perversa opponitur patri naturali* Vlp. dig. 38, 17, 2, 18 *et* Pomp. dig. 1, 7, 13. *eodem modo dictum* Plin. nat. 9, 55 Neptunum patrem adoptante sibi Sexto Pompeio — tanta erat navalis rei gloria.

II *translate*: *apud* Eccl. *de* υἱοθεσίᾳ *illa dei, qua nos filios eius fieri docet euangelium* (Eph. 1, 5 προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν): Tert. orat. 4 summa est voluntatis eius salus eorum, quos adoptavit *deus*. pudic. 10 cum gentes *deus* sic adoptaverit. Comm. apol. 727 quid isti praesumunt, cum sint adoptati, dicentes (*seq. or. dir.*). 735. Ivvenc. 1, 465 pacificos deus in numerum sibi prolis adoptat (*inde corrigendus* Beda gramm. VII 245, 30). Gavdent. serm. 9 med. (Migne 153, 902 [284][c]) adoptantur . . . gentes in filios (*cf.* Hier. epist. 65, 16 Prosp. voc. gent. 1, 9, 1). Avg. c. Secund. 5 extr. p. 913, 6 Vind. ex deo non quidem coaequante natura, sed adoptante gratia nascimur (ev. Ioan. 2, 13 Prosp. voc. gent. 1, 17 *et saepius*). c. Fort. 28 p. 110, 9 Vind. dixit . . . quod adoptaverit sibi deus animam, non quod ab ipso sit. laud. dei 3, 544 adoptat nos genitos vocitare suos *deus*. *de ecclesia baptizandos inter catechumenos recipiente*: Zeno Migne 11, 476, 18 iam mater nostra adoptat *vos*, ut pariat (*sc. cum per baptismatis sacramentum Christo gignit*). *tota adoptionis imago ad res transfertur, quae alienas tamquam proprias assumunt*: *de arbore*: Ov. rem. 195 fac,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ramum ramus adoptet. COLVM. 10, 38 aliena stirpe gravata mitis adoptatis curvetur frugibus. PLIN. nat. 17, 138 communem *ramum* inter duas matres coalescere, quarto anno abscisum totum adoptantis esse. *de amne*: AVSON. 334, 430 tu (*Rhenus*) fratrem (*Mosellam*) famae securus adopta. AMM. 15, 4, 2 Rhenus ⟨nullos advenas⟩ amnes adoptans. *de luna*: DRAC. Romul. 10, 149 fratris radiis conceptus lucis adoptat *luna* (*cf.* 6, 118 spatium ... moratum lucis adoptatae). *translata ex solita in adoptione nominis mutatione* (*v. p. 810,25*): CIC. Brut. 241 C. Staienus, qui se ipse adoptaverat et de Staieno Aelium fecerat (*cf.* Cluent. 72 quid tu, inquit, Paete? hoc enim sibi Staienus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat. FLOR. 2, 4, 2 subdito titulo in familiam ipse se adoptabat *Gracchus*). HOR. epist. 1, 6, 54 'frater', 'pater' adde; ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta. SEN. dial. 10, 15, 3 nobilissimorum ingeniorum familiae sunt: elige, in quam asciscì velis. non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona. epist. 88, 40 Apion grammaticus ... in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus. *cf.* PLIN. paneg. 88 adoptavit te optimus princeps in suum, senatus in optimi nomen. APVL. flor. p. 60 Oud. in nomen eius *sc. Pythagorae* a magistris meis adoptarer. CLAVD 28, 418 quos *sc. viros* mutua virtus legit et in nomen Romanis rebus adoptans iudicio pulchram seriem, non sanguine duxit. CVRT. 6, 11, 25 credite mihi, et nos, si viri sumus, a dis adoptabimur (*sc. ut Alexander*, 'qui postulat deus credi' *ibid.* 24). PETRON. 127 habes tu quidem et fratrem, ... sed quid prohibet et sororem adoptare? VITR. 7 praef. 8 Zoilus, qui adoptavit cognomen, ut Homeromastix vocitaretur. PLIN. nat. 7, 137 Felicis sibi cognomen adseruit L. Sulla, civili nempe sanguine ac patriae oppugnatione adoptatum: sed (adoptatus et *codd.*) quibus felicitatis inductus argumentis? 25, 22 ambitus nominibus suis eas (*herbas*) adoptandi. 5, 119 a Zmyrna Hermus campos facit et nomini suo adoptat. 37, 50 Nero ... capillos ... coniugis suae in hoc (*sc. sucini*) nomen (hoc nomine *B*, *om.* in) adoptaverat quodam etiam carmine sucinos appellando. 37, 167 hexecontalithos, in parva magnitudine multicolor [hoc sibi nomen adoptavit] reperitur in Trogodytice. *cf.* MART. 4, 31, 9 aliquod gratum Musis tibi nomen adopta. SOL. 1, 15 sunt, qui velint ... a Palantho ... nomen monti (*Palatino*) adoptatum. 5, 15 quorum (*fratrum*) nomina sibi diversae partes adoptant. PLIN. nat. 3, 9 Baetis ... oceanum Atlanticum, provinciam adoptans, petit. 15, 50 omnium autem nuperrime adoptata sunt *mala* parva ..., quae Petisia nominantur. 25, 73 Artemisia *gloriam adfectavit* ..., adoptata herba, quae antea parthenis vocabatur. *translata ex status mutatione, quam subire adoptatum diximus p. 810,22: ad conexum, quem cum adoptante init adoptatus, spectant*: PLIN. nat. 12, 12 qui se potentiae causa Caesaris libertis adoptasset. STAT. Theb. 7, 259 iungunt se castris regisque in nomen adoptant Ocalea Medeonque *urbes*. *ad familiae mutationem*: STAT. silv. 4, 5, 39 adoptatus ... Tuscis gurgitibus puer innatasti (*de Septimio Severo nato in Africa*), *i. a terra Romana adoptatus es in Romanum*. *ad ius hereditatis*: FLOR. 2, 8, 1 in bona libertatis nostrae adoptantur *servi manumissione* (*cf. p. 810, 31. 811, 16*). APVL. Plat. 2, 28 simili legum coniuratione adoptatus (*sc. in imperium*) imperium invaserit *tyrannus* (*cf. p. 810,33*). *translate ex adoptionis natura, cum adoptans alienum tamquam proprium assumit,* adopto rem *saepe idem fere atque rem alienam tamquam propriam assumo* (*opp. res propria, genuina*): SEN. epist. 13, 17 Epicuri dicta, quae mihi et laudare et adoptare permisi. PLIN. nat. 32, 61 Brundisina *ostrea* in Averno compasta et suum retinere sucum et a Lucrino adoptare creduntur. PLIN. paneg. 52 sic fit, ut dei summum inter homines fastigium servent, cum deorum ipse (*imperator*) non adoptes (non adeptus *sive* non sis adeptus *codd.*). PANEG. 12, 15 nihil abdicandis vitiis adoptandisque virtutibus ... profuisse (LAMPR. Hel. 2, 4 adoptans virtutes veterum). ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 19, 29 in quo (*Christo*) adoptata illustrabatur humilitas (*opp.* genuina maiestas *dei patris*). CONCIL. Paris. a. 614 (mon. Germ. leg. III 1) p. 186, 13 ut ... nec qualiscumque persona ... locum ipsius (*episcopi*) ... adoptare praesumat. *nota*: *sequitur* ut: DRAC. satisf. 270 quando fames leonis ut sit adoptavit faucibus esca lepus? *sc. loco praedae maioris.*

synonyma: *ad I 1*: (aliquem sibi adiungere, asciscere, adhibere, *sc.* patronum, socium *sim.*), (aliquem assumere, *sc.* socium) *sim.* *ad I 2*: adrogare (*at cf. p. 809,62*), filium asciscere (PLIN. paneg. 7), filium adsumere (*ibid.*) adoptione filium asciscere (TAC. ann. 15, 19), per adoptionem familiae inserere (SVET. Claud. 39), in penates *suos* asciscere (TAC. hist. 1, 15), in adoptionem recipere (SEN. contr. exc. 2, 4 *ubi* SEN. adoptavit), *sim.* *ad II*: aliquid cognominare (PLIN. nat. 15, 49), (suo nomine appellare). (aliquid assumere). *opposita*: *ad I 1*: reprobare (PROSP. voc. gent. 2, 20). *ad I 2*: abdicare (SEN. contr. 1, 1, 9. 1, 1, 11 *saepe*); pater naturalis *opp. patri adoptato* (*cf. p. 810, 63*); quem genuerat *opp.* quem adoptaverat (SEN. dial. 6, 15, 3). *ad II*: *rei adoptatae opp.* res genuina (ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 19, 29), sua (PLIN. nat. 32, 61); *cf. etiam* AVG. c. Fort. 28 p. 110, 9 Vind. *compositum*: redadopto. *Prinz.*

? **adoptulus** *exempli causa fictum videtur*. EVTYCH. gramm. V 453, 33 queror querulus, adopto adoptulus (gramm. suppl. 16, 33. 23, 21. 28, 8. 37, 11). GLOSS. *v. sub* adopto *p. 809, 36.* *V.*

ador, -ŏris *et* -ōris *n.* [*fortasse cf. c. got.* atisk '*seges*'. *Th.*] PAVL. FEST. 3, 10 ador farris genus, edor quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur, ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa efficitur (*cf.* ISID. orig. 17, 3, 6). NON. 52, 14 frumenti genus quod epulis et immolationibus sacris pium putatur; unde et adorare (*cf.* GLOSS. V 649, 14 PRISC. *l.* 8). PRISC. gramm. II 236, 21 cuius (*i.* adoris) derivatum (*i.* adoreus) o productum habet contra rationem aliorum .... puto ideo produci, quia a verbo (*sc.* adoro) derivatur. ergo ador quoque ... si declinaretur, produceret o in genetivo, quod rursus prohibebat regula neutrorum in 'or' terminantium. duabus igitur sibi adversis regulis repugnantibus mansit indeclinabile, quamvis inveniatur huius quoque apud quosdam veterum genetivus modo producens modo corripiens paenultimam ... ut Gannius (*cf. l. 20*: adōris, *l. 21*: adŏris, *corripuit* AVSON. 344, 5). DIOM. gramm. I 328, 20 far ador faba ... et si qua horum nominativo pluraliter efferuntur ceteris casibus cessabunt. *acc. plur.* adora *v. l. 24.* SERV. Verg. Aen. 7, 109 proprie est genus farris. CHAR. exc. gramm. I 550, 28 ζειαί. GLOSS. ζειά, ὄλυρα, genus farris vel frumenti, far, frumentum. HOR. sat. 2, 6, 89 *mus* ... ēsset ador loliumque, dapis meliora relinquens. GANN. carm. frg. 3 emicat in nubes nidoribus ardor adōris. 2 illam sponte satos adŏris stravisse maniplos. 1 hic adŏris dat primitias, ibi sanguine libat. AVSON. 344, 5 mox ador atque adŏris de polline pultificum far. *i. q.* θυμίαμα: ITALA lev. 10, 1 (cod. Lugd.) inposuerunt super eas adora (θυμίαμα). *de tuberis genere*: CHIRON 649 quocumque fe⟨c⟩it sive meliceri⟨dem⟩ sive ador natum (= atheroma *coni. Oder.* adornatum sinum *Bücheler*). *dubium*: GLOSS. II 8, 21 ador νίκη ὡς Πομπήιος (αδορνικηας πεμπιος *cod. corr. d g*). V 437, 22 adoribus laudibus (*nisi utroque loco confunditur cum glossis* adōria). *Kempf.*

Ador, Ἄδωρα, *v.* Aduram *3.*

adōrābilis, -e. *ab* adorare. *veneratione dignus.* APVL. met. 11, 18 in patria deae providentis (*Isidis*) adorabile beneficium ... narraverat *Fama.* (LEO M.) epist. 57 (*interpr. epist. Liciniae Eudoxae Aug.*) adorabilis imperator (προσκυνητέ). MAX. TAVR. (Migne 57, 260ᵃ) hom. 17 qui ex gentibus ad adorabile fidei lumen advenimus. CASSIOD. in psalm. 17, 12 fecit eam (*carnem Christi*) creaturis omnibus adorabilem. hist. 5, 29 terminum salutarem adorabilemque deliberationem (*de trinitate*) corrumpere quidam ... atque temerare voluerunt. COD. Iust. 11, 12, 1, 3 quod in cultu ornatuque sacrum et adorabile (*sic Mommsen*; adoptabile *codd.*) est. *Ausfeld.*

Adōrām, הֲדוֹרָם, *gens Iudaea.* VVLG. I par. 1, 21. gen. 10, 27 Aduram (Ὀδοῤῥά). *fortasse* Ἀδραμῖται *Ptolomaei.* *nom. vir.*: VVLG. I par. 18, 1 Adoram (*acc.*), Ἀδουράμ. *v.* Aduram. *V.*

adōrātio, -ōnis *f. ab* adorare. **I** *de deorum veneratione*: PLIN. nat. 28, 22 cur effascinationibus adoratione peculiari occurrimus, alii Graecam Nemesin invocantes ...? 29, 67 propitiatis adoratione deis. APVL. met. 4, 28 deam Venerem religiosis adorationibus ⟨venerabantur⟩. PS. APVL. Ascl. 9 hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequiis caelum caelestesque delectantur. MAX. TAVR. hom. 19 serviebant ante adorationem idolis (*magi*). ITALA cod. Taurin. Marc. 11, 17 domus mea domus adorationis vocabitur (προσευχῆς, orationis VVLG.). *de idolis*: HIER. in Is. (Migne 24, 428ᵃ) 12, 44, 6 nec sufficit eis error proprius, nisi simplices quosque eorum (*idolorum*) adoratione deceperint. *cf.* COD. Theod. 15, 4, 1 pr. GREG. M. (Mon. Germ. epist. II 271) epist. 11, 10. **II** *de hominum veneratione, more Persico*: GLOSS. προσκύνησις. ITIN. Alex. 41 a diis posse puniri adorationes (abiurationis *cod.*), quibus se diis aequaverint hominum iactantiae. IVST. 12, 7, 3 retentus ... est ... mos salutandi regis explosa adoratione. AVG. quaest. hept. 2, 69 quamquam de adoratione etiamsi expresse positum esset, honor videretur socero redditus, eo modo quo solet hominibus honorificentiae causa exhiberi a patribus. *cf. Kubitschek, PW. I 400 sq.* *nota*: *i. q. admiratio*: QVINT. decl. 283 p. 148, 15 vos vero novo genere ambitus adorationem miseria captatis.

adōrātīvus, -a, -um *adi. ab* adorare. PRISC. gramm. III 274, 16 adorativa quoque *verba accusativo sociantur*: colo te, honoro, adoro .... *Ausfeld.*

1. adōrātor, -ōris *m. cf.* adoro *1.* LYD. mag. 1, 46 ἀδωράτορες βετερανοί τίρωνες. 1, 47 ἀδωράτορες οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπομάχους καλοῦσιν (ἀδωρέα γὰρ ... ἡ τοῦ πολέμου ... δόξα *eqs.* *cf.* adoria *p. 813, 81*). *Kempf.*

2. adōrātor, -ōris *m. ab* adorare *2. is, qui adorat, precatur, veneratur*: ITALA Ioan. 4, 24 (Tert. orat. 28) veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. deus enim spiritus est et adoratores itaque tales requirit. nos sumus veri adoratores (*cf.* ITALA *ibid.* ap. Ambrosiast. Rom. 1, 9 Migne 17, 52ᶜ veri adoratores ... pater tales quaerit, qui adorent. Hier. epist. 58, 3 ITALA *et* VVLG. Ioan. 4, 24 ITALA *ibid.* Aug. epist. 78, 3). CYPR. domin. orat. 34 adoratores dei. AVG. vit. erem. 63 tuae maiestatis adorator. c. Faust. 14, 12 p. 413, 4 caelestia tolerant vanos adoratores. *cf. l.* 15. quaest. hept. 1, 61. LEO M. serm. 32, 4 in magis adoratoribus Christi. TERT. spect. 8 si Serapeum sacrificator vel adorator intravero, a deo excidam. EXPOS. tot. mund. (geogr. 114) 36 Alexandriae aeditimi ... et sacerdotes et ministri et aruspices et adoratores et divini obtimi habun-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dant. HIER. in Abac. (Migne 25, 1304) 1 (*ad* 2, 18) mutum surdumque simulacrum adoratorem suum audire non poterit. *cf.* AVG. mor. eccl. 1, 34, 75 sepulcrorum et picturarum adoratores. serm. 201, 1 *et* 319, 1 c. Faust. 12, 22. 20, 9 p. 545, 20. 20, 21 p. 563, 13 GREG. M. (Mon. Germ. epist. II 195) epist. 9, 208.

adōrātus, -ūs *m. ab* adorare. *i. q. preces, veneratio*: OROS. comm. p. 153, 4 Priscillianus ... *docet* animam ... instrui adoratu angelorum. HIER. in Luc. (Migne 26, 247ᵃ) 14 vocabulum Iesu gloriosum omni adoratu cultuque appellari. OREST. trag. 465 cuius adoratus constat per templa ... iratos audisse deos. GREG. M. (Mon. Germ. epist. II 195) epist. 9, 208 adoratu (*imaginum*) populum prohibere debuit ... in picturae adoratione .... *Ausfeld.*

Adōrātus *cogn.* INSCR. Rhen. 1369 ⟨...⟩onius Adoratu⟨s⟩. *cf.* Oratus. *Otto.*

adōrdinātio, -ōnis *f. ab* adordinare. IREN. 5, 36, 2 hanc esse adordinationem et dispositionem eorum qui salvantur.

adōrdino, -āvī, -āre. *ab* ad *et* ordinare. TERT. scorp. 12 *apostolos* sibi discipulos dominus adoptavit ... et nobis magistros adordinavit.

[**Adores**] *nom. hebr. male intellectum* IVST. 36, 3, 2. *V.*

adōreus, -a, -um. *ab* ador. NON. 59, 8 adoreum ... ab eo dictum putat *Varro*, quod cibi ora, id est principium, sit far. *ab* adoro *derivatur apud* PRISC. *cf. p. 812, 8.* o *longa apud dactylicos* VERG. *et* VAL. FL. *natura eam esse productam exposuit F. Solmsen, Studien zur lat. Lautgeschichte p. 81.* *semper in* -eus *exit, exceptis* GLOSS. *l. 38. 39.* CATO agr. 34, 2 in creta et uligine ... semen adoreum potissimum serito (COLVM. 2, 6, 1 frumenta, triticum et semen adoreum. 11, 2, 9). VARRO rust. 1, 9, 4 in loco umidiore far adoreum potius serunt quam triticum (PLIN. nat. 18, 166). COLVM. 2, 9, 3. 11, 2, 74. 75. 9, 1, 6. 8, 5, 17. PLIN. nat. 18, 81 far quod adoreum veteres appellavere. VAL. FL. 2, 448 frangit adorea saxo farra. VERG. Aen. 7, 109 instituunt ... dapes et adorea liba per herbam subiciunt epulis. *huc spectant*: GLOSS. farr(e)a ut apud Vergilium, farrea libamina, farrea id est ea quae ex farre sunt. ANTH. 19, 21 ut apludam harmoniae (*sic cod.*) ... collectam adoreos vertatis in struppos. *hinc omisso* far: **adōreum,** -ī *n.*: ISID. orig. 17, 3, 6 adoreum tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur. *cf.* GLOSS. IV 8, 6 adorium farri⟨s⟩ genus. IV 8, 5 adorea genus frumenti. II 8, 29 adoria εἶδος σίτου (*ubi* adoria *irrepserit cum glossis* adoria laus *confusum*). VARRO Non. 59, 5 quod adoreum (adhorreum L^1) est (*del.* L^2H^2) [in] quo scelerati uti non debeant, non triticum, sed far. COLVM. 2, 6, 4 genera tritici et adorei (*sc.* far Clusinum, vennuculum, rutilum, candidum. *cf.* 3). 2, 6, 4 adoreum minus infestatur umore (*sc. tritico*). 2, 8, 1. 2, 9, 1 campum in singula iugera tritici quinque et adorei (quibus et adori *SAR*) octo modiis obserere. 2, 11, 4. 2, 8, 5. PLIN. nat. 18, 163 in creta et rubrica ... adoreum *seri Catonis sententia est* (*cf. l. 26*). 18, 191. PALLAD. 11, 1, 1 (ad horreum *unus recens*). 10, 3, 1. 10, 2. *i. q. sacrificium e farre adoreo* (*cf.* ador *p. 812, 3*): GLOSS. V 591, 1 adorea: libamenta. IV 405, 4. V 490, 21 libamenta consecrata. V 163, 5 libamenta sacrificiorum. V 163, 10 adoreis sacrificiis. IV 10, 33. IV 483, 38 sacrificiis (aut victoriis. *cf.* adoria). *Kempf.*

Adoreus, -ī *mons Phrygiae.* LIV. 38, 18, 8 Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens. *Hirschfeld (PW. I 401) coni.* Paroreus *ad* Phrygiam Paroreiam. *Diehl.*

adōria (-ea), -ae *f.* [*orig. inc. Th.*] *cf. tamen* adoro-*1.* adoria: PLAVT. Amph. 193 PAVL. FEST. 3, 12 PLIN. nat. 18, 14. 83 FRONTO p. 120, 18 (217, 14) N. APVL. met. 7, 16 TER. MAVR. 1589 SYMM. or. 1, 21 AVSON. 366, 8 ENNOD. op. 1 (*bis*). GLOSS. II 280, 13. IV 483, 39. V 6, 9. 262, 7. 437, 15. 16. 17. 560, 16. adorea: HOR. carm. 4, 4, 41 APVL. apol. 17 [met. 3, 19] SOL. 1, 105 PANEG. 11, 15 SYMM. epist. 1, 95, 3 AMM. 20, 4, 1 AMBR. Abr. 2, 8, 47 de vid. 4, 21 HEGES. 3, 24. 4, 29, 2 [5, 46 HIER. epist. 123, 10] CLAVD. 21, 384 PAVL. NOL. carm. 16, 232 epist. 18, 10 SIDON. epist. 7, 12, 2 SERV. auct. Aen. 10, 677 (*v. l. 59*) AVELL. p. 595, 15 LYD. mag. 1, 47 GLOSS. IV 8, 29. 10, 20. 304, 47. 483, 38. V 4, 13. 163, 6. 9. 262, 21. 437, 18. 490, 24. 616, 13. 625, 27. 28. *propria videtur esse* i, e *supposita propter originationem grammaticis probatam; derivabatur ab* ador (*cf. 77*), *ab* adoro: SERV. auct. Verg. 10, 677 *veteres* 'adorare' adloqui dicebant; nam ideo et adorea (-ia *F*) laus bellica, quod omnes eum cum gratulatione adloquebantur, qui in bello fortiter fecit. PORPH. Hor. carm. 4, 4, 41: *v. s. v.* adoro *p. 821, 23.* *abl. plur.* adoris: FRONTO p. 217, 14 N. GLOSS. V 560, 16 adoriae numero tantum plurali (*falso, cf. infra*) laudes victoriae et est latinum nomen. *verbum inde ab secundo p. Chr. n. saeculo studiis grammaticorum priscae latinitatis amantium denuo reviviscit.*

donum adoreum militibus fortibus datum (*apud grammaticos tantum fingitur iste sensus, non firmatur scriptorum exemplis*): PAVL. FEST. 3, 12 adoriam laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant, qui farris copia abundaret. PLIN. nat. 18, 14 gloriam ... a farris honore adoriam appellabant. 18, 83 in adoriae donis (*cf.* 18, 81). LYD. mag. 1, 47 ἀδωρέα ... ἡ τοῦ πολέμου ... δόξα ἀπὸ τῆς ζειᾶς καὶ τῆς τιμῆς τῶν ποτε τιμηθέντων αὐτοῖς. GLOSS. V 4, 13 panis de adore id est laus bellica. GLOSS. V 437, 17 spolia triumphalia. AMM. 20, 4, 1 fama ... magnorum *Iuliani* laborum factorumque vehens adoreas celsas. HEGES. 3, 24 stabat *filius Manlii Torquati* amictus adoreis triumphalibus (*v. l. 26*). PAVL. NOL. epist. 18, 10 *init.* meritorum cohorte comitatum ornamentisque ... comptum et infulis pariter atque adoreis coronatum. *gloria bellica*: *cf.* PAVL. FEST. PLIN. *p. 813, 77.* GLOSS. δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου, gloria bellicae virtutis, victoria vel laus bellica vel copia seu bona existimatio, triumphorum laudes, triumphum vel laudes, victoria laus, speciosa victoria. PLAVT. Amph. 193 praeda atque agro adoriaque adfecit populares. HOR. carm. 4, 4, 41 *dies* ... alma risit adorea (*cf.* GLOSS. V 616, 13 pro laude victoriarum ponitur teste Horatio). FRONTO p. 217, 14 N. aerumnas adoris terroresque nostros triumphis commutavit *Mars.* p. 120, 18 N. bellicae ... tuae laudis et adoriae ... administros (AMBR. Abr. 2, 8, 47 bellicis ex usu ipsius victoriae ... paratum est praemium). APVL. apol. 17 Curio tot adoreis ... incluto. TER. MAVR. 1589 Delphici feruntur accolae ... acuisse animum *Apollinis*, ut illos metus iubebat aut propinqua adoria. SOL. 1, 105 Catilina tantas ... (*sc. avi*) odio damnati nominis obumbrasset (AMM. 25, 3, 13 claras). PANEG. 11, 15 honorem meum adoreis militaribus gloriosus collega cumularet. SYMM. epist. 1, 95, 3. or. 1, 21 latronis occasus ... fratris tui laudibus cum ceteris Orientis adoreis reservetur. HEGES. 4, 29, 2 Vespasianum in ... Britanniarum victoriis emicuisse, ... orientalibus succinctum adoreis. 5, 46 non ... in somnis victoria quaeritur, non virtutis adorea (ardore *C*) est ubi fortuita gratia. HIER. epist. 123, 10 adoream ... per singulos ... acclamantes (*corr. loc.*). CLAVD. 21, 384 haec ... veterum revocavit adorea (V^1P^1A, ad horrea V^2BA) lauros. SIDON. epist. 7, 12, 2 posset triumphalibus ... familiae tuae defetigari. AVELL. p. 595, 15 (*a. 519*) principatus vobis adoreas publica iura commiserunt. *generatim de laude virtutis*: APVL. met. 3, 19 mihi primam istam virtutis adoream (adorsam *codd.*) ad exemplum duodeni laboris Herculei numerare (AVSON. 366, 8). 7, 16 ut, quod aiunt, domi forisque fortibus factis adoriae plenae gloriarer. AMBR. de vid. 4, 21 Anna ... mariti obitu destituta maturae ... adoream laudis invenit. PAVL. NOL. carm. 16, 232 *Felicem* confessoris redimibat adorea Christo. ENNOD. op. 1 p. 281, 16 ne adoreas tuas (*Theoderici*) silentio perderemus. 1 p. 283, 20 novellas ... transire.

adorior, -ortus sum, -īrī. *ab* ad *et* oriri. *singulis locis reperitur apud* NAEV. ENN. LVCIL. SIS. QVADR. RHET. Her., *ternis apud* PLAVT. CATON., *quinque apud* TER., *saepissime apud* CAES. BELL. Afr. LIV. FRONTIN., *vitatur a* SALL. BELL. Alex. Hisp. *activa forma* adoriant NAEV. trag. 14, adortus *passivo sensu* AVREL. Prisc. gramm. II 381, 9 (*cf.* 400, 1). adorītur: LVCIL. 117 (*cf.* LVCR. 3, 515). adoreretur: SVET. Claud. 13 (FRONTIN. strat. 2, 7, 9 H^1. APVL. Socr. 19 p. 163 Oud. *PL man. fortasse prima corr.* adoriretur). HEGES. 5, 44, 1 (*C*). adorerentur: AMM. 28, 2, 7 (*V*). 31, 6, 4 HEGES. 5, 20, 1 (*C*). adorere (adhaerere *C*) *edit. coni.* HEGES. 1, 34, 1. *forma* adoriretur *usitatissima.* *persona secunda praes. temp. non extat, nec part. fut.* *part. perf. ferme* adortus, *sed* adorsus: GELL. 9, 2, 10 AMBR. Abr. 2, 8, 47 off. 1, 35, 117 par. 12, 54 Is. 4, 22 patr. 3, 10 PAVL. NOL. epist. 31, 5 HIER. vita Malchi 2 HEGES. 1, 63. 1, 12, 4 *et passim.* CASSIAN. conl. 7, 2, 2. 10, 3, 5. 14, 1, 1. 17, 25, 10 BOET. cons. 2, 7 (*v. p. 816, 21*). EPIT. Alex. Wagn. 78 (*? cf. p. 816, 29*). ENNOD. op. 4 p. 389, 20 Vind. adoririer: PLAVT. Rud. 599 (Prisc. gramm. II 80, 2, admolirier *Plauti codd.*). adoriundi: LIV. 2, 11, 4.

I *proprie*: *de hostili motu*: GLOSS. aggreditur, aggressi vel subito orti, invasit, μεταδιώκω. DON. Ter. Ad. 404 aggredimur de longinquo, adorimur ex insidiis et ex proximo. Andr. 479 adortus dicitur qui ex insidiis repente invadit, dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgunt subito atque increscunt. *de hominibus*: **A** *sequente obiecto*: **1** *nudo*: **a** *generaliter*: PLAVT. Mil. 1390 paratae insidiae sunt: in statu stat senex ut adoriatur moechum. VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 2 Q. Pompeium ... corrupti milites sacrificare incipientem adorti ... mactarunt. SEN. clem. 1, 9, 4. Phoen. 260 genitorem adortus impia stravi nece. SVET. Claud. 13. Dom. 17 saucium ac repugnantem adorti contrucidarunt. FLOR. 2, 32, 44 simulata proditione adortus virum intentum libro ... subiit. VOPISC. Aur. 36, 6 subito. AMM. 14, 7, 15. 26, 10, 1 HEGES. 1, 6, 3. SVET. Cal. 56 bacchantem atque grassantem (*sc. Caligulam*) non defuit plerisque animus adoriri. **b** *de militibus*: *a homines*: NAEV. trag. 14 tunc ipsos adoriant, ne quis ... referat nuntium. CIC. Tull. 21 servos M. Tulli necopinantes adoriantur (BELL. Afr. 66, 1 insidiatores subito). CAES. Gall. 2, 11, 4 novissimos adorti (LIV. 2, 59, 7. 21, 25, 12 postremos. AMM. 25, 1, 5 extremos ... necopinantes). civ. 3, 47, 2 perculsos atque infirmos hostes adorti (LIV. 9, 44, 13. 5, 48, 5. 44, 33, 10 integri. 31, 26, 3. FRONTIN. strat. 2, 7, 9 fortiter). Gall. 1, 13, 5 improviso unum pagum. BELL. Afr. 18, 2 legionarios ... recipientes novissimos (50, 2 ex improviso). 7, 5 remiges ... subito equites Mauri adorti multos ... convulnerarunt. 39, 3 celeriter Numidas (61, 5 ex improviso). 95, 2 eos prima luce adortus ... reliquos ... interfecit .... NEP. Dat. 6, 6. Ages. 4, 1 ipsum regem adoriri. LIV. 9, 41, 15 castra vallantem Fabium adorti sunt. 21, 5, 8 adorti ... Hannibalem regressum ... haud procul Tago ... agmen ... turbavere. 40, 16, 8 Flaccum ... Vrbicuam ... oppugnantem (CVRT. 8, 2, 16 ex inproviso ... Amyntam). 7, 29, 6 ipsam arcem finitimorum Campanos adorti ... descendunt .... 34, 28, 3 castra metantes Romanos (2, 53, 2 intentos in castra). 39, 2, 9 transmontanos adortus ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnes ... subegit. 1, 17, 4 civitatem sine imperio, exercitum sine duce ... vis ... externa adoriretur. 3, 70, 8 adorti peditum aciem nuntios ... mittunt (4, 28, 2. 22, 48, 4). 21, 5, 10 adorirentur inpeditum (peditum *CM*) agmen. 25, 30, 10 inproviso ... semiplenas stationes et adapertas fores. CVRT. 4, 2, 24 incompositos Macedonas. FRONTIN. strat. 2, 5, 23 hos consul ... adortus temere. SVET. Caes. 9 principio anni senatum adorirentur. AMM. 27, 2, 1 diffusos ... barbaros. 21, 4, 7. 20, 10, 2 quos adortus subito. 17, 8, 5. 20, 11, 16. 18, 2, 13 quos discedentes ... ex improviso adorti. 25, 4, 26 ut orientem recrearet, adortus est Persas. 29, 6, 13 discretim grassatores adoriri festinant. 31, 9, 4. 28, 2, 8 milites seminudos. 29, 6, 6 occupatam circa messem agrestem adortae sunt plebem *manus*. 24, 5, 9 cohortem ... necopinantem. 25, 3, 4 globus centurias adoritur. 27, 9, 6 cuneum. 31, 7, 6 terga ultimorum (*v.* FRONTIN. strat. 2, 2, 12). CAES. civ. 2, 39, 6 perterritos adoriri (LIV. 3, 8, 9 perculsos adorti ... multitudinem ... fundunt). Gall. 1, 40, 8 desperantes ... et dispersos subito adortum (7, 16, 3. 4, 32, 5 civ. 3, 92, 2. 2, 38, 5). 3, 20, 4 nostros disiectos adorti proelium renovarunt. NEP. Eum. 9, 6 imprudentes. LIV. 4, 27, 11 incautos ... est adortus (7, 36, 12 inproviso adortae *legiones*. 7, 28, 6). 7, 34, 11 degressos in vallem adoriantur. 3, 60, 10. 29, 32, 2 palatos ... inproviso adortus ... Masinissam ... in verticem montis compellit (26, 39, 22. 24, 20, 2. 44, 10, 9. 27, 31, 2). 2, 11, 4 occasionem ... effusos inproviso adoriundi. 37, 20, 13 sparsos ... et semisomnos ... adorti sunt. FRONTIN. strat. 3, 17, 9 aversos. FLOR. 2, 30, 34 inprovidum ... ex inproviso adorti. AMM. 31, 11, 5 improvisos adoriens. *obiecto adortus participii cum sequente verbo finito communi*: LIV. 39, 2, 8 eos ... adortus ... fatigavit. 34, 15, 2 integri recentibus telis fatigatos adorti hostes ... perculerunt (*cf.* TAC. hist. 3, 48). 5, 28, 7. 8, 13, 5. 21, 57, 6 nocte adortus non fefellit vigiles (25, 9, 11 ex improviso). CVRT. 8, 1, 5. 8, 12, 3 Ericen fugientem adorti interemerunt. FRONTIN. strat. 2, 1, 18. 3, 3, 6. 2, 2, 12 inopinantium terga adortus cecidit. 2, 1, 17 Iudaeos ... adortus superavit. FLOR. 1, 1, 4. 1, 36, 13.
LIV. 40, 33, 5 incompositos adorti fuderunt. CVRT. 7, 6, 18 hospitaliter ... exceptos ... intempesta nocte adorti interfecerunt. FRONTIN. strat. 4, 7, 18 persuasione avocatos adortus sub leges redegit. 2, 5, 29. β *loca*: ENN. ann. 256 qua Galli furtim noctu summa arcis adorti moenia. CIC. Verr. 6, 90 postremam ... quamque navem ... primam adoriebantur (BELL. Afr. 28, 2. NEP. Hann. 11, 4 horum in concursu. LIV. 37, 13, 1 postremum agmen opportune adoriretur). BELL. Afr. 25, 2 Cirtam ... adortus ... capit (LIV. 32, 14, 2. 44, 35, 15 AMM. 20, 7, 17. 20, 11, 8 latera oppidi). 87, 4 castra equites adorti expugnare coeperunt (31, 5 LIV. 25, 26, 4. 112. 3, 22, 7 trifariam. 3, 26, 4 nocte. 4, 27, 6 FRONTIN. strat. 2, 10, 2). LIV. 38, 30, 7 nocte adorti vicum ... improviso occupaverunt (AMM. 14, 2, 12). 1, 6, 1 adortos regiam. 8, 38, 3 munimenta. STAT. Ach. 1, 777 litora. AMM. 20, 7, 5 populus ... adortus avide vallum. 31, 6, 4 regiones ... vacuas praesidiis adorerentur. HEGES. 1, 20 adorsi castellum. *nota*: BELL. Afr. 21, 3 singulas *naves* scaphae adversariorum complures adortae incendebant (FLOR. 2, 21, 6). **2** *additamenta*: *qua re*: CIC. Sest. 79 inermem ... tribunum alii gladiis adoriuntur alii fragmentis saeptorum et fustibus (AMM. 14, 5, 8 abrupto ferro. *v. l. 27*). Att. 2, 24, 3 in foro [cum] gladiatoribus ... Pompeium adorirentur. CAES. Gall. 6, 8, 1 tantis copiis tam exiguam manum ... fugientem (6, 7, 1 magnis coactis ... copiis Labienum. LIV. 40, 41, 3 secunda ... legione adortus a Pisis ... Ligures. 27, 40, 10 cohortibus. AMM. 29, 5, 46 agminibus ... incitatis. 27, 8, 7 divisis ... globis ... vagantes manus. *cf.* 6, 2, 5). BELL. Afr. 17, 1 partem ... exclusam equitibus adortus cum peditatu ... in fugam vertit. CAES. Gall. 4, 26, 2 incitatis equis impeditos adoriebantur. AMM. 25, 6, 2 adoriuntur nos elephantis praeviis.
CAES. Gall. 7, 22, 4 eruptionibus milites occupatos in opere. LIV. 4, 37, 2 incolas ... nocturna caede (OROS. hist. 6, 8, 23 bello). 10, 5, 5 integris adoriatur viribus fessos. 2, 20, 6 integris corporibus animisque fessos adorti exules caedunt. CAES. civ. 1, 58, 1 pluribus navibus adoriri singulas (LIV. 44, 11, 6 muros a parte alia scalis. HEGES. 5, 20, 1 machinamentis). Gall. 5, 22, 1 coactis omnibus copiis castra ... de improviso .... HIRT. Gall. 8, 34, 3 expeditionibus nocturnis castella (ITIN. Alex. 52 *civitatem* ... obsidione adoritur). CAES. civ. 3, 9, 7 eodem impetu altera *castra* sunt adorti. LIV. 1, 53, 4 Gabios ... nequiquam vi adortus (2, 33, 5). *ubi*: TER. Andr. 478 me si imparatum in veris nuptiis adortus esset. CAES. Gall. 3, 20, 3 magnis coactis copiis equitatuque ... in itinere agmen ... adorti (7, 42, 6 continuo. TAC. ann. 4, 45 ex improviso). 3, 24, 3 impeditos in agmine (7, 66, 4). 2, 17, 2 legionem sub sarcinis. LIV. 3, 43, 3 eum opportuno adorti loco interficerent (38, 49, 10). NEP. Con. 4, 4 hos Conon apud Cnidum adortus ... fugat. CAES. civ. 3, 44, 4 nostros post tergum adorirentur (AMM. 16, 2, 10). *nota*: LIV. 5, 8, 7 forte ea regione ... castra adorti sunt. *unde*: PAVL. FEST. 118, 16 *latrones*, quod a latere adoriuntur. *de militibus*: SIS. hist. Non. 236, 25 adoriuntur aversos ab (ut *codd.*) apertis lateribus (FRONTIN. strat. 2, 12, 4 BELL. Afr 58, 4). CIC. Mil. 29 a tergo Milonem adorirentur (CAES. Gall. 7, 87, 4 hostes. LIV. 2, 14, 7. 4, 33, 9. 21, 27, 3). CAES. civ. 3, 93, 6 eos. LIV. 3, 5, 9. 8, 39, 3 pedestrem aciem (33, 9, 9). 44, 39, 8 eos ... agmine effuso abeuntis. FRONTIN. strat. 2, 5, 38 summissis equitibus inordinatos est adortus. *nota*: 3, 6, 6 urbem. AVREL. Prisc. gramm. II 381, 9 ab his Gallos adortos ex insidiis (CAES. civ. 3, 20, 2 imprudentes). LIV. 10, 14, 6 Romanos superiore ex loco. 2, 20, 3 Valerium ... ex transverso ... adortus transfigit. AMM. 24, 5, 9 ex adversa fluminis ripa.
FRONTIN. strat. 2, 5, 1 undique adorti effusos ceciderunt (*cf.* LIV. 9, 14, 9 castra invasere. *v.* 40, 41, 3 a Pisis). FLOR. 2, 13, 60. **B** *obiecto omisso*: *ad A 1 b*: CATO mil. Fest. 344 opus sit cuneo ... serra, uti adoriare. LIV. 6, 4, 9 inproviso. FRONTIN. strat. 2, 1, 15 signo dato adortus superavit. 2, 58. 3, 17, 2. CATO Serv. Aen. 4, 293 qua mollissimum est adoriantur. LIV. 26, 5, 6 alia parte. SVET. Caes. 80 in Sacra via. *ad A 2*: CAES. civ. 3, 94, 2 alii ... a tergo adorirentur. LIV. 35, 28, 3. 31, 27, 6 in transitu fluminis a novissimo agmine. BELL. Afr. 69, 1 Labienus Afraniusque cum omni equitatu ... ex insidiis adorti. LIV. 31, 27, 3 vi atque armis adortus expugnavit. 37, 41, 9 iusta ... pugna. 42, 53, 9 omnibus copiis adortus in deditionem omnes accepit. 7, 11, 8. 33, 36, 4. FRONTIN. strat. 3, 9, 8 turribus adortus a terra. *de bestiis*: CLAVD. 26, 251 violenter adorti agmen *lupi*. *nota*: AMM. 24, 4, 7 Surena iumenta adortus.
II *translate*: **A** *persona adoritur*: **1** *homines*: **a** *verbis*: GLOSS. ἐπιφύομαι, ἐπιφυείς, inchoans exhortari: α TER. Ad. 404 adortust (-t *om. A*) iurgio fratrem apud forum de psaltria (DARES 37 malis verbis. BOET. cons. 2, 7 p. 46, 64 P. adorsus (*T*, adortus *D?EK*) esset hominem contumeliis). TAC. hist. 1, 31 Cetrium ... minis. ann. 14, 52 criminationibus Senecam. FRONTO p. 121, 7 N. quibus aliis tu quam eloquentiae copiis adortus es. APVL. apol. 73 eo principio me adortus (*sc. precans*). HEGES. 1, 15, 1 eum adorsi querellis. 1, 32, 5 hoc trepidantes sermone adorsus est (*sequitur orat. rect.*). CASSIAN. conl. 10, 3, 5. 7, 2, 2 eum querimoniis. 14, 1, 1 verbis. β *de improvisa appellatione*: TER. Haut. 757 cesso hunc adoriri. EPIT. Alex. Wagn. 78 *philosophos* adorsus (adversus *cod.*) sic est .... HIER. vita Malchi 2 adorsus sum hominem et curiosius sciscitans ... haec ... accepi. ENNOD. op. 4 (p. 389, 20 Vind.) in his sermonibus adorsus Antonium. *nota*: FRONTO p. 52, 22 N. quando non ex insidiis adortus *Socrates*. *de precibus*: TER. Phorm. 605 petam hinc unde a primo institui; ... si ab eo nihil fiet, ... adoriar hospitem. VAL. FL. 4, 360 mox ita adorta Iovem (*sc. Iuno*): .... 1, 694. HEGES. 4, 26, 2 milites adoriuntur Vespasianum, rogant .... *de iurgiis*: LIV. 3, 14, 4 instructi paratique cum ... clientium exercitu sic tribunos ... adorti sunt, ut nemo ... quicquam gloriae domum invidiaeque ferret. CVRT. 10, 2, 12 seditiosis vocibus castra complent regemque ferocius quam alias adorti .... AVSON. 17, 10. **b** *variis machinamentis*: PLAVT. Truc. 725 integrum adortast thensaurum (*i. meretrix amatorem divitem*). CIC. Verr. 3, 37 ut ... agere incipiant hominemque ... quam tumultuosissime adoriantur. LIV. 3, 64, 3 tribunos per factionis suae (-a X) consules adorti essent. NEP. Lys. 3, 2 Delphicum *oraculum* corrumpere est conatus ... Dodonaeum adortus est. AMBR. par. 12, 54.
APVL. apol. 102 Apuleium ... animum Pudentillae magicis oblectamentis adortum. **2** *res personatas*: LIV. 3, 9, 7 insidiatum tribunum et tempore capto adortum rem publicam (*cf. l. 58*). **3** *loca difficilia, periculosa aditu*: SEN. Herc. f. 239 adortus nemoris opulenti domos (*sc. Hesperidum Hercules*). VAL. FL. 4, 541 nec numine vano ... tantum aequor adorti tendimus. 2, 375. STAT. Theb. 3, 540 *cygnum* (*Parthenopaeum ostendit vates*) vestigia adortum maiorum volucrum tenerae deponitis alae. **4** *actiones vel res tractandas*: **a** *c. obiecto nominali*: α *difficilia*: GLOSS. ἐπιχειρήσας, conari, conati e contra (*Bücheler*, -ae contra *codd.*) virtute, temptat: CATO orat. frg. 11, 4 J. quicquid quod adortus eram, transigebam (CIC. Att. 13, 22, 4 hoc ... ipsum continuo). QVADRIG. hist. frg. 47 omnes simul suum quisque negotium adorti essent. RHET. Her. 2, 7 occasio ... idonea ... ad rem adoriendam (AMM. 28, 2, 7 adorerentur indignam). VERG. Aen. 7, 386 maius adorta nefas maioremque orsa furorem (OV. Pont. 2, 2, 16. AMM. 26, 6, 12 facinus ... audacissimum). APVL. Socr. 19 p. 163 Oud. omitteret coepta inpraesentiarum, quae tutius vel postea capesseret vel alia via adoriretur. HEGES. 1, 1, 2 belli ... sabbato adoriendi auctor (AMBR. off. 1, 35, 117). 5, 44, 1. 1, 21, 1 proelium ... adorsus. 1, 24, 1 obsidionem. OROS. hist. 5, 18, 23 pugnam. CIC. Att. 16, 2, 6 Ἡρακλείδειον (*i. librum*) ... adoriemur. GELL. 17, 12, 1 infames materias ... adorti sunt ... sophistae. AMBR. Cain et Ab. 1, 1 sequentem adoriamur historiam.
β ad *notione praevalente initium actionis premitur*: GLOSS. incipere, ordiri: PLIN. nat. 17, 191 protinus *putationem* a vindemia ... adoriuntur. *nota*: STAT. silv. 1, 4, 63 teneamus adorti ... colos. Ach. 1, 477 cuius adortus cruda rudimenta et teneros formaverit annos Centaurus?
b *c. obiecto verbali vel enuntiato*: α *c. inf.*: *suscipere, conari*: LVCIL. 117 conturbare animum potis est quicumque adoritur (LVCR. 3, 515). CIC. de orat. 2, 205 convellere adoriamur ea, quae. NEP. Thras. 2, 5 *Munichiam* bis ... oppugnare sunt adorti (LIV. 2, 51, 6. 2, 62, 1. 6, 2, 8. 35, 51, 8. 44, 39, 8. 6, 8, 9. 6, 36, 1. 9, 21, 2. 10, 34, 1. 10, 46, 10. 22, 9, 2. 24, 41, 8. 28, 3, 6. 37, 5, 5. 37, 32, 1. 40, 22, 12. 43, 18, 7. 43, 21, 4. 44, 11, 3. 44, 12, 8. CVRT. 3, 1, 6 TAC. Agr. 25 EPIT. Alex. Wagn. 76). Dion 6, 1 demergere est adorta *Fortuna*. VERG. Aen. 6, 397 dominam Ditis thalamo deducere adorti. LIV. 3, 44, 4 amore amens ... perlicere adortus *Verginiam*. 8, 29, 13 oppida ... vi expugnare (10, 1, 7 CVRT. 9, 4, 6). 23, 35, 2 rem Cumanam suae dicionis facere. *cf.* STAT. Theb. 1, 75 GELL. 9, 2, 10. 15, 20, 4 APVL. Socr. p. 150 Oud. flor. p. 38 Oud. met. 1, 26. 5, 31 AMBR. Is. 4, 22 HEGES. 1, 45, 7. 3, 20, 2. 1, 34, 1 adorere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

feliciorībus adhaerere. *nota*: APVL. Socr. p. 111 Oud. corvus ... grocire adortus. *i. q. incipere*: CAT. 63, 11 canere haec ... adortast tremebunda comitibus (MART. CAP. 2, 112 increpare). APVL. met. 1, 7. *nota*: APVL. Socr. p. 109 Oud. vulpes ... laudare ... adorta est. *β c. acc. gerund.*: AMM. 20, 6, 1 oppugnandam adoritur Singaram. 25, 8, 5. 21, 12, 13 portarum obices effringendas adorti. *γ c.* ut: adorior *i. fere q. conor efficere*: HEGES. 1, 34, 1 adoriemur in reliquum, ut non requiras Antonium. **B** *res adoritur*: LIV. 2, 36, 5 cunctantem ... vis morbi adorta est debilitate subita. 7, 27, 1 pestilentia civitatem adorta. 8, 22, 7 Romanam urbem. 25, 26, 12 pestis Poenorum castra ⟨adorta erat⟩. 21, 11, 6 oppugnatio eos. 21, 58, 3 transeuntem Appenninum ... adorta tempestas est (30, 39, 2. 33, 41, 7. 30, 39, 1 Claudium ... inter portus ... vis tempestatis adorta in metum adduxit. VELL. 2, 79, 3). LIV. 21, 28, 3 paventes ... terribilior ab tergo adortus clamor. AMBR. exam. 5, 12, 36 decursi vel adoriendi ... temporis laudes. *huc spectare puto*: GLOSS. II 474, 1 φύομαι. IV 304, 49 gignitur nascitur. *contra nullo probatur exemplo significatio*: GLOSS. IV 10, 46 ad[h]orta adsumpta, *si modo recte traditur*.

adōriōsus (-a, -um). *adi. ab* adoria. GLOSS. II 8, 21 ἔνδοξος ὡς (ας *cod.*) Πομπήϊος. 564, 23 qui praemium ex pugna accipit. *Kempf.*

? **Adorius**, -ī. CONCIL. Bracar. a. 572 (Mansi IX) p. 841[d] Adorius Egitanae ecclesiae episcopus. *Diehl.*

adōrno, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* ornare. *legitur inde a* PLAVTO, *in versu heroico non ante* SIL. adórnaver(unt) *cum apice exhibet* CORP. XI 4206. [*ital.* adornare, *francog. vet.* aorner. *M.-L.*]

eius me opsecravisset pater. *praep. iungitur cum acc.; cum adverbio*: SEN. CONS. de Bacch. (Corp. I 196) 24 quei arvorsum ead fecisent. *cf. p. 859, 41.* CORP. IX 782, 5 sei quis arvorsu hac faxit (FEST. 246 si quis magistratus adversus hac d(olo) m(alo) pondera ... minora, maioraque faxit). PS. CYPR. sing. cler. 19 velut lanista ... duos gladiatores adversus invicem compellit armari. AVG. epist. 108, 6, 17 ut agni ... adversus invicem studiis contrariis inflammentur. catech. rud. 16, 25 inimicitias ... exercere. *cum abl.*: GREG. reg. 9, 156 pro aeterni iudicis consideratione adversus pravis desideriis (*acc. codd. det.*) salubriter ac unanimiter exhibete. *de positione*: *postponitur*: PLAVT. Amph. 750 te adversus. 936. Persa 200 med advorsum. Aul. 690 Bacch. 137. 698 Poen. 400 TER. Phorm. 427 TITIN. com. 65 HOR. epist. 1, 1, 75. PLAVT. Rud. 1348 illaec advorsum (illa egat, negat u. *codd.*). SALL. Iug. 101, 8 quos adversum. frg. 2, 71 DICT. 2, 13. 12. 3, 5. 4, 3 HEGES. 1, 1, 3. 5, 4, 4. NEP. Con. 2, 2 hunc adversus (Timoth. 4, 3). SCHOL. Cic. Gr. 440, 44 hos adversum. SIL. 17, 361 fila sororum adversus. *interponitur*: PLAVT. Merc. 377. *saepius apud poetas.* NEP. Dat. 8, 3 has adversus copias. TAC. hist. 5, 13. *de significatione et usu grammatici haec proferunt*: PRISC. gramm. III 26, 20 adversum quoque ideo praepositionem esse putaverunt, quia pro ἐπί ... solet aliquando poni, ut Terentius in Andria (42): idque adversum te gratum fuisse habeo gratiam; quando autem τὸ ἐναντίως significat, magis adverbium ostenditur, ut Terentius in Phormione: ei loco exadversum tonstrina erat quaedam. III 36, 6 *in additamentis.* PAVL. FEST. 380 adversus aut contrarium significat aut idem quod erga. NON. 232 advorsum 'contra' significat ... rursum 'apud' significat. CHAR. gramm. I 232, 16 (*ex Palaemone*) contra et adversus hoc differunt, quod contra loci ⟨est⟩, velut contra basilicam, adversus ad animi motum ⟨refertur⟩, velut adversus illum facio (I 232, 16 *addit*: interdum autem promiscue usurpantur. COMM. Einsidl. gramm. suppl. 214, 18 adversum et contra idem est). PS. SERG. gramm. IV 561, 10 adversum te, ut puta si dicas 'adversum te habeo gratiam' pro apud te, ut Terentius. *cf. l. 22* (ARVS. gramm. VII 451, 16). *adverbio saepius utitur* PLAVT., *raro sequentes, praepositio inde a* PLAVTO *usque ad infimae latinitatis tempora usitata (sed magis magisque evanescit usus proprius de loco). a sermone poetico (praeter scaenicos) paene aliena est* (LVCR. *bis, apud* CAT. PVBLIL. VERG. *deest*, HOR. *bis, in* epod. *et* epist., OV. *semel, apud* TIB. PROP. GRATT. *in* PRIAP. *deest*, MANIL. *semel, apud* GERM. *deest*, PHAEDR. *bis*, SEN. trag. *semel, apud* LVC. PERS. VAL. FL. HOMER. STAT. IVV. *deest, apud* SIL. *semel, apud* MART. *non nisi in praefatione sermone soluto concepta extat*). *nota ex prosaicis hosce raro vocem usurpare*: RHET. Her. *semel*, VARRO *semel* (*altero loco ex sacris Argeorum*), CIC. *raro, imprimis in orationibus (in suis ipsius verbis non nisi duobus locis), in philosophicis plerumque non notione infesta, sed de relatione generaliter* (πρός), CAES. *6 locis*, CVRT. *14 locis; frequentare* NEP. (contra *praeter* contra ea *non nisi bis*), LIV. TAC.

adverbium: I *de motu* (*saepe de servis adversitoribus, cf.* DON. Ter. Ad. 27 proprie locutus est, nam adversitores dicuntur): PLAVT. Asin. 295 ibo advorsum (Merc. 115 plenis semitis [simetis, sime *codd.*] qui adversum eunt. Most. 897 at tu mecum ... ito adversus. Stich. 607 tanto pluris qui defendant ire advorsum iussero. TER. Ad. 27). Amph. 675 si huic eam advorsum (Cas. 723 ero meo. Men. 487. Most. 876 ubi adversum ut eant vocantur ero. 879 Stich. 237 Truc. 503). PLAVT. Men. 445 ut ... veniam advorsum temperi (464. 987. Stich. 299 adversum veniat, opsecret). 437 tum facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi (1051 Cas. 461. Most. 313 mihi ad Philolach⟨et⟩em. 938. 947). PLAVT. Mil. 169 estne advorsum hic qui a⟨d⟩venit Palaestrio? Stich. 89 ferre advorsum homini occupemus osculum. *de hoste*: PLAVT. Trin. 724 capturum spolia ibi illum qui [meo] ero adversus venerit. LVCR. 5, 1319 *leae* adversum venientibus ora petebant. NEP. Ages. 4, 6 arma tulerunt. LIV. 27, 2, 9 ubi nemo hostium adversus prodiit. 37, 13, 8 nemo ... ibat (PLIN. nat. 8, 93 DICT. 2, 46). DICT. 2, 32 pergunt (2, 39. 4, 9). 2, 40 cedens. 3, 4 processere. 4, 12 tendunt. VVLG. lev. 26, 24 ego ... contra vos adversus incedam. *cf.* GLOSS. adversus milito ἀντιστρατεύομαι. *translate*: LIV. 34, 34, 1 cum adversus tendendo nihil moveret socios. VAL. MAX. 7, 7, 2 quamvis utraque haec adversus nitebantur. SEN. benef. 2, 1, 2 qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est, non dedit sed adversus ducentem male retinuit.

II *de derectione, ex adverso*: PLAVT. Amph. 300 clare a⟨d⟩vorsum fabulabor, ⟨ut⟩ hic auscultet quae loquar. ACC. trag. 436 obviam ense it (ens. id *codd.*), que⟨m⟩ advorsum aptus alter in promptu occupat. [LIV. 45, 10, 4 *corr.*] VITR. 6, 4, 1 sol occidens adversus habens splendorem. *in partem contrariam*: PLAVT. *v. p. 850, 83.* VITR. 9, 1, 15 necesse erit eas (*formicas*) contra rotae versationem nihilominus adversus itinera perficere. 10, 3, 3 *non* in imum sed adversus in altitudinem. *item infra.* CORP. XIII 5708. II 4 ⟨quod⟩ ita factum non fuerit adversusve aliquit factum fuerit.

praepositio: **I *proprie de derectione*** (*in re militari cf. II A 1*): **A** *de motus derectione*: PLAVT. Asin. 708 calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom. LVCR. 4, 444 signa videntur labier adversum nimbos. CAES. civ. 1, 46, 1 impetum adversus montem in cohortes faciunt. 3, 46, 5 ex inferiore loco adversus clivum (pilum *codd.*). HIRT. Gall. 8, 41, 2 e regione eius (*fontis*) vineas agere adversus (contra *var. l.*) montem. BELL. Alex. 74, 4 ascendere adversus arduum collem. LIV. 30, 24, 9 aliae (*onerariae*) adversus urbem ipsam ad Calidas Aquas delatae sunt. VITR. 8, 6, 5 cum venerit *aqua* adversus clivum (*cf.* 8, 6, 8 ad eundem modum adversum clivum). PHAEDR. app. 5, 3 Sisyphus ... agit saxum. SEN. dial. 7, 6 in proclivi retineri, ... adversus ardua impelli. nat. 3 praef. 13 adversus utramque (*fortunam*) intrepidus ... prodire (*cf. p. 853, 20*). PLIN. nat. 6, 77 adversus eum (*Indum*) scandente (eos cadente *codd.*) demonstratione. FRONTIN. strat. 1, 4, 9. PLAVT. Persa 200 quis haec est quae med advorsum incedit? PAVL. FEST. 187 obambulare adversum alios ambulare. PLIN. nat. 11, 139 si quis digitos adversum hiantes eos moveat. *ut* ad: SYMM. epist. 7, 60, 2 an ego adversum iudicium publicum provocem scriptis epistularum regiarum magistrum?

B *de eis, quae adversus aliquid sita sunt, spectant*: TVBERO hist. Gell. 7, 4, 2 adversus ictus solis oppositum. HOR. epist. 1, 1, 74 vestigia ... omnia te adversum spectantia (SOL. 23, 10. VEG. mil. 3, 14 frons quae adversum hostem spectat). LIV. 31, 46, 9 Oreum diversi Romani et rex Attalus oppugnabant, Romani a maritima arce, regii adversus vallem. 36, 5, 4 *Epirotas* expositos adversus Italiam pro omni Graecia. VITR. 4, 3, 8 *ut medium intercolumnium habeat* adversus simulacra deorum aspectus dignitatem. 6, 4, 2 cum ... praetenta luminibus ⟨sint⟩ adversus solis impetus. SEN. dial. 2, 5, 5 adversus adparatus terribilium rectos oculos tenet (9, 1, 9 facilius adversus illam, *i. luxuriam*, animum quam oculos attollo. benef. 1, 3, 1). SEN. nat. 2, 1, 5 quomodo *terra* adversus sidera caelumque posita sit (CHALC. comm. 88 orbes ... solis *et* lunae positos adversum se ita directa positione). PLIN. nat. 3, 87 promunturium Pelorum ... adversus Scyllam vergens in Italiam. 6, 71 Indus ... adversus solis ortum effusus. 6, 111 Persis, adversus occasum sita. FLOR. 1, 22, 16 Romanis adversus haec omnia obversis. GAIVS dig. 8, 4, 16 stillicidia adversus eum (*vicinum*) habere. VVLG. Ezech. 35, 2 pone faciem tuam adversum montem Seir. *nota*: CHALC. comm. 89 *ΓΕ* ... adversum *ΔΖ* radium sine inclinatione distabit. 95 eosdem (*circulos*) ... adversum se distare facit intervallis musicis. IREN. 1, 30, 6 audientem autem matrem clamasse adversus eum (*apud Theodoret.* ἐπιβοῆσαι αὐτῷ, *cf. p. 857, 3*). VVLG. I reg. 17, 8 stans ... clamabat adversum phalangas Israel. MART. CAP. 8, 853 quae sidera ... non ... adversum mundum rigido motu sed obliquo moliuntur (*ibid.* promoveri).

inde i. q. exadversus, ante: *de loco*: VARRO ling. 5, 52 (*ex sacr. Arg.*) collis Salutaris quarticeps adversum est Apollinar cis (pilonaris *cod.*) aedem Salutis. BELL. Alex. 19, 6 ex area quae erat adversus pontem. LIV. 7, 14, 9 ut adversus montes consisteret hostis. 8, 20, 8 in sacello Sangus adversus aedem Quirini. 24, 49, 5 extremi prope Oceanum adversus Gadis colunt (*Maurusii*). 26, 14, 6 porta Iovis, quae adversus castra Romana erat. 32, 23, 10 promunturium est adversus Sicyonem Iunonis. 32, 33, 6. 36, 22, 8 e regione sinus Maliaci ... M. Baebium, ab altero amniculo (*sic* '*codd.*' *Gelen.*, amnis latere *M test. Mogunt.* angulo *B et recc.*) ... adversus Dianae templum Ap. Claudium opposuit. 36, 30, 6 uno castello adversus arcem posito. 37, 3, 7 fornicem in Capitolio adversus viam, qua ..., posuit. 37, 18, 11 tumulum quendam adversus Elaeam castris cepit. 37, 28, 5 ancoras ... iecit. 40, 27, 5 tertia legio adversus sinistram principalem portam instructa est. 32, 33, 6. 37, 17, 8. 38, 5, 7. 41, 18, 9. 43, 16. 4. 44, 10, 7 PLIN. nat. 3, 80. 81 MART. CAP. 6, 643. 6, 669. *nota*: SCIP. min. or. Gell. 6, 12, 5 qui ... adversum speculum ornetur. *adversus personam, imprimis de dicendo, agendo*: PLAVT. Amph. 936 ius iurandum verum te advorsum dedi. Asin. 564 ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo ... audaces viros, valentis virgatores. Bacch. 127 exordire argutias. 698 si audias quae dicta dixit me adversum tibi. Mil. 242 ut si illic concriminatus sit advorsum militem meus conservos. ENN. trag. 293 hoc ... proloqui advorsum illam. TER. Andr. 265 de illa me adversum hunc loqui. TITIN. com. 55 conqueritur. AFRAN. com. 147 de vita ac morte domini fabulabere, advorsum fratrem illius. VARRO ling. 7, 41 qui ... verba orationum haberet publice adversus eum quo legabatur. LIV. 21, 10, 2 Hanno unus adversus senatum causam foederis ... egit. 45, 7, 5 regem adversus advocatos in consilium considere iussit. VVLG. num. 16, 3 cum ... stetissent adversum Moysen. Iob 33, 5 adversus faciem meam consiste. *cum verbis dicendi et sim. non solum ut* coram, ante, *sed relationis simul apparente notione*: PLAVT. Pseud. 454 orationem tibi para advorsum senem. Aul. 690 egone ut te advorsum mentiar, mater mea? (Mil. 1080. Poen. 400 ne mendax me advorsum siet). CIC. off. 2, 68 utendum ... est excusatione adversus eos, quos invitos offendas. epist. 3, 13, 2 eo brevior est epistola et, ut adversus magistrum morum, modestior. 9, 22, 4 te adversus me omnia audere (*i. verbis*) gratum est. Att. 9, 10, 10 tu modo auctoritatem tuam defendito: adversus me nihil opus est (esse *cod.*). *cf.* Phil. 1, 13 ut me adversus populum Romanum ... facile possem defendere. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 servientis adversus regem istas esse preces. 1, 16, 2 iuvat ... magnifice loqui, et certe decet adversus ignorantes. LIV. 22, 39, 9 nec gloriandi tempus adversus unum est (22, 39, 16). 26, 25, 12 diram execrationem in popularis, obtestationem quam sanctissimam potuerunt adversus hospites composuerunt. *cf.* SEN. dial. 5, 13, 4 ut tunc maxime libertate adversus nos utatur (6, 4, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut ... liber adversus eum essem. *cf. p. 855, 56*). TAC. ann. 6, 13 multa licentius efflagitata, quam solitum adversum imperatorem. *de gratia, auctoritate, sim.*: TER. Andr. 42 id gratum fuisse advorsum te habeo gratiam. LIV. 41, 24, 9 nihilo plus fidei auctoritatisque habemus adversus Romanos. IREN. 2, 7, 2 et non erubescetis adversus vos ipsos. VVLG. II reg. 3, 8 numquid caput canis ego sum adversum Iudam hodie?

prope accedit ad notionem causae: SEN. dial. 2, 17, 1 adversus alia maledicta mores et vitam (vitia *A*) convolnerantia frontis illi firmitas constitit, adversus hoc tam absurdum lacrimae prociderunt. 6, 20, 2 ut non concidam adversus minas casuum. *cf.* CHALC. comm. 138 offendit ... et deficit omnis auditor adversum molestiam uniformis eloquii. *de respondendi usu v. p. 857, 43, specialiter l. 57.*

II *inde* **de derectione et relatione** *animi, actionis, facti cuiusdam plerumque infesta contraria iniqua vi locali aut apparente aut plus minus obscurata*:

A ***vi hostili*** *i. q.* ***contra***: **1** *de motu infesto, de* ***pugnando*** *sim.* (*nota bis usurpare* CAES., *raro* CVRT. *et* SCRIPT. hist. Aug., *saepe* NEP. LIV. TAC. FRONTIN. strat.): *cum verbis movendi, standi, sim.* (*loci notio praevalet in verbis* locandi *l. 42*, sedendi *l. 53 al., ut p. 855, 14*): ENN. trag. 258 fortiterque innoxium stare (*Bentley*, vocare *codd.*, astare *L. Müller*) adversum adversarios (NEP. Pelop. 1, 3 qui adversus se *sistere* [res. *codd.*] auderent. Ages. 5, 4 steterunt. Eum. 8, 2. Phoc. 4, 1 adversus populi commoda ... steterat. LIV. 6, 39, 6 velut in acie[m] stare. 10, 14, 16. 22, 39, 18 ⟨si⟩ adversus famam ... satis firmus steteris. 22, 48, 1. 23, 8, 3 ferocissime, *ibid.* pro. 37, 53, 22. 45, 22, 10 SEN. dial. 2, 2, 2 *transl. cf.* LIV. 9, 12, 9 substitit adversus Caudinas legiones. SEN. epist. 29, 9 adversus formidata consiste. TERT. ieiun. 17 adsistere). TER. Phorm. 78 advorsum stimulum calces. CATO orig. Gell. 3, 7, 13 (*ad Catonis ferme sententiam*) mittit adversum illos imperator Carthaginiensis peditatum (BELL. Alex. 27, 2. LIV. 29, 4, 2 adversus Romanam classem. *al.*). LVCR. 5, 310 adversus naturae foedera niti (LIV. 4, 43, 5 adnisi sunt. QVINT. decl. 266 p. 87. APVL. apol. 99 diu sum adversus illam renisus. SVLP. SEV. dial. 1, 6, 3). CAES. Gall. 4, 14, 2 copias ... adversus hostem ducere (NEP. Att. 4, 2, *ibid.* contra te arma ferrem. *al.*). civ. 2, 5, 2 proficiscitur. *al.* BELL. Afr. 27, 1 ut ... rursus ab sua acie ... eos (*elephantos*) converterent adversus hostem. Hisp. 5, 2 tendebat adversus oppidum ... tripertito (*aliter* LIV. 3, 24, 9 cum consules ... adversus continuationem tribunatus tetendissent. 4, 35, 8 VAL. MAX. 9, 7, 2). SALL. Iug. 51, 3 cohortis ... adversum pedites hostium conlocat. 74, 1 pergere. *al.* 94, 3 omnes ... aderant. 101, 8 ierat (LIV. 10, 43, 3. SEN. epist. 85, 16 adversus tela, ignes). NEP. Hann. 4, 2 venit (PASSIO Agaun. 3 adversum Christianam fidem venire). 5, 4 castra posuit (28, 9, 12. 34, 41, 9). LIV. 1, 27, 5 Tullus adversus Veientem hostem derigit suos, Albanos contra legionem Fidenatium conlocat (36, 44, 3). 1, 59, 12 ad concitandum inde adversus regem exercitum (*cf.* 10, 31, 6 ira stimulante). 4, 9, 8 coorta optumatium acies. 4, 18, 5 intulit signa. 7, 10, 5 *iuvenem* adversus Gallum ... producunt. 7, 24, 2 ciebat. 8, 10, 4 consurgite (SEN. epist. 91, 9 adversus fortuita. *cf.* dial. 2, 16, 1 exurgit. nat. 2, 59, 11 surge. TAC. hist. 2, 76). 9, 31, 14 vadit. 9, 44, 10 ad collegam et ipsum adversus alios sedentem (44, 27, 4). 10, 27, 10 adversus Samnites ... tertiam legionem ... instruxit. 10, 35, 17 procedunt. 21, 7, 5 adversus eum (*angulum muri*) vineas agere (21, 56, 1 ad sinistrum cornu adversus Gallos auxiliares). 22, 46, 2 Gallos ... laevo in cornu adversus Romanum equitatum *locabat* (27, 12, 4 *praesidium* adversus Bruttios ibi. 29, 2, 9. 30, 3, 6 Numidis adversus Italicum equitatum, Carthaginiensibus contra Masinissam locatis Celtiberos in mediam aciem adversus [*Ruperti*, in adversa *P*] signa legionum accepere). 24, 34, 8 adversus hunc navalem apparatum Archimedes ... tormenta in muris disposuit. 27, 18, 15 adversus mediam evadere aciem. 27, 48, 5 laevo in cornu adversus Claudium Gallos opponit (28, 9, 13. 30, 10, 5). 28, 26, 4 expeditio ... edicitur (TAC. ann. 4, 24). 29, 1, 20 arcessitum (TAC. ann. 12, 10 adversus dominationem Gotarzis). 33, 22, 4 Boios adversus se transgredientes Padum (33, 40, 4 in Europam traiecisse. PLIN. nat. 7, 206 transirent). 35, 1, 6 concurrerat. *al.* 36, 24, 4 occurrunt (conc. *var. l.*). 36, 44, 8 inferrentur *naves*. 38, 5, 2 tria ⟨opera⟩ ... adversus Pyrrheum ... admovit, unum e regione Aesculapii, unum (e r. A. u. *om. B*) adversus arcem. 38, 26, 2 erigeret. 40, 49, 7 sequar. 42, 63, 6 concursu ... facto. 42, 66, 4 *phalanx* erat adventura 44, 41, 2 frontem adversus clupeatos habebat. 44, 42, 9 incaute congressis (SVLP. SEV. chron. 1, 24, 4). PAVL. FEST. 335 egressi. SEN. contr. 10, 1, 7. VELL. 2, 24, 3 exposuit Brundisii. VAL. MAX. 1, 6, 11. 6, 4, 2 *al.* SEN. Oed. 90 ferrem manus. dial. 1, 3, 4 vim suam intendat. epist. 82, 24 adversus mortem tu tam (ς, totam *VP*) minuta iacularis. CVRT. 3, 4, 1. 4, 15, 13. QVINT. inst. 8, 6, 71 impetum decl. 329 p. 294. TAC. hist. 2, 22 ingerunt pila. *al.* SVET. Iul. 59 profectionem. Aug. 8 Vit. 9. VLP. dig. 42, 1, 15, 7 porrigere manus. TERT. anim. 3 congressio (SVLP. SEV. 2, 28, 5). CAPITOL. Aur. 8, 8. AMM. 24, 2, 13 tela fundentes. 17, 13, 8. VEG. mil. 1, 14 hastilia ... iactare. 16, 16.

cum verbis pugnandi, certandi, sim. (*proprie et translate*): PLAVT. Asin. 548 qui advorsum stimulos, lamminas, crucesque compedesque ... ⟨pugnavimus⟩ (*Fleckeisen; verbum hoc vel sim. supplendum*). CAECIL. com. 68 quin machaera licitari adversum a⟨h⟩en[e]um coepisti sciens. ANTON. Cic. Att. 14, 13 A, 2 quod si ..., non contendam ego adversus te (IREN. 1, 23, 1 Simon ... adversus apostolos. VOPISC. quatt. tyr. 2, 2). BELL. Alex. 73, 2 secundum proelium adversus Triarium fecerat (LIV. 35, 7, 7 adversus ... *hostium* excursiones. 40, 36, 11 duobus ... proeliis. *al.*). SALL. Iug. 107, 1 adversum multitudinem bene pugnatum (114, 1 NEP. Thras. 2, 7 Ham. 4, 2 LIV. 4, 19, 7. 5, 8, 9, *ibid.* contra. 10, 45, 12 adversus eruptiones hostium. 26, 25, 14 adversus vim atque iniuriam Aetolorum pro patria. 31, 34, 5 adversus quae tela. VAL. MAX. 2, 7, 15 APVL. apol. 99 *transl.* HIER. epist. 121, 8 *transl. al.*). 80, 3 uti adversus Romanos bellum incipiat (NEP. Lys. 1, 1 gerentes. *al.* LIV. 8, 1, 6 belli ius. 8, 3, 2 huic ... adversus servatores bello. *al. cf.* 35, 22, 2 causam belli. MANIL. 2, 119 *etc.*). NEP. Milt. 4, 5 dimicari (reg. 3, 2 LIV. 9, 13, 1 *al.*). Hann. 8, 4 adversus Rhodiorum classem ... conflixit (SEN. dial. 1, 6, 1 adversus ista. AVG. civ. 2, 29 SVLP. SEV. chron. 1, 38, 3 *al.*). Them. 9, 2 bellare (LIV. 8, 6, 15 DICT. 3, 5). LIV. 1, 22, 1 pugna (1, 55, 2. 3, 28, 8). 2, 55, 11 adversus temeritatem plebis certari (9, 46, 4 VEG. mil. 1, 15 AVG. civ. 9, 4). 3, 54, 4 differri adversus nos certamen (6, 18, 10 adversus patres. 6, 19, 6. 25, 34, 10. 37, 45, 9. 40, 5, 8). 3, 65, 5 contentiones. 4, 49, 14 depugnant (HYG. Gell. 10, 16, 16). 29, 30, 10 restare dimicationem. TAC. *saepe, ut* ann. 4, 46 belligerare. FLOR. 2, 33, 49 proeliatum (TERT. ieiun. 10. VVLG. Ier. 32, 29 adversum urbem hanc. *al.*). APVL. apol. 2 velitatur. CHALC. transl. 49 manum ... conserere. HIER. epist. 121, 4 adversus Iudaeos et praecipue Hierusalem obsidionem pugnamque. VVLG. II reg. 14, 6 rixati sunt. Eph. 6, 12 est ... colluctatio.

cum notionibus variis: SALL. Iug. 88, 4 urbis, quae ... pro hostibus et advorsum se opportunissimae erant. or. Phil. 20 advorsum deos penatis manus armare (LIV. 4, 2, 12 adversus ea, *i. bella*, quae concitaverint. 6, 38, 4 adversum tantum apparatum adversariorum ... causam plebis. 9, 19, 13. 41, 23, 6. SEN. dial. 1, 6, 6 animos vestros adversus omnia. 11, 10, 6 *etc.*). epist. Pomp. 1 si advorsus vos patriamque ... tot labores et pericula suscepissem. NEP. Dat. 6, 1 copias adversus se parare (LIV. 8, 25, 2 cuncta. 35, 20, 13). Ham. 2, 2 milites, qui adversus Romanos fuerant (?). HOR. epod. 6, 1 canis ignavus adversum (-s *pars codd.*) lupos. LIV. 1, 25, 7 adversus singulos ferox. 3, 69, 2 detrectationem militiae telum acerrimum adversus patres habere (CVRT. 4, 14, 13 *cf.* TERT. orat. 29). 5, 8, 4 plus inter se irarum quam adversus hostes animi habuerunt (CVRT. 9, 10, 27 *cf.* SEN. epist. 99, 3 *transl.*). 8, 2, 5 copiis, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant (22, 19, 6 CVRT. 7, 8, 17 *al.*). 8, 12, 3 nihil memorabile ... gestum est (21, 60, 6. rem. 43, 19, 14 acta sua. ASCON. *saepius*). 8, 22, 7 multa hostilia ... fecit. 10, 25, 13 non suffecturum. 24, 36, 1 ea cura, quae adversus Poenos praeparata ⟨erat⟩, adversus Siculos usui fuit. 28, 12, 4 seditio (TAC. hist. 1, 30 VVLG. act. 15, 2. *cf.* SVET. Otho 1 defectionis. EXC. Vales. 6, 32 rebellarunt. *al.* PASSIO Agaun. 2 rebellis. CVRT. 8, 14, 16). 32, 34, 5 militare. 33, 14, 2 eam urbem pro arce habiturus. 34, 49, 9 *non* satis validum ... fore. 35, 12, 14 nato adversus Romanos hoste. 36, 7, 7 quibus (*Lov. 2*, quid *rell.*) ... valuerint (VEG. mil. 1, 1). 36, 17, 12 ne quid adversus vos in pugna praeter hostes esset (44, 38, 4). 37, 28, 2 omnis facti dictique hostilis adversus Romanos. 38, 7, 11 excogitata res. 38, 17, 19 vim ... obtinent (41, 10, 2 satis sibi virium ... ⟨esse⟩). 36, 23, 6. 36, 31, 12. SEN. contr. 7, 1, 17 deficit manus. VELL. 2, 18, 3 fortitudine adversus Mithridatem. VAL. MAX. 5, 1, 7 ingressum militiam (TAC. ann. 11, 3 militia). 5, 8, 5 genuisse. 8, 1 absol. 11 terribilis sit. PHAEDR. 5, 10, 1 canis ... fecisset satis. PLIN. nat. 10, 49 nobilem victoriam (*iam* MELA 1, 78 pugna atque victoria fuit. *cf.* VVLG. II Macc. 5, 6 prosperitatem adversum cognatos). CORP. XI 5210 praef(ecto) auxiliorum omnium adversus Germanos. TAC. ann. 2, 55 esse ... socios. 14, 23 celeritate adversus profugos. hist. 2, 6 tantum adversus Parthos minae. SVET. Galba 16 navatae ... operae. FLOR. 1, 6, 1. 1, 47, 10 unde gladiatori adversus dominos suos exercitus. FRONTO p. 204 N. APVL. flor. p. 102 Oud. adversum iracundiam ... Hercules fuit. Plat. 2, 28 obtinuerit adversus divitum facultates. IVST. 20, 5, 3 SYMM. orat. 2, 4. VEG. mil. 3, 16 pares esse. 3, 24. VVLG. I reg. 17, 50 praevaluit (Abd. 7 invaluerunt). Iob 15, 25 potens poterit. I Macc. 6, 52. 10, 70. HIRT. Gall. 8, 45, 1 qui nullis adversus Romanos *auxilia* denegabant (LIV. 5, 33, 1 auxilium ... petentes. 6, 18, 10. 26, 13, 4 impetraremus. VAL. MAX. 1, 5 ext. 1 CVRT. 8, 13, 3). 34, 23, 2 tulisse opem (DON. [SVET.] vita Verg. p. 59 R.). 42, 37, 7 iuvarent (TAC. ann. 2, 43). PLIN. nat. 10, 205 auxiliantur. AVG. civ. 9, 7 alius (*daemon*) adversus Graecos Troianorum opitulator *fuit. al.* *cum phrasibus quales sunt* arma accipere, dilectum habere *sim.*: SALL. or. Phil. 17 dilectus advorsum vos habiti (LIV. 8, 17, 7 adversus finitima bella). NEP. Arist. 2, 3 adversus barbaros hos duces deligerent sibi (Con. 2, 2 habitus est imperator. LIV. 2, 16, 2 consules facti. 4, 2, 14 consules paratos esse duces prius adversus scelus civium quam adversus hostium arma. 4, 37, 6. 6, 15, 7. 7, 17, 6 adversus eum terrorem dictator ... dictus. *al.* 8, 3, 4. 21, 40, 4. 41, 1, 3 VAL. MAX. 5, 4, 1. 8, 15, 1). NEP. Hann. 1, 5 arma a patria accepta adversus hostis (LIV. 1, 53, 9 inventurum. 1, 59, 4 *etc.*). LIV. 4, 2, 12 exercitus conscribi (6, 32, 4 scriberent. VAL. MAX. 1, 6 ext. 2 contraxerat. *al.*). 24, 10, 5 *classem* habuisset. 27, 35, 10 *provin-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cia alteri adversus Hannibalem Bruttii ⟨et⟩ Lucani ... decreta (30, 1, 2). 31, 25, 4 quantum ... militum scriberetur. 42, 32, 6 stipendia fecerant. 42, 34, 5 miles gregarius fui. VAL. MAX. 5, 1, 7 ingressum militiam. 5, 8, 4 gladio uti (9, 2, 1 gladios destrinxit. *cf.* 2, 7, 5 VVLG. Mich. 4, 3). PLIN. nat. 15, 83 conscendenti navem. *ad totam sententiam spectat*: SALL. Iug. 105, 4 igitur se quisque expedire, arma ... temptare ..., timor aliquantus, sed spes amplior quippe victoribus et advorsum eos, quos saepe vicerant. LIV. 3, 67, 11 adversus nos Aventinum capitur. 5, 43, 2 adversus quos Romani nihil temere nec trepide. 6, 18, 6 tot nunc adversus unum hostem eritis (*cf.* AVG. civ. 3, 20). 7, 12, 11 fortunae se committere adversus hostem, quem. 7, 40, 16 *imperatoris* auspicia ... adversus vos ... experiri, *ibid.* pro (*cf.* 31, 31, 16). 8, 19, 6 ut vallo se teneret adversus validiorem hostem. 27, 48, 6 ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi ... sumpsit. 31, 21, 11 quod (*circuire*) multitudine adversus paucos facile videbatur (*cf.* QVINT. decl. 322 p. 267). 31, 39, 12 *Cretensium cohors* adversus scuta Romana *non* ad traiciendum satis magnam vim habebat. 36, 15, 11 Lacedaemoniorum adversus Persas morte (*cf.* TERT. scorp. 8). 38, 58, 5 famam auxissent. 6, 18, 10. 9, 19, 14. 21, 55, 10. VAL. MAX. 3, 2, 2. 5, 1 ext. 5. SEN. epist. 13, 1 satis adversus fortunam placebas tibi. PLIN. nat. 17, 7. TAC. ann. 11, 24 tunc solida domi quies et adversus externa floruimus. 1, 30. 13, 25. 13, 55 hist. 4, 86. TERT. ieiun. 17 idol. 18 IVST. 32, 1, 2 VVLG. iud. 9, 31 I Macc. 10, 4. CORP. VI 10114 coronatus adversus histriones et omnes scaenicos artifices XII.

2 ***generaliter*** *de omnibus, quae adversus aliquem vel aliquid geruntur, fiunt; de affectibus*: PLAVT. Bacch. 392 is quam tec⟨hi⟩nam de auro advorsum meum fecit patrem. Merc. 377 nolo advorsari tuam advorsum sententiam. 441 potine ut ne licitere (litigere *CB*, liceret *B*) advorsum ⟨mei⟩ animi sententiam? Rud. 1348 illaec advorsum (illa egat u. *sim. codd.*) siquid peccasso (QVINT. decl. 265 p. 82 VERVS Fronto p. 130 N.). Stich. 68 si offirmabit pater adversum nos. TER. Phorm. 427 itane es paratus facere me advorsum omnia? (PLAVT. Pseud. 206 *seclusit Ritschl.* TITIN. com. 65 LIV. 40, 23, 8 QVINT. inst. 5, 2, 1, *ibid.* in. decl. 260 p. 67. 301 p. 186 fieri ... potuisset. *al.*). BELL. Afr. 54, 5 concitandis ... militibus adversum vestrum imperatorem (adversariorum vestrorum imperatoris *codd.*) (LIV. 24, 29, 6. 5, 30, 1 incitare. *al.*). SALL. Iug. 77, 1 adversum quem ... neque leges valerent. *al.* NEP. Dion 7, 1 sensisse. Phoc. 2, 3 eum subornaret (*cf.* LIV. 6, 35, 6 comparaverunt). Hann. 10, 1 armavit exacuit. LIV. 1, 32, 13 adversus populum Romanum ... fecerunt, deliquerunt. 1, 42, 1 qualis Anci liberum animus adversus Tarquinium fuerat (45, 38, 6 invidiae et ingrati animi. SEN. contr. 2, 2, 5 malo ... animo. 7, 8, 9 SEN. dial. 12, 5, 2 PETRON. 94). 1, 49, 2 exemplum capi posse. 2, 30, 5 adversus se (*plebem*) creatum dictatorem (2, 58, 5). 2, 44, 3 satis esse. 2, 59, 1 certamen animorum ... habiturum. 3, 45, 4 adversus iniuriam decreti cum ... fremerent. 4, 10, 9 adversus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit. 4, 26, 7 in uno adversus patrum voluntatem consensisse (SEN. benef. 3, 6, 2). 4, 30, 12 irae adversus Veientes ... dilatae sunt (31, 45, 2 VAL. MAX. 9, 3, 4 *al.*). 4, 57, 3 inplorari. 6, 35, 4 promulgavere leges omnes adversus opes patriciorum et pro commodis plebis (*cf.* 31, 44, 8 quae ... decreta erant. 36, 6, 5. 41, 24, 11 decerneremus. 42, 9, 3 consultum fecisset. QVINT. decl. 270 p. 103 constituere. 313 p. 229. 339 p. 338 *al.*). 9, 26, 8 coissent coniurassentque. *al.* (*cf.* 41, 14, 10 conspiratio. SEN. contr. 2, 1, 22 VAL. MAX. 7, 2 ext. 15). 9, 46, 8 adversus superbiam nobilium plebeiae libertatis (*cf.* VAL. MAX. 6, 2, 2). 10, 26, 6 pertinaciam. 22, 40, 2 quid ... virium atque auctoritatis fore. 24, 22, 1 inritatos esse. 28, 27, 12 quid ... ausi sitis (SEN. dial. 2, 13, 2). 28, 40, 8 obtrectationis atque invidiae (34, 34, 7. 40, 12, 10 invidiam. *al.*). 29, 19, 10 accensis studiis (*ibid.* pro). 36, 29, 10 odia. *al.* 40, 24, 2 consilia. 42, 38, 3 commisissent (FRONTIN. aq. 127). 2, 44, 6. 9, 34, 3. 40, 17, 5. 40, 20, 3. 45, 31, 7. PAVL. FEST. 221 molirentur. FEST. 223 adversus ea vim fieri veto. SEN. contr. 1, 7, 14 furere. 2, 1, 10 in (*om. AB*) facinus coegit. 2, 5, 4 crudelitatis ... adparatus. 7, 6, 21 nondum esse consummatam ... vindictam. suas. 5, 8 tumentem. VAL. MAX. 1, 1, 15 saevire. 1, 7 ext. 2 praeparati ... veneficii. 3, 8 ext. 1 sollicitari. 4, 1 ext. 2 exarsisset. 4, 1 ext. 6. 6, 2, 7 aditum adversus se dedit. 6, 3, 1b indignatio ... erupit. 7, 2 ext. 18 acerbissima execratione ... uti. 9, 7 mil. Rom. 1. POMP. dig. 34, 2, 34, 1 nocebit. SEN. dial. 3, 11, 1 adversus hostes ... necessaria est ira. 8, 7, 2 crudelitas. 12, 16, 5 *fortuna* adversus omnis se preces ... exiget. epist. 90, 5 nemo, quantum posset, adversus eos experiebatur, per quos. 91, 15 idem habere iuris. 92, 18 hoc ... adversus virtutem possunt calamitates ... (91, 15). 95, 29 omnia conanda sunt. 95, 32. 103, 1 te expedi. PS. SEN. mon. 177 potestatem sibi deesse (QVINT. decl. 262 p. 73 habuit). PLIN. nat. 16, 82 cur ... non eadem causa adversum omnes (*arbores*) polleat. QVINT. inst. 5, 10, 88 quae poena ... iusta est (decl. 251 p. 28 *al.*). 5, 10, 105 non opus fuisse lege. 7, 4, 6 vis contra vim et talio nihil habent adversum eum, qui prior fecit, iniusti. 4, 1, 18. 6 prooem. 15. decl. 252 p. 35 maleficium ... commissum. 262 p. 73 ut raptae adversus te liceret, quantum (265 p. 83 SYMM. epist. 8, 82, 2). 305 p. 196 inimicitias suscepimus. 327 p. 285 aliqua adversus maritum licentia. 328 p. 289 suspicio. *al.* (VVLG. I reg. 22, 15 ne suspicetur). 372 p. 410 quem vindicem ... speraveram. 377 p. 420 et secunda adv⟨er⟩sum me[um] faciunt (MART. CAP. 5, 563). 259 p. 58 338 p. 336 *al.* TAC. hist. 1, 10 nec Vespasiano adversus Galbam votum aut animus. 1, 51 instigatrix. 3, 51 inreverentiam fuisse. 4, 3 contumacia. ann. 2, 71 iustus mihi dolor etiam adversus deos esset. 3, 14 contumelias. 3, 24 offensiones. 3, 52 suspecta severitate adversus luxum. *cf.* 11, 18 asperitas. 4, 36 violentia. 4, 42 inclementia. 4, 59 adsimulabat ... iudicis partes adversum Germanici stirpem. 5, 5 probra. 6, 42 *Parthus* accitus in partem adversum omnes valescit. 13, 1 iurgia. 11, 19 insidiae. 13, 25 iniuriae. 13, 28 ius hastae ... augeret. Agr. 9 ab aemulatione adversus collegam. SVET. Cal. 34 grassatus est. Dom. 12 factum dictumve adversus maiestatem principis. FRONTO p. 194 N. nihil ... statuit. GAIVS inst. 2, 149 nec ullum ius adversus eos habent cognati. 4, 22 quaedam leges ... manus iniectionem in quosdam dederunt ... lex Furia ... adversus eum. 4, 28. 4, 46 formulae (*infra* contra). 4, 175 calumniae iudicium ... locum habet. ICTI *al.* APVL. apol. 85 sceleri adversum parentem. 6. Plat. 2, 17 machinatur. TERT. spect. 6 una renuntiatio nostra adversus idololatriam. 24 eieramus. idol. 1 cum universa delicta adversus deum sapiant. 18. pudic. 19 habere se adversus eum, quod. *al.* anim. 33 exsulto. nat. 2, 1. ITALA (Tert. scorp. 9) Matth. 5, 11 dixerint adversus vos omnia mala (VVLG. maledixerint vobis). ITALA Primas. apoc. 13, 6 aperuit in blasphemia os suum adversus deum (ad *cod. Gig. et* VVLG.). IREN. 1, 15, 6 contrariae adversus deum nequitiae. 1, 30, 5 ad litem et iurgium adversus eum (VVLG. gen. 26, 20 iurgium fuit). 2, 1, 4. 2, 5, 3 COMM. apol. 847. DICT. 2, 20 multa ... admissa. EXC. Vales. 15, 92. SCHOL. Cic. Gron. p. 441 hos adversum senatus. HIER. epist. 2, 37 ponas scandalum. 51, 1 tristitia. 88 zelum fidei demonstrarint. 96, 2 intumescunt. 98, 23 insaniunt. VVLG. Ier. 30, 20 visitabo. Dan. 13, 28 iniqua cogitatione. AVG. civ. 14, 15 inoboedientia. 20, 7. 23. QVINT. inst. 5, 11, 19 de membris humanis adversus ventrem *discordantibus* (TAC. hist. 2, 66 discordia). ITALA (Tert. scorp. 10) Matth. 10, 35 veni ... dividere hominem adversus patrem suum (VVLG. separare. *item* apoc. 2, 4. 14, 20. *sed* Matth. 12, 26 adversus se divisus est; ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη. AVG. civ. 14, 16. 15, 5. 18, 2 *cf.* 15, 4). IREN. 1, 5, 9 in quibus ipsi patres huius fabulae discrepant adversus se invicem (πρὸς ἀλλήλους) (HIER. epist. 46, 6 unum adversum se, *i. scripturam sacram*, non discrepare librum). VVLG. Iob 31, 13 cum disceptarent adversum me (act. 11, 2 SVLP. SEV. chron. 2, 35, 5). *cum adiectivis coniungitur*: PLAVT. Epid. 318 quo pacto fiat subdola adversus senem. SCIP. mai. or. Gell. 4, 18, 3 non ... simus adversum deos ingrati (VELL. 2, 69, 1 *al.*). CIC. off. 3, 28 impii (QVINT. decl. 371 p. 407). LIV. 8, 22, 7 Samnitium infidae adversus Romanos societati. 10, 17, 6 Gallos ... feroces ... adversus Romanum populum. 22, 37, 8 aptam manum adversus Baliares. 24, 49, 2 ut potentior ... esset (SEN. nat. 2, 42, 3). SEN. contr. 2, 4, 5 iniuriosus. 2, 7, 3 inhumanus, inverecundus. 10, 1, 6 contumax adversus fastidium divitiarum innocentia (SVET. Tib. 2, 6). VAL. MAX. 8, 1 absol. 12 vehemens (*ibid.* mitis in). SEN. dial. 6, 16, 8 iniquus (QVINT. inst. 8, 3, 33 iudices). benef. 5, 24, 1 paulo violentior. 7, 31, 1 infestus. epist. 88, 30 superbus. 98, 3 nisi certus adversus incerta est (101, 9). QVINT. inst. 2, 15, 20 contumeliosus. decl. 265 p. 82 audax. 328 p. 288 asper. PS. QVINT. decl. 18, 7 unde adversum omnes tam rigida conversatio, tam severus effectus. TAC. Agr. 22, 16 iniucundus. hist. 1, 26 pervicax. 3, 73 probrosus. SVET. Cal. 51 minax. FLOR. 2, 13, 9 Cato adversus potentes semper obliquus. IREN. 2, 9, 2 blasphemus. AVG. civ. 14, 3 contentiosior, animosior et magis aemulus atque invidus. *cum adverbiorum et verborum iuncturis*: LIV. 29, 34, 3 crudeliter ... superbe ... factum (SEN. dial. 4, 33, 3 inhumane. GAIVS inst. 1, 141 contumeliose). IREN. 2, 7, 4 impie agent (HIER. epist. 121, 26 fraudulenter). VVLG. II Macc. 14, 11 hostiliter se habentes. *nota de calamitatibus, malis, sim., quae vel imminent vel adsunt, imprimis talia* (*cf. p. 852, 40. 858, 10*): SEN. dial. 11, 13, 6 qui vero adversus saevissimos casus se extollit. epist. 24, 9 ut te adversus id, quod maxime terribile videtur, exhorter. 49, 10 exhortare adversus difficilia, ⟨ad⟩de aequanimitate⟨m⟩ adversus inevitabilia. 65, 24 fortes simus adversus fortuita. 78, 1 se adversus morbos contumaciter gerere. 82, 8 (*ibid.* contra). 104, 22 animum indurare et adversus minas erigere. MART. 12 praef. adversus quod (quos *dett.*) difficile est habere cotidie bonum stomachum. TAC. ann. 15, 62 ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia. *ad totam sententiam in his potissimum exemplis spectat*: PLAVT. Cas. 203 tu quidem advorsum tuam amicam omnia loqueris (206 adversus tuam ... rem). Stich. 589 advorsum te fabulare. TIRO Gell. 6, 3, 15 quod *Rodienses* adversus populum Romanum regi magis cupierint faverintque (*cf.* SVET. Cal. 30 turbae faventi adversus studium suum). LIV. 34, 4, 18 adversus te et rem tuam et liberos tuos exorabilis es. QVINT. decl. 338 p. 332 nutricem ... adversum nos mori coegit. 371 p. 407 num adversum patriam iners sum? TAC. ann. 12, 54 nec adversus Iudaeos dubitatur, quin capite poenas luerent. 13, 42. GAIVS. inst. 3, 41 datur ... patrono adversus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio. dig. 41, 3, 5 quo casu non adversus eum tantum, qui eripit, interrumpitur possessio, sed adversus omnes. SCAEV. dig. 48, 4, 4 pr. TERT. spect. 2 ut haec adversus ipsum (*deum*) adorentur (idol. 7). *ibid.* substantiam eius ... demutavit adversus institutorem. nat. 2, 9 anim. 57 VVLG. psalm. 34, 15

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. civ. 5, 26 SVLP. SEV. chron. 1, 32, 6 MARC. COM. p. 98, 13. *nota*: TERT. anim. 45 ecstasis animae accessit adversus quietem.

specialiter de dicendo, scribendo (verba execrandi, sim. v. p. 855, 26): PLAVT. Amph. 750 mirum quin te adversus dicat. CATO orig. Gell. 6, 3, 36 qui acerrime adversus eos dicit (LIV. 31, 31, 17, *ibid.* haec pro nobis dicta sunt. 38, 54, 8 VAL. MAX. 6, 4 ext. 1. PLIN. nat. 29, 28, *ibid.* contra. *et saepius*). CAES. civ. 2, 18, 5 qui verba atque orationem adversus rem publicam habuisset (LIV. 24, 18, 4). SALL. Iug. 108, 3 lubidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse. LIV. 6, 16, 3 hiscere (45, 26, 7). 8, 6, 1 adversus crebram inplorationem deum ... vocem Anni ... auditam (19, 18, 7 missurus fuerit. 28, 29, 11). 34, 5, 8 tuas adversus te origines revolvam. 34, 6, 2 haec (*oratio*) adversus luxuriam (32, 34, 11 TAC. dial. 37 FRONTO p. 223 N.). 35, 17, 3 locutus esset. *al.* 39, 52, 3 M. Naevius, adversus quem oratio inscripta P. Africani est. frg. 60 l. 120 (Sen. suas. 6, 17) auditus fuerat. 35, 8, 5. 35, 31, 7. 37, 10, 8. *cf.* 39, 35, 7 legationem Romam adversus gentem Achaeorum ... suscepissent. CVRT. 7, 1, 21. COLVM. 11, 1, 31 in iis libris, quos adversus astrologos composueram (PLIN. nat. praef. 29 scripsisse. SVET. vita Verg. p. 65 R. adversus Aeneida liber. HIER. epist. 75, 3 vir. ill. 53 *al.*). PLIN. nat. 37, 8. QVINT. inst. 2, 17, 32 haec ... excogitata. 11, 1, 37. 5, 13, 41 illa ... adversus omnes et recepta et non inhumana conquestio. 2, 17, 3. decl. 244 p. 3 communis est locus adversus adulteros omnes. 252 p. 31 cur praescribis adversus maiorum diligentiam? 263 p. 75 mentimur. 313 p. 230 adversus quem argumenta habeat, adversus quem testes habeat. 334 p. 315 quantum adversus te probamus. 335 p. 318 omnis mihi ratio adversus fortunam est. 333 p. 314. TAC. ann. 4, 21 sermonis ... adversum maiestatem habiti. 14, 48 probrosa ... carmina factitavit. 15, 27 documento adversus superbiam. SVET. Iul. 75 FRONTO p. 168 N. TERT. pudic. 11 spect. 27 nat. 1, 5. 2, 17 scorp. 3 bapt. 12 pudic. 1 IREN. 2, 9, 2 CAPITOL. Aur. 6, 8 EXC. Vales. 14, 85. HIER. epist. 54, 5 loquaces. 106, 30 *improbat*: adversus fratrem tuum detrahebas, *vertit*: loquebaris (psalm. 49, 16). 119, 11 grunniunt. 125, 18 declamare. 17, 2. 51, 3 *al.* VVLG. iud. 21, 22 queri. II par. 32, 20 oraverunt. II Esdr. 5, 1 *al.* psalm. 31, 5 confitebor adversum me iniustitiam. sap. 3, 14 cogitaverit nequissima. Iac. 3, 14 mendaces esse adversus veritatem. AVG. civ. 5, 22 insanis adversus deum linguis. 10, 26. 17, 18. 18, 10 fabulosis ... figmentis. 19, 23 oraculis. *al.* MART. CAP. 5, 545. COD. Iust. 1, 1, 8, 12 contradicere. FEST. 237 Cato adversus M'. Acilium quarta. *cf.* 314. QVINT. inst. 6, 3, 90 tertium illud Cicero ... adversus Curium. 5, 13, 39 ut adversus Quintium Cicero non haec solum ... insectatus est. 5, 13, 42. 11, 1, 66. TERT. anim. 15 sed plures et philosophi adversus Dicaearchum ... et medici adversus Andrean. *ad respondendum talia potissimum pertinent: adversus hominem*: CIC. fin. 5, 80 eadem nunc mea adversum te oratio est. LIV. 4, 3, 1 Canuleius pro legibus suis et adversus consules ita disseruit. 35, 50, 1 respondisse (TAC. ann. 3, 71 responsum). CELS. 2, 6 dicam (SEN. nat. 7, 18, 1). SEN. dial. 11, 13, 2 his verbis utendum erit. TAC. ann. 6, 2 haec *Tiberius* adversus Togonium verbis moderans. AVG. civ. 21, 23 non argumentari adversus deum. *adversus argumenta, sim. (cf. 852, 40)*: LIV. 4, 10, 2 adversus ea ... respondit. *saepe* (8, 2, 12 responsum datum. 38, 9, 1. HIER. epist. 130, 16 responsionem ... flagitabis). 4, 41, 1 adversus haec Tempani oratio incompta fuisse dicitur (22, 40, 1). 21, 18, 9 nihil dicturus sum (39, 74, 1 SEN. nat. 3, 7, 1 *al.*). 30, 42, 5 disseruit (TAC. ann. 3, 59). SEN. contr. 2, 2, 7 ipsa adversus ... mariti iocos relusit. *cf.* GAIVS inst. 4, 165 adversus sponsionem adversarii restipulatur (4, 166). TAC. ann. 15, 66 non vox adversum ea Faenio, non silentium. *cf. liberiorem usum*: LIV. 6, 38, 8 adversus ea cum contemptim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent. 10, 19, 6 ne infacundus ... adversus eximiam eloquentiam collegae visus esset. *cf. l. 44.* 36, 32, 3 Diophanes adversus haec interdum (*om. B*) purgare sese ..., interdum ... disserere. 44, 27, 3 misceri ambages. 6, 40, 1. 38, 60, 1. TAC. ann. 1, 47 inmotum adversus eos sermones fixumque Tiberio fuit. QVINT. decl. 280 p. 143. TERT. pudic. 7 ut exprimeret adversus livorem Pharisaeorum suam ... benevolentiam. SVLP. SEV. Mart. 4, 4 BOET. herm. sec. 2, 5.

in re iudiciaria: TER. Ad. 676 adversum illum causam dicerem (LIV. 43, 14, 3 egerunt. *al. cf.* CIC. Att. 5, 21, 13 meditare adversus Brutum causam meam). CATO Gell. 5, 13, 4 adversus cognatos pro cliente testatur, testimonium adversus clientem nemo dicit (LIV. 29, 37, 10 QVINT. decl. 338 p. 333. SVET. Claud. 15 citari. EXC. Vales. 14, 86 *al.*). CAPITO Gell. 13, 12, 1 adversum eum aditi. *al.* SEN. contr. 7, 8, 1 si vincimus adversus iudicem. 10, 5, 1 quem ... melius invocem adversus Parrhasium. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 in qua urbe adversus ingratos actio constituta est. *passim.* SAB. Gell. 5, 13, 5 adversus quem adfuissent. CORP. IX 5420, 16 litis, quae ... retractatur. QVINT. inst. 6, 1, 50 ageret (9, 2, 97 decl. 297 p. 173 adversus talionem. 341 p. 348 GAIVS inst. 4, 183 *et saepe* ICTI). decl. 271 p. 110 ideo iudicium constitutum est adversus abdicantes (GAIVS inst. 4, 177 adversus iniuriarum ... actionem. ICTI *al.*). 280 p. 143 optari. *al.* 313 p. 229 ut utique adversus alterum pronuntietur (*cf.* PLIN. nat. 17, 54 usus). PLIN. epist. 5, 20, 1 advocatum ... postularant. TAC. ann. 13, 51 iura ... redderent. SVET. Claud. 25 se ... ius dicturum. AFRIC. dig. 16, 1, 17, 1 si ... adversus eam Serviana agentem exciperet (*cf. p. 857, 43*). VLP. dig. 3, 3, 38, 5 litiget. 42, 6, 1, 7 impuberis creditores posse separationem adversus creditores heredis eius impetrare. 42, 6, 1, 8 audiendos. 49, 1, 3, 1 quasi adversus ipsos adquieverit sententiae. 48, 2, 5 accusationem instituere. PAPIN. dig. 5, 1, 44 pr. *et passim* ICTI. PS. LACT. mort. pers. 23. VVLG. Rom. 8, 33 accusabit. I Esdr. 5, 5 AVG. civ. 2, 29. COD. Iust. 1, 3, 50 pr. adversus sua pacta venire (2, 4, 41 pr.). LIV. 2, 8, 2 de provocatione adversus magistratus ad populum. 3, 56, 13 appellatio provocatioque adversus iniuriam magistratuum. *cf.* 22, 26, 2. ASCON. p. 47 B. appellaret.

3 *de defendendo, resistendo, arcendo,* *qui usus arte cohaeret cum pugnandi hostiliterque agendi notionibus (cf.* reniti *p. 853, 35,* armare *p. 854, 29, al.)*: VARRO rust. 1, 13, 2 *plaustra, instrumentum* adversus tempestatem nocentem non resistunt (SOL. 1, 73). BELL. Alex. 19, 4 pontem adversus hostem praevallari. SALL. Iug. 43, 5 adversum divitias invictum animum gerebat (SEN. benef. 5, 5, 1 lapis ... invictae adversus dura naturae. dial. 11, 5, 5. CVRT. 7, 6, 23 adversus ea, quae ceteros terrent. 9, 2, 23). 89, 4 muniti advorsum hostis (105, 2 advorsus tela. LIV. 24, 44, 6 adversus ... bella. SEN. contr. 7, 2, 10 emunivit animum. *al.*). 101, 2 advorsum omnia paratus (37, 5, 5 nihil adversus tale machinationis genus parare). 110, 6 finis meos ... tutatus sum. *al.* PS. SALL. rep. 1, 1, 8 firmanda res p. ... advorsum hostis (SEN. nat. 6, 32, 2 adversus omnes *casus*. *al.*). OV. fast. 4, 700 adversusque minas frigoris arma parat. LIV. 2, 40, 3 multo obstinatior adversus lacrimas muliebres erat (3, 47, 4). 4, 59, 6 tuebantur (5, 36, 3 *al.*, *nota* TERT. anim. 11). 5, 35, 4 defendissent. *al.* (SVET. Claud. 41 defensionem). 10, 5, 7 incompositis ... adversus equestrem procellam. 10, 39, 14 opponerentur duces (CHALC. comm. 165. *cf.* 22 obiectus). 23, 18, 10 exercitum ... duratum. 23, 43, 7 omnia ... cauta provisaque fuerant. 24, 10, 4 intentus adversus omnes motus Philippi (*cf.* PALLAD. 7, 7, 5 sollicitior. PLIN. med. 3, 33 p. 105 diligentissimi). 28, 22, 14 miles, adversus temerarios impetus pertinax (SEN. benef. 1, 1, 10). 38, 25, 7 cautus (VAL. MAX. 3, 8 ext. 5. 6, 5, 1 IVST. 41, 2, 7). 43, 18, 8 adversus vim pares non erant. SEN. contr. 2, 1, 7 tutior adversus fortunam est, cui (VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 *al.*). 2, 7, 9 firmamentum. VELL. 2, 66, 1 repugnante Caesare. SEN. dial. 1, 4, 5 quantum adversus paupertatem tibi animi sit. *ibid.* quantum ... constantiae habeas. 2, 10, 4 nec adversus ea solita illa virtute utitur dura tolerandi. 3, 11, 3 ut quibus ... non tegimenta corporum provisa sint, non suffugia adversus ... caeli rigorem (*cf.* PLIN. nat. 11, 77 PLIN. epist. 2, 17, 4). 12, 6, 1 quantum roboris ille adversus dolores habeat (11, 13, 2, *ibid.* contra). 1, 15, 5 satis fiduciae habere. 2, 5, 3 portum ... adversus fortunam certissimum ... cludit. 6, 2, 5 aures suas adversus omne solacium clausit (TAC. ann. 15, 64 HEGES. 4, 7 v. 76 W.). 11, 17, 1 adversus omne remedium contumax est. nat. 4 praef. 11 inexpugnabilem virum adversus insidias (SVLP. SEV. dial. 1, 24, 3). epist. 4, 6 adhortare te et indura. 8, 5 munimentum. *al.* 16, 4 praeparari. 49, 9 me doce aliquid (*cf.* 59, 10). 70, 27 instruxit. 91, 3 firmum et erectum. *cf. p. 856, 60.* CVRT. 5, 8, 2 nullum intervallum adversus velocitatem eius satis longum videbatur. 10, 10, 6 si ... terminus staret. COLVM. 2, 8, 5 folliculum ... firmum et durabilem adversus longioris temporis umorem. QVINT. decl. 283 p. 148 te exerces. TAC. Germ. 46 securi adversus homines (GAIVS inst. 2, 215 VLP. dig. 48, 5, 20, 3) hist. 1, 35 minantibus intrepidus, adversus blandientes incorruptus. 1, 79 tegimen ... impenetrabile. 3, 34 propugnaculum. 4, 2 adversus plausus ac lasciviam ... vulgi inmobiles. ann. 1, 65 lentae ... aures. 3, 46 restantibus lamminis. 4, 1 ut obscurum adversus alios sibi uni incautum intectumque efficeret. 4, 5 protegere. 4, 69 reticens adversum proximos. 12, 16 invalidus. 15, 36 adversus fortuita refoveri. *al.* SVET. Iul. 55 se adversus ... criminationes purgantis (SYMM. epist. 3, 83 purgatio). Tib. 28 firmus ac patiens (SVLP. SEV. Mart. 26, 5 patientiam adsumpserat). Aug. 30 Galba 19 Nero 17. VLP. dig. 42, 4, 7, 7 occultare se. CHALC. transl. 32 indissolubilis (*machina*). VEG. mil. 4, 6. VVLG. II Macc. 14, 2 tenuisse regiones. AVG. civ. 17, 16 surdus (SIDON. epist. 9, 6, 2). SVLP. SEV. epist. 2, 11 adversus omnes poenas adque supplicia ... inmobilis obstitisset. chron. 1, 11, 8. 1, 21, 1. LIV. 2, 33, 1 quibus auxilii latio adversus consules esset (31, 9, 1 TAC. ann. 1, 57). 4, 11, 3 coloni eo praesidii causa adversus Volscos scriberentur (29, 13, 4. SEN. contr. 2, 1, 11 adversus ignem). 6, 15, 8 patrocinium (SEN. contr. 2, 7, 8). TAC. ann. 12, 32 subsidium. *cf.* 3, 60. *cf. p. 854, 68.* *liberius dicitur*: SALL. Iug. 13, 5 neque adversus iram eius (*populi Romani*) usquam nisi in avaritia nobilitatis ... spem habere. *cf.* NEP. Dat. 8, 3. LIV. 1, 2, 4 adversus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi conciliaret. 23, 18, 9 propugnacula adversus vineas statuere (23, 37, 2 adversus ligneam ... turrem aliam ex ipso muro excitavit. *cf. p. 852, 40*). 28, 2, 6 subsidunt Hispani adversus emissa tela ab hoste. 24, 7, 9. 43, 17, 7 PAVL. FEST. 151 COLVM. 1, 5, 9. 7, 12, 2 PLIN. nat. 19, 116 TAC. hist. 5, 12 ann. 14, 29. FLOR. 2, 13, 42 Pompeius adversus haec nectere moras. APVL. Plat. 1, 16. *cf. de timore*: SALL. or. Lep. 1 clementia et probitas vostra ... plurumum timoris mihi faciunt advorsum tyrannidem L. Sullae.

inde de medendo et sim., a Celso et Scribonio haud ita saepe usurpatum, frequenter a Plinio (sed idem saepe etiam ad*); ad medendi, utendi sim. verba liberiore usu accedunt varia, ut* dare, bibere: CELS. 5, 19, 20 sunt etiam adversus morsus quaedam accommodata.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MART. CAP. 2, 110 alimma ... praeparavit. SVET. Cal. 29 'antidotum' inquit 'adversus Caesarem?' PLIN. nat. 19, 180 adversus urucas ... auxiliari. 31, 98, *ibid.* contra. CELS. 5, 26, 22 adversus profusionem ... in his auxilium est. SEN. dial. 9, 3, 1 adversus hoc taedium. epist. 2, 4. 98, 11. *al.* PLIN. nat. 20, 86 adversus fungorum venena ... sucum bibendum. *al.* CELS. 5, 25, 16 catapotium. PLIN. nat. 21, 119 commanduco. CELS. 5, 21, 4 optima ... Numenii compositio est. PLIN. nat. 20, 264. 28, 54 proni *cubitus* tussibus, in latera adversus destillationes *conducunt.* 25, 107 conteritur. 22, 19 decoquit. CELS. 5, 23, 1 desideranda sunt *antidota.* SOL. 17, 10 devorant. CELS. 5, 23, 2 adversus venenum ... datur. *al.* PLIN. nat. 20, 245 adversus serpentes efficax. *al.* SEN. epist. 36, 8 quod adversus omnia tela ... bene facit. SCRIB. LARG. 108. 173. 176. 178. PLIN. nat. 16, 223 firmus. CELS. 6, 6, 27 idoneus. PLIN. nat. 23, 119 inpono. 24, 61 inlino. 32, 35 mando. TERT. scorp. 5 pares adhibet qualitates medellarum. PLIN. nat. 22, 163 adversus has (*bestiolas*) omnia eadem medentur. 25, 100 QVINT. inst. 4, 1, 43. CELS. 5, 26, 35 medicamentum esse. 5, 18, 19 miscetur. SOL. 23, 9 adversum (-s *var. l.*) vim fulgurum ... opitulari *gemmam quandam.* PLIN. nat. 29, 104 pollet. *al.* CELS. 2, 8 p. 47 D. potest. 5, 18, 22. PLIN. nat. 25, 130 potens. SOL. add. p. 221 M. PLIN. nat. 16, 194 Varro adversus defluvia praecipit. 24, 174 praecipuus. CELS. 7, 4, 1 praesidium est. MART. CAP. 2, 141 quae ... adversum vim superam in praesidium coaptarat. CELS. 5, 27, 10 adversus quos *angues* ... proficit. *al.* SEN. epist. 11, 7 nihil adversus haec sapientia promittit, nihil proficit. CELS. 5, 27, 1 quae ... proposui. 1, 8 p. 24 D. prodest. *al.* *cf.* SEN. 5, 5, 1 adversus pestilentiam nihil prodest firmitas corporis. CELS. 5, 27, 12 remedium. SEN. dial. 11, 8, 1 *transl.* nat. 6, 1, 6 adversus tonitrum ... specus remedia sunt. epist. 56, 15 adversus Sirenas. PAPYR. Berol. 611 II 8 QVINT. inst. 4, 2, 101. VEG. mil. 4, 23 adversum arietes ... sunt plura remedia. *al.* PLIN. nat. 32, 34 singularis. SEN. nat. 6, 2, 1 solacium adversus pericula rara promiseram. TAC. ann. 4, 66. PLIN. nat. 24, 19 sorberi. 21, 135 succurrit. SALL. Iug. 89, 8 cibus illis advorsus (adversum *var. l.*) famem atque sitim ... erat. CELS. 5, 27, 8 sumo. TERT. scorp. 1 t⟨h⟩eriacam ... temperare (*transl.*). PLIN. nat. 29, 105 valet. *al.* 24, 46 vim ... haberet. 27, 54 vis eius efficax. 27, 83 usus. 22, 138 utilis. 20, 264 utor. *liberius*: CELS. 5, 27, 4 haec adversus omnes ictus communia sunt. PLIN. nat. 34, 151.

nota: SCRIB. LARG. 103 cum sit virosissimum medicamentum adversus stomachum. PLIN. nat. 29, 72 horum iecur servatum adversus percussos (percusso *Mayh.*) auxilium est.

adūlātor, -ōris *m. ab* adulari. GLOSS. κόλαξ; ἐργόμωκος; κολακευτής; δελεαστής; colax, parasitus; blandus, adsentator; blandus vel adsertor; lemosinator (lenocinator?), fautor. *nonnusquam scriptum legitur* adolator.

SEN. contr. 7, 3 (18), 9 Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator. SEN. nat. 4 praef. 3 ne adulatoribus latus praebeas. 6, 13 cum quis ad te adulator accesserit. epist. 77, 5 quia adulator et blandus *erat*, id consilium dabat, quod deliberanti gratius fore suspicabatur (PETRON. 3). 123, 9 adulatorum et prava laudantium sermo diutius haeret quam auditur. CVRT. 8, 5, 8 non ingenii solum, sed etiam nationis vitio adulator *erat Agis.* PETRON. 83 (*vers.*) vilis adulator picto iacet ebrius ostro. QVINT. inst. 2, 15, 11 persuadent ... dicendo vel ducunt in id, quod volunt, alii quoque, ut meretrices, adulatores, corruptores. 12, 10, 13 adulatores ... praesentis potentiae. IVV. 4, 116. SVET. Vit. 1 per adulatores obtrectatoresque imperatoris. LAMPR. Comm. 8, 4 appellatus est Commodus ... Britannicus ab adulatoribus (11, 8). Hel. 35, 3 vereor ... vera dicere, ne malivolis adulator videar esse. Alex. 18, 1 si quis caput flexisset aut blandius aliquid dixisset, ut adulator, vel abiciebatur ... vel ridebatur. TREB. Claud. 3, 7 adulator ... senatus, adulator populus Romanus, adulatrices exterae gentes, adulatrices provinciae. 11, 5 vera dici fides cogit, simul ut sciant hi, qui adulatores nos aestimari cupiunt id, quod historia dici postulat, non taceri. AMM. 14, 11, 2 huic sententiae versabilium adulatorum refragrantibus globis (*cf.* 27, 7, 10). 14, 5, 5 obstinatum eius propositum accendente adulatorum cohorte. 14, 9, 1 abnuens et reclamans adulatorum oblatrantibus turmis. 15, 5, 37 Constantius ... magniloquentia sufflabatur adulatorum (*cf.* 16, 12, 69 elatus. 17, 4, 12 sufflantes adulatores ... Constantium). 19, 11, 7 adulatorum cohors. 28, 4, 10 adulatoribus offerunt genua suavianda vel manus. 30, 1, 23. 31, 4, 4 eruditis adulatoribus in maius fortunam principis extollentibus. AMBROSIAST. in I Cor. 9, 20 *Paulus* videtur quasi simulasse, ut omnibus fieret omnia, quod solent adulatores facere. II Cor. 1, 18 *adulatores* frequenter .... ne homines offendant, quae vera sunt, praetermittunt. HIER. epist. 22, 2 adulator ... blandus inimicus est. 22, 16 plena adulatoribus domus, plena conviviis. 22, 24 adulatoribus nostris libenter favemus. 48, 20 nemo blando adulatore se praecipitet. 56, 6 rumusculos et gloriolas et palpantes adulatores quasi hostes fuge. 148, 17 adulatorum ... assentationes et noxia blandimenta fallaciae velut quasdam pestes animae fuge. ITALA prov. 26, 22. (Hier. epist. 148, 17) verba adulatorum mollia (λόγοι κερκόπων. VVLG. verba susurronis). AVG. civ. 3, 7 p. 104, 32 D. an et hinc agnoscuntur *di* adulatores felicium potius quam infelicium defensores?

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

synonyma: blandus, prava laudans. *v. etiam p. 876, 43 sq.* *opposita*: certus amicus. obtrectator. *accedunt*: vilis, versabilis, eruditus, blandus, palpans.

f. **adūlātrīx,** -īcis. TERT. anim. 51 alia est ... ratio pietatis istius, non reliquiis animae adulatrix, sed crudelitatis etiam corporis nomine aversatrix. TREB. Claud. 37 *v. p. 876, 62.* AMBROSIAST. in I Tim. (Migne 17, 478) 5, 13 *viduae* nuptiarum ... sunt proxenetae, multorum secretorum participes, adulatrices, servorum querulae.

adūlātōrius, -a, -um. *ab* adulari, adulator. TAC. ann. 6, 32 *L. Vitellius* exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur. SERV. Aen. 3, 338 tale est illud Aeneae ad Didonem adulatorium. AVG. epist. 104, 3, 11 quod carmine adulatorio nescio cui nobili dixit *Vergilius.* 232, 2 ut nomen eius ... audeatis non veneratione debita attollere, sed insultatione adulatoria ventilare. c. Iul. op. imp. 6, 20 assentatores diaboli non sumus nec eius potestatem ... adulatorio ... praeconio laudis extollimus. RVFIN. Orig. in epist. ad Rom. comm. (Migne gr. 14, 1283) 10, 35 adulatoriis dulcibusque sermonibus (*opp.* verbo dei). GREG. TVR. Franc. 8, 1 laudes adulaturias (-orias *pars codd.*) adclamabat *gens Iudaica.* *adv.* **adūlātōriē.** NON. 42, 19 'verniliter' pro 'adulatorie'. AVG. epist. 21, 1 si perfunctorie atque adulatorie res agatur. gest. Pelag. (Migne 44, 329) 6, 16 quod scribens ad viduam adulatorie dixerit *Pelagius.* Ps. AVG. serm. (Migne 46, 884) 18, 4 metiatur se unusquisque in ... verbis apostoli. non adulatorie palpet se, appendat se et dicat sibi verum. GREG. TVR. Franc. 4, 36 cum semper adolatorie (adoratoris *et* adulatorie *pars codd.*) loqueretur.

adūlātus, -ūs *m. ab* adulari. GLOSS. II 509, 1 adulatus θωπεία, κολακεία. (CLAVDIAN. MAM. grat. act. 21 p. 261, 14 *Bährens* adulatuum, *recte cod.* adulantium.) *Oertel.*

ἑλκοποιῶ **adulcero,** ulcero GLOSS. II 295, 18. *V.*

adulēscēns, adulēsco, adulēscentia *sim. v. sub* adol-.

Adulēscēns, -tis *cogn.* CORP. XI 1147 (*imperante Traiano*) 1, 15 Valerio Adulescente. 2, 2 Atilio Adulescente. 3, 15 Valerio Adulescente.

Adulim *opp. Africae ad sinum Arabicum adiacens,* Ἀδούλη, Ἄδουλι, Ἄδουλις, *cf. Pietschmann, PW. I 431.* RAVENN. p. 118 Adulim. **Adulītae** *incolae,* Ἀδουλῖται. PLIN. nat. 6, 172 oppidum Aduliton. 6, 174 ab oppido Adulitarum. **Adulītēs** *gens,* Ἀδουλῖται. AVELL. p. 748 olim quippe Indi in novem regna fuerant disparati, sicuti fama celebratum est, id est Alabastrorum, Homeritarum, Azomitorum cum ⟨A⟩dulitibus (dulitibus *cod.*).

Adullam *opp. Palaestinense, cf. Benzinger, PW. I 432.* עֲדֻלָּם, Ἀδουλλάμη πόλις *et* Ὀδολλάμ. VVLG. Ios. 15, 35 Ierimoth et Adullam. HIER. sit. et nom. p. 92 Adollam (EVSEB. p. 220 Ἀδολάμ) in tribu Iuda. et usque hodie vicus non parvus ad orientem Eleutheropoleos in decimo eius miliario hoc vocatur nomine. p. 112. nom. hebr. p. 24 Adollamin (Adollamim *duo codd.*) congregatio eorum. *cf.* Odollam. *Otto.*

Adulnius *nom. gent.* CORP. XI 1577 (*Florentiae*) C. Adulnius Natalis. *cf.* Subulnius 1585. *V.*

adūlo, -āvī, -ātum, -āre (*hoc apud antiquos et antiquarios*) *et dep.* **adūlor,** -ātus sum, -ārī. [*inc. orig., fortasse cf. c. ind.* vālaḥ vāraḥ *'cauda', lituan.* valai *'pili caudae equinae'. Th.*] GLOSS. κολακεύω blandio adulo (-or *al.*) adsentor ambio, ἐργομωκεύω ancillor adsecto adulor, σαίνω adulor blandio, adolat *et* adulatur κολακεύει. *formae*: PRISC. gramm. II 379, 11 'auxilior te' *et* 'a te', similiter ... 'adulor'. DON. gramm. IV 383, 19 sunt verba incertae significationis, ut ... adulo ... haec enim ... et in o et in r littera finiuntur, et his verbis tempora participiorum accidunt paene omnia. POMP. gramm. V 233, 9 et adulo et adulor. *nos legimus formas activas*: ACC. trag. 390 (*item* CIC. Tusc. 2, 33 *in versu Aeschyli translato*) adulat (AVIEN. orb. terr. 338. 571 *hic* assultat *A*). LVCR. 5, 1070 adulant (APVL. met. 5, 14 PAVL. NOL. carm. 18, 421). AVG. civ. 18, 16 p. 276, 25 D. adulare (*falso codd.* VAL. MAX. 4, 3 ext. 4), in ev. Ioann. 12, 13 adulas, c. Faust. 22, 84 adularent (CARM. epigr. 1058, 5). PANEG. 11, 19 adulabant. AVSON. 419, 13 adulavi. OV. met. 14, 46 adulantum *pro* adulantium. adulari (*pass.*), adulandus, adulatus (*pass.*) *v. p. 879, 44.* *codd. formas in* o (adolo *et* adolor) *saepe exhibent.* POMP. gramm. V 233, 35 adulo media syllaba producitur; *peccatur aevo sequiore ut* CARM. epigr. 1058, 5 cumque pater materque deos pro mé adŭlārent *cf. p. 874, 40.* PAVL. FEST. 21, 13 adulari est compositum ex accedendo et ludendo (alluendo *codd.*). 97, 10 'grassari' antiqui ponebant pro 'adulari'. *structurae*: *verbum coniungitur cum acc. et cum dat. cf.* PRISC. gramm. III 274, 17 'adulor te' et 'tibi'. GRAMM. IV 571, 8 adulor pastorem et pastori θωπεύω κολακεύω ποιμένα. POMP. gramm. V 233, 35 in isto verbo Plinius Secundus dedit unam rationem. quid est adulo et quid est adulor? dicit discretionem per casus. quando vis quasi activam significationem introducere, accusativum fac 'adulo illum'; quando vis quasi passivam significationem introducere, dativum fac 'adulor illi': et 'adulo illum' et 'adulor illi' (DIOM. gramm. I 313, 22 amicae. CLEDON. gramm. V 59, 17. CAPER gramm. VII 107, 9 adulor illi. ARVS. gramm. VII 457, 6 adulat illum). *cf Nipperdey-Lupus ad Nep. Att. 8, 6.* *nota*: QVINT. inst. 9, 3, 1 'huic', non 'hunc adulari' iam dicitur.

***proprie*:** *blande se applicare alicui, praesertim de canibus aliisque* a n i m a l i b u s, *corporis caudaeque motu blandiri.* LVCR. 5, 1070 longe alio pacto gannitu vocis adulant, et cum deserti baubantur in aedibus aut cum plorantis fugiunt summisso corpore plagas. OV. met. 14, 46 perque ferarum agmen adulantum media procedit ab aula *Circe.* 14, 259 quin etiam blandas movere per aëra caudas nostraque adulantes comitant vestigia *lupi, ursae leaeque* (HIER. epist. 1, 9 adulantibus caudis *leonum*). COLVM. 7, 12, 5 illi (*canes mites*) furem quoque adulantur, hi (*canes truces*) etiam domesticos invadunt. GELL. 5, 14, 12 *leo* caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet hominisque se corpori adiungit. SEN. dial. 4, 31, 6 aspice ... adulantis ... dominum feras. PLIN. nat. 8, 56 leone obvio suppliciter volutante ... cum refugienti undique fera opponeret sese et vestigia lamberet adulanti similis. PAVL. NOL. carm. 18, 421 *boves* domini iuga cara benignum molliter obnixi blanda vice pectus adulant (adolant *al.*, adorant *al.*). PLIN. nat. 32, 17 *pisces* vocati veniunt ... adulantes scalpuntur, ora hiantia manibus inserendis praebent. ACC. *an* CIC. Tusc. 2, 24 *Iovis satelles* sublime avolans (advolans *codd.*) pinnata cauda nostrum adulat sanguinem (*cf.* NON. 17). PLIN. nat. 10, 127 *Diomediae aves* advenas barbaras clangore infestant, Graecis tantum adulantur (*cf.* SOL. 2, 49 civem Graecum b l a n d i u s adulantur, *opp.* involant et impugnant. AVG. civ. 18, 16 p. 276, 24 D. non solum quietas esse, verum insuper adulare). SOL. 7, 30 *perdicum mares pullos* saepissime adfligunt inpatientius adulantes.

***translate*:** 1 *de hominibus* a d o r o, προσκυνῶ: *absolute*: LIV. 30, 16, 4 ubi ... in praetorium venerunt, more adulantium — accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant — procubuerunt. *aliquem*: VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 mater Darei ... Hephaestionem ... more Persarum adulata tamquam Alexandrum salutavit. 6, 3 ext. 2 Timagoran inter officium salutationis Dareum regem more gentis illius adulatum. 6, 9, 7 aliena tribunalia adulantem. CARM. epigr. 1058, 5 cumque pater materque deos pro me adularent. *alicui*: *humiliter, serviliter veneror*: TERT. ieiun. 13 non tantum obsequi ei (*domino*) debeo, sed et adulari; illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo praesto. IVST. 12, 13, 2 adeo universum terrarum orbem nominis eius (*Alexandri*) terror invaserat, ut cunctae gentes velut destinato sibi regi adularentur. b l a n d i o r *sive voce sive gesticulatione sive officiis, assentor, nimium et ultra veritatem effero laudibus*: a b s o l u t e, *v. et p. 879, 60*: CIC. Lael. 99 aperte ... adulantem nemo non videt. SEN. dial. 5, 17, 1 Clitum ... parum adulantem. HIER. epist. 148, 11 si vel adulamur ipsi vel adulantem audimus, si verum dicere gratia impedimur et magis offendere hominem timemus quam non ex animo loqui. TAC. hist. 2, 54 Vitellius se ... iam adulantibus offerebat. 2, 96 amici adulantes mollius interpretabantur. TAC. ann. 14, 47 adulantibus circum, qui ... dicerent. TAC. hist. 2, 76 nec speciem adulantis expaveris. 4, 81 Vespasianus ... obsecratione ipsorum et vocibus adulantium in spem induci. ann. 3, 35 Blaesus ... consensu adulantium haud adiutus est. SVET. Otho 7 gratulantium adulantiumque blanditias. SEN. clem. 2, 2, 2 maluerim veris offendere quam placere adulando. VOPISC. Aur. 19, 4 cum adulando dicerent. AVG. civ. 7, 18 p. 296, 16 D. qui eos adulando deos esse voluerunt. 18, 24 p. 288, 25 D. Romulum ... in deos ... rettulere Romani ... quod nec postea nisi adulando, non errando, factum est. SVET. Vit. 2 idem miri in adulando ingenii. IVV. 3, 86 quid quod adulandi gens prudentissima laudat sermonem indocti *eqs.* SEN. benef. 6, 30, 5 adulandi certamen est ..., quis blandissime fallat. TAC. hist. 1, 90 clamor vocesque vulgi ex more adulandi nimiae et falsae. 4, 49 gaudio clamoribusque cuncta miscebant indiligentia veri et adulandi libidine. ann. 1, 8 ea sola species adulandi supererat. AMM. 17, 11, 1 adulandi iam professores docti. 23, 1, 6 incertum per inperitiam an adulandi cupiditate memorabant. 30, 8, 1 nec metu nec adulandi foeditate constricta *est* posteritas. SEN. nat. 4 praef. 9 ut, qui parce adulatur, pro maligno sit. QVINT. decl. 253 p. 36, 8 qui pro salute communi me offendere auderet ... sed invenio, qui adulentur. APVL. met. 5, 14 *Psychen* complexae ... praedam suam, sorores nomine mentientes thensaurumque penitus abditae fraudis vultu laeto tegentes sic adulant (*sequuntur verba sororum*). TERT. nat. 1, 10. ANTH. 415, 57 *spes* semper adulatur. HIER. epist. 130, 1 si cuncta virtutibus eius (*Demetriadis*) congrua dixero, adulari putabor. si quaedam subtraxero, ne incredibilia videantur, d a m n u m laudibus eius f a c i e t verecundia. 148, 17 fit, ut, qui adulari nescit, aut invidus aut superbus putetur. *technice*: *in rhetorica*: QVINT. inst. 9, 2, 104 Celsus excludere, adseverare ..., adulari, ignoscere ... figuras putat. APVL. Plat. 2, 8 p. 86, 23 rhetoricae duae sunt apud eum partes, ...; alia vero adulandi scientia est, captatrix verisimilium. *de ambitu*: *cf.* PANEG. 11, 19 *et* AVSON. 419, 13 *v. p. 879, 4 et 5.* *aliquem sive aliquid*: CIC. off. 1, 91 *v. p. 879, 45.* Pis. 99 horrentem, trementem, adulantem omnis videre te volui. LIV. 23, 4, 2 senatores omissa dignitatis libertatisque memoria plebem (*cf.* 3, 69, 4 *v. p. 879, 16*) adulari (aduari P^1): salutare, benigne invitare, apparatis accipere epulis *eqs.* VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 *Diogenes*, cum holera ei lavanti Aristippus dixisset, 'si Dionysium adulari (-re *al.*) velles, ista non esses', 'immo vero,' inquit 'si tu ista non esse velles, non adulare⟨re, *fortasse* -res⟩ Dionysium. TAC. hist. 1, 32 tradito more quemcumque principem adulandi licentia adclamationum et studiis inanibus. ann.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, 21 ... colimus externos et adulamur. 16, 19 ne codicillis quidem ... Neronem aut Tigellinum aut quem alium potentium adulatus est. TERT. testim. 4 debes adulari *eos*, propter quos laetius vivis. IVST. 17, 2, 10 omni ... arte adulatur eum, ne. PANEG. 11, 19 p. 260, 5 sordidissimum quemque ... adulabant *nobiles*. AVSON. 419, 13 qui tribus non circumivi, centurias non adulavi. AMM. 22, 14, 4 *Theodotus* Constantium ... deducens adulando deformiter. AVG. c. Faust. 22, 84 p. 688, 22 ut Christum negarent et hunc (*Caesarem*) adularent. in ev. Ioann. 12, 13 non te palpas, non tibi blandiris, non te adulas; non dicis: 'iustus sum', cum sis iniquus. CIC. div. 2, 6 neque ... ita aut adulatus aut admiratus fortunam sum alterius. LIV. 45, 31, 4 duo *genera principum*, quae adulando aut Romanorum imperium aut amicitiam regum sibi privatim opes ... faciebant. VAL. MAX. 3, 3, 1 *Porsennae* clementiam non adulatus Mucius. *alicui*: NEP. Att. 8, 6 Atticus ... neque eo magis potenti adulatus est Antonio neque desperatos reliquit. LIV. 3, 69, 4 consules ... plebi (*cf.* 23, 4, 2 *v. p. 878, 77*) adulatos. 36, 7, 4 praesentibus adulando semper. SEN. dial. 7, 12, 3 pessimis quibusque adulantur. CVRT. 4, 1, 19 singulis ... adulantes. PS. QVINT. decl. 3, 6 blandius ... adulatum militi tribunum. TERT. pudic. 2 deo adulantur et sibi lenocinantur. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 42 adulatur Augusto, Mercurium eum dicens esse (*cf.* sat. 1, 3, 82. 2, 1, 20). TREB. Claud. 8, 2 Claudio igitur scriptores adulamur? LACT. inst. 1, 20, 14 adulatus est Attico et inrisit hominem familiarem. HIL. in psalm. 72, 14 nos tamquam pro debita officii religione pie adulari regibus existimamus. LVCIF. p. 54, 4. p. 216, 26. p. 239, 12. p. 217, 1 qui committit sibi non adulando, sed eos salubriter praemonendo *eqs.* AMBROSIAST. in I Thess. (Migne 17, 444) 2, 5 quia nulli fuerat adulatus. II Thess. (Migne 17, 460) 3, 10 aduletur ... pascenti se. HIER. epist. 130, 7 adulari ... clarissimae ... feminae. in Is. 5, 20 malis ... adulemur ... et bonos despiciamus. *rei*: SEN. dial. 7, 2, 4 vides istos, qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratiae adulantur, qui potentiam extollunt. TERT. pudic. 2 deus ... zelotes *est*, et qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitati eius. PS. QVINT. decl. 10, 18 quid illo blandius vultu? quid magis adulatur oculis? HIER. epist. 121, 8 nec haec dicentes adulamur vitiis, sed auctoritatem sequimur scripturarum. *sibi ipsi*: TERT. cult. 2, 10 non ut gentiles ita nos quoque nobis adolemur (adulemur *al.*) ... existimantes. paenit. 6 nemo ... sibi aduletur. *in imagine*: TERT. paenit. 6 velut poma, cum iam in acorem vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiae suae adulantur. *nota*: TERT. ieiun. 16 qui in idoli[i]s comendis (comedissent *cod.*) et in hac re (sacro *Oehler*) or[di]nandis et ad singulas horas salutandis adulantur. *passive*: CASS. HEM. hist. frg. 40 adulatique erant ab amicis et adhortati. CIC. off. 1, 91 cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus auris neve adulari nos sinamus (*nisi 'eos' vis supplere*). VAL. MAX. 2, 7, 15 etiam tribunus militum adulandus erat.

2 *de rebus*: STAT. Theb. 9, 324 *Crenaeus* laetus adulantem nunc hoc, nunc margine ab illo transit avum (*Ismenum fluvium*). *aliter*: AVIEN. orb. terr. 338 *Siris* utque Syenen caerulus accedens diti loca flumine adulat (alludat *al.*), nomine se claro Nilum trahit. 571 Pisanos alter (*Alpheus*) adulat (*sic Barth*, adsulcat *et* assultat *codd.*). TERT. anim. 52 *cum navigia* nullis depugnata turbinibus ... adulante flatu, labente cursu ... desidunt. ARNOB. nat. 2, 59 quid in mundo faciunt ... herbarum aut fruticum aut adulantia (adulentia *codd.*, adolentia *edd.*) naribus aut tristia in odoribus semina?

syn.: blandiri, adsentari; adorare. *opp.*: invadere, infestare, impugnare, vulnerare, offendere, verum dicere, despicere.

part. pro adi. **adūlāns,** -antis. PLIN. paneg. 26 adulantia verba blandasque voces edocere (*cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 1 fatuis atque adulantibus verbis ... laudaverit). CLAVD. 20, 79 subter adulantes tituli nimiaeque legantur ... laudes. TERT. adv. Marc. 1, 27 quid denique adulantius *est* quam delicta non exsequi? ENNOD. carm. 1, 9 praef. p. 532, 5 cum adulantibus adulescentiae floribus et pueritiae ... et saecularis licentiae verna riderent. *adverbium* **adūlanter**. GLOSS. V 436, 37 adulanter (adolenter *cod.*) indigne. IVL. RVF. rhet. 46, 21 *licentia* interdum adulanter inducitur. FVLG. Virg. cont. 96 p. 96, 7 H. vanae ... laudis appetitus numquam veritatem inquirit, sed falsa in se adulanter ingesta velut propria recusat. AVG. in psalm. 78, 13 qui nobis adulanter arrident. ISID. sent. 3, 46, 5 adulanter decipiunt. *Oertel.*

Adulouualdus, -ī *nom. germ.* Adalwald, *rex Langobardorum.* GREG. M. epist. 14, 12 (Mon. epist. II 431, 9. 26) Adulouualdum *et* -do.

adulter, -erī *m.* [*ab* adulterare *ductum esse videtur. Th.*] PAVL. FEST. 22 adulter et adultera dicuntur quod et ille ad alteram et haec ad alterum se conferunt (*cf.* AVG. serm. 51, 22 *p. 882, 43*). ARS Einsidl. gramm. suppl. 217, 12 adulter dicitur alienum torum violans. ARS Bern. gramm. suppl. 101, 11 adulteri. *in versus dactylicos non intrat nisi nom. sing.* [*francog. vet.* avoutre. *M.-L.*]

GLOSS. μοιχός, πορνοβοσκός (*hic illic c. gen. mulieris stupratae vel mariti decepti; c. adi. p. 880, l. 49, c. pron. l. 27. 34, cum in* TAC. *l. 61*).

PLAVT. Amph. 1049 sive uxorem sive adulterum (arg. 1, 10 adulterum se Iuppiter confessus est). RHET. Her. 4, 34, 46 si ... intemperantem et adulterum Hippolytum nominemus. CIC. Pis. 28 ille sororius adulter. Cael. 30 'adulter impudicus sequester' convicium est, non accusatio. Cat. 2, 7 quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis. 2, 23 omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri impudicique. Cael. 49 adulter an amator. Verr. 2, 9 non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae (*cf.* Cael. 49). Cael. 38 adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset? Pis. frg. 17 putavi austerum hominem ..., sed video adulterum, video ganeonem. Sest. 39 cum scurrarum ... scorto, cum sororis adultero. orat. frg. A 9, 23 deprehendebas adulteros (SEN. contr. 1, 4 *tit.* adulterum cum adultera qui deprenderit. 1, 4, 2. 1, 4, 6. 1, 4, 10. 4, 7. 7, 5, 1 *passim.* QVINT. inst. 7, 3, 6 *passim in* decl. APVL. apol. 75). CIC. fin. 2, 27. CAT. 57, 8 non hic quam ille magis vorax adulter. SALL. Cat. 14, 2 quicumque inpudicus adulter ganeo. VERG. Aen. 10, 92 Dardanius (*Paris.* PROP. 2, 34, 7 OV. epist. 1, 6. 18, 177 Idaeus. ars 2, 365. AVG. civ. 3, 7 adulteros *i. Troianos*). 11, 268 (*Aegisthus.* OV. rem. 161 SEN. Ag. 884). HOR. carm. 1, 33, 9 turpi ... peccet adultero. 1, 36, 19 novo divelletur adultero. 3, 6, 25 iuniores quaerit adulteros. 3, 16, 4 Danaen ... excubiae munierant ... nocturnis ab adulteris. 3, 24, 20 nitido fidit adultero. 4, 9, 13 comptos ... adulteri crines. epod. 5, 57 senem ... adulterum (MACR. sat. 2, 2, 5). OV. am. 1, 10, 4 callidus in falsa lusit adulter ave (*Iuppiter.* epist. 16, 46 pluma tectus adulter erat. am. 1, 3, 22 quam fluminea lusit adulter ave. 3, 8, 33 GERM. 276. SEN. dial. 7, 26, 5 adulterum et abnoctantem. PLIN. nat. 8, 49 CARM. c. pag. 12). OV. epist. 4, 34 turpis. 16, 18 laudem de me nullus adulter habet. 18, 19, 8 debitus ut coniunx, non ut adulter amo. 19, 148. am. 3, 4, 8. ars 1, 304 tuus (*taurus Pasiphaes.* 1, 309 met. 9, 740 PAVL. FEST. 149 SEN. Phaedr. 118. APVL. met. 10, 22 mugiente). OV. Ib. 336. met. 4, 182 (*Mars.* STAT. Theb. 7, 62 radiis monstratus). 7, 741 male fictus. fast. 2, 335 huc illuc temerarius errat adulter (*Faunus*). 2, 808 (*Sex. Tarquinius*). trist. 2, 499 cultus. LIV. 1, 58, 7 haud impune adultero (*Tarquinio*) fore. MANIL. 4, 104 quisve in portenti noxam peccarit adulter *cum fera coeundo.* SEN. contr. 1, 2, 23. 1, 4, 1 nec dimisi adulteros nec occidi. 1, 4, 3 adulteros meos. 1, 4, 12 suis (QVINT. decl. 347 p. 367, 26. 249 p. 21, 19 tuum). 1, 7, 2 pro adultero filio. 2, 7, 8 tam censorio adultero. *ibid.* plus credetis ... marito quam adultero. 4, 7 adulter tyranni. 9, 1, 5 dimitti ... adulteros (9, 1, 6). PHAEDR. 3, 10, 16 ventitare adulterum. SEN. Med. 456 (*Iason.* VAL. FL. 8, 338 Haemonius). Ag. 955 adulterorum (*Aegisthi et Clytaemestrae*). dial. 2, 7, 4 si quis cum uxore sua tamquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non sit. benef. 1, 10, 4 homicidae tyranni fures adulteri raptores. 3, 16, 3 ut nulla virum habeat, nisi ut adulterum inritet. 4, 28, 2 fur ... periurus ... adulter. 6, 32, 1 admissos gregatim adulteros. epist. 94, 26 ut illi (*uxori*) nil cum adultero, sic tibi nil esse debere cum paelice. 97, 6 ante iudicium adulter, in iudicio leno (*Clodius*). 104, 20 incendent libidines tuas adulterorum sodalicia. LVCAN. 10, 72 *Caesar* (10, 367). CARM. epigr. 95, 5 secuta adulterum. 1037, 6. PLIN. nat. 22, 3 matrona adultero placeat. 32, 49 adulterorum taedium fieri *uxorem.* STAT. silv. 5, 1, 58 fraternus (*Thyestes*). MART. 1, 34, 3 plus spectator quam te delectat adulter. 10, 95, 1 QVINT. inst. 2, 4, 22. 3, 6, 17. 3, 6, 27 loris caesus vel fame necatus. 3, 11, 7 *et passim in* inst. *et* decl. *nota* inst. 7, 4, 27 si abdicetur raptor adulter (decl. 275 p. 124, 22). decl. 347 p. 366, 23 adulterum cum adultera liceat occidere. 286 fratris. 279 dives speciosi adulter. 277 a marito secubaret, cum adultero volutata est (APVL. met. 9, 5). 335 tit. adulteros inclusos *i. virum et feminam* (*ibid.* p. 319, 6. 16 *passim*). IVV. 1, 78 praetextatus. 2, 29 tragico pollutus adulter concubitu (*Domitianus*). 3, 45. 4, 4. 6, 237 abditus interea latet et secretus adulter. 6, 329. 404. 567. 8, 144 nocturnus. 9, 80. 10, 311 fiet adulter publicus. 10, 318 matronae. TAC. hist. 3, 45 (*opp.* marito). ann. 1, 53 pervicax. 3, 24 earum. *ibid.* Silanus in nepti Augusti adulter. 4, 3 seque ac maiores municipali adultero foedabat. 6, 40 corripitur ob servum adulterum. 6, 47 eius. 11, 12 ut vacuo adultero poteretur. 13, 42 domus eius. 13, 45 maritos et adulteros non distinguens. 14, 60 adulteri Neronis, mox mariti. 15, 50 Agrippinae. SVET. Iul. 74 uxoris suae. APVL. met. 7, 22 communem omnium adulterum. 9, 15 stuprum sequestra et adulterorum internuntia. 9, 28 intempestivum tibi nomen adulter vindicas *o puer.* ARNOB. nat. 4, 33 castitatis. AVG. civ. 4, 25 alienarum ... adulter uxorum. HIER. epist. 55, 3 relicto viro adultero et sodomita. *passim.* *nota*: OV. ars 2, 637 nominis. *de bestiis*: GRATT. cyn. 164 *tigris.* STAT. silv. 4, 5, 18 vacca dulci admugit adultero. CLAVD. 17, 306 *pardus leaenae.*

syn. (moechus), (corruptor), (stuprator). leno.

f. **adultera,** -ae, μοιχάς GLOSS. *haud raro cum gen. viri.* CATO (Quint. inst. 5, 11, 39 *Cato ait* nullam adulteram non eandem esse veneficam). CAT. 61, 102 in mala deditus vir adultera. HOR. carm. 3, 3, 25 Lacaenae ... adulterae *i. Helenae.* OV. epist. 5, 125. 6, 133 adultera virgo. 9, 53. 13, 133 turpis *i. Helena.* 16, 217. am. 2, 18, 37 Paris ... et adultera. 3, 4, 29 non proba fit, quam vir servat, sed adultera cara. 3, 4, 37 coniunx. 3, 6, 77. ars 1, 295 Pasiphae ... adultera tauri (met. 8, 132). met. 2, 471 fecunda. 10, 347 matris paelex et adultera patris. Ib. 399 (*opp.* pia). trist. 2, 371 *Helena.* SEN. contr. 1, 4, 6 uxorem. 1, 4, 7 matrem. 2, 7, 4 qui incurrenti (-etia *codd.*) adulterae se non subduceret. 4, 7 exc. ab adulterae osculis ad prae-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mium curris. 6,6 exc. generi adultera, filiae paelex. 9,1 exc. uxorem . . . adulteram fieri (9,1,14). 9,1,4 adulteram dimittam? 9,1,15 filiam. PHAEDR. 3,3,9. SEN. benef. 3,28,4 gulae servus et adulterae, immo adulterarum commune mancipium. PLIN. nat. 26,62 adulteras adloqui. MART. 6,7,5 quae totiens nubit, non nubit: adultera lege est (*syn.* moecha). 9,2,3. QVINT. inst. 3,11,7 cum adulteram deprehensam occidisset (SVLP. SEV. chron. 2,1,8). 5,9,14 est signum adulterae lavari cum viris. decl. 249 cum adultera . . . agere (*hoc passim*) *et saepe in* decl. IVV. 14,25 TAC. ann. 11,26. 14,1 SVET. Cal. 24. ITALA (Lucif. de non conv. 2) deut. 23,17 non erit adultera (meretrix VVLG.) ex filiabus Israel. HIER. epist. 74,2 adulterae et meretrices. 74,3 uxorem fornicariam . . . et deinde adulteram. AVG. civ. 1,19 adultera haec an casta iudicanda est? *passim.*

de bestiis: GRATT. cyn. 285 si . . . mater adultera non est. PLIN. nat. 7,43 coitum sentit in adultera leo.

syn.: (moecha), paelex, meretrix.

adi. **adulter,** -era, -erum, *quod adulteri (-ae) est.* HOR. carm. 1,15,19 adulteros crines (*cf. p. 880,20*). OV. am. 3,4,5 ut iam servaris bene corpus, adultera mens est (LACT. inst. 6,23,34). FIRM. err. 12,3 cupiditate. TERT. pudic. 5 conceptus. SOLIN. 27,42 partus. 17,11 coitibus *pardorum.* *nota i. q. spurius*: VVLG. Hebr. 12,8 adulteri (νόθοι, *vix est gen. sing.*) estis et non filii. *cf.* HEGES. 2,1,2 cum *Herodes* . . . adulter regni fuerit, . . . *non* ab eo legitimum regem creari. *porro*: *non genuinus, falsatus*: OV. ars 3,643 nomine cum doceat, quid agamus, adultera clavis (*cf.* adulterinus *p. 882, 7*). MANIL. 2,22 arbusta vagis essent quod adultera pomis. PLIN. nat 33,114 id (*minii genus*) esse adulterum. 34,113 sive sinceram sive adulteram *aeruginem.* APVL. met. 10,9 ne forte aliquis . . . istorum . . aureorum nequam vel adulter reperiatur (HIER. epist. 119,11 nummus. COD. Theod. 9,22,1 *a. 317* figuratum solidum adultera imitatione). TERT. nat. 1,16 adulteram noctem (*i. conventus subterranei*) commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus. pudic. 10 scriptura Pastoris . . . inter apocrypha et falsa iudicaretur, adultera et ipsa et inde patrona sociorum (*i. moechorum*). apol. 47 adulteris nostris (*i. qui sententiam nostram invertunt*). adv. Marc. 1,27 dominatio (*opp.* iusta et ordinaria). IREN. 4,12,1 adulteram legem et contrariam legi. ARNOB. nat. 5,36 nothas atque adulteras lectiones (*opp.* veritas). CYPR. hab. virg. 17 crinem adultero colore mutasti (OROS. 4,12,12). PLIN. VAL. 1,21 pilos oculorum adulteros. APIC. 5,200 pisam. GREG. TVR. Franc. 2,42 aurum. ORIBAS. syn. 2 add. 846 carnes adulteras vel alienas. 7,15 caro adultera crescit. HIST. Apoll. 26 vitam . . . luctare cum morte adultera (*syn.* falsa). *apud christianos de eo qui falsam sectatur fidem deoque est infidelis vel haereticus (interdum etiam subst. c. gen.)*: TERT. idol. 1 qui falsis deis servit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est. anim. 16 naturae . . . posterioris et adulterae. praescr. haer. 4 pseudoapostoli . . . adulteri euangelizatores. 17 sensus. 30 adulteros veritatis. adv. Hermog. 1 totus adulter et praedicationis et carnis. CARM. adv. Marc. 3,24 *Noe* iustus in adultera plebe. CYPR. epist. 45,1 adulterum et contrarium caput extra ecclesiam fecit. 55,24 adulter atque extraneus episcopus. 68,2 adulteram cathedram conlocare. PS. CYPR. aleat. 7 facinoris admissionis adulter. AMBR. Ioseph 6,28 veritatis. AMBROSIAST. Rom. 7,2 legis *et* euangelii (7,3). HIER. epist. 147,11 post adulterium hominis adulter Christi esse cupiebas (22,13). VVLG. Matth. 12,39 generatio mala et adultera (μοιχαλίς. 16,4 Marc. 8,38). AVG. epist. 108,1,1 veritatis. SALV. gub. 7,75. CASSIOD. hist. 4,24 doctrinam *Arrii.* *hic illic* adulter *i. q. diabolus*: COMM. instr. 1,36,3 *vide notam Dombarti*; apol. 179. 206. 985. *subst.*: COD. Theod. 9,21,5 (*a. 343*) solidorum adulter *i. adulterator; item* COD. Iust. 1,4,3,3 adulter violatorque monetae (adulterator *unus codex et* COD. Theod. 9,38,8). GLOSS. II 397,16 παραχαράκτης adulter. II 564,41.

syn.: apocryphus, falsus, nothus, alienus, extraneus, malus.
opp.: legitimus. sincerus, verus, iustus, ordinarius.

adulterātio, -ōnis *f. ab* adulterare. PLIN. nat. 1 ind. 12 in omnibus odoribus aut condimentis dicuntur adulterationes. 21,32 umidum . . quod evenit adulteratione. TERT. praescr. haer. 38 scripturarum et expositionum adulteratio. GLOSS. II 397,15 παραχάραγμα adulteratio.

adulterātor, -ōris *m. ab* adulterare. SATVRN. dig. 48,19,16,9 monetae (COD. Theod. 11,21,1 *a. 371.* 9,38,8 *a. 385 et saepius*), *cf.* GLOSS. II 533,40 adulterator parakaractis. II 564,41 adulterator adulter et qui nummisma inlegale cudit. *v. l. 59.* TERT. carn. Chr. 19 adulteratores eius (*capituli i. versus Iohannis*). FIRM. math. 7 (fol. 112^{v2} ed. Ven. 1497) in XIII. parte Capricorni . . . erunt periuri adulteratores libidinum. AMBROSIAST. II Thess. 3,17 propter . . . adulteratores scripturarum semper se manu sua . . . salutationem subscribere. *f.* **adulterātrīx,** -īcis. GLOSS. II 533,47 adulteratrix michallis *i.* μοιχαλίς *cf.* VVLG. *l. 55.* II 564,46 adulteratrix adultera.

adulterīnus, -a, -um. [*ab* adulter. *Th.*] CAPER gramm. VII 107,10 adulterina adulterata, at adultera quae adulterat. *adi. hexametro non aptum.* *falsus, spurius*: PLAVT. Bacch. 266 adulterinum . . . esse symbolum. VARRO rust. 1,40,2 semina (AMBR. epist. 2,28 exam. 3,10,44). CIC. Cluent. 41 testamentum . . . signis adulterinis obsignavit (LEX Cornel. Paul. sent. 5,25,1 LIV. 39,18,4. 40,23,7. 40,55,1. PAVL. FEST. 28 adulterina signa dicuntur alienis anulis facta. INST. Iust. 4,18,7. GLOSS. II 533,48 adulterinus *sc. nummus* παραχάραγμα). CIC. off. 3,91 nummos (*opp.* bonis; LEX Cornel. dig. 48,10,9. PLIN. nat. 33,132 *denarius, opp.* veris. PAVL. sent. 5,25,1 *monetam.* FRONTO p. 140,14 N. aes. 161,16 plumbei nummi et . . . adulterini. HIER. adv. Ruf. 1,16 monetae. LEX Visig. Recc. 7,6,5 solidus aureus). SALL. Iug. 12,3 portarum clavis adulterinas (GLOSS. II 229,46 ἀντικλεῖθρον adulterina clavis). *cf.* adulter *p. 881, 25.* NIGID. Gell. 19,4,6 non verum 'n', sed adulterinum ponitur. SEN. epist. 71,4 unum bonum est quod honestum est, cetera falsa et adulterina bona sunt. PLIN. nat. 18,115 alica. 26,61 *scamonio.* 35,39 *sandaraca.* EDICT. Trai. dig. 47,11,6,1 staterae. AFRIC. dig. 48,10,6 testamentum (*opp.* verum). GELL. 8,2 verba . . . adulterina et barbara. APVL. met. 6,13 facti auctor adulterinus. 4,16 litteris. TERT. nat. 2,1 divinitatem. praescr. haer. 34 doctrinarum (CYPR. epist. 43,4 *cum lusu verborum.* HIER. epist. 96,12). OPTATVS p. 156,21 ramos. CYPR. rebapt. 17 baptismatis. FIRM. math. 1,5,3 sermonis. CHALC. transl. 52 ratione (νόθῳ. CASSIOD. hist. 9,3 pr.). comm. 308 intellectu. 346 notha et adulterina quadam ratiocinatione (*opp.* 347 rectus). 347 suspicio . . . spuria quaedam ratio est atque adulterina. AMBR. exam. 5,3,9 pretiosius putas quod adulterinum quam quod verum est. Iacob 1,2,6 inlecebris (*opp.* rectae rationis). HIER. apol. adv. Ruf. 2,18 sermonum corruptionibus vel adulterinis editionibus. AVG. gen. ad litt. 10,17,31 contaminatione. CASSIAN. Nest. 3,12,3 cavernas (*syn.* inlicitos aditus). FAVST. REI. grat. 1,18 p. 56,9 purum metallum adulterina permixtione corruptum (*opp.* sinceritas). 1,2 p. 14,15 quidquid auro obryzo adulterinum fraus . . . admiscuit. COD. Iust. 11,9,3 vellera adulterino colore fucata. ISID. orig. 4,8,11 *lepra* ut omnia unius coloris quamvis adulterini faciat. *quod adulteri est*: PLIN. nat. 7,14 adulterino sanguine natos. 10,10 praecipitat e nido velut adulterinum atque degenerem *pullum.* APVL. met. 8,3 veneris. AMBR. paenit. 1,14,71 ignis. in psalm. 118,12,31 concubitus (AVG. c. Iul. op. imp. 5,24). exam. 5,3,9 coniugia. *ibid.* naturae. Ioseph 6,31 manu. AVG. civ. 1,19 consensu (*de Lucretia agitur*). epist. 140,53 animum. de coni. 19,20 inquinatione. EVCHERIVS form. 5 meretrix, quae adulterinos de diabolo fructus concipit.

synonyma: falsus. nothus. spurius. inlicitus. *opposita*: bonus. verus. rectus. purus. aurum obryzum.

adulterio, -ōnis *f. et* **adulteritās,** -ātis *f.* GELL. 16,7,1 Laberius in mimis . . . verba finxit . . . adulterionem adulteritatemque pro adulterio. *fide nulla digna ut surrepta ex Gellio* NON. 70 adulterionem pro adultero Laberius Cophino (*cf.* GLOSS. V 637,10).

adulterium, -ī *n.* [*ab* adulter. *Th.*] AVG. serm. 51,22 non eat ille ad alteram et illa ad alterum: unde appellatum est adulterium quasi ad alterum. *cf. p. 879,76.* PAPIN. dig. 48,5,6,1 lex (*scil. Iulia*) stuprum et adulterium promiscue et καταχρηστικώτερον appellat. sed proprie adulterium in nupta committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine: stuprum vero in virginem viduamve committitur, quod Graeci φθοράν appellant. *cf.* MODESTIN. dig. 50,16,101. *Hartmann, PW. I 432 sqq.* *gen. in -iī inde ab* OV. *in versibus.*

I *proprie* (*cum gen. subi. vel obi., huius vice etiam* in *c. abl.*) GLOSS. μοιχεία: PLAVT. Cas. 976 in adulterio, dum moechissat Casinam, credo perdidit *pallium.* Mil. 90 plenus periuri atque adulteri. 802 adulterio studiosus. CATO orat. Gell. 10,23,5 in adulterio uxorem tuam si prehendisses, sine iudicio inpune necares. CIC. Mil. 72 cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissimae feminae comprehenderunt. orat. frg. A 9,23 cum deprehendebare in adulteriis (de orat. 2,275. LIV. 1,58,4 in sordido adulterio necata. SEN. contr. 1,5,5 in adulterio deprehensus. 9,1 th. VAL. MAX. 6,1,13 SEN. benef. 5,19,5 QVINT. inst. 5,10,35. 6,3,87. 9,2,42 decl. 273 p. 117 *passim* DIG.; invenire in adulterio PAVL. sent. 2,26,7). CIC. Planc. 30 iacis adulteria, quae nemo . . . possit agnoscere. Pis. 70 omnis hominis libidines, omnia stupra . . . adulteria denique versibus expresserit. Cael. 29. 35 libidines amores adulteria Baias . . . iactant. Verr. 4,6 cotidiana adulteria. Flacc. 34 de probris, adulteriis ac stupris. Sest. 20 hominem . . . vino, ganeis, lenociniis adulteriisque confectum. Scaur. 8 libidinosam . . . matrem infami ac noto adulterio iam diu diligebat. div. 1,121 corruptelam et adulterium. fin. 2,73. Tusc. 4,75 stupra . . . et corruptelas et adulteria, incesta denique. Cato 40 nat. deor. 1,42. 3,68. CAT. 66,84 quae se impuro dedit adulterio. 67,36 cum quibus illa malum fecit adulterium (SEN. contr. 1,4,12 epist. 97,5 VOPISC. Aur. 49,4. LVCIF. de non conv. 15 Iud. 7 exfornicatae, VVLG. ἐκπορνεύσασαι. HIER. epist. 147,11 *passim*). CAT. 78,6. 113,4 fecundum semen adulterio. NEP. Epam. 5,5 habebat . . . suspicionem adulteri. PROP. 2,29^{b},38 admisso notus adulterio. OV. epist. 4,34. am. 3,5,44 adulterii labe carere. ars 2,367 cogis adulterium dando tempusque locumque. met. 2,545. 4,171. 4,236. 8,156 foedum *Pasiphaes.* 7,717. 9,25. fast. 2,808 falsus adulterii testis. Pont. 3,58 adulterii . . . notas. trist. 2,430 suum fassus adulterium est. 2,514 scaenica. LEX Iulia de adulteriis coercendis *a. 737 passim apud* ICTOS. MANIL. 5,266. SEN. contr. 1,4 thema: liceat adulterium in matre et filio vindicare. 1,4,6 adulterium filio vindicare. 1,4,9 legem de adulteriis. 2,1,34 matrona adulteri rea (reo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

codd.). *ibid.* servum adulteri postulatum. 2, 3, 14 accusari ... adulteri, quod adulterium commissurus sit (9, 2, 14 SEN. epist. 97, 2 ASCON. tog. cand. p. 93 B. QVINT. inst. 7, 2, 11. 7, 3, 1 decl. 275 p. 124, 28 *passim. nota* super eam VVLG. Marc. 10, 11). SEN. contr. 2, 6, 5 adulterium ... vindicare committendo. 2, 7 praef. accusat adulteri ex suspicione. 7, 5 thema: rumor erat de adulterio procuratoris et matris familiae. 9, 1, 15 publicum adulterium est sub Miltiadis tropaeis concumbere. 9, 2, 13 adulterii causam dicet (VAL. MAX. 8, 1 abs. 12). 10, 5, 14 deorum. VELL. 2, 45, 1 ob initum inter ... sacra adulterium. VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 adulteri crimine damnatus. SEN. dial. 10, 4, 6 iuvenes adulterio velut sacramento adacti. benef. 1, 10, 2 nunc in adulteria magis quam in alia peccabitur. 3, 16, 3. clem. 1, 10, 3 quoscumque ob adulterium filiae suae damnaverat. epist. 87, 23 adulterio gloriantur. 97, 3 adulterii reus adulteria divisit. 97, 5 plus est distribuere adulteria quam facere. 97, 9. PLIN. nat. 7, 40 in tormentis adulteriorum coniugis. 7, 51. 7, 149 in nepte. 2, 17 adulteria inter ipsos (*deos*) fingi. 14, 140 vasa adulteriis caelata. 29, 20 Eudemi in Livia *adulterium*. MART. 1, 90, 10. QVINT. inst. 4, 4, 8 adulterium obicio. *ibid.* adulterii mecum agitur (decl. 284 p. 150, 1). 7, 2, 51 adulterii causae. 7, 3, 10 adulterium *est* cum aliena uxore domi coire: an et in lupanari? decl. 310 p. 219, 1 bis adulterii notatus. 335 p. 321, 6 infamavi te adulterio. IVV. 11, 177. TAC. hist. 1, 2 magna (*i. famosa*) adulteria. ann. 13, 44 ingentibus donis adulterium emercatur. PLIN. epist. 6, 31, 5 post delatum adulterium. SVET. Aug. 69 adulteria ... exercuisse (TERT. cult. fem. 2, 5 adulterium in specie exercere). SVET. Aug. 70 vers. 4 dum nova divorum cenat adulteria. Tib. 62 ex adulterio conceptum. Claud. 1 per adulterii consuetudinem. TERT. idol. 2 adulterium etiam in concupiscentia designat. AMBR. virg. 1, 6, 28 de adulterio vultus meditantur adulterium castitatis. HIER. epist. 22, 19 linguae. VVLG. lev. 20, 10 adulterium perpetravit cum coniuge. Ier. 13, 27 adulteria tua et hinnitus tuus. II Petr. 2, 14 oculos habentes plenos adulterii.

iuncturae apud ICTOS *sicut et apud rhetores in usu sunt hae potissimum* (*cf.* vocabul. iurispr.): adulterii accusare (*passim*), postulare; agere; convincere; condemnare, damnare (*hoc passim*). adulterium admittere (GAIVS inst. 3, 194 TERT. spect. 3 anim. 41 AVG. civ. 1, 19 *quater* LEX Visig. Recc. 3, 4, 17), committere (*v. supra l. 2; passim*), facere (*v. p. 882, 72*), inferre (VLP. dig. 48, 5, 13 LEX Visig. Recc. 3, 4, 1). pati (PAPIN. dig. 48, 5, 6). de adulterio agere, cognoscere, tractare, probare, iudicium constituere. ex adulterio accusare (VLP. dig. 48, 5, 14, 8). in adulterio deprehendere (*passim, v. p. 882, 59*), invenire (PAVL. sent. 2, 26, 7); damnare (PAPIN. dig. 34, 9, 13 *cf.* QVINT. decl. 304 p. 192, 25), postulare (PAVL. dig. 48, 18, 8, 1).

de bestiis: OV. ars 2, 484 haeret adulterio cum cane nexa canis. PLIN. nat. 8, 13 nec adulteria novere *elephanti*. 10, 104 *bis de columbis* (*opp.* pudicitia). APVL. met. 7, 16 adulterio degeneri *asini*.

II *translate,* *i. q. mixtio insolita, deterior plerumque*: PLIN. nat. 9, 139 ipsa adulterare adulteria naturae, sicut testudines tinguere, argentum auro confundere. 14, 80 omnia in adulterium mellis excogitata. 17, 8 et arborum quoque adulteria excogitata sunt. 19, 44 ad mercis adulteria. TERT. cult. fem. 1, 8 colorum (CYPR. hab. virg. 16). praescr. haer. 31 avenarum sterilis feni adulterium. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 75 medicaminum. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 33 *monetarum*. *apud christianos de fide falsa, sim.*: TERT. spect. 23 adulterium est apud illum (*deum*) omne quod fingitur. idol. 1 omne falsum adulterium est. apol. 47 adulteria huiusmodi salutaris disciplinae. adv. Marc. 1, 20 evangelii. 4, 17 Marcionis. AMBR. Ioseph 6, 29 fidei. HIER. epist. 123, 13 post adulterium et negationem salvatoris.

adultero, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ad *et* alter *derivatum esse videtur. Th.*] *deponens non legitur nisi* VVLG. Ezech. 23, 37 (*p. 884, 4*) *de feminis, quod facile intellegitur* (Ier. 7, 9 *videndum, ne in codd. bonis sit* -are), *translate* PRISCILL. tract. 1, 22 (*p. 884, 12*) NOVELL. 89, 3, 1 (*p. 884, 60*). CASSIOD. hist. 12, 4 (*p. 884, 61*).

I *proprie*: *adulterium committere* (*de viro, rarius de femina*), *passim cum acc. feminae, raro viri*: CATO orat. Gell. 10, 23, 5 *uxor* te si adulterares sive tu adulterare⟨re⟩, digito non auderet contingere neque ius est. CIC. off. 1, 128 latrocinari, fraudare, adulterare re turpe est, sed dicitur non obscene. SEN. contr. 7, 6, 2 ergo tibi, soror, ut honestos habeas liberos, adulterandum est. QVINT. decl. 325 p. 277, 28 adulterari pauperis uxorem a divite, conscio viro. SVET. Iul. 6 *Pompeiam* adulteratam opinatus a P. Clodio. 48 ob adulteratam equitis Romani uxorem. Aug. 67 adulterare matronas. CAPER gramm. VII 107, 11 adultera quae adulterat. SCAEV. dig. 23, 3, 47 cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit. MARC. dig. 48, 9, 5 qui novercam adulterabat. VLP. dig. 48, 5, 30, 4 qui quid accepit ut adulteretur uxor. *ibid.* uxorem pateretur adulterari. TERT. pudic. 4 ita et ubicumque vel in quacumque semet ipsum adulterat et stuprat, qui aliter quam nuptiis utitur. ITALA (Tert. adv. Marc. 1, 29) exod. 20, 40 non adulterabis (moechaberis VVLG.). Matth. 5, 28 (Tert. anim. 15 *et* 40 *et* 58) qui viderit feminam ad concupiscendum, iam adulteravit (ἐμοίχευσε, VVLG. moechatus est eam) in corde. TERT. scap. 4 matrimonium nullius adulteramus. HERM. sim. 1, 11 adulterare ... nolite neque adtingere alienum. LAMPR. Diad. 5, 1 ⟨quasi⟩ mater eius adulterata esset. IVST. 43, 4, 8 regis cognata ..., quae adulterare cum Graeco adulescente solita. HIL. in psalm. 125, 8 quod ... optabilius nobis est tempus? quo adulterabamus aut quo maluissemus virgines fuisse? AMBROSIAST. I Tim. 5, 14. VVLG. sap. 14, 24 adulterans (νοθεύων). Ier. 7, 9 furari occidere adulterari (μοιχᾶσθε). 23, 14 adulterantium (μοιχωμένους). Ezech. 23, 37 adulteratae sunt (ἐμοιχῶντο). Os. 4, 14 *sponsae* cum adulteraverint (μοιχεύσωσιν). 7, 4 Matth. 5, 32 Marc. 10, 19 Rom. 13, 9. AVG. civ. 1, 19 adulterata (*opp.* pudica). 4, 27. 6, 5. 7, 9 in psalm. 140, 18 acad. 3, 19, 35. OROS. hist. 2, 4, 12 adulteratae Lucretiae. CASSIAN. conl. 13, 8, 2 CANON. const. 753. 756 SALV. gub. 7, 91 LEX Burg. lib. const. 36 BENED. reg. 4.

de bestiis: HOR. epod. 16, 32 adulteretur et columba miluo. *translate sensu christiano*: IREN. 1, 30, 7 *Eva* adulterans (*i. deo non oboediens*) peccavit. PRISCILL. tract. 1, 22 p. 19, 2 Vind. Eva ... adulterata in deum et zabolicae seductioni consentiens.

II *translate*: *falsare, corrumpere, miscere rebus alienis*: PLAVT. Bacch. 268 adulterare eum aibat rebus ceteris *praeter symbolum*. CIC. part. 25, 90 boni ... naturam fallaciter imitando adulterat. Caecin. 73 ius civile ... neque inflecti gratia neque perfringi potentia neque adulterari pecunia possit. Lael. 92 iudicium veri. leg. 1, 43 ius. OV. fast. 1, 373 ille (*Proteus*) suam faciem transformis adulterat arte. Pont. 4, 10, 59 copia tot laticum, quas auget, adulterat undas. 66[es] *fere apud* PLIN. nat. *de variis materiis, ut* 12, 28 piper longum facillime adulteratur Alexandrino sinapi. 12, 31 spina ... adulterat ... medicamentum. 12, 36 adulteratur amygdala nuce *bdellium* (*sic saepe* adulteratur *vel* adulterant *in initio enuntiati*). 12, 43. 46. 49. 65. 71 fallacissime ... adulteratur Indica murra. 13, 16 tanta materia adulterandi est. 14, 68 mercator saporem coloremque adulterat. 16, 205 colos mire adulteratur iuglande. 19, 46 per quae omnia adulteratur rei saluberrimae ... auctoritas. 23, 33 statim in lacibus vindemiae adulterentur. 25, 79 taedio lacte adulterant, sed discernitur igni. 31, 91 adulteratur ... tinguiturque. 32, 26 *castorum testes* adulterari ... renibus eiusdem. 34, 107 sic adulteratur flos ut squama veniat pro eo. 35, 34 *rubrica* minium sublinunt adulterantque. 35, 184 *alumen* an sit adulteratum, deprenditur suco Punici mali. *nota*: 9, 138 adulterare adulteria naturae sicut testudines tinguere, argentum auro confundere. 10, 27 educat ergo subditum *coccygis pullum* adulterato feta nido, *ubi quasi adulterium cogitatur*. FLOR. 1, 27 gens Gallograecorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta et adulterata est. VLP. dig. 11, 3, 1, 5 ut rationes dominicas intercideret adulteraret vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret. PAVL. sent. 5, 25, 1 (*ex lege Cornelia?*) quive nummos aureos argenteos adulteraverit. PS. APVL. Plat. 1, 5 adulterata opinione (νόθῳ λογισμῷ). TERT. adv. Marc. 4, 2 euangelii ... adulterati. apol. 47 philosophicas sententias. spect. 2 adulterandis usibus divinae condicionis. IREN. 1, 3, 6 adulterantes (ῥᾳδιουργοῦντες) expositiones. 1, 27, 4 veritatem (3, 3, 4. 3, 17, 4 CYPR. zel. 6). ITALA (Iren. 4, 26, 4) *et* VVLG. II Cor. 2, 17 adulterantes verbum dei (καπηλεύοντες; *item* 4, 2; *cf.* AMBROSIASTER II Cor. 4, 2 *hoc* est verum sensum per falsum velle excludere). CYPR. epist. 63, 18 corrumpit atque adulterat praecepta divina. hab. virg. 15 plastica *dei* adulterari nullo modo debeat adhibito flavo colore. laps. 6 adulterati post dei manus oculi. epist. 73, 11 aqua ecclesiae ... corrumpi et adulterari non potest. 69, 1 nomina adulterata fingentes. PS. ASCON. in Verr. act. I p. 146 B. adulteratas fuisse tabellas suas. AMBR. exam. 3, 7, 31 fruges non adulterant sui sinceritatem seminis: tu adulteras puritatem animae. 6, 8, 47 opus dei (6, 8, 48). patr. 4, 21 per Herodem adulterata successio. HIER. epist. 80, 2 veluti adulteratum (GLOSS. IV 305, 40 corruptum) hoc et alienum ... praetermisimus. AVG. in psalm. 102, 11 adulterata conscientia. EVCHERIVS instr. 1 p. 89, 14 eloquia domini nullo adulterata mendacio. SALV. gub. 6, 38 adulterantes visu impurissimo oculos. CORP. VI 22915, 3 si quis eum titul(um) adulteraverit. NOVELL. Iust. 89, 3, 1 adulterari (νοθεύοντες) ... legislationem. CASSIOD. hist. (Migne 69, 1206[c]) aliqui adulterati sunt hanc epistolam. LEX Sal. 11, 5, 51 si vero clavem effrigerit aut adulteravit. LEX Visig. Recc. 7, 6, 3 aurum.

synonyma: *ad I*: stuprare. moechari. *opp.*: virginem esse. pudicum esse. *syn. ad II*: miscere. turbare. corrumpere.

adultulus, -a, -um. *deminutive ab* adultus. PAVL. NOL. epist. 44, 3 parvuli sive etiam adultuli (adulti *codd. dett.*) Babylonis filii.

adultus *v. sub* adolesco.

Adul(us *an* **-ius)** *nom. celt.* CORP. XII 1403 (*Vasione*) Caresu. (*sic cum puncto*) Aduli f(ilius). *cf.* Adula *apud Holder, altcelt. Sprachsch. I* 47. *V.*

adumbrātim *adv. ab* adumbrare. LVCR. 4, 362 *angulus, turris* non ... ut coram quae sunt vereque rutunda, sed quasi adumbratim paulum simulata videntur.

adumbrātio, -ōnis *f. ab* adumbrare. σκιαγραφία. VITR. 1, 2, 2 scaenographia est frontis et laterum abscedentium adumbratio. COD. Iust. 8, 11, 21 pr. (*Theodos. II*) basilicam ... neque ... pictarum ... tabularum adumbratione fuscari iubemus (*cf. etiam* adumbro *II B*). *de subscriptione*: COD. Hermog. nov. Theodosii II 2, 3 cum suae manus adumbratione. *de umbra* (*cf.* adumbro *p. 885, 40*): AMBR. exam. 1, 5, 18 mundum volunt esse quasi adumbrationem virtutis divinae. 1, 5, 19 incorporei dei corporea adumbratio esse non potest. *translate*: CIC. orat. 103 nulla est ... laus oratoris (o. *om. A*), cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque adumbratio. HIL. in psalm. 67, 28 ex initiis ... legis atque adumbratione gestorum doctrinam ecclesiae defluxisse. MART. CAP. 2, 166 sollertia poeticae adumbrationis. VAL. MAX. 7, 3 ext. 8 tanti beneficii insidiosa adumbratio eius. COD. Theod. 14, 4, 8 pr. (*a. 408*) quae in dispendium publicum adumbratione ex⟨t⟩orta sint.

adumbro, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* umbra. GLOSS. ἐπισκιάζω; ὑποσημειοῦμαι; IV 486, 3 effingit, designat (*sed* defingi[a]t *cod. Leid.*), describit (*Heraeus*, discrepat *codd.*); tegit. *Blümner, Techn. u. Termin. IV p. 424 adn. 3.* [*wal.* adumbri, *ital.* adombrare, *francog. vet.* aombrer. *M.-L.*]

I *i. q. umbra tegere, obscurare*: COLVM. 5, 5, 15 palmeis tegetibus vineas adumbrabat. 9, 7, 4 luto Punico frondibus inlimatis adumbrari *alvearia*. 11, 2, 61. PETRON. 105 notae ... literarum non adumbratae comarum praesidio. ITALA cod. Lugd. exod. 38, 8 *Cherubim* adumbrantes ascellis suis super propitiatorium. TERT. pall. 4 genuini inter antias adumbrati. virg. vel. 7 *faciem*. FIRM. math. 1, 4, 10 luna terrenarum altitudinum adumbrata regionibus. SERV. Aen. 10, 541 insultatione eum opprimit et adumbrat (SERV. auct. ut superatos dicimus adumbratos). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 158 erunt eorum oculi adumbrandi. SIDON. epist. 4, 20, 3 clipeis laevam partem adumbrantibus. *inde translate*: SEN. amic. frg. 3 quidquid est (quod vultu *Haase*), quo placet virtus, eo fraus adumbratur. PAPIN. dig. 28, 2, 23 pr. imagine naturae veritas. VLP. dig. 48, 5, 30 pr. patientiam praetextu incredibilitatis. IVL. VAL. 2, 25 p. 86 pudor. HIL. in psalm. 118 gimel 7 p. 382 *legis mirabilia* velatis oculis adumbrantur. TERT. pudic. 17 dubia certis, obscura manifestis adumbrantur. monog. 3 et si alio bono comparatum adumbretur (cast. 3). TERT. spect. 29 saevitiam a misericordia contusam, petulantiam a modestia adumbratam. BVC. EINS. 2, 6 vigiles quoque somnus adumbrat. *i. q. obcaecare*: COMM. instr. 1, 36, 4 rex aeternitatis per crucem diros adumbrat, ut sibi non credant.

II σκιαγραφεῖν: A *adumbrando efficere aliquid*: VAL. MAX. 8, 11 ext. 7 (*de artifice spumas naribus equi adicere cupiente*:) quod ars adumbrare non valuit, casus imitatus est. QVINT. inst. 7, 10, 9 quis pictor omnia, quae in rerum natura sunt, adumbrare didicit? HIER. in Is. 49, 8—13 p. 567 Vall. instar parvulorum super adumbratas lineas praeceptoris litteras imprimamus. MART. CAP. 6, 579 hic (*abacus*) totum potis est ambitum et circos formare mundi, elementorum facies ipsamque profunditatem adumbrare telluris. IREN. 2, 8, 1 et ea, quae ex ipsis efficitur, umbra sempiterna perseverat et non iam transeunt haec, sed perseverant cum his, quae se adumbrent. *translate*: CIC. agr. 2, 31 neque veris comitiis ... neque illis ... per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis. dom. 80 qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem. de orat. 2, 194 heroum veteres casus fictosque luctus ... imitari atque adumbrare dicendo. 3, 16 id ipsum (*genus orationis*) sumus in eorum oratione adumbrare conati. fin. 5, 61 in qua (*optima natura*) haec honesta ... a natura tamquam adumbrantur. SEN. contr. 2, 6, 4 nec amantem [m]agis, sed amas, nec potantem adumbras, sed bibis. IVL. VICT. rhet. p. 380. HIL. in psalm. 67, 9 idem omnia ... adumbrata gessit in lege. 67, 25 evangeliorum opera ... per legem. 118, 19 bonitatem patientiae dei ..., quae sub illis iustificationibus legis corporaliter adumbratur. 67, 17. OPTATVS p. 119, 10 quod baptisma ... in ... circumcisione fuerat adumbratum. AVG. civ. 16, 3 dei civitas ... in omnibus sacramento adumbrata. 17, 5 per hoc ... eadem mutatio. 17, 6 (*ibid.* figurabatur). 17, 8 in illo figura qualiscumque. CVRT. 10, 3, 14 nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum. *dicendo, indicando*: CIC. orat. 43 excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus nec ... exponemus. AVSON. 396, 19 p. 251 P. figuras fabulis adumbratas. *i. q. fingere, cf. l. 49 et p. 886, 2*: CAPITOL. Ver. 1, 5 erat ... morum simplicium et qui adumbrare nihil posset. AMBR. Iac. 1, 8, 36 superstitiones eorum ... ostendens nulla veritate subnixas, sed fraudibus adumbratas. B *i. q. pictura, adumbratione ornare*: VAL. MAX. 2, 4, 6 Claudius Pulcher scaenam varietate colorum adumbravit. SOL. 27, 43 lapidem ... nigris venulis adumbratum. HIER. epist. 60, 12 basilicas. *inde in phrasibus translatis*: LIV. 33, 31, 2 litteras inanes vana specie libertatis adumbratas esse. VAL. MAX. 1, 7, 1 quam certis imaginibus multorum quies adumbrata sit. TERT. spect. 12 postea placuit impietatem voluptate adumbrare. VINC. LER. comm. (Migne 50, 672) 25 nihil ... de suo proferunt, quod non etiam scripturae verbis adumbrare conentur (*cf. infra*: *pagina* fucata et colorata sit). PASSIO Saturn. 2.

synonyma: *ad II A*: imitor, ago, figuro. *ad II B*: fuco, coloro.

part. paene adi. **adumbrātus,** -a, -um. VARRO ling. 10, 19 in articulis vix adumbrata est analogia et magis rerum quam vocum, in nomin⟨at⟩ibus magis expressa. 10, 30 quorum quod adumbrata et tenuis analogia. CIC. Sull. 52 informat ad hoc adumbratum indicium filium. Cael. 12 habuit ... permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum (*unde* SYMM. orat. 3, 7 AMBR. fuga saec. 3, 14 HIER. epist. 60, 7). leg. 1, 59 quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intellegentias animo ac mente conceperit. nat. deor. 1, 75 cedo mihi istorum adumbratorum deorum liniamenta atque formas. fin. 5, 69 *honestatis* adumbrata opinione. Tusc. 3, 3 est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata. PETRON. 106 inscriptio (*cf. l. 3 sqq.*). PAVL. NOL. carm. 31, 366. *inde i. fere q. fictus*: CIC. Verr. 4, 77 hic Aeschrio, Pipae vir adumbratus. Tusc. 3, 3 consectatur ... nullam eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Lael. 97 rebus fictis et adumbratis. VAL. MAX. 3, 4, 5 ita M. Perpennae nomen adumbratum, falsus consulatus. 7, 1, 2 verum ... beatae vitae finem ..., non adumbratum. SEN. dial. 12, 5, 4 adumbrata laetitia (TAC. ann. 4, 31). CALP. ecl. 1, 69. CYPR. GALL. iud. 673 adumbrato temptat Dalila Samsona rogatu. CYPR. epist. 73, 6 simulatione. AMBR. Abrah. 1, 1, 2 πολιτείαν (*ibid.* veram, fictam). PRVD. psych. 556 COD. Theod. 21, 1, 24. (*a. 338*). 21, 1, 41. AVG. civ. 10, 27 in alterius adumbrata persona.

syn.: fictus, falsus. *opp.*: verus.

adv. **adumbrātē.** VINC. LER. 14 (Migne 50 p. 657) ita verbum dei hominem factum esse ..., ut quae nostra sunt, non fallaciter et adumbrate, sed vere expresseque susciperet. *v. Mess.*

Aduna, -ae *Susianae fluv.* PLIN. nat. 6, 135 *Eulaeus amnis recipit* Adunam ex Susianis. *v. Andreas, PW. I 435.* *Diehl.*

? **adūnātim** *adv.* SORAN. 5 *melior obstetrix est* quae ... commune et quod urget providens et horum diligentiam coniungens, quae ⟨in temp⟩ore (?) adunatim possit et per partes dividere et accidentia mitigare (*sic in codice Hafniensi saec. XII*).

adūnātio, -ōnis *f. ab* adunare. GLOSS. ἄθροισις: coaggeratio, adunatio, coacervatio.

CYPR. epist. 63, 13 utrumque (*aqua et vinum*) miscetur et adunatione confusa sibi invicem copulatur (*syn.* copulatio, coniunctio, commixtio). 69, 5 quando dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum, quem portabat, indicat adunatum. 60, 1 adunatio ... fraternitate ostensa est. 62, 1 nobis captivitas fratrum nostra captivitas computanda est ..., cum sit scilicet adunationis nostrae et corpus unum. CHALC. transl. 35 triaque haec omnia in unam speciem permiscuit, diversa illa natura concretioni atque adunationi generum repugnante (δύσμικτον ... εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων; *cf.* comm. 28). comm. 218 qui iugem putant esse silvam (*i. materiam*) et adunatione quadam sibi continuatam. FVLG. aet. mund. 3 (p. 138, 17 H.) *turrem Babyloniam* totius ... populi aeque unitate atque linguae adunatione dispositam. AVELL. p. 596, 7 ut ... divisoribus dominici corporis ... compressis ecclesiarum concordia diabolica impedimenta succideret et universitas de adunatione gauderet. p. 598, 6 ecclesiarum adunatione. p. 612, 21 *imperator* adunationem sanctissimis ecclesiis ... comparavit (*sequitur* dissipata coniunxit). p. 613, 11 utrasque ecclesias ... unam esse intellegens et utriusque earum unam sedem recte esse definiens indivisibilem adunationem et utriusque nostrum consonam confirmationem ... cognosce. *et saepius.* BOET. cons. 4, 6 (p. 109 Peip.) ut haec temporalis ordinis explicatio in divinae mentis adunata prospectum providentia sit, eadem vero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum vocetur. arithm. 2, 32 (p. 126, 17 Fr.) est harmonia plurimorum adunatio et dissidentium consensio. CASSIOD. var. 2, 40, 6 *harmonia diapason* ex omnibus ... congregata, ut virtutes, quae universum melos habere potuisset, haec adunatio mirabilis contineret. 4, 33, 1 ut conventus multorum disciplinabilium sit adunatio voluntatum. 4, 36, 2 licet *exercitus* frementi adunatione proruperit. 8, 31, 2 murmurantes palumbi proprias diligunt cohortes et quidquid ad simplicem pertinet vitam, adunationis gratiam non refutat (*sequitur* gregatim). 12, 27, 3 more vestis redivivae, cuius adunatio per fila resolvitur, ut in novam faciem ... texatur. IREN. 1, 30, 2 esse ... hanc et veram et sanctam ecclesiam, quae fuerit appellatio et conventio et adunatio patris omnium, primi hominis, et filii, secundi hominis, et Christi, filii eorum, et praedictae feminae. MERCAT. Cyr. resp. p. 299 Baluz. unus per adunationem intellegitur Christus et filius et dominus (*et saepius*). LEO M. epist. (Migne 54, 719) 21 (*ex epistula Iulii episcopi*) quod per adunationem unum est (*sequitur* unum in plura partiri). PS. LEO M. serm. (Migne 54, 483) 1, 8 cum ... in concilio Eutyches profiteretur ex duabus naturis dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero unam naturam confiteretur. AVELL. p. 309, 9 CANON. (Migne 56, 604) 42. BOET. c. Eut. 5 (p. 203, 22 Peip.) duas se confiteri in Christo naturas ante adunationem, unam vero post adunationem. 7. 8 (*saepius; syn.* coniunctio, copulatio). FVLG. RVSP. epist. (*Diaconi et aliorum*) 16, 3, 6 a sanctis patribus adunatione ex divinitate et humanitate Christus dominus noster compositus praedicatur. *congregatio*: CASSIOD. var. 8, 8, 1 ad provincialium potius convenit adunationes animari (*sequitur* qui a pluribus meretur audiri). ACTA synh. Rom. p. 403, 2 pari adunatione (*de synhodo*).

synonyma: coniunctio, copulatio, commixtio, (congestio), concretio, unitas, conventus, (congregatio). *opposita*: (divisio), (dissipatio), (resolutio), (partitio). *cf.* aduno.

adūnātīvus, -a, -um. *ab* adunare adunatus. BOET. in Porph. dial. 1 (Migne 64, 45^b) est igitur genus collectivum specierum suarum et quodammodo adunativum.

adūnātrix, -īcis *f. ab* adunare. CHALC. comm. 17 utitur ratione ac remedio continui conpetentis, propterea quod natura eius coniugabilis est et adunatrix distantium limitum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aduncitās, -ātis *f. ab* aduncus. CIC. nat. deor. 2, 122 cibum *animalia* partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum, PLIN. nat. 8, 97 rostri aduncitate (10, 196). 10, 15 (*de aquila*) in tantum superiore adcrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat. 10, 136 Pegasos equino capite volucres et gryphas aurita aduncitate rostri (rostri *del. Mayhoff ut glossema ex § 196 huc illatum*) fabulosos reor. SOL. 40, 21 *chamaeleonti* hamati ungues subtili aduncitate (PLIN. nat. 8, 121 ungues adunci).

adunco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* uncus. GLOSS. ἐπικάμπτω: adunco, inflecto, vergo, incurvo. PAVL. FEST. 11 aduncantur (adducantur *codd.*), quae ex diverso coacta faciunt anguli formam. AVG. in psalm. 102, 9 pars ... rostri eius (*aquilae*) superior, quae supra partem inferiorem aduncatur ... crescente itaque superiore parte et nimis aduncata, non poterit os aperire et aliquid capere (*cf.* PLIN. nat. 10, 15).

aduncus, -a, -um. *cf. c.* obuncus (VERG. Aen. 11, 755 adunco *pro* obunco [*sc. rostro*] *cod. Romanus*), reduncus, uncus. GLOSS. aduncum ἐπικαμπές. aduncus: incurvus. aduncum: flexum, curvum. aduncis: curvis. *cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19 cauteres ... aduncos in modum gammae litterae. PAVL. FEST. 19 ancus appellatur, qui aduncum brachium habet et exporrigi non potest. *cf. A. Müller, Archiv 3 (1886) 117. 242—249.*

de partibus corporis animantium, maxime de naso, dentibus, unguibus, rostris, cornibus: *cf.* GLOSS. II 265, 23 γρυπός nasutus, adunco naso (*trad.* nasus). IV 10, 25 = V 163, 35 aduncis naribus: curvis naribus (*cf.* APVL. met. 3, 21 duratur nasus incurvus, coguntur ungues adunci, fit bubo Pamphile). V 437, 41 aduncis manibus: curvis manibus. ENN. ann. inc. libr. 569 tonsillas apiunt, configunt litus aduncas (*sic codd.* Isid. orig. 19, 2, 14; aduncis *sc. dentibus L. Müller*). TER. Haut. 1062 virginem ... sparso ore, adunco naso. HOR. sat. 1, 6, 5 naso suspendis adunco *proverbialiter* (*cf.* 1, 8, 64. PERS. 1, 40 uncis naribus. 1, 118). SEN. Oed. 189 naris aduncae (LVCAN. 2, 183). SVET. Galba 21 adunco naso. HIER. in Gal. (Migne 26) 1, 18 naso adunco an recto. vita Paul. (Migne 23) 8 aduncis naribus. RHET. Her. 4, 62 *draco* dentibus aduncis. OV. met. 11, 775 coluber ... adunco dente pedem strinxit (7, 150 uncis dentibus). 10, 550 aduncis dentibus *apri*. PLIN. nat. 8, 95 dentibus aprorum aduncis. 11, 163 *dens serpentis*. STAT. Theb. 5, 509 adunci dentis *serpentis*. 2, 470 aduncae fulmine malae (*de apro Calydonio*). HIER. epist. 60, 2 interiora tua adunco dente confossa sunt. CIC. carm. frg. 32, 11 (Tusc. 2, 24) me ... aduncis lacerans unguibus Iovis satelles pastu dilaniat fero (OV. fast. 6, 196 magni praepes adunca Iovis. *cf.* VERG. Aen. 5, 255). OV. met. 2, 479 curvarique manus et aduncos crescere in ungues. 13, 613 rostrisque et aduncis unguibus (*cf.* 12, 562 viribus usus avis pennis rostroque redunco hamatisque viri laniaverat unguibus ora). CELS. 2, 7 in manibus fiunt adunci ungues. PLIN. nat. 8, 121. 10, 25. 29. 70. 143. APVL. met. 3, 21 (*v. supra*). PRVD. perist. 2, 243 avarus contrahit manus recurvas et volam plicans aduncis unguibus. STAT. silv. 2, 6, 78 *Nemesis* carpsit ... immitis adunca ora verenda manu (*cf.* Theb. 1, 427 VERG. georg. 2, 365). CYPR. GALL. gen. 1169 discindit manibus vestem Rubenus aduncis. [VERG. Aen. 11, 755 *serpens* urget obunco (adunco *cod. Rom.*) ... rostro.] OV. met. 8, 147 rostro laceraret adunco (12, 562 redunco). 8, 371 (*cf.* 11, 342 oraque adunca dedit *accipitri*). COLVM. 8, 2, 9 brevia et adunca rostra *gallinacei*. PLIN. nat. 11, 159 rostra rapto viventibus adunca (*opp.* recta). VEG. mul. 6, 6, 5 Hunniscis *equis* grande et aduncum caput. PLIN. nat. 11, 124 rupicapris in dorsum adunca *cornua natura dedit*, dammis in adversum. 11, 125 aliis *animalibus* adunca, aliis redunca *cornua*. *de herbis*: PLIN. nat. 27, 121 semen in siliquis fert corniculorum modo aduncis. 16, 180 minoribusque spinis et minus aduncis. 24, 124 ramos spargens rectis aculeis, non ... aduncis.

de instrumentis rebusque variis: CIC. Cluent. 180 se ... in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte dentatam et tortuosam venire serrulam. nat. deor. 1, 66 corpuscula ... hamata quaedam et quasi adunca (*cf.* ac. 2, 121 hamatis uncinatisque corporibus). PROP. 3, 14, 6 versi clavis adunca trochi. OV. met. 2, 286 adunci ... aratri (*cf.* LVCR. 1, 313 uncus. OV. met. 5, 341. 7, 210). Pont. 4, 10, 6 vomer aduncus (fast. 2, 295. 4, 927 ars 1, 474. 725 am. 3, 10, 32 rem. 172 CLAVDIAN. in Rufin. 1, 381). fast. 3, 588 puppis adunca (epist. 15, 114 met. 3, 651. *al.*). met. 1, 293 cumba. Pont. 1, 1, 39 cornu tibicen adunco cum canit (met. 3, 533. 4, 392). fast. 4, 190 lotos adunca (SEN. Oed. 733 STAT. Theb. 6, 120). epist. 4, 39 *Diana* arcu praesignis adunco. met. 14, 628 falce (*cf.* ARNOB. nat. 6, 12 obunca). 9, 128 ferrum (*i. sagitta*). Pont. 4, 7, 11. met. 13, 934 hamos. LIV. 1, 18, 7 baculum sine nodo aduncum tenens *augur*, quem lituum appellarunt (*cf.* CIC. div. 1, 30 incurvum et leniter a summo inflexum bacillum. fin. 2, 33 bacillum ... inflexum et incurvatum). COLVM. 4, 25, 1 est ... sic disposita vinitoriae falcis figura, ut capulo pars proxima, quae rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur; quae flectitur, sinus; quae a flexu procurrit, scalprum; quae deinde adunca est, rostrum (aduni est nostrum *SA*). 9, 15, 4 culter oblongus ex utraque parte acie lata, uno capite aduncum habens scalprum. PERS. 4, 40 forcipe adunca. *nota*: CALP. ecl. 7, 81 adunco fibula morsu. SYMP. anth. 286, 177 mucronis adunci. VEG. mil. 4, 14 trabem, quae ... adunco praefigitur ferro et falx vocatur ab eo, quod incurva est, ut de muro extrahat lapides. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19 cauteres ... aduncos in modum gammae litterae.

synonyma: incurvus, curvus, uncus, reduncus, hamatus, obuncus, (uncinatus), (inflexus), (incurvatus). *opposita*: rectus, reduncus (PLIN. nat. 11, 125). *Ihm.*

adundātōrium ἐξομβριστήριον GLOSS. II 10, 4.

ad⟨undat⟩ NOT. Tir. 76, 56 *inter* abundat *et* exundat. ENN. ann. 454 semper abundantes hastas *frangitque quatitque, ubi* adundantes *coni. Castricomius.* *V.*

? **adunguo,** -ūnctum, -ere. *ab* ad *et* ungere. GARG. MART. med. 49 *fici* hydropicos extrinsecus siccant ex vino contusae et cum absinthio ... in modum cataplasmatis adunctae (*sic Rose*, adunatae *codd.*).

Adunicatēs *v.* Adanates.

adūnio, -īvī, -ītum, -īre. *ab* ad *et* unire, *cf. c.* adunare. IREN. 1, 29, 4 dicunt adunitum eum authadiae (τοῦτον δὲ τῇ Αὐθαδείᾳ συναφθέντα). 1, 30, 14 ignorantes adunitum esse Iesum Christo. 2, 12, 2 sic et Bythum cum Ennoea adunitum esse oportet (*syn.* unire, adunare, *opp.* separare). *ibid.* si ... Bythus adunitus est cum Sige et Nus cum Alethia et Logos cum Zoe ..., quemadmodum poterat Sophia sine coniugis perplexione pati aliquid vel generare? AVELL. p. 269, 23 *carnem* sibi ex ipsa conceptione adunivit.

ὑφ' ἕν una, **adūnitās** GLOSS. II 469, 13.

adūnītio, -ōnis *f. ab* adunire. IREN. 4, 33, 11 qui eum ex virgine Emmanuel praedicabant, adunitionem (ἕνωσιν) verbi dei ad plasma eius manifestabant. 5, 6, 1 perfectus ... homo commixtio et adunitio est animae assumentis spiritum patris et admixtae ei carni, quae est plasmata secundum imaginem dei (*syn.* unitio, commixtio). *ibid.* nisi redintegritatem et adunitionem trium (*i. animae, corporis, spiritus*) et unam et eandem ipsorum sciebat salutem.

adūno, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* unus, *cf. c.* adunire. GLOSS. ἀθροίζω: aduno, glomero, congrego. adunatum: ἠθροισμένον, συναχθέν. aduno: synago (*item explicantur formae* adunas, adunate *aliaeque* GLOSS. III 399. 400). *in usu esse coepit vix ante saeculum p. Chr. tertium; nam de lectione loci* TERT. pudic. 5 *non prorsus constat (vide infra); frequentius primus posuit* CYPR. [*val.* adunā, *it.* adunare, *francog. vet.* auner, *hisp.* aunar. *M.-L.*]

I *coniungere, copulare, ita ut unum fiat corpus, cf.* ἑνοῦν: PS. APVL. Ascl. 2 *species* adunatae ... ad hoc, ut totum unum et ex uno omnia esse videantur. 19 ex uno *domino* cuncta pendentia ..., cum distantia videntur, creduntur esse quam plurima, adunata vero unum. 25 in unum omnium ... multiformis adunata congestio. IREN. 1, 16, 1 adunantes in unum (ἑνώσαντες ἐπὶ τὸ αὐτό). CYPR. domin. orat. 23 pax nostra et fraterna concordia et de unitate patris et filii et spiritus sancti plebs adunata (*cf.* zel. 18). epist. 63, 13 nisi utrumque (*aqua et vinum*) adunatum fuerit et copulatum et panis unius compage solidatum (*et saepius*). 69, 5 quando dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum ... indicat adunatum: et quando sanguinem suum vinum appellat de botruis atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum, gregem item nostrum significat commixtione adunatae multitudinis copulatum. zel. 17 fac te illis adunata dilectione participem. epist. 20, 3 ne actus noster, qui adunatus esse et consentire circa omnia debet, in aliquo discreparet. GEOGR. min. cosmogr. 9 *fluvius Hydaspes* se ex omnibus adunans unus efficitur (*item* exc. sphaer. 9 p. 29, 9). 25 *Tiberis* facit insulam ..., post iterum ibi unus effectus ... iuxta forum Boarium ... transiens, adunatus ... urbem egreditur. LACT. opif. dei 17 cum constet anima in corpore his omnibus (*sc. sanguine, calore, spiritu*) adunatis. ZENO tract. (Migne 11, 479) 2, 33 haec mater est omnium, quae nos adunatos ex omni gente et natione collectos unum postmodum efficit corpus (*agitur de baptismo*). 2, 64 (*opp.* dispergere). TYCON. p. 72, 22 Burk. 'montes alti' *sunt* singuli quique superbi, qui adunati mortem faciunt, id est corpus diaboli. AMBROSIAST. ep. Rom. 7, 25 adunato genere Adae. AVG. serm. 264, 7 pater et filius et spiritus sanctus unus deus, non tres dei: non gradibus sibi adiecti, sed maiestate adunati et unus deus. c. Faust. 24, 1 divisit ... nos primus ortus ...: secundus adunat. MERCAT. Cyr. resp. p. 278 Baluz. quidquid ... adunari dicitur, non confunditur, sed aliud sibi magis adsumit (*syn.* coniungere). LEO M. epist. 98, 2 (Migne 54, 960, *epist. ad Leonem data*) qui corpus ecclesiae adunare festinavit (ἑνοῦν, *in altera versione* Migne 54, 953 unire). AVELL. p. 596, 25 ecclesiae venerandae corpus ... gloriae vestrae adunare factis instituit. 621, 21. 649, 11 ad colligendas adunandasque ... ecclesias. 326, 7 unam veram catholicam fidem ... institutam et ... roboratam ... atque doctorum sententiis adunatam (348, 22). 333, 27 adunatis felicitatis vestrae provectibus. ARNOB. conflict. 2, 15 legitur in uno dei filio deum hominemque adunatum. BOET. c. Eut. 4 p. 200, 90 P. nulla ... in hoc adunata persona est ex dei atque hominis copulatione (*opp.* disiungere, separare, discernere). cons. 4, 6 (p. 109, 38) ut haec temporalis ordinis explicatio in divinae mentis adunata prospectum providentia sit, eadem vero adunatio digesta atque explicata temporibus fatum vocetur. PS. BOET. fid. cath. p. 184,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

232 P. adunantur populi, instituuntur ecclesiae, fit unum corpus. CASSIOD. var. 1, 10, 2 adunata ... supplicatione conquesti sunt. 2, 1, 4 iungite favorem, adunate sententiam (3, 6, 7 sententias). 3, 1, 4 quasi per alveos quosdam concordiae adunata se possint gentium vota coniungere (*cf.* chron. 1356 adunato clero vel populo Romanae ecclesiae rediit optata concordia). 5, 3, 4 adunent se merita, quando se iunxere sic nomina.

c. dativo: TERT. pudic. 5 ab idololatria initiamur (*trad.* invitamur *et* metamur), illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adunamur (*sic Latinius*, adulamur *ed. Gangnei*); concorporavit nos scriptura divina. IREN. 1, 29, 4 quaesisse, cui adunaretur (*syn.* coniugare). 2, 12, 2 *ennoeam* adunatam propatori (*syn.* unire, adunire). 3, 19, 1 nisi adunati fuissemus incorruptelae et immortalitati. CYPR. epist. 52, 4 ceteros *fratres* nobis adunabit dei patris misericordia (*opp.* scismatici). 63, 13 Christo populus adunatur et credentium plebs ei ... copulatur et iungitur (*opp.* separare; *cf.* 61, 3 *syn.* conectere). *ibid.* sic in Christo, qui est panis caelestis, unum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus et adunatus. 69, 5 si Novatianus huic pani dominico adunatus est, si Christi poculo et ipse commixtus est. MERCAT. Cyr. resp. p. 280 Baluz. vere enim adunatam esse deo verbo dicimus carnem (BOET. c. Eut. 5 *carnem* adunatam esse deo, ut una videretur facta esse natura). AVELL. p. 613, 8 quae fuerant divisa, coniuncta sunt, et dispersa collecta sunt, et quae longe erant, sibi invicem adunata sunt. BOET. arithm. 1, 1 (p. 8, 7 Fr.) quicquid adunatum quodammodo corporibus invenitur. IORD. Get. 35, 181 *fratre interempto* universum populum sibi adunavit (*cf.* 31, 160 *syn.* copulare, sociare). GREG. M. epist. (Mon. Germ. epist. II 362, 17) 12, 16 a Monofisitarum errore conversi sunt atque sanctae ecclesiae semetipsos adunaverunt. *cum praepos.*: AVG. epist. 88, 2 *ex relatione Anulini proconsulis*) extiterunt quidam adunata secum populi multitudine.

commiscere medicamentorum species: [GARG. MART. med. 49 *v. sub* adunguo.] PELAGON. 5 omnia haec aequis ponderibus tunsa et cribrata adunantur et pulvis confectus reponitur. 228 adunata omnia imponito. *nota*: MARC. med. 29, 52 omnia (*fila*) in se adunata acu argentea per oculos ... traicies (*sequitur* in se counata). *in re rustica*: PALLAD. 3, 29, 1 (*de sarmento uvae*) membra iterum divisae partis adunare et vinculo constricta deponere. 4, 10, 36 germen adunatum parturiet duos colores, quos unitate dividat, divisione coniungat (*praecedit* germinantes oculos aliqua sibi adnexione conglutina).

II *congregare, colligere*: *homines, exercitus, sim.*: CORP. VIII 2615 (*a. 260*) Bavaribus, qui adunatis IIII regibus in prov. Numidiam inruperant, ... caesis fugatisque. PS. LACT. mort. pers. 23, 2 in civitatibus urbanae ac rusticae plebes adunatae, fora omnia gregibus familiarum referta. 45, 8 sparsi ... milites per diversas regiones fuerant et adunari omnes angustiae temporis non sinebant. IVST. (*cf. F. Fischer, de elocut. Iustini p. 5*) 7, 1, 12 adunatis gentibus variorum populorum veluti unum corpus Macedoniae fecit. 2, 12, 18 adunata omnis sociorum classis. 5, 9, 6 adunatis exulibus castellum ... occupat. 15, 4, 22 adunatis ... omnium sociorum copiis (OROS. 3, 23, 47 copiis Ptolemaei). 24, 6, 1 adunatis CL milibus peditum et XV milibus equitum. 12, 2, 16 adunato triginta milium exercitu (= OROS. 3, 18, 4). 11, 5, 4. 16, 2, 1 (= OROS. 3, 23, 54). 24, 1, 5 (*cf.* VVLG. Iudith 3, 15 adunari [συλλέξαι] praecepit universum exercitum. VICT. TONN. chron. II p. 189, 9). VIRI ill. 1, 4 pastoribus adunatis civitatem condiderunt. LVCIF. de non conv. 5 concilium. VVLG. II par. 29, 20 adunavit (συνήγαγε) omnes principes. Iudith 5, 23 ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt. 15, 4 Assyrii non adunati (*sequitur* filii Israel uno agmine). Ezech. 11, 17 congregabo (εἰσδέξομαι) vos et adunabo (συνάξω) de terris, in quibus dispersi estis. COD. Theod. 7, 20, 2 (*a. 320* = COD. Iust. 12, 46, 1, 1) adunati veterani exclamaverunt. LEO M. epist. (Migne 54, 619) 6, 5 adunata societas *sacerdotum* (*syn.* congregatio, synodus). AVELL. p. 3, 30 plebs adunata in basilica (ALC. AVIT. hom. 6 p. 111, 19). ALC. AVIT. epist. 46 p. 75, 30 adunatorum numerosa pontificum manus. VICT. TONN. chron. II p. 201, 11 gentium multitudine. IORD. Rom. 264 tantam multitudinem in Hierosolymis paschalis festivitas adunaverat. Get. 39, 206 adunata collectio. 39, 204 adunatas ... dissonas gentes (50, 263 adeo discidium perniciosa res est, ut divisi corruerent, qui adunatis viribus territabant). GREG. TVR. Franc. 4, 11 adunata pauperum caterva. INSCR. christ. Rossi I 1029 (*a. 532* = CARM. epigr. 1374) adunavit divisum pastor ovile vexatos refovens hoste cadente greges. *colligere pecuniam, sim.*: VVLG. II par. 24, 27 summa pecuniae, quae adunata fuerat sub eo. ALC. AVIT. hom. 19 p. 133 quidquid illic largitio sparserit, hic adunet oratio. GREG. TVR. Franc. 9, 12 quae (*res*) in basilica adunatae fuerant. GREG. M. epist. 4, 15 *res ecclesiarum* recolligi facias atque adunatas ... apud singularum ecclesiarum deponas episcopos.

nota: **adūnātus** *de ludo calculorum*: GLOSS. II 373, 18 μονόχωρος ἐν τάβλῃ adunatus (*'qui ad unum redactus est calculum' interpretatur Salmasius ad Vopisc. p. 460. 463*).

synonyma: *ad I*: congerere, copulare, (compaginare), in unum cogere, commiscere, colligere, unire, iungere, coniungere, concorporare(?), coniugare, adunire, conectere, (sociare), counare. *ad II*: congregare, colligere, recolligere. *opposita*: *ad I*: adunata: distantia; dispergere, dividere, disiungere, separare, discernere. *ad II*: spargere, dispergere. *Ihm.*

Advocātēnsis *ex oppido Africae* (*procons.?*). CONC. Carth. a. 411 (Mansi IV 155ᵇ) Cresconius episcopus Advocatensis. *V.*

advocātio, -ōnis *f. ab* advocare. GLOSS. πρόσκλησις, συνηγορία. *legitur inde a Cicerone.* CATO Fest. 306 ⟨supp⟩remam advoca⟨tionem⟩. *ipsum actum advocandi denotat* HIER. c. Lucif. 2 *cf. p. 891, 3. cf. Kubitschek, PW. I 436 s. v.* advocatus. *Ruggiero, diz. epigr. I p. 116.*

A *tempore potissimum rei publicae in iure*: **1** *consultationes sive iurisconsultorum sive privatorum*: CIC. Verr. 2, 129 *in aede Castoris* maximarum rerum frequentissimae cotidie advocationes fiunt. epist. 7, 10, 2 in re militari multo es cautior quam in advocationibus. QVINT. inst. 5, 13, 49 nonnumquam ... aliquid simile contradictioni poni potest, si quid ab adversario testationibus comprehensum in advocationibus iactatum ⟨est⟩. **2** *coetus advocatorum*: GLOSS. συνηγορία. CIC. Q. Rosc. 15 advocatio ea est, quam propter eximium splendorem ut iudicem unum vereri debeamus. Sest. 119 scio, quid gravitas vestra, quid haec advocatio, quid ille conventus ... postulet. *cf.* Sulla 81 Caecin. 43 dom. 54. Quinct. 47 advocatione copiosa. LIV. 3, 47, 1 Verginius ... filiam ... cum ingenti advocatione in forum deducit. *cf.* SEN. contr. 9, 4 (27), 6 PLIN. epist. 6, 33, 3. *causidicorum ordo*: CASSIOD. var. 6, 15, 1 partes apud te sub praetoriana advocatione confligunt. COD. Iust. 2, 3, 30 pr. de quaestione tali a Caesariensi advocatione interrogati sumus. 2, 7, 8 advocatio praetoriana ... praefecturae advocationem .... 8, 40 (41), 27 pr. a Palaestina advocatione. *cf. l. 69 sqq.* **3** *facultas advocandi, dilatio, mora. proprie de iurisdictione; inde translate generaliter de dilatione*: CIC. epist. 7, 11, 1 hoc consilii dederim, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent. SEN. contr. 1, 8, 1 advocationem in unam pugnam petii (*syn.* vacatio). SEN. contr. 2, 3, 9 scis, quam brevis sit advocatio mea. 3 praef. 17 advocationem *petere*. VAL. MAX. 2, 9, 1 longam praestandi huiusce muneris advocationem (*tempus deliberandi*) estis adsecuti. SEN. dial. 3, 18, 1 ratio utrique parti tempus dat. deinde advocationem et sibi petit, ut excutiundae veritati spatium habeat. *cf.* 5, 12, 4 petita advocatio. 6, 10, 4 nimis magnam advocationem dedi. SEN. nat. 7, 10, 1 ut des ei (*vertigini siderum*) aliquam advocationem. SEN. apocol. 14 postulat advocationem. epist. 22, 11 in hoc ... unum advocationem petis. PETRON. 96 advocationem ... commendabam (*spatium, tempus*). QVINT. decl. 280 p. 142, 5 non meretur advocationem. ANTH. 460, 2 cur longam petis advocationem (*i. moram*)?

B *tempore Caesarum actio advocati; causidici, causae dictio, officium advocati*: VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 *Demosthenes* ut ⟨in⟩ advocationem venit, 'mulier', inquit, 'parata est ...'. SEN. dial. 3, 18, 2 vultus illam (*iram*) securior, vox clarior, sermo liberior ... advocatio ambitiosior ... exasperant. 5, 9, 3 forum, advocationes, iudicia fugere debemus. 9, 4, 3 tacita advocatione cives iuvet. benef. 4, 35, 2 promisi advocationem. QVINT. inst. 1, 12, 18 fructumque non ex stipe advocationum, sed ex animo suo ... petet. 7, 1, 58 ne periculo exilii deterreantur advocatione. 12, 7, 4 ducetur ... in advocationem maxime causa. decl. 268 p. 96, 2 advocatione tua defensus est aliquis. 333 p. 313, 28 advocationem negare contra reum proditionis. *cf.* 334 p. 316, 25. TAC. dial. 4 desidia advocationum. 10 fides advocationis. PLIN. epist. 1, 7, 2 excusare Baeticis contra unum hominem advocationem. 1, 9, 2 ille me ad signandum testamentum, ille in advocationem, ille in consilium rogavit (*cf.* 8, 21, 3). 1, 22, 6 multos advocatione ... iuvat. *cf.* 2, 11, 19. 3, 4, 6. 7. 5, 9, 4 venire advocationes et emi vetabantur. *cf.* 5, 13, 2. 6. 5 interdicendum ei advocationibus in quinquennium censuit 8, 21, 3. 10, 3, 1 (*cf.* VLP. dig. 1, 12, 1, 13. 17, 1, 6, 7. 48, 19, 9. 48, 19, 9, 4. 50, 2, 3, 1 PAPIN. dig. 3, 1, 8. 10, 3, 1). GROM. p. 25, 32 advocationes instituunt. *cf.* p. 70, 15. p. 26, 12 qui advocationes sunt praestaturi (*cf.* p. 34, 21. 35, 2. 90, 3. 6 VLP. dig. 3, 1, 6. 38, 2, 14, 9). p. 64, 1 *saepius*. SVET. gramm. 22. VLP. dig. 2, 1, 17 susceptae ... advocationes (*cf.* 1, 16, 9, 5). *saepius apud* ICTOS. MACR. sat. 2, 4, 27 venit ... (*Augustus*) in advocationem. AVG. in psalm. (Migne 36, 928) 72, 32 c. Petil. (Migne 43, 356 *ext.*) 3, 16 SIDON. epist. 6, 3, 2 CASSIOD. var. 1, 12, 2. 5, 4, 4 *saepius*. *advocatio fisci*: ENNOD. epist. 1, 26 (37, 8) CORP. V 4332, 7. VIII 2757. *de munere advocationis cf. Ruggiero l. l. p. 130. 131 et sub* advocatus fisci *p. 125. Kubitschek, PW. I 438. 439.*

C *apud* ECCL.: *auxilium, recreatio, consolatio, invocatio*: TERT. apol. 2 proprio ore et mercennaria advocatione utuntur ad innocentiae suae commendationem. adv. Marc. 1, 16 secuturae scripturarum advocationi fidem sternimus. *cf.* IREN. 3, 18, 7. 4, 34, 3. PS. CYPR. spect. 1 censuram scripturarum caelestium in advocationem criminum convertunt. 4 ad advocationem populi adquisiti sunt ludi scaenici. *cf.* CYPR. epist. 30, 6. 74, 8. TERT. pat. 11 talibus et advocatio et risus promittitur (παράκλησις, *consolatio*). resurr. 26 ext. quae enim in eam Hierusalem voces eiusmodi competent exhortationis et advocationis. ITALA (Tert. adv. Marc. 4, 15) Luc. 6, 24 recepistis advocationem vestram (παράκλησιν LXX. consolationem VVLG.). I Thess. 2, 3 (Tert. pudic. 17) advocatio enim nostra non ex seductione nec ex immunditia (consolatio VVLG.). PAVL. NOL. epist. 26 p. 237, 21 reos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praepotens advocatio meritis damnationis absolvat. NOVATIAN. trin. 29 (22) et in Apostolis advocationem gentibus praestitit. *cf. c.* advocatus *p. 892, 45 sqq.* HIER. c. Lucif. 2 ante advocationem spiritus.

synonyma: *ad A 2*: conventus. *ad A 3*: vacatio, tempus, spatium. *ad C*: consolatio. *opposita*: *ad A 2*: CIC. Caecin. 43 exercitus armati. *iuxta posita*: *ad A 2*: PLIN. epist. 6, 33, 3 numerosa subsellia; densa circumstantium corona. *ad B*: forum, iudicia; signandum testimonium, consilium. *ad C*: risus; exhortatio.

advocātor, -ōris *m. ab* advocare. *i. q. consolator*, παρακλήτης: TERT. adv. Marc. 4, 15 mendicorum advocatorem. MERCAT. subnot. 8, 19 *Christus est* testator ... consolator ... advocator ... adoptans vel adoptator. [*vet. ital. sept.* avogaro. *M.-L.*]

advocātus, -ī *m. ab* advocare. [*idem esse videtur atque osc.* ak-katus (inim trstus) 'advocati (et testes)'. *Th.*] GLOSS. συνήγορος. παράκλητος. δικόλογος. PRISC. gramm. II 35, 5 antiquissimi vero pro 'ad' ... 'ar' ponebant ... arvocatos ... pro advocatos. *fem. v. p. 892, 61.* *cf. Kubitschek, PW. I 436. Ruggiero, diz. epigr. I 116.* [*ital.* avvocato, *francog.* avoué, *hisp.* abogado. *M.-L.*]

I *proprie*: *in usu forensi*: **A** *is qui in foro adest, ut adiuvet; significatio praevalet tempore rei publicae*: PLAVT. Amph. 1037 Blepharo, quaeso, ut advocatus mi adsis neve abeas. :: vale. quid opust me advocato, qui utri sim advocatus nescio? (*cf.* Vid. frg. 5, 57 qui advocatus adsit. TER. Eun. 763 transcurro ad forum, volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac). 1040 quem advocati iam atque amici deserunt. Cas. 567 dum asto advocatus cuidam cognato meo. 570 advocatos advocet. Epid. 422 res magna amici apud forum agitur, ei volo ire advocatus. Mil. 663 opusne erit tibi advocato tristi, iracundo? Poen. 506 hos duco advocatos (*cf.* 526. 531 advocatos ... et testes ducere. 546. 568. Men. 798 non ... mihi te advocatum ... adduxi, sed viro. TER. Ad. 645 amicus ... me a foro abduxit ... huc advocatum sibi). *v.* 767. 806. Rud. 890 ibo, ei advocatus ut siem (*cf.* TER. Eun. 340 *patri*, advocatus mane mihi esse ut meminerit). Trin. 1161 impetrabit te advocato atque arbitro. TER. Ad. 677 cui veneram advocatus (*cf.* CIC. Caecin. 24 Cael. 10 ad Q. fr. 2, 3, 1). CASS. SEV. frg. orat. p. 550 (Quint. 6, 3, 78). CIC. *oration. passim.* de orat. 2, 196 advocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem. *v.* 283 sederet ... advocatus. 301 urgent advocati. Brut. 289 ab advocatis relinquuntur. Att. 1, 16, 4 Clodi advocatorum. 2, 19, 3 advocati sibilis conscissi. LIV. 3, 46, 5 cum ... secessissent ... advocati puellae (*cf.* 3, 44, 11). 3, 47, 8 cum repelleretur adsertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum. 6, 19, 7 ex advocatis iudices facti erunt. 26, 48, 9 advocatis partis utriusque. 40, 15, 11 sine advocatis, sine patronis ipse pro me dicere cogor. 42, 33, 1. SEN. contr. 7, 4 (19), 7 a Catone advocatisque eius aut re aut verbo violatus est. 7, 8 (23), 6 advocatos rogat, iudices rogat. 9, 4 (27), 22 usum esse non patrono patre, sed advocato. VAL. MAX. 7, 8, 7 praeteritis advocatis et patronis suis solum heredem reliquit. ASCON. Corn. p. 59 B. interventu consulum, qui advocati reo descenderant (*cf.* p. 60 Ps. ASCON. div. in Caec. p. 104 B.). QVINT. inst. 5, 6, 6 ex advocatis partis adversae iudex eligendus. 12, 9, 11 in advocatos partis adversae ... invehuntur. 12, 3, 2 inter subsellia minores advocatos interroget? *cf.* decl. 325 p. 282, 8. 329 p. 294, 16. 388 p. 435, 6 habuit puer adsertorem, adsertor sponsorem, peregrinus advocatos. TAC. dial. 34 quominus et iudex respuat et adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernentur. PLIN. epist. 2, 19, 2 iudicum consessus, celebritas advocatorum, exspectatio eventus (*ex his ultimis exemplis aliqua fortasse ad B pertinent*). **B** *tempore imperii i. q. patronus, causidicus. cf. p. 894, 22*: SEN. contr. 1, 1, 7 semper causa mea habebit advocatum. contr. exc. 6, 5 cum toto regno suo venit advocatus. VAL. MAX. 8, 3, 2 *Afrania* pro se semper apud praetorem verba fecit, non quod advocatis deficiebatur. SEN. dial. 4, 7, 3 quam turpes lites quanto turpiores advocatos habent. 4, 13, 1 cui ... vitio advocatus defuit? (*cf.* QVINT. inst. 6, 2, 4 non defuisse sibi advocatum). *cf.* epist. 53, 9 advocatus descendere (*cf.* 8, 6 ad vadimonium advocatus descendere). 109, 14. apoc. 14 advocatum non invenit. PLIN. nat. praef. 7 per advocatum defenditur. MART. 10, 87, 11 pugnorum reus ... mittat advocato. QVINT. inst. 3, 8, 51. 4, 1, 7 ut non studium advocati videatur adferre, sed paene testis fidem (*cf.* 10, 1, 111 advocati studium ... testis aut iudicis adferat fidem. decl. 328 p. 292, 5). 7, 1, 57 advocato damnati (*cf.* decl. 254 p. 38, 15 exulis. 334 p. 316, 16). PLIN. epist. 4, 12, 4 dixit heredum advocatus, deinde populi. 6, 31, 11 Senecionis et Eurythmi. QVINT. inst. 9, 3, 22 adversae partis advocatum. 11, 1, 19 diversae partis (*cf.* SVET. gramm. 9 VLP. dig. 4, 8, 31). 11, 1, 38 non ... ut advocati, sed ... ut litigatores dicimus. 11, 1, 55 adfectus, quos non ut advocati, sed ut passi subimus. 12, 1, 25 litium advocatum, quem denique causidicum vocant. *praeterea 20ies in institutione.* decl. 260 p. 61, 19 existimo dandum esse advocatum (*cf.* p. 62, 6. 313 p. 228, 4. PLIN. epist. 3, 9, 21 memini ... me advocatum ex iudicibus datum. 7, 6, 3. 33, 4 VLP. dig. 1, 16, 9, 5. 3, 1, 1, 4. 21, 10, 3, 15. 27, 9, 5, 11 MACR. sat. 2, 4, 27). 371 p. 408, 30 advocatum abdicas (*saepius in decl.*) (*7ies*). TAC. dial. 1 horum temporum diserti causidici et advocati et patroni et quidvis potius quam oratores vocantur. *cf.* 34 *l.* 54. ann. 11, 5 advocatorum perfidia. 7 inopia advocatorum. 11, 6 quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat (*de honorario advocatorum cf.* PAVL. dig. 19, 2, 38, 1 VLP. dig. 50, 13, 1, 10. 13. *v. PW. I 437. Ruggiero l. l. p. 120*). PLIN. epist. 1, 23, 4 malui me tribunum omnibus exhibere quam paucis advocatum. 3, 4, 2 advocatum me a senatu petierunt. 5, 20, 1 quem (*Varenum*) ... adversus Bassum advocatum et postulaverant et acceperant (*cf.* VLP. dig. 1, 16, 9, 5. 4, 6, 15, 3 quaerit). 4, 9, 7 (*saepius*) (*9ies*) GROM. p. 25, 35 SVET. Claud. 15. 25. 33 VLP. dig. 4, 4, 18, 1 (*saepius*) (*10ies*) GELL. 1, 22, 6 APVL. apol. 25. 46. 74 accusationis auctor, advocatorum conductor. 95. TERT. idol. 23 in die iudicii adversus nos proferantur signatae signis non iam advocatorum, sed angelorum (*de litteris*). LAMPR. Diad. 4, 2 solent ... pueri pilleo insigniri naturali; quod obstetrices rapiunt et advocatis credulis vendunt, si quidem causidici hoc iuvari dicuntur. SIDON. epist. 1, 7, 7 ut advocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur. 1, 11, 6 numerariorum more seu potius advocatorum. *saepius.* NON. 60 rabula a rabie dictus est, quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus. IVL. SEV. rhet 8 litigatores quidem instruunt argumentis advocatos, artis patronorum est, ut haec disponant. AMM. 30, 4, 2 *saepius.* HIER. epist. 40, 2 rideo advocatum, qui patrono egeat. AVG. epist. 82, 13 *saepius.* CASSIOD. var. 6, 4, 6 advocati tibi militant eruditi. *cf.* 6, 8, 2. COD. Iust. 1, 51, 14 pr. qui advocati causarum constituti sunt. CONC. Mon. Germ. leg. III 218, 2. LYD. mag. 3, 8 togatorum *i.* advocatorum (*graece* ἀντὶ τῶν δικολόγων). advocati οἱονεὶ προσκαλούμενοι καὶ νῦν λέγονται .... advocatus fisci: SPART. Hadr. 20, 6 fisci advocatum primus instituit. *cf.* CAPITOL. Opil. 4, 4. 6 CASSIOD. var. 1, 22. CORP. VIII 1174 advocatus fisci Romae. *cf. exempla a Kubitschek PW. I 439 laudata et Ruggiero l. l. p. 125 sqq.* advocatus publicus: rei publicae CORP. VIII 4604. 4602 (?). 10889 O. 3906. populi. coloniae. *cf. PW. I 439. 440. Ruggiero l. l. p. 131 sqq.*

II *translate*: **a** *generaliter*: *de auxilianti*: PLAVT. Mil. 1419 di tibi bene faciant semper quom advocatus mihi venis (benest *A* bene mihi es *P*). :: ergo des minam auri nobis. Stich. 413 sine advocatis ibidem cercuro in stega in amicitiam atque in gratiam convortimus. VARRO rust. 2, 5, 1 veni mi advocatus, dum asses solvo ..., ut testimonium perhibere possis. *nota*: LIV. 26, 48, 10 non tam advocati quam moderatores studiorum *in adfectanda corona.* VAL. MAX. 4, 1 ext. 5 seque potius vehementer ⟨ab⟩ adversario urgueri quam patriam egregio advocato carere praeoptavit (*an proprie accipiendum?*). SEN. clem. 1, 9, 7 gavisus *Augustus*, sibi quod advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit. epist. 94, 28 advocatum ista non quaerunt *i. probationem; cf.* 94, 52 huic quaestioni suum diem dabimus: interim ... apparet opus esse nobis aliquo advocato, qui contra populi praecepta praecipiat. 94, 59 habere aliquem advocatum bonae mentis. 108, 12 PETRON. 110. **b** *apud ecclesiasticos*: *de spiritu sancto vel Christo*: παράκλητος. *cf. Usener, Archiv 2 (1885) 230.* TERT. pudic. 16 quis iste est adsertor audacissimus omnis impudicitiae, moechorum et fornicatorum ... plane fidelissimus advocatus (*spiritus dei*). *cf.* ieiun. 19 paracletus id est advocatus. monog. 3 in hoc quoque paracletum agnoscere debes advocatum. ITALA (Tert. pudic. 19) I Ioan. 2, 1 advocatum (*sic et* VVLG. παράκλητον) habemus apud deum patrem, Iesum Christum iustum. Ioan. 14, 16 (Lucif. Athan. 2, 26) et ego rogabo patrem, et alium advocatum dabit vobis (paraclitum VVLG.). CLEM. ad Cor. 36 Christum, pontificem et advocatum precum nostrarum (*cf.* CYPR. domin. orat. 3 eleem. 6 *saepius* PACIAN. epist. 3, 9 AMBR. Iac. 1, 6, 21). AVG. civ. 8, 18 daemonibus uti debeant advocatis. EVCHERIVS inst. 2 p. 160, 1 spiritus paraclitus spiritus consolator sive advocatus. IREN. 3, 23, 8 qui contradicunt saluti Adae ..., advocatos se serpentis et mortis ostendunt. IREN. 5, 19, 1 ut virginis Evae virgo Maria fieret advocata. **c** *de rebus*: CIC. ac. 2, 86 adhibes artem advocatam sensibus. *cf. p. 894, 70.* Tusc. 4, 52 non ... desiderat fortitudo advocatam iracundiam. 5, 111 sapientis ... cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos?

nota: ex advocato: AVG. civ. 22, 8 Innocentio, ex advocato vicariae praefecturae. epist. 153, 26 quis tandem advocatus aut ex advocato ita vir optimus facile reperitur.

synonyma: *ad I B*: causidici, patroni. orator. togati. *ad II b*: paracletus. consolator. *iuxta posita*: *ad I A*: amici, testes, arbiter. adsertor. *ad II b*: pontifex. *opposita*: *ad I A*: iudices, patronus. accusator. antiquarius SCHOL. Cic. Gr. 430, 17. *ad I B*: litigatores. passi. testes. angeli. *Ausfeld.*

Advocātus, -ī *nomen equi.* CORP. VIII 12511 (*devotio*), 9 *et* 20 Ἀτβοκᾶτον. 29 Ἀτονοκᾶτον. *vix cogn.* CORP. III 9516 depositio Victuri advocati (*Salonis, a. 431*).

advoce allectatione GLOSS. V 437, 39. *n.* advox *ut* inlex?

Advocis(us *vel* -ius), -ī *nom. celt. figuli.* *in vasculis*: CORP. III 12014, 99 (*Kempten*) Advocisi. VII 1336, 16 Advocisi of(ficina), *in aliis exemplis* Advocis (*semel* duocis). 1337, 2 Advocisi. XII 5686, 13 (*Viennae*) Advocis fi(glina). *alia exempla apud Holder, altcelt. Sprachschatz I 49.* *V.*

advocito *v. l.* 84.

advoco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* vocare. GLOSS. προσφωνῶ. προσκαλοῦμαι. convocat. ἐπασχολοῦνται. PAVL. FEST. 27 arvocitat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe advocat. GRAMM. VII 121, 3 advocatur daturus patrocinium, invocatur praestaturus auxilium, evocatur praestiturus obsequium. *cf.* 264, 21. 296, 16. NON. 74 advocasse pro vocasse. *cf. l. 11. legitur inde ab* CARM. arv. *v. p. 894, 44 cf.* ENN. trag. 124 eam secum advocant *corruptum*). *nota*: SEN. exc. contr. 1, 1 advoco *codd., sed legendum* adduco, *ut est in* controv. 1, 1, 6.

I *homines*: A *generaliter*: *arcessere auxilii, consilii causa, invitare, convocare*: **a** *cum obiecto nudo*: PLAVT. Amph. 1128 Teresiam coniectorem advocabo et consulam. *cf.* Pseud. 1158. LVCIL. frg. 753 amicos hodie cum improbo illo audivimus Lucilio advocasse. *cf. l. 3.* VARRO Men. 504 qui nos provocare, advocare cum audeant, nos illos revocare timemus? ling. 6, 91 in templo adesse iubeas homines ac, cum mittas contionem, a⟨d⟩voces (*cf.* 6, 93 contio advocatur. RHET. Her. 4, 55 CIC. Verr. 4, 185. 187 leg. agr. 2, 13 Sest. 28. dom. 124 contione advocata. *v.* Sest. 77. CAES. civ. 2, 32, 1 Gall. 7, 52, 1 BELL. Afr. 32, 1. 86; 3. 90, 1 BELL. Hisp. 42, 1 SALL. Iug. 33, 3. 84, 5 Cat. 57, 6 NEP. Alc. 6, 4 LIV. 1, 17, 10 *inde 33ies* PHAEDR. 1, 14, 13 CVRT. 9, 4, 19. 9, 7, 5. 10, 3, 6 QVINT. decl. 329 p. 296, 6 FRONTIN. strat. 1, 8, 5. 1, 12, 10 TAC. hist. 4, 84 SVET. Claud. 22. *v.* SERV. Aen. 5, 44). VARRO rust. 1, 2, 11 non L. videmus Fundilium, qui nos advocavit. CIC. Tull. 17 se ut advocaret. dom. 79 civitatem adimere potuit concilio advocato (*Clodius*) (*cf.* Vatin. 15. 18 LIV. 1, 6, 1 *saepius*). HIRT. Gall. 8, 8, 3 consilio advocato (*cf.* LIV. 10, 17, 1 *et alibi.* SEN. clem. 1, 9, 3 consilium amicorum advocari iussit. CVRT. 4, 11, 1. 5, 8, 6. 6, 8, 1). CAES. civ. 3, 33, 1 compluribus ordinis senatorii, quos advocaverat. LIV. 1, 59, 7 populum advocavit. 2, 55, 6 adiuvantibus advocatis. 3, 16, 6 advocato populo ab armis. SEN. contr. 4 praef. 2 advocatis hominibus scripta sua recitavit. *cf.* suas. 6, 27 PHAEDR. 1, 16, 1. SEN. Phaedr. 1251 facinus ausurus parens patrem advocavi. dial. 5, 13, 5 contra *iram* ... advocemus *amicissimum quemque.* epist. 43, 5 bona conscientia turbam advocat. 72, 6 qui (quem *codd.*) advocaverat (*medicum*) (*cf.* 104, 18 *l. 62.* IVV. 6, 235 corpore sano advocat Archigenen). COLVM. 1 praef. 4 qui aedificare velint, fabros et architectos advocant. VAL. FL. 1, 71 heu quid agat? populumne ... atque ... patres advocet? QVINT. decl. 363 p. 395, 16 advocasse illam et quaesisse. 379 p. 424, 4 eo tanti facinoris parasitum conscium advoco. TAC. ann. 15, 63 advocatis scriptoribus pleraque tradidit. PLIN. epist. 1, 22, 8 me paucosque ... advocavit rogavitque. CHAR. gramm. I 90, 26 advocant Ennium, quod dixerit ita 'Ilia dia nepos ...'. PAVL. sent. 30ª turbam ... conduxerit, servos advocaverit. LAEL. FEL. Gell. 15, 17, 4 tribuni ... neque advocant patricios neque ad eos referre ... possunt. APVL. apol. 100 advocata perditissimorum iuvenum manu. CAPITOL. Pius 28, 1 filium advocavit atque ab eo petivit. VOPISC. Car. 19, 3 mimos ... undique advocavit. 20, 3 omnibus gentibus advocatis. AMM. 25, 5, 1 advocatis legionum principiis (*saepius*). VVLG. Matth. 18, 2 advocans Iesus parvulum (*saepius sic*). *cf.* ITALA cod. Palat. Matth. 18, 32 advocavit (προσκαλεσάμενος. VVLG. vocavit. ITALA psalm. 49, 3 [Aug. civ. 20, 24] advocabit caelum sursum. *cf. p. 894, 70*). HIER. epist. 21, 40 SVLP. SEV. chron. 2, 64 *saepius.* MACR. sat. 1, 6, 3 advocatis custodibus. *apud eccl.*: IREN. 5, 15, 4 evocasse eum (*Adam*) et dixisse, ubi es? hoc est quoniam in novissimis temporibus id ipsum venit verbum dei advocare hominem (*cf.* 4, 36, 8 elegit ... patriarchas ... visitavit vero populos, gentes vero advocavit *deus. cf. l. 72*). **b** *indicatur finis*: PLAVT. Merc. 737 in consilium istam advocavisti tibi (*cf.* LIV. 9, 2, 15 advocantes ... in consilium. *et 4ies etiam*). SEN. epist. 17, 2. 22, 5. 109, 14 clem. 1, 15, 3. 1, 16, 1 CVRT. 3, 8, 6. 7, 7, 5 COLVM. 1, 1, 15). Herc. O. 1862 advoca in planctus genus. FRONTIN. strat. 3, 2, 10 ad dirimendum id iurgium advocatis. TAC. hist. 2, 91 in auxilium ... advocavit. QVINT. inst. 2, 10, 11 hominibus in hoc advocatis. LIV. 2, 57, 2 ad consultandum advocabantur. SALL. Cat. 58, 3 ego vos, quo pauca monerem, advocavi. SEN. epist. 104, 18 advocat medicum, ut fracta pars iungatur. PLIN. epist. 5, 12, 1 recitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, advocavi aliquos, ut vererer paucos, ut verum audirem. *cf.* 7, 17, 12 non populum advocare, sed certos electosque soleo, quos intuear, quibus credam .... *indicatur quo*: HOR. carm. 4, 11, 13 ut tamen noris, quibus advoceris gaudiis. OV. rem. 109 quia serior aegro advocor. SEN. contr. 9, 2, 25 ad supplicium advocari. CIC. frg. Bob. 13, 3, 4 non ad contionem, sed sponsum diceres advocasse. LIV. 3, 34, 1 populum ad contionem advocaverunt. *cf.* 4, 1, 6. 4, 32, 1. 8, 32, 1. 26, 48, 13. SEN. epist. 48, 8 ad miseros advocatus es. IREN. 2, 4, 2 quemadmodum homines advocari ad perfectum dicunt. *cf.* 4, 8, 2 ad salutem. 4, 33, 2 ad suum ... regnum. HIL. in psalm. 65, 9 longe a cognitione dei consistentes propheta ad proximum advocat. SVLP. SEV. chron. 1, 14, 5 advocato ad se Moyse et Aaron. SALL. Cat. 46, 6 eo senatum advocat. LIV. 6, 18, 3 advocata domum plebe. VERG. Aen. 5, 43 socios in coetum litore ab omni advocat Aeneas (*cf.* SERV. advocata enim contio dicitur). LIV. 10, 21, 13 in contionem advocato populo (*cf.* 10, 42, 2 AMM. 14, 10, 10). 32, 21, 2 nemo vestrum, qui in hoc concilium advocati estis (*cf.* 32, 21, 25 QVINT. inst. 11, 1, 24). CVRT. 10, 6, 1 in regiam principes ... ducesque ... advocavere. PLIN. epist. 5, 3, 11 quasi populum in auditorium non in cubiculum amicos advocarim. **B *in usu forensi*: a** *aetate potissimum rei publicae*: *arcessere amicos et privatos et iuris consultos, ut adsint in iudicio suaque auctoritate litigantem adiuvent. cf. s. v.* advocatus. *iisdem fere structuris quibus sub A. absolute*: CIC. Cluent. 54 aderat frequens, advocabat, omni studio gratiaque pugnabat (*cf.* SEN. dial. 10, 2, 4 hic advocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit). *c. obiecto*: PLAVT. Bacch. 261 hospitem nostrum sibi Mnesilochus advocavit (*quasi testem*). Cas. 570 qui advocatos advocet. *v.* 569 me ... sibi ... advocaverit. 572. TER. Phorm. 312 ibo ad forum atque aliquos mihi amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient. CIC. Quinct. 69 aude id dicere non palam, sed [eis] ipsis, quos advocasti (*cf.* 47 potentes, diserti, nobiles omnes advocandi sunt). 71 aliquem contra te advocare. *cf.* 5. 66 Verr. 3, 56. 4, 18. 6, 102 Cluent. 176. 177 epist. 7, 14, 1. Att. 12, 18a, 2 ad obsignandum (*cf.* QVINT. decl. 258 p. 53, 15 ad signandum advocatus). SEN. benef. 2, 23, 2 signatores advocari. PETRON. 15 advocati tamen iam poenae (pene *cod.*) nocturni *i. tresviri capitales.* LIV. 38, 33, 4 ierunt ... alii illustres viri, et advocati privatis, et quia pertinere causam eorum ad rem publicam censebant. MANIL. 3, 116 iudex veri nihil amplius advocat ipso. SEN. contr. 1, 5. QVINT. inst. 3, 8, 70 cum advocari coeperint in consilia amicorum, dicere sententiam in senatu *adulescentes iuris studiosi.* decl. 309 p. 216, 13 neque ad genua procubueram neque propinquos aut amicos advocaveram. **b** *aetate imperii*: *arcessere aliquem, ut causam dicat, defendat*: SEN. exc. contr. 6, 2 advocato fratre absoluta est. SEN. dial. 10, 7, 7 omnes illi, qui te sibi advocant, tibi abducunt. QVINT. inst. 6, 4, 7 alios ... ad actiones advocari, alios ad probationem. 11, 1, 39 causis quibus advocamur. 11, 1, 61. 12, 1, 24 qui ad defendendas causas advocatur. 12, 1, 43 nonne ei (*bono duci*) communis utilitas oratorem advocabit? decl. 342 p. 352, 28. 358 p. 390, 9. 372 p. 409, 9. TAC. dial. 41 quis enim nos advocabit? PLIN. epist. 4, 17, 2 est ... mihi cum isto, contra quem me advocas, ... amicitia. 5, 8, 11 paneg. 43. GRAMM. VI 616 (TRAG. frg. inc. 238) amicos ad hanc rem, si voles, advoca. POMP. dig. 46, 8, 18 quod litigat, quod consumit, quod advocat.... GELL. 1, 22, 1 dicendum est advocatum esse, quem cuipiam causamque eius defendere. **c** *inde translate*: SEN. clem. 1, 9, 10 adeo nihil facilius potes quam contra Caesarem advocare. SEN. dial. 12, 12, 4 hic (*Caesar*) contra fortunam advocandus. *apud ecclesiasticos sensum praebet*: *consolari, recreare, iuvare* (παρακαλεῖν) *v. Rönsch, Itala p. 348.* ITALA II Cor. 2, 7 (Tert. pudic. 13) magis ... vos ⟨velitis⟩ donare et advocare (VVLG. consolemini. παρακαλέσαι). Is. 61, 1. 2 (Tert. adv. Marc. 4, 14) misit me ... advocare languentes (VVLG. consolarer omnes lugentes. παρακαλέσαι). Is. 66, 13 (Iren. 5, 15, 1) ego vos advocabo (VVLG. consolabor) ... et in Hierusalem advocabimini. IREN. 3, 9, 3 advocabat ... plangentes.

II *deos*: CARM. Arv. 4 advocapit conctos. VARRO rust. 1, 1, 7 deis ad venerationem advocatis ... referam. ACTA lud. saec. sept. (Corp. VI 32326) 1, 18 ⟨preca⟩tu advocabunt. Aug. civ. 4, 22 p. 172 extr. D. scire, quem cuiusque causa deum invocare atque advocare debeamus. CAT. 40, 3 quis deus tibi non bene advocatus vecordem parat excitare rixam? OV. fast. 3, 173 nunc primum studiis pacis, deus utilis armis, advocor (*verba Martis*). LIV. 8, 33, 21 deos ... duobus proeliis haud frustra advocatos. SEN. Herc. f. 539 precibus tu deum invictum advoca. benef. 6, 25, 5 deos contra eum advocant, cui ipsi adfuturi sunt. frg. 36 ad vadimonia sua deos advocent (*cf.* AVG. civ. 6, 10 p. 269, 1 D.). VAL. FL. 6, 287 patrias coeptis ferus advocat umbras. QVINT. decl. 312 p. 226, 9 quid aliud videtur advocare quam deos testes? *cf.* TAC. hist. 4, 41. PLIN. paneg. 8 advocata hominum contione deorumque. FRONTO p. 5, 13 N. quibus tu deos etiam pro salute mea votis advocas. *cf.* p. 47, 17 N. APVL. apol. 31 igitur ut solebat ad magorum cerimonias advocari Mercurius. TERT. bapt. 8 dehinc manus imponitur per benedictionem advocans et invitans spiritum sanctum. anim. 39 dum per totam hebdomadem Iunoni mensa proponitur, dum ultima Fata Scribunda advocantur. AVG. civ. 2, 5 (p. 58, 25 D.) ut honoribus eam talibus advocarent cultores sui, qualibus conviciis in quempiam iaculatis, cum inter homines viveret, nisi aures clauderet. 3, 17 (p. 124, 15 D.) alia intolerabili pestilentia Aesculapium ab Epidauro quasi medicum deum Roma advocare atque adhibere compulsa est. MART. CAP. 1, 41 caelicolas advoco. 1, 61 ex cunctis ... caeli regionibus advocatis deis ceteri ... convocantur.

III *res*: *auxilio arcessere, adhibere*: CIC. Tusc. 1, 75 animum ad se ipsum advocamus. epist. frg. 8, 9 eum amorem et eum, ut hoc verbo utar, favorem in consilium advocabo. VERG. Aen. 8, 249 omnia ... arma advocat. MORET. 24 advocat ... manus operi, *cf.* VAL. MAX. 2, 6, 8 filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit. CALP. ecl. 4, 50 tuas melior sonus advocat aures. SIL. 17, 85 enses advocat. STAT. Achill. 1, 21 ventos ne volucres advocet. OV. met. 7, 138 secretas ... advocat artes. SEN. contr. 1, 7, 16 advocavit vires (*cf.* 7 praef. 1. SEN. Med. 562 omnes advoca vires et artes. benef. 6, 2, 3 omnes in hoc vires suas natura advocet. *v.* epist. 94, 24. SIL. 16, 515 brevia ad conamina uterque advocat *vires.* QVINT. decl. mai. 9, 1 totas advocemus in odia fortunae vires). VELL. 2, 128, 4 quod usus optimum intellegit, id in tutelam securitatis suae libenter advocet. PHAEDR. 4, 5, 20 fidem advocavit iure neglecto parens. SEN. Tro. 613 advoca astus, ... fraudes, dolos ... totum Vlixen. dial. 1,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 10 advocata virtute sustinere *infelicitatem* (*cf.* 11, 15, 4 virtus advocanda est. epist. 99, 14 adversus hoc totam putem virtutem advocandam. TERT. pudic. 14). Phoen. 77 sed flecte mentem, pectus antiquum advoca. dial. 3, 8, 4 quam *iram* vos, quasi fortius aliquid ratione haberet, advocabitis. 4, 12, 6 patientiam. 9, 9, 1 paupertas in divitias se advocata frugalitate convertere. 11, 12, 7 his advocatis *exemplis*. clem. 1, 25, 2 ingenium advocat, ut. nat. 1, 16, 4 oculos ... ad illa advocavit. 1, 10, 1 in argumentum ... advocantur *etesiae*. 2, 43, 2 advocent, considerent multorum sententias. 2, 49, 3 auxiliaria *fulgura*, quae invocata, sed advocantium bono veniunt. benef. 4, 18, 3 quod licet contra fortunam advocare. epist. 29, 5 facetias. 78, 5 vinum ... virium causa. 91, 5 nostras in nos manus. COLVM. 1, 1, 1 haec sibi advocanda *prudentia eqs.* PLIN. nat. 9, 127 *purpura* dis advocatur placandis. 15, 105 in alio cibi genere India advocatur. 17, 51 humanas dapes ad hoc ... advocant. SIL. 9, 81 ad conamina noctem advocat. QVINT. inst. 4, 2, 115 advocare eis rebus adfectum in perorationem. decl. 268 p. 97, 5 contra quot fortunae iniurias medicina advocatur. PS. QVINT. decl. 1, 2 contra tam multa incredibilia solum advocat noverca testamentum. FRONTIN. aq. 119 advocare non minus fidem quam subtilitatem. TAC. hist. 1, 55 obliterata iam nomina sacramento advocabant. TERT. idol. 23 naturam et conscientiam advoco (*cf.* testim. 1 animam, novum testamentum. pudic. 3 lacrimas fratrum sibi. 7 luctum nec congratulationem. 13 animam semper deus alloquitur, animam conpellat atque advocat. adv. Marc. 1, 3 exemplum regna terrarum). MACR. sat. 7, 14, 17 advocata memoria. 7, 16, 33 *remedia* contra perniciem. somn. 1, 20, 9 lunaris defectus argumentum per se advocat. ENNOD. dict. 17 (474, 12) advocata nece. COD. Iust. 2, 13 (14), 1 pr. sibi potentiorum patrocinium advocassent. 3, 26, 2 causam ad officium procuratorum nostrorum pertinentem ad proconsulis notionem advocare. *Ausfeld.*

Advolāns, -tis. *nom. gladiatoris*: MART. 5, 24, 6 Hermes, cui cadit Advolans. *nom. equi*: CORP. VI 10053 *abl.* Advola(nte). *V.*

(**advolātus**) -ū *m. ab* advolare. CIC. carm. frg. 32, 10 (*ex Aeschylo*) iam tertio me (*Prometheum*) quoque funesto die tristi advolatu aduncis lacerans unguibus Iovis satelles pastu dilaniat fero.

Advolēnus *v.* Avolenus.

advolito, -āvī, -ātum, -āre. *intensivum ab* advolare. *saepe volare ad aliquid.* PLIN. nat. 11, 65 papilio ... luminibus accensis advolitans. PRVD. Symm. 2, 574 nullane tristificis Tritonia noctua Carrhis advolitans praesto esse deam praenuntia Crasso prodidit?

advolo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* volare. PRISC. gramm. II 35 *antiquissimos* arvolare *pro* advolare *dixisse testatur. dactylici poetae sola forma* advolat (*vel* -et) *uti potuere, quae in primo vel quinto pede legitur praeter* LVCR. 4, 339 *et* SIL. 15, 243 *ubi quarto inest.*

I *proprie*: *de animalibus alatis*: **1** *de avibus*: CIC. nat. deor. 2, 124 *avem* sibi cibum quaerere advolantem ad eas avis (PLIN. nat. 10, 115). VARRO Non. 518 picus Martius advolavit. rust. 3, 5, 7 *turdi* quotannis in Italiam trans mare advolant. SEN. contr. 10, 5, 27 voluit videri volturios ad tabulam Parrhasi advolare (PLIN. nat. 35, 65). CVRT. 4, 8, 6 avium greges advolasse. COLVM. 8, 3, 6 ne sint advolantibus *avibus* lubrici *gradus*. 8, 5, 11. PLIN. nat. 10, 19 *vultures* fuere qui putarent ex adverso orbe advolare. 10, 65. 10, 74 omnibus annis advolare Ilium ex Aethiopia aves. 10, 78 in agrum Volaterranum palumbium vis e mari quotannis advolat. 10, 115 *caprimulgi* caprarum ... uberibus advolant. 10, 204. 25, 50 si prope advolavit *aquila*. 31, 21. 35, 23. TAC. ann. 6, 28 *phoenicem* in civitatem ... advolavisse. SVET. Vit. 9 a parte dextra repente aquila advolavit. TERT. bapt. 3 columba sancti spiritus advolat. SOL. 40, 25 ciconiae advolant. FRONTO p. 230 N. placide et clementer pinnis teneris in modum hirundinum advolare. *cum acc.*: AVIEN. Arat. 694 armiger ... *Sagittam* Iovis advolat. 633. OBSEQ. 70 vulturum et aliarum alitum ... ingens vis exercitum advolavit. IVL. VAL. 3, 21 ignes. AVR. VICT. Caes. 4, 14 *Phoenicem* memoratos locos advolare. *de Sirenibus*: STAT. silv. 2, 2, 116 levis e scopulis meliora ad carmina Siren advolat. **2** *de insectis*: LIV. 35, 9, 4 nuntiatum est examen vesparum ... in forum advolasse. PHAEDR. 3, 16, 17 *cicada* cupide advolavit. COLVM. 6, 17, 9 ad dulcedinem mellis ... non hae solae (*muscae*) sed et apes advolant. 9, 5, 1 apes facilius editioribus advolent. PLIN. nat. 10, 195 *culices* ad dulcia non advolant. 11, 96 nullum *insectum* cui telum in ore pluribus quam binis advolat pinnis. 12, 124 in hanc ... advolant pinnati vermiculi. 28, 162. VLP. dig. 9, 2, 27, 12 cum apes meae ad tuas advolassent. *cf.* SEN. epist. 123, 16. **3** *de Amore*: TIB. 2, 2, 17 utinam strepitantibus advolet alis *Amor*. APVL. met. 5, 24 ipse potius amator advolavi tibi. *nota*: IREN. 1, 5, 2 sursum advolantium (ἀνωφερῶν) et deorsum devergentium (κατωφερῶν) *ubi vix a simplici verbo differt.*

II *translate*: **A** *de rebus*: PLAVT. Amph. 325 vox mi ad aures advolavit (Merc. 864 Rud. 333; *cf.* προσέπτα Aesch. Prom. 115). LVCR. 4, 338 de speculo in speculum transfertur imago, inde ad nos elisa bis advolat. CIC. epist. 15, 16, 3 eius εἴδωλον mihi advolabit ad pectus. SIL. 13, 776 Croesi mox advolat umbra. IREN. 3, 11, 8 spiritus in ecclesiam advolantis (ἐφιπταμένου). LAVS Pis. 94 hinc solido fulgore micantia verba implevere locos, hinc exornata figuris advolat excusso velox (veluti *mavult Schenkl*) sententia torno. **B** *de hominibus qui celeri motu accurrunt cf.* OV. trist. 5, 10, 19 cum minime credas, ut avis (*var.* -es) densissimus hostis advolat. AMM. 15, 3, 9 quasi pinnis elatus ad comitatum principis advolavit. **1** *absolute*: CIC. rep. 2, 6 neque vero quisquam potest hostis advolare terra. Att. 2, 15, 2 non dubium est, quin ... sis advolaturus. 2, 18, 4. 2, 22, 4. 2, 23, 3 si dormis, expergiscere, si stas ingredere, si [non] ingrederis, curre, si curris, advola. 2, 25, 2. 13, 40, 2 advolone an maneo? 13, 51, 2 ad Brut. 1, 10, 4. 2, 7, 3 ad Q. fr. 2, 6, 2. 2, 8, 3 epist. 16, 19. CAES. civ. 2, 43, 2 classem hostium celeriter advolaturam. HIRT. Gall. 8, 36, 4 Germanos equitesque (-que *om.* β) ... de improviso advolasse. MATIVS carm. frg. 4 celerissimus advolat Hector. VERG. Aen. 10, 894 advolat Aeneas. 12, 293 fervidus advolat hasta Messapus. OV. met. 6, 249. 11, 347 cursu festinus anhelo advolat ... Anetor. LIV. 2, 24, 1 Latini equites cum tumultuoso advolant nuntio Vulscos ... venire. 25, 41, 2 effusis equis advolant ex hostium acie Numidae. PHAEDR. 2, 7, 7 subito latrones ex insidiis advolant. SEN. dial. 5, 15, 4 rex a longinquo potens advolet. CVRT. 5, 12, 15 citatis equis advolant. 8, 2, 4 advolant vigiles. LVCAN. 9, 885. VAL. FL. 1, 107 protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis advolat. 2, 124. 6, 342. 6, 370. 7, 265. 7, 618 SIL. 1, 551. 4, 324. 5, 344. 5, 561. 5, 645. 12, 403. 15, 243 pedes advolat. HOMER. 413 stricto celer advolat ense. 794 STAT. Theb. 5, 555. 11, 426 advolat et medias inmittit Adrastus habenas. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 4 pater advolat. Mil. 2, 7 advolat adulescens. APVL. apol. 71 confestim Roma advolavit. IVST. 27, 1, 6 *Ptolomaeus* cum omnibus viribus advolat. AVR. VICT. Caes. 42, 8 advolantibus Magnentianis. AMM. 17, 12, 12 advolarunt regales. 28, 6, 13 Anstoriani a⟨d⟩volarunt. CLAVD. 18, 47. 28, 152 SIDON. epist. 4, 10, 2. carm. 5, 40 advolat omnis terra simul. **2** *addito quo*: CIC. Cluent. 192 confestim huc advolavit. Att. 4, 19, 1 quin tu huc advolas. epist. 7, 10, 4. *cum* ad: *de loco*: CIC. Sest. 11 ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. Phil. 5, 42 ad urbem a Brundusio. Att 2, 24, 5 ad nos. 4, 4ª. epist. 11, 27, 4 ad me Tarento. DOLAB. Cic. epist. 9, 9, 3 ad te. CAES. Gall. 5, 17, 2 *hostes* repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt. 5, 39, 1 *Nervii* de improviso ad Ciceronis hiberna advolant. 7, 72, 2 ne de improviso aut noctu ad (AM^2, aut BM^1Q, in β) munitiones hostium multitudo advolaret. civ. 1, 75, 2 improviso ad vallum. 3, 36, 4 equitatus regis Cotyis ad castra Cassii advolavit. 3, 101, 1 ad Messanam navibus. LIV. 2, 20, 10 ad equites dictator advolat. 3, 61, 7. SEN. clem. 1, 3, 3 tamquam ad clarum ... sidus advolant. PLIN. epist. 9, 28, 4. RVT. LVP. rhet. p. 12 H. (*e Demosthene*) ad patrem advolavit sicut hostis. *de fine*: CIC. Sest. 54 ad eius spolia detrahenda. Phil. 2, 50 ad tribunatum. 10, 12 advolarat subito ad direptionem pestemque sociorum. Att. 2, 19, 4 ad quod *negotium* tu scilicet advolabis. *paulo aliter* SEN. dial. 7, 12, 4 ad nomen ipsum *voluptatis* advolant. *cum* in *c. acc.*: *de loco*: CIC. Mur. 85 in agros suburbanos repente advolabit. Phil. 2, 103 in M. Varronis ... fundum. 11, 27 neque enim est in provinciam suam Cretam profectus: in Macedoniam alienam advolavit. Att. 2, 13, 2 in Formianum. MARC. COM. chron. min. II p. 103 M. in Thraciam. *de* CAES. Gall. 7, 72, 2 *cf. supra l. 34.* *de fine*: SVET. Galba 20 in auxilium advolaverunt. *cum acc.*: *de oppidis*: CIC. Cluent. 25 Larinum ... cum armatis. 18 Larino ... Romam. IVST. 26, 3, 4 cum secundante vento celeriter Cyrenas advolasset. EVTR. 10, 2 Romam ... e Lucania. *de terris*: ITIN. Alex. 88 Mediam advolat Alexander. *alia*: CIC. Att. 1, 14, 5 hic tibi (⟨in⟩ *Wesenberg, malim* ⟨ad⟩) rostra Cato advolat. VAL. FL. 4, 300 advolat ora *Amyci Pollux*. AMM. 16, 9, 3 ut ... perduelles advolaret adsiduos. CLAVD. 1, 174 nuntius advolat urbem. 7, 165 Veneris dementes advolat aures. *cum dat.*: VERG. Aen. 10, 509 nec iam fama mali tanti, sed certior auctor advolat Aeneae (*ubi* advolat *coniungitur etiam cum* fama). VAL. FL. 1, 162 prior huic (*Iasoni*) tum regia (*Peliae*) proles advolat. 3, 71 quae *manus* prima furenti advolat. 6, 654 lapsoque cruentus advolat Aesonides. STAT. Theb. 8, 134 nuntius ... Adrasto ... Palaemon advolat. PRVD. cath. 4, 55 iussus nuntius (*i. angelus*) advolare terris.

additur repente, subito, de improviso, celeriter, confestim *sim.*

advolvo, -volvī, -volūtum, -volvere. *ab* ad *et* volvere. GLOSS. II 264, 42 genua advolvo γονυπετῶ. CHAR. gramm. I 294, 7 genua tibi advolvor. GRAMM. IV 567, 26 genibus tibi advolvor γονιπετῶ σε. *cf.* VII 425, 3.

I *proprie*: VERG. georg. 3, 377 totasque advolvere focis ulmos ignique dedere. Aen. 6, 182 advolvunt ingentis montibus (*i. de montibus ad ignem*) ornos. STAT. Theb. 4, 455 trunca dehinc nemora advolvunt. VVLG. Matth. 27, 60 saxum magnum ad ostium. Marc. 15, 46. PLIN. nat. 11, 185 ad ignem advolutus lora cum corpore exussit. PS. QVINT. decl. 8, 20 mulier ... clusis advoluta foribus. STAT. Theb. 4, 712 advolvensque (*var.* adverrensque) natantia saxa Charadrus. QVINT. decl. 388 p. 437 *corpus a mari* non expulsum, sed advolutum (*sc. ad litus*). AMBR. Iacob 2, 12, 56 mortui super mortuos advolvebantur. SVLP. SEV. chron. 1, 17, 5 crassae nubes crebris cum fulminibus advolvebantur. *dep. vel refl. de supplice*: SALL. hist. inc 16 genua patrum advolvebantur (*var.* -vuntur). TAC. hist. 4, 81 ann. 1, 13. 6, 49. 15, 71 AVSON. 450, 3. LIV. 8, 37, 9 genibus se omnium advolvens. 39, 14, 1 advoluta rursus genibus preces ... repetivit. 28, 34, 3. 30, 12, 11. 34, 40, 2 VELL. 2, 80, 4 VAL. MAX. 3, 8 ext. 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. Phoen. 307 Phaedr. 303 CVRT. 4, 6, 15. 8, 1, 48 PLIN. epist. 1, 18, 3 HIER. epist. 147, 8. 130, 4 CLAVD. Pros. 3, 298 SVLP. SEV. chron. 2, 13, 7. SEN. dial. 4, 34, 4 quam saepe eius pedibus advolutus est. CVRT. 3, 12, 17 PLIN. epist. 9, 21, 1 TAC. ann. 1, 23. 1, 32. HIER. epist. 51, 3 advolutus pedibus tuis precor. 120, 5. 108, 14 SVLP. SEV. dial. 1, 15, 4 SALV. epist. 4, 13. APVL. apol. 94 pedes nostros advolutus. met. 6, 2 IORD. Get. 60, 309. HEGES. 5, 49, 4 ad genua singulorum advolvebantur. SVLP. SEV. Mart. 17, 2. EPIT. Alex. Wagn. 112 ad Perdiccae pedes se advolvit. HIER. epist. 49, 4. AVSON. 444, 3 Achilli supplex advolvitur. PROP. 3, 17, 1 nunc, o Bacche, tuis humiles advolvimur aris. STAT. silv. 5, 1, 73 cunctis supplex advolvitur aris. PRVD. ham. 405 surdis pallens advolvitur aris. **II** *translate*: STAT. Theb. 5, 143 magnusque advolvitur astris clamor. CLAVD. 21, 11 si carmen in unum tantarum sperem cumulos advolvere rerum. *Klotz.*

Aduolus *v.* Avolus.

Aduorīx *nom. f. celt.* CORP. XIII 750 (*Burdigalae*) Iulia Aduoríx uxor. *V.*

advo⟨r⟩sis, -is *m. vix diversum a stirpe vocis* adversus. PAVL. FEST. 25, 17 advosem adversarium hostem. GLOSS. II 6, 10 advores *ἐναντίοι*. *Kempf.*

1. Adūram *v.* Adoram. **2. Adūram,** אֲדוֹרָם *ex* אֲדֹנִירָם, *nom. vir. hebr.* VVLG. II reg. 20, 24 Aduram (*Ἀδωνιράμ*). VVLG. II reg. 12, 18 Aduram (*Ἀδωνιράμ*). II paral. 10, 18. HIER. nom. hebr. 2, 27 Adoram generatio excelsa (37, 15. 40, 25). **3.** *civitas Iudae* אֲדוֹרַיִם, *Ἀδωραί* (*Ἄδωρα Ioseph.*). VVLG. II paral. 11, 9 Aduram. I Macc. 13, 20 *Ἄδωρα*, Ador. *V.*

Adurenus *v.* Adurius.

adurgeo, -ēre. *ab* ad *et* urgere. *proprie*: CELS. 7, 12, 1 *dens* qui natus est, in locum prioris cotidie digito adurgendus, donec ad iustam magnitudinem perveniat. *translate*: HOR. carm. 1, 37, 17 Caesar ab Italia volantem *reginam* remis adurgens (-guens *pars codd.*), accipiter velut mollis columbas aut leporem citus venator. CYPR. GALL. exod. 464 quos mortis tempus adurguet. VEN. FORT. carm. 5, 14, 15 non aderat iudex, erat accusator adurguens (-gens *pars codd.*). *nota*: CYPR. GALL. gen. 1096 agnovitque libens socia de germine Ballae conspicuum Danem, quem Neptalimus adurget. ast alios mox Zelfa creat, Gadumque Aserumque. *Ihm.*

Adurius *nom. gent., nisi est celticum, cf. cum* Addius, *v.* Acurius, Acusenius, Apusius, Atusius. CORP. V 3355 (*Veronae*) M. Adurio M. f. Pob(lilia) Expectato. VI 2382 (*a. 172—178*) 27 C. Adurius Leo Stobi. CORP. VI 3832 C. Iulio Adurio. **Adurenus** *nom. vir.* CORP. XI 5737 (*Sentini*) III 6 Aduren(us) Theseus *cultor Mithrae*. *V.*

Portus Adurnī *castellum Britanniae.* NOT. dign. occ. 38, 11 *et* 21 Portum Adurni. *conferri possunt haec*: RAVENN. p. 424, 12 Ardua *oppidum.* 438, 7 Adron *fluvius.* PTOL. 2, 3, 4 *Οὐέδρα ποταμοῦ ἐκβολαί.* *Otto.*

adūro, -ussī, -ustum (ū *in perf. et sup. litigiosa*), -ūrere. *ab* ad *et* urere. **I** *proprie*: **1** *de igne*: *ignem vel calorem admovere alicui rei ita ut ab exteriore parte laedatur vel crusta induatur. de cibis*: TER. Ad. 425 hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum. CATO agr. 107, 2 conmoveto, videto ne aduras. LABER. mim. 143 cocus si lumbum adussit, flagris caeditur. VARRO Men. 190 oculis observare ollam pultis, ne aduratur. HOR. sat. 2, 8, 68 panis adustus. CELS. 4, 26 p. 152 D. malum ipsum super prunam imponere; quod dum humor intus est non aduritur. COLVM. 12, 19, 5 *et* 6 ea res non patitur defrutum aduri (PLIN. nat. 18, 318). 12, 20, 3 *et* 4 haec ⟨cum⟩ adicies, plumbeum peragitabis, ne adurantur. 12, 42, 2 SCRIB. LARG. 220. HEGES. 4, 18 *lacus Asphaltius* quasi adusti praeferens similitudinem cibi. HOR. sat. 2, 8, 90 pectore adusto vidimus et merulas poni. PAVL. FEST. 3 ador . quod aduratur ut fiat tostum. CIC. Tusc. 5, 58 ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi (*Dionysio*) et capillum adurerent (VAL. MAX. 9, 13 ext. 4. CIC. off. 2, 25 *Dionysius* candente carbone sibi adurebat capillum. LAMPR. Comm. 17, 3 adurens comam et barbam timore tonsoris). Tusc. 5, 77 *gymnosophistae* cum ... ad flammam se adplicaverunt, sine gemitu aduruntur (*noli intellegere* comburuntur). HOR. epod. 5, 23 ossa ... canis flammis aduri Colchicis (*i. magicis*). PROP. 4, 7, 9 lateri vestis adusta fuit. 2, 28, 36 tacet (iacet *codd.*) extincto laurus adusta foco (OV. fast. 1, 344. 4, 742). LIV. 38, 7, 13 foedo quodam [m]odore ex adusta pluma. VITR. 2, 5, 6 quibus locis non sunt terrosi montes, sed tenerae (genere *codd.*) materiae, ignis vis per eius venas egrediens adurit eam. 2, 6, 6 *terra* vehementia vaporis adusta (-o *codd.*). 5, 3, 2 *aer* candens adurit excoquitque et inminuit corporibus umores. 8, 1, 5 percalefacta terra et adusta. PAVL. FEST. 85 Opilius adustas *assulas* fomites vocari existimat. SEN. contr. exc. 2, 5 scissum corpus flagellis, igne adustum. VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 *carbone in brachium delapso* ita urebatur, ut adusti corporis eius odor ad circumstantium nares perveniret. SEN. Herc. f. 983 rogisque adustos ... sudes in ora tendit *Erinys*. Tro. 15 alta muri decora congestis iacent tectis adusti. dial. 3, 6, 1 hastilia detorta ut corrigamus adurimus. epist. 79, 3 *regio est* herbida nihil flammis adurentibus (adul- *P, unde* adol- *Haase*). 90, 12 incendio silvarum adusta tellus. CVRT. 3, 8, 15 praecisis adustisque manibus. 6, 5, 28 aduritur dextera *papilla ab Amazonibus* (MELA 3, 34 natis statim dextra aduritur mamma). 6, 6, 31 sonabant incendio silvae atque ea quoque, quae non incenderat miles, concepto igne proxima quaeque adurebant. COLVM. 9, 5, 6 cancri nidor ... ignibus adustus. 9, 14, 9 dumque circa flammulam volitant *papiliones*, aduruntur. LVCAN. 3, 16 Acherontis adusti portitor (STAT. silv. 2, 1, 187 adusta ... litora. *cf. Vollmer ad* 1, 1, 6). 3, 494 adusti roboris (*i. clavae*) ictu. PLIN. nat. 2, 237 frondemque densi supra se nemoris non adurens et iuxta gelidum fontem semper ardens Nymphaei crater. 5, 35 *mons* Ater nostris dictus a natura, adusto similis aut solis repercussu accenso (6, 149). 7, 19 *Hirpi* super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. 8, 118 singulare *remedium* abigendis serpentibus odor adusto cervino cornu. 9, 183 ut omnia *stella marina* in mari contacta adurat. 17, 236 cacumine *cupressi* ... igne adusto. 29, 51 ut lignum perfusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contacta aduratur. 35, 150. 37, 97. VLP. dig. 9, 2, 27, 6 si facem servo meo obieceris et eum adusseris. coll. 12, 7, 1 p. 685 Huschke: si insulam meam adusseris vel incenderis. APVL. Plat. 1, 14. met. 5, 23 lucerna ... ipsum ignis totius dominum (*i. Amorem*) aduris. QVEROL. p. 45, 20 quis te (*aurum*) sic rogus adussit? OBSEQ. 52 flamma circumdata *gregi* nihil adussit. VVLG. deut. 8, 15 serpens flatu adurens. Dan. 3, 94 capillus capitis eorum non esset adustus (*cf.* HIER. epist. 96, 17). AVG. civ. 21, 4 quo *igne* quaeque adusta nigrescunt. 21, 10 an ignis gehennae, si corporalis est, possit malignos spiritus ... tactu suo adurere. OROS. hist. 5, 10, 11 ut adustas quoque rupes dissolverit *Aetna* ... homines quoque ... adustis introrsum vitalibus suffocarit. *vox medicis familiarissima*: adurunt *ferramenta candentia*: CELS. 3, 23 p. 115 D. *praecipit* ferro candenti in occipitio ... adurere duobus locis. 5, 26, 21. 5, 28, 2 quidam usi sunt medicamentis adurentibus, quidam ferro candenti adusserunt. 5, 28, 3. 6, 18, 2 *et* 4 *et* 11. 6, 19 p. 261. 7, 7, 7 os ferramento adurendum. 7, 7, 10 ferramento tenui id totum adurendum est. 7, 7, 15. 7, 12, 1 *et* 6 *al.* PLIN. nat. 10, 50 lumbis adustis candente ferro. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 87 chron. 1, 1, 44. 3, 8, 151. *de febri*: SER. SAMM. 979 miseros taeterrima febris adurit. SVLP. SEV. epist. 1, 2 cur Martinus ... ipse nuper adustus incendio periculosae fuisset obnoxius passioni. *cf.* PLIN. nat. 28, 218 femina adteri adurique equitatu. *de fulmine*: OV. trist. 4, 9, 14 Iovis telo quercus adusta. LIV. 39, 22, 3 ignesque caelestes ... adussisse complurium ... vestimenta (OBSEQ. 3). FEST. 129 *manubiae Iovis* quae aut adurant aut. SEN. nat. 2, 21, 2 etiam quae non percussa sunt *fulmine*, tamen adusta cernuntur. PLIN. nat. 2, 137 *fulminum* quae sicca veniunt, non adurunt, sed dissipant. *de sole*: VARRO Non. 551 *uvam* passi essent in sole aduri. OV. met. 8, 203 Icare, ait, moneo ne, si demissior ibis, unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat. SEN. Herc. f. 236 adusta medius regna quae torret dies. CVRT. 4, 7, 13 sol omnia incenderat siccaque et adusta erant ora. COLVM. 2, 10, 27 celerrime sole aduruntur *semina*. PLIN. nat. 14, 81 ⟨uvis⟩ in vite sole adustis. 17, 230. 18, 146 cavendum ne adurat sol. 28, 222. SIL. 8, 267 adustus corpora Maurus. HIL. in psalm. 120, 12 ut hiberno tempore sol non adurat luna adurente, sed solvat, rursumque aestivis mensibus sol urat et luna dissolvat. AVIEN. Arat. 1513 immodicus terra⟨m⟩ qua desuper ignis adurat. AMBR. exam. 3, 9, 38 *sol* adurit ... gignentium prima exordia. 4, 1, 4. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2 loca omnia adusta solis ardoribus. SIDON. carm. 17, 1 lux Sextilis adusti. *cf.* SEN. Herc. O. 1288 vincitque faces solis adusti glaciale iubar. *apud recentiores* adurere *incohativam vim fere perdit* (*cf. supra* CIC. Tusc. 5, 77 *p. 897, 65*): VICT. VIT. 2, 16 episcopum suum Iucundum flammis adussit. ACTA Felicis 1 ed. Ruinart 1731 date illos (*libros*) igne aduri. 2 melius est me igne aduri. **2** *de frigore*: VERG. georg. 1, 92 ne *herbas* ... Boreae penetrabile frigus adurat. OV. met. 14, 763 sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat poma. fast. 4, 918 marmoreo pallet adusta *Ceres* gelu. CVRT. 7, 3, 13 multos exanimavit rigor insolitus nivis: multorum adussit pedes, plurimorum oculos. COLVM. 5, 10, 21 antequam frigus cacumina adurat (arb. 25, 2). PLIN. nat. 17, 30 frigidior facta ea regio est oleaeque desierunt, quae prius fuerant, item vites aduri (*ἐξεπήγνυντο*). 17, 216 aduri ... fervore aut flatu frigidiore (fragil- *codd.*). 17, 222 *pruina* satis mollibus insidens adurit lactescentes germinum oculos. 17, 250 ne frigus vites adurat. 20, 140. 28, 221. CARM. ad senat. 52 unum operantur et calor et frigus, sic hoc, sic illud adurit. AMBR. exam. 3, 10, 43 si aut frigore aduratur *triticum* aut imbre madidetur. MARC. med. 34, 91 frigore adustis pedibus. CASS. FEL. 10 p. 18 R. cum tenera corpora glaciali frigore fuerint adusta. SIDON. carm. 5, 522 corpus adustum frigoris igne. **3** *de acri splendore*: LVCR. 4, 304 splendor quicumque est acer adurit saepe oculos (*aliter* SER. SAMM. 214 *cf. p. 899, 5*). **4** *de medicamentis acribus*: *cf.* CELS. 5, 9 eadem fere crustas ulceribus tamquam igne adustis inducunt. CELS. 4, 6 p. 129 D. eadem aut ferramentis aut sinapi adurenda. *quae adurant corpus enumerantur* 5, 8. 5, 22, 2. 5, 28, 3 adustum vel medicamentis vel ferro corpus. *ibid.* quae vehementius adurunt. 5, 28, 7 *et* 12. 6, 4 p. 224. 6, 18, 2 *et* 4 *et* 11. 7, 7, 7 quidam adurentia inponunt. *al.* SCRIB. LARG. 193 ephemerum potum protinus quidem totum os prurire facit velut scilla tactum, postea etiam adurit quasi pipere manducato. COLVM. 6, 27, 12 ne stercore ungulas adurat. PLIN. nat. 11, 104 *locustae* contactu adurentes.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18,194 si nimium stercoratus est *ager*, aduritur. 23,92 balsaminum. 27,70 cocco Cnidio ... vis ardens; itaque in pane devoratur ne adurat gulam transitu. 29,95. 31,98. 37,189 *pyritis* attritu digitos adurit (AVG. civ. 21,5). APVL. met. 5,10. CAEL. AVR. chron. 2,1,56 adurentia medicamina. SER. SAMM. 214 genus ... morbi miserum quod lumen (*i. oculos*) adurit. *cf.* PETRON. 44 tunc habitabat ad arcum veterem ... piper, non homo. is quacumque ibat, terram adurebat. *huc pertinet* PLIN. nat. 17,24 *flumina et stagna* nebulis *sata* adurunt aut aestuantia refrigerant.

II *translate*: *cf.* CAEL. AVR. acut. 2,9,41 aeger omnis tamquam adustus igne. **1** *de amore*: HOR. carm. 1,27,14 quae te cumque domat Venus non erubescendis adurit ignibus ingenuoque semper amore peccas. OV. epist. 4,33 bene successit, digno quod adurimur igni. 12,180 ardores vincet *Creusa* adusta meos (*Medeae ambigue dictum et ad amoris flammas et ad veneni spectat*). APVL. met. 5,28 *gavia* indicat adustum filium eius (*Veneris*), gravi vulneris dolore maerentem. PS. AMBR. prec. 2,12 obsecro, domine, ut cui non licet nubere, nec contingat aduri (*cf.* VVLG. I Cor. 7,9 uri; πυροῦσθαι). GREG. TVR. Mart. 3,42 quem aculeus concupiscentiae ... non adussit. **2** *de invidia, ludibrio, malitia, sim.*: PLIN. nat. 18,4 atra ceu serpentium lingua vibrat tabesque animi cont[r]acta adurit culpantium omnia. TER. MAVR. 2186 adusta felle qualis ante carmina dabas *iambe* amarus, ultor impotens tui. SCHOL. Iuv. 1,51 satirici ad omnium vitia quasi lucernam admovent et vel adurunt vel ostendunt crimina. AMBR. Ioseph 1,4 invidia etiam sanctos adussit. HEGES. 5,24,3 quibus *opibus* vicinus adurat (*h. e. invidiam excitet*). PROSP. epigr. 2,2 *scriptorem* dudum livor adussit edax (PAVL. PETR. Mart. 3,127). **3** *varia*: PROP. 3,11,40 Philippeo sanguine adusta *Cleopatra* nota (*pro usitatiore* 'notam inurere alicui'. *cf.* PROSP. contra collat. 5,3 cum victis damnare victos et eos erroris nota adurere). SEN. dial. 12,17,3 a quo *exitio* imperium eversum atque adustum (adustum atque eversum *Wesenberg*) funditus principis ... recreat clementia. PS. QVINT. decl. 12,5 cum finitimas quoque civitates incendium nostrum (*i. annonae caritas*) adussisset. *in imagine*: PROSP. in psalm. 103,4 *ignes* eos quos exhortantur, accendunt duplicem habentes efficientiam, ut et illustrent animas et adurant. *abutitur voce* AMBR. Abr. 2,27 *pastores* non sinentes agrorum culta obteri pedis vestigio atque aduri dentibus.

part. perf. pass. quasi adi. **adustus,** -a, -um *de colore rubro vel fusco*: LIV. 27,47,2 si qui forte adustioris coloris ut ex recenti via essent. SEN. nat. 4,2,18 Aethiopiam ferventissimam esse indicat hominum adustus color. PLIN. nat. 2,149 lapis ... colore adusto. *cf.* 2,189 Aethiopas vicini sideris (*sc. solis*) vapore torreri adustisque similes gigni. *n. quasi subst.* **adustum,** -ī *locus in corpore inflammatione laesus*: CELS. 5,27,13 est etiam illa adustorum curatio. 5,28,2 p. 207 D. 6,11 p. 249 si iam crustas habent ulcera qualis in adustis esse consuerunt. 7,7,15 p. 283. PLIN. nat. 20,71 sic et adustis medetur. 21,69 (adulta *codd.*). 21,93 pusulasque confestim adusto similes existere. 21,126 *lilii radices* decoctae pilos quoque adustis reddunt. 22,42 *et* 48. 28,89 leonis adipes ... sanant et adusta nivibus. 32,119. 36,130. *regio deserta*: PLIN. nat. 19,19 in desertis adustisque sole Indiae. SOL. 56,9 habitari ... Aethiopiae adusta (MART. CAP. 6,702). *Klotz.*

Adus *nom. vir.* (*celt.?*). CONC. Burdig. (*sub Childerico II*) Mon. leg. III p. 216,17 Adus metropolitanus Bituricensis urbis episcopus. *V.*

adūsque *praepos. et adv.* *coniuncte scribitur* CORP. II 6278 (*a. 176/7*); III 247 *et* CARM. epigr. 1347,8 *lapp. non extant. seiungitur* CORP. VIII 9592. SERV. Aen. 7,289 'abusque' et 'adusque' usurpative dicimus: praepositio enim nec adverbio iungitur nec praepositioni. 11,262. *Thielmann, Archiv 7 (1892) 106. usus prodiit ex sermone poetico* (CAT.), *inter prosaicos primus usurpavit* TAC., *frequentat* AMM., *cf. positiones particularum* ad *et* usque *tales, ut* PLIN. nat. 14,95 ad avos usque nostros. *structurae: praepositio iungitur cum accusativo; cum adverbiis*: OV. met. 4,20 oriens tibi victus adusque ... qua. TERT. virg. vel. 3 adusque proxime. *de positione: saepe ponitur a poetis inter substantivum et adiectivum. postponitur*: DIOM. gramm. I 499,16 CARM. de fig. 11 AVIEN. or. mar. 148 AVSON. 149,4 AMBR. C. et Ab. 1,14 in psalm. 35,13 HEGES. 1,28,7, 1,38,6 AVG. c. Faust. 23,3 ARATOR 2,23 *al. separatur*: AVSON. 415,35 adusque vectus Hebromagum. *de positione in versu v. Thielmann p. 109.*

I ***praepositio***: **A** *de loco*: CAT. 4,23 cum veniret a marei (amaret *codd.*) novissimo (-e *codd.*) hunc adusque limpidum lacum. VERG. Aen. 11,261 diversum ad litus *abactus* ... Protei Menelaus adusque columnas exulat. HOR. sat. 1,5,96 via peior adusque Bari moenia. OV. trist. 5,3,21 adusque nivosum Strymona venisti. met. 4,20 *v. l. 64.* [STAT. Theb. 5,530 et u. *codd.*]. PAVL. sent. 5,20,3 incendia si ... adusque vicini agros evadunt. APVL. met. 8,16 adusque caelum sussilit. 9,20 amatorem ... infert adusque dominae cubiculum. Plat. 1,3 astrologiam adusque Aegyptum ivit (*schol. Luc.*, fuit *codd.*) petitum. SOL. 2,19 Latium ... a Tiberis ostiis adusque Lirim ... pertinebat (AMM. 23,6,48). 10,6 adusque Mestum amnem. 23,14 *sinus* adusque orientem propellit. 30,12 ultra hos ... solitudines adusque Arabicos sinus. 33,2 procedit. 43,2 *specum* adusque interna ... patere (AMM. 15,10,6). AVR. VICT. Caes. 39,30 adusque Ponti fretum. 40,14. AVIEN. or. mar. 148 post illa ... patescit aequoris ... sinus Ophiusam adusque. 491 iacent. 508 adusque celsa nubium subducitur *mons*. 437. 469. 533. CORP. III 247 (*a. 362*) AVSON. 413,15. 415,35. AMM. 14,7,15 adusque praetorium traxere praefecti. 14,8,5 porrigitur (CLAVD. 28,287). 15,8,18 deductus ... adusque locum. 16,11,14 fugientes adusque Rauracos (20,10,3 venit. 31,2,12 pervenit). 16,12,8 adusque vallum ... quarta leuga signabatur et decima. 16,12,49 adusque Primanorum legionem pervenit. 18,6,9 ⟨a⟩ Tigride ... adusque civitatem. 19,5,4 scalae ... ducebant. 21,10,4 planities ... extenta. 23,6,7 regna dilatasse. 23,6,43 a ... adusque ... stadia *tot* numerantur. 23,6,70. 24,4,13. 29,2,15. 29,4,6 adusque quinquagesimum lapidem (31,3,5 misit). 31,13,2 cornu adusque plaustra ipsa accessit. *al.* AMBR. C. et Ab. 1,14 domum adusque adtraxit (LXX prov. 7,21 *aliter*). in psalm. 35,13 Romam adusque tendentem. HEGES. 1,28,7 Antiochiam adusque ... profecti. 1,38,6 Zephyrium adusque regem deduxit. CLAVD. 5,37. PAVL. NOL. carm. 18,100 *manus daemonas* conpellit adusque sepulchrum martyris. 24,67 MARC. COM. p. 98,32. adusque *corporis partes*: OV. am. 1,5,24 nudam pressi corpus adusque meum. APVL. met. 3,21 ab imis unguibus sese totam adusque summos capillos perlinit. 11,10 adusque vestigia. 4,14. flor. p. 52 Oud. adusque articulos palmarum. SOL. 52,34 ore adusque aures dehiscente (PLIN. nat. 8,72 ad a. u.). AMM. 18,10,3 adusque labra ipsa. 22,15,19 trochilus ... pervenit adusque ipsam viciniam gutturis. 30,4,13 adusque ipsas medullas exsuctus. *cf.* PS. APVL. Ascl. 24 (*de flumine*) plenus adusque ripas. GARG. MART. med. 43 vas adusque (u. ad *var. l.*) fauces repletur. AMM. 29,6,11 murorum partem adusque ... turrium minas expediit.

B *inde de numero, mensura, enumeratione: cum motus notionibus*: OV. fast. 3,125 quod adusque decem numero crescente venitur (CARM. de fig. 10 circuitus ... venit tetracolon [tretac. *cod.*] adusque). NOVAT. trin. 8 pertinget ... eius adusque singula quaeque cura. DIOM. gramm. I 499,16 *versus* ab unica syllaba plures (*syllabas*) adusque ducuntur. PRVD. psych. 384 AVG. c. Faust. 23,3. CORP. II 6278 (*a. 176/7*) infimi gladiatoris pretium sit VI ... quarti XII, adusque XV (*paulo ante* ad C usque *sim.*). GELL. 2,24,15 a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cenarum propagatus est. AMM. 19,2,14 militibus adusque numerum milium viginti cunctis inclusis. TERT. adv. Marc. 2,19 in ... commerciis vitae ... adusque curam vasculorum omnifariam distinxit. MAR. VICTOR. adv. Ar. 3,3 in omnibus usque a divinis et a supracaelestibus ... adusque caelestia. AVSON. 303,13 noctu diuque, quae geras ... adusque puncti tenuis instar quaerere. PRVD. apoth. 982 omne genus ... adusque ... Christum. SEDVL. carm. pasch. 2,278 donec cuncta brevem reddamus adusque quadrantem.

C *ex gradus significatione locali ad finis effectus consecutionis notionem transit*: *de effectu* (*semper fere cum verbis movendi*): TAC. ann. 14,58 multa secutura quae adusque bellum evalescerent. APVL. met. 10,16 risu ... adusque intestinorum dolorem redactus. AMM. 14,11,24 eum adusque plagas perduxere letales. 19,11,3 adusque proscriptiones ... pervenerunt. 20,11,11 mentes ... prolapsas. 21,10,8 barbaros ... primus adusque fasces auxerat. 21,16,11 scintillae ... adusque discrimina vicorum agrestium perveniunt. 22,3,12 quem ab ima sorte adusque iubendum imperatori elatum. 22,11,10 adusque gloriosam mortem ... progressis (27,3,12. 29,3,7). 26,6,20 adusque Pseudophilippi nomen erectus (28,1,7 *ex suppl.*). 26,7,7 a culminibus summis adusque mortes et exilia conruebant. 28,1,31 tendebat adusque Probi contemptum. 31,5,5 adusque necessitatem pugnandi est ventum. MARC. med. Hipp. epist. ad Ant. 3 trahat. *de consecutione*: GELL. 15,2,2 vini libidine adusque ludibria ebriosus. APVL. met. 4,3 me totum plagis obtundit adusque vitae ipsius periculum. TERT. anim. 53 adusque ultimam eversionem. NOVATIAN. trin. 27 *cum imperitia Iudaica fuisset* adusque saxa succensa. AMM. 14,6,20 adusque taedium. 20,9,2 adusque metum ... mortis. 22,9,8 agentes adusque rabiem. 22,9,9 multorum dementiam adusque discrimen expertus (30,8,3 adusque discrimina vitae. 14,9,7. 31,15,6). 25,8,1 adusque spiritum ... postremum. 28,1,53 audax adusque insaniam. 28,1,55 adusque ultimum ... exitium. 30,4,4 adusque bonorum odium. 31,2,6 in altum soporem adusque varietatem effunditur somniorum.

D *de tempore*: *cum verbis movendi*: OV. fast. 4,29 principiumque sui generis revolutaque quaerens saecula cognatos venit adusque deos. STAT. Theb. 1,184 *Cadmus* fraternas ... acies ... telluris hiatu augurium seros dimisit adusque nepotes. SER. SAMM. Macr. sat. 3,16,7 Plinius ... adusque Traiani ... venit aetatem. AMM. 17,2,2 tractae sunt morae. 18,2,13 epulis ... extentis. 19,1,9 certamina ... protenta (27,2,6). 26,1,9 (*respondet* a) trahitur. *cf.* MIN. FEL. 23,8 adusque summae aetatis robur adolescunt. HOR. sat. 1,1,97 adusque supremum tempus ... metuebat (OV. Pont. 2,3,4). APVL. met. 11,6 mihi reliqua vitae tuae curricula adusque terminos ultimi spiritus vadata. TERT. adv. Prax. 5 ante mundi constitutionem adusque filii generationem. *et p. 899,65.* CENS. 14,2 in quarto (*gradu*) ... adusque (adusque **, *erasis* ab *Darmst.*, u. ad *Vat.*) sexagensimum annum seniores vocitatos. PS. CYPR. Iud. incr. 1 durabit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adusque progeniem succidaneam. SOL. 52, 25 ab solis exortu adusque solis occasum. ARNOB. nat. 5, 8 ab ... adusque ... annorum esse *tot*. AVSON. 420 ab Hectoris funere adusque deletum Ilium (AMM. 16, 12, 3 adusque perfectum opus castrorum. 27, 5, 5). 149, 4. AMM. 14, 6, 4 ab incunabulis primis adusque pueritiae tempus extremum. 16, 1, 4. 16, 2, 8 adusque expeditionis finem. 17, 2, 3 a sole in vesperam flexo adusque lucis principium. 18, 8, 12. 20, 3, 1. 24, 6, 12. 20, 8, 13 adusque exitum vitae. 31, 2, 10 adusque pubertatem. 25, 3, 1 adusque perpetuum diem. 28, 4, 4 ne ... adusque (u. ad *Gelen.*) praestitutum diei spatium lixae coctam proponerent carnem. 31, 15, 4 superarat ... rabies imminentium adusque horam diei nonam. 31, 16, 9 haec ... adusque Valentis interitum explicavi. 16, 5, 15. 22, 15, 12. 24, 2, 9. 24, 8, 7. 26, 1, 1. 30, 3, 3. 30, 3, 6. 30, 7, 1. CARM. epigr. 1347, 8 (*saec. IV*) cur non vota tui (*Romae*) vixit adusque boni? 1398, 4 olli ... aetas viginti est acta per annos quintum post mensem quartum adusque diem. CORP. VIII 9592 *respondet* ex. ARATOR 2, 23 neque cernere solem tempus adusque datur.

II ***adverbium*:** APVL. met. 2, 28 adusque deraso capite (*cf.* PLAVT. Bacch. 1125 attonsae hae quidem ambae usque sunt). *v. Mess.*

adustio (*de ū v. p. 897, 48*), -ōnis *f. ab* adurere. GLOSS. ἔκκαυσις accensus. CASS. FEL. 64 p. 156, 20 tumente membrana cordis ex antecedenti perfrictione ... aut ex adustione, quod ex encauseos dicunt. *proprie*: PLIN. nat. 14, 127 picis ... adustio. CASSIOD. in psalm. 140, 2 incensum est odoriferi pigmenti suavis adustio, quae carbonibus concremata gratissimum fumum porrigit ad superna. var. 4, 50, 5 vomit fornax illa perpetua (*Vesuvius*) pumiceas quidem, sed fertiles harenas, quae licet diuturna fuerint adustione siccatae. 7, 17, 1 haec (*calx coctilis*) quantum ignis adustione dissolvitur, tantum exinde parietum firmitas roboratur. *in medicina: morbus infantium*, σειρίασις: PLIN. nat. 30, 135 ossibus in canino fimo inventis adustio infantium, quae vocatur siriasis, adalligatis emendatur (*cf.* 22, 59, *ubi pro* destillationibus *legendum esse suspicantur* adustionibus). PLIN. nat. 32, 34 ulceribus frigore aut adustione factis. 20, 61 sanat ... cicatrices adustionesque omnes, praecipue caligines. 28, 65 *remedium* contra adustiones. CHIRON 919 lipparam ad omnia vulnera et adustiones. CAEL. AVR. acut. 1, 1, 23 neque praestantius quicquam antecedentium causarum, ut adustio, cruditas, vinolentia, atque exercitium post cibum. 1, 12, 103 ex aliis causis phreneticos effectos, ut est adustio, saepe phlebotomari oportet. chron. 1, 1, 17. 1, 2, 33 antecedentes ... causas ut vinolentiam vel vigilias ac iuges adustiones. 3, 5, 48 iugis adustio et perfrictio vehemens. CASS. FEL. 1 p. 2, 15 contingit ... ex perfrictione aut contrario adustione aut vinolentia ... causatio nervositatis. 34 p. 72, 10 contingit *tussis arida* ex antecedenti perfrictione aut e contrario adustione. 64 p. 154, 3 *frenesis* efficitur maxime ex nimia adustione, quod ex encauseos dicunt, aut ex vinolentia. 9 p. 16, 22 ad maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas vel adustione solis, quas Graeci ephelidas vocant. HIER. in Ezech. (Migne 25, 929) 5 aiunt studiosi medicinalis disciplinae ad quasdam corporis curationes necessarium esse non solum sectionem ferri, verum etiam adustionem. quis putas nostrum canceris, ut ita dicam, habet simile peccatum, ut non ei sufficiat aut simplex acumen ferri aut sola ignis adustio, sed utraque adhibeantur, quo uratur et secetur? RVFIN. (Orig.) in levit. 8, 5 aut in carnis cute fit adustio ignis et post haec sanata adustio erit lucida alba. 8, 8 (*syn.* succensio). SALV. gub. 7, 3 munus medicae adustionis agnoscunt. 7, 4 nec cauteriorum adustione sanamur. 6, 91 quosdam (*morbos*) curant cauteriorum adustione. *latiore sensu: adustio quae in vitibus terebrandis fit*: PLIN. nat. 17, 116 nostra aetas correxit, ut Gallica uteretur terebra, quae excavat nec urit — quoniam adustio omnis hebetat — (*cf.* COLVM. arb. 8, 4). *apud christianos scriptores*: LACT. inst. 7, 26, 1 statuet deus solem ne occidat, et inflammabit eum et descendet aestus nimius et adustio magna super perduelles et impios populos (*cf.* VVLG. Ezech. 38, 22). PS. AMBR. acta Seb. (Migne 17, 1026) 12 nec post flammarum atrocium adustionem consumitur, sed ad rediviva incendia iterum qui adustus fuerit reparatur. PS. RVFIN. in Os. 3, 13, 14 (Migne 21, 1031) hanc ergo nunc adustionem de locis per ardorem solis inhabitabilibus signavit acciri. CASSIAN. conl. 15, 10, 4 non mirum est, ait, si cedentibus mihi immundorum spirituum proeliis adustiones ignis, quas durissimis congressibus daemonum inferiores esse credebam, adhuc adversum me senserim saevientes. HIER. in Ezech. 5 *ignea romphaea* duplicem tribuit cruciatum adustionis et caedis. epist. 79, 5 quis fornacem regis Babylonii sine adustione ingressus est? VVLG. exod. 21, 25 reddet animam pro anima, oculum pro oculo, ... adustionem pro adustione (κατάκαυμα ἀντὶ κατακαύματος), vulnus pro vulnere.

translate: IVLIAN. Aug. c. Iul. op. imp. 6, 36 (Migne 45, 1591) verum et istius bonum in remuneratione surgentium, et illius amaritudo in adustione punitorum est. CASSIOD. var. 3, 46, 4 nulla te ingemiscere probri adustione censemus.

iuncturae, quibus denotatur locus: PLAVT. Amph. 350 quid apud hasce aedis negoti est tibi? Men. 1053 Most. 935 Truc. 281. PLAVT. Amph. 292 homo, quem ante aedes video (Men. 773. Epid. 184 conspicor). 406 sto (603. 667 Men. 633 *saepius*). 1072 iacet. Cas. 295 uxorem ... evoca (Poen. 920). 574 sed uxorem ante aedis eccam (*cf.* 593). Epid. 568 prodire. Mil. 817 progredere. 1121 speculare. Most. 1066 illum ... praestolabor. Pseud. 181 adsint. *nota*: *apud* PLAVT. *nusquam* ante domum *legitur*. LIV. ANDR. carm. frg. 28 ad aedis venimus Circae (Od. 10, 308 ἐγὼ δ' ἐς δώματα Κίρκης ἤια; *cf.* PLAVT. Trin. arg. 8 TER. Haut. 275). PLAVT. Amph. 264 ad aedes ... accedere. Aul. 102 adit. PLAVT. Amph. 617 intro ire in aedis (TER. Phorm. 706). 733 pedem huc intuli etiam in aedis (Men. 815 intra aedes ... penetravi ⟨pedem⟩. *cf.* 819 Most. 470). 1052 pergam in aedes. 1048 intro rumpam (Mil. 460. SALL. Iug. 12, 5 inrupere).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aul. 90 quemquam ... intro miseris (99 Mil. 682). Merc. 813 amicam adduxit intro in aedis (Rud. 497. 501). Mil. 1096 in aedis recipi (TER. Eun. 897). TER. Ad. 88 in aedis inruit. RHET. Her. 4, 64 venit in aedes quasdam. PLAVT. Amph. prol. 97 in illisce habitat aedibus Amphitruo. 700 hic in aedibus, ubi tu habitas (1080 Asin. 381 Cas. 36 *saepe*). Bacch. 581 ecquis in aedibust? Mil. 748 hic ... intus est in aedibus; nam egomet cubantem eam modo offendi (offendam *A*, ostendi *B*) domi (Merc. 684). CIC. har. 30 in eis aedibus, quas tu ... tenes (*cf.* IVV. 10, 17 obsidet). APVL. met. 1, 22 an intra aedes erum tuum offenderim. 1, 21 quibus deversetur aedibus.
ENN. trag. 216 quid sic te (sit *codd.*) extra aedis ... eliminas (-a *vel* -at *codd.* POMPON. atell. 33). PLAVT. Most. 698 ex aedibus me edidi foras. Asin. 127 foras aedibus me eieci. Bacch. 423 pedem ut efferres aedibus. Capt. 533 proripuisse foras se ... ex aedibus. Cist. 546 hinc ex hisce aedibus exeuntem (Pseud. 730). Most. 3 egredere ... ex aedibus. 951 emigravit ... ex his aedibus (TITIN. com. 147 diebus *codd.*). Trin. 276 foras se penetravit ex aedibus. TER. Hec. 679 concessuram ex aedibus. CIC. S. Rosc. 133 descendit de Palatio et aedibus suis. PLAVT. Amph. prol. 150 abigam ... illam ... ab aedibus (679). Asin. 362 seduxit ... sorsum ab aedibus. Aul. 44 me ... extrusisti ex aedibus (70 Cas. 776 *al.*). Bacch. 593 duc te ab aedibus. Men. 327 abeas longius ab aedibus. Most. 7 abscede ab aedibus. Merc. 799 hinc abducit ... ex hisce (hisc *B*) aedibus (Truc. 847). Most. 390 fugiat longe ab aedibus. Trin. 137 eum exturbasti ex aedibus (601). 1127 exaedificavisset me ex his aedibus. TITIN. com. 45 lenonem aedibus absterrui.

nota effigurationem: PLAVT. Asin. 207 mi aedes quoque arridebant, cum ad te veniebam, tuae. Cas. 527 fac habeant linguam tuae aedes. :: quid ita? :: cum veniam vocent. Pseud. 951 ubi sit os lenonis aedium. :: tertium est. :: st, tace, aedes hiscunt. :: credo, animo malest aedibus. *cf. etiam* PLAVT. Truc. 638 *l. 49.*
usum in comparatione: PLAVT. Asin. 220 aedis (*nom. plur.*) nobis (*meretricibus*) area est, auceps sum ego ..., amatores aves. Most. 91 novarum aedium esse arbitror similem ego hominem (*quae comparatio sequentibus illustrata tota conferenda est*).

b ***translate***: *de auribus*: PLAVT. Pseud. 469 fac sis vocivas vacivas *P*) ... aedis aurium, mea ut migrare dicta possint quo volo *cf.* Most. 100 Cas. 596 Trin. prol. 11. 29). *de alveo*: VERG. georg. 4, 258 intus clausis cunctantur in aedibus *apes*. *de flumine*: SIDON. carm. 2, 320 vitreas ad Thybridis aedes. *de sepulcris* (*cf. etiam p. 915, 82 et Ruggiero l. l. p. 139, qui affert ex titulis syn.* domus aeterna, domus aeternalis): APVL. met. 4, 18 in illis aedibus fidelissimorum mortuorum. CORP. III 8289 has pro meritis aedes carissimo coniugi memoriam posuit. CARM. epigr. 1488, 1 aedis aedificat dives, sapiens monumentum. hospitium est illud corporis, hic domus est. illic paulisper remoramus, ad hic habitamus. 883, 4 renidet aedibus in nostris summus apex operis. *de familia*: PLAVT. Mil. 310 hercle has sustollat aedis totas atque hunc in crucem. Truc. 638 ego his (hisce *codd.*) suffringam talos totis aedibus (*nisi mavis cogitare de effiguratione v. l. 27 sqq.*).

II ***specialiter***: aedes, -is: *aedificium sacris usibus destinatum, tamquam dei deaeve cuiusdam domicilium exstructum, sive parvulum (i. q. aedicula, lararium, sacellum), sive maius. cum singulari saepe tum numero plurali, quo verbum nude positum cum aedibus privatis, i. domiciliis privatorum, facile confundi possit, adiunctum est verbum* sacra, *quo consecratam eam esse a pontifice et dedicatam a magistratu significatur. sensu quidem technico differt a* templo, *quod* templum *locus est inauguratus neque necesse est complectatur aedificium. quamquam et* aedes *potuit esse templum (v. p. 913, 22). inde apud scriptores confunduntur* aedes et templa *ita tamen, ut, ubicumque verbum* aedes *legatur, de aedificio quodam cogitari debeat. nonnunquam vero etiam distingui templum (sive delubrum) et aedem ita, ut illud sit totus deo deaeve locus sacer, haec aedificium in eo ad dei deaeve statuam condendam exstructum, sive ut illud sit totum aedificium, haec aedicula in eo posita, patet ex exemplis p. 913, 40 sqq. et 59 sqq. allatis (cf. etiam Jordan l. infra l. p. 582). aetate imperatorum novam artificiosam inductam esse distinctionem Mommsen secutus Jordanum ad explicandam eam, quae in* MON. Ancyr. *observatur, utriusque vocabuli usus discrepantiam statuit l. l. rarissime commemorantur* aedes publicae, *in quibus sacrificatur (v. p. 912, 48 sqq.); quod an dictum sit pro* aedibus sacris, *incertum videtur (cf. p. 909, 10 sqq.). notandum tamen est in provinciis, cum ne id quidem, quod ex auctoritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum sit (cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 344),* aedes sacras *sensu technico esse non posse. nusquam legitur* aedes privata *sive* aedes profana, *ut de aedificio sine consecratione deo deaeve cuidam privatim exstructo dictum sit. apud christianos vero* aedes profana *de templo paganorum dicitur atque opponitur* aedi sacrae *i. sive templo Hierosolymitano sive ecclesiae christianae; neque infrequens est apud eosdem usus simplicis verbi* aedes *(num. sing. et plur.) pro* ecclesia *positi (v. p. 913, 68 sqq.).* GLOSS. aedes ναός. aedis ναός; ναὸς ἢ οἶκος; templum. aedes ναοί; αὐλαί, ναοί; domus vel templa. aedes sacra ναὸς ἱερός. LYD. de mag. 1, 35 τοὺς ναοὺς οἱ Ῥωμαῖοι αἴδεις (ἀειδεις *cod.*) καλοῦσιν. 147, 15 τὰς αἴδης = τοὺς ναούς. SERV. *v. p. 907, 83.* AVG. civ. 3, 17 Varro ... scribens de aedibus sacris. *nota definitionem*: SERV. auct. Aen. 2, 512 Varro locum quattuor angulis conclusum aedem docet appellari (*quod quin Varro de templo statuerit, dubium esse non potest; cf. Marquardt, St.-Verw. III² 156 not. 4. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 455 n. 1*). *Jordan, Hermes 14 (1879) 567 'Über die Ausdrücke aedes, templum, fanum, delubrum'. Mommsen, res gest. div. Aug. p. 78 sqq. Ruggiero, diz. epigr. I 139 sqq. Marquardt, St.-Verw. III² p. 148 sqq. Habel, PW. I 444. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 400 sqq.*

a ***proprie***: aedes sacra, sacrata, sancta, deorum: *num. sing.*: aedis sacra: CIC. Flacc. 44 in aedem sacram reficiendam. LEX Iul. munic. (*a. 709*) Corp. I 206, 29 quae via inter aedem sacram et .... QVINT. inst. 4, 2, 8 pecuniam privatam ex aede sacra subripuit. IAV. dig. 43, 5, 5 MARCIAN. dig. 48, 13, 6 *saepius in* DIG. APVL. met. 11, 24 SOL. 2, 49 (*cf.* 19, 1) SVLP. SEV. chron. 2, 10, 1. 2, 22, 3 COD. Iust. 11, 48 (47), 20, 1 (in aede sacra, id est in cimeliarchio civitatis).
nota opposita: LEX Iul. munic. (*a. 709*) Corp. I 206, 29 quae via inter aedem sacram et aedificium locumve publicum et inter aedificium privatum est erit (*ibid.* 30). aedis sacrata: SVLP. SEV. chron. 2, 30, 6 (*de templo Hierosolymitano*) *cf. p. 913, 78.* INSCR. christ. Rossi II p. 152, 33. *praeterea cf.* PLIN. nat. 10, 78 sacratam ei (*Achilli*) aedem. aedis sancta: VVLG. I par. 29, 3. *num. plur.*: aedes sacrae: PLAVT. Amph. 1013 VARRO ling. 7, 12 NON. 227, 31 CIC. Verr. 2, 130. 5, 119 Sest. 95 Cael. 78 har. 39 *saepius*. LEX Iul. munic. (*a. 709*) Corp. I 206, 58. MON. Ancyr. 6, 37 sacra>sque aed⟨es⟩. LIV. 24, 18, 10. 30, 17, 6 *saepius*. VITR. 1, 2, 4. 1, 7, 1. 1, 7, 2 *saepius*. PAVL. FEST. 56. 157 *saepius*. VAL. MAX. 4, 3, 14 SEN. dial. 11, 13, 8 PLIN. nat. 36, 16 SVET. Aug. 30. 100 VLP. dig. 1, 16, 7, 1 CENSORIN. 12, 2 p 22, 1 H. LAMPR. Hel. 19, 10 AMM. 27, 9, 10 AVG. civ. 3, 17. 6, 7 *saepius*. IVST. inst. 2, 1, 8 LEX Vrson. Corp. II 5439 II 1, 31 CORP. IX 2652. *adiecto* deorum inmortalium *cf. l. 45.* *nota opposita et adiuncta*: VARRO ling. 5, 81 qui aedis sacras et privatas (*Mommsen, St.-R. II² p. 500 adn. 2*) procuraret (FEST. 13). CIC. dom. 128 consecrabantur aedes, non privatorum domicilia, sed quae sacrae nominantur. parad. 30 privatorum domos, aedes sacras. LIV. 42, 3, 8 eum ... diruentem templa nudantemque tecta aedium sacrarum vagari, et quod, si in privatis sociorum aedificiis faceret. VITR. 2 pr. 5 de aedibus sacris et publicis aedificiis itemque privatis. VLP. dig. 1, 16, 7, 1 aedes sacras et opera publica circumire. AVG. civ. 3, 17 eam esse causam pestilentiae, quod plurimas aedes sacras multi occupatas privatim tenerent. aedes sacratae: FEST. 289 aedes, quae etiam sacratae dicuntur. aedes deorum: HOR. carm. 3, 6, 3 aedis ... deorum (VITR. 3, 1, 4. TAC. ann. 2, 49 deum aedes. AVG. civ. 5, 12). VITR. 2, 10, 3 deorum inmortalium aedibus (3, 1, 9). IMP. AVR. Fronto p. 16, 16 N. ex deorum munitissimis aedibus. *nota*: VITR. 3 praef. 3 de deorum inmortalium aedibus sacris. 4, 5, 1. LEX Iul. munic. (*a. 709*) Corp. I 206, 58 aedium sacrarum deorum inmortalium caussa aedificandarum. *apud* ECCL.: TERT. anim. 50 in aedem dei Iacob. aedes publica (*cf. etiam p. 909, 10*): SVET. Galb. 8 cum provinciam (*Hispaniam*) ingressus sacrificaret intra aedem publicam. VLP. dig. 24, 1, 5, 12 locum, in quo opus publicum, quod promiserat facere, velut aedem publicam, dedicaret, fiet locus sacer. APVL. met. 4, 26 templis et aedibus publicis victimas immolabat. CASSIOD. var. 2, 39, 10 inter aedem publicam et caput igniti fontis. aedes, -is *saepe nude positum est, cum notari templum ex ipso verborum contextu appareat*: *ex. gr. cf. num. sing.*: LIV. 27, 37, 5 VITR. 3, 2, 2 FEST. 106 COMM. instr. 1, 18, 4 *al.* *num. plur.*: CIC. de orat. 3, 180 Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium. OV. Pont. 1, 8, 35 nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra ... subit. *al.* aedes, -ium *secundum usum poetarum pro uno templo dictum*: PROP. 2, 14, 27 has pono ante tuas tibi, diva (*Venus*), Propertius aedes exuvias (*at cf.* VAL. MAX. 8, 1 absol. 5 'Vesta', inquit, ... 'effice, ut ... aquam ... in aedem tuam perferam'). APVL. met. 6, 3 decede itaque de istis aedibus (*verba Cereris; cf.* 6, 1 prospecto templo quodam *sc. Cereris*). SOL. 40, 2 haec Xerxis clementia sacras aedes (*sc. templum Dianae*) non diu a malo vindicavit (sacras sedes *RCN*, sacre sedis *A*). INSCR. christ. Rossi II p. 150, 20 quis tantas Christo venerandas condidit aedes? *adiuncta sunt numeralia*: CIC. Verr. 5, 118 in ea sunt aedes sacrae complures, sed duae, quae longe ceteris antecellant: Dianae, et altera ... Minervae (LIV. 25, 7, 7. 27, 23, 2. 35, 41, 8. 40, 34, 4 VELL. 1, 11, 3).

loci propter synonyma templum, fanum, delubrum *sim. memorabiles*: CIC. Verr. 2, 129 in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, quod templum ... positum est. NEP. Paus. 5, 2 valvas eius aedis. *ibid.* 3 introitum aedis. *ibid.* 4 cum ... de templo elatus esset. LEX Furf. (*a. 696*) Corp. IX 3513, 2 aedem dedicarunt (*cf.* 4. 5. 6. 7). *ibid.* 11 quo id templum melius honestius seit (*Jordan l. l. p. 582*). LIV. 40, 52, 1 dedicationis ⟨causa⟩ templorum reginae Iunonis et Dianae. *ibid.* 2 dedicavit eas aedes. *ibid.* 3 dedicationem templi Iunonis, ... Dianae. VELL. 2, 25, 4 et inscriptio templi adfixa posti hodieque ⟨et⟩ tabula testatur ... intra aedem. VAL. MAX. 1, 8, 11 ⟨statua⟩ in vestibulo templi Matris deum posita bis ea aede incendio consumpta. 1, 1, 8 cum ... templum Honori et Virtuti ... consecrare vellet (LIV. 27, 25, 7, *unde* VAL. MAX. *haec desumpsit*: aedem). *ibid.* negante unam cellam duobus diis recte dicari. *ibid.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

separatis aedibus Honoris ac Virtutis simulacra statueret (Liv. addita Virtutis aedes). Lvcan. 3, 115 ut videt ... Saturnia templa revelli ..., ante fores nondum reseratae constitit aedis. Plin. nat. 10, 127 Diomedis tumulo atque delubro. *ibid.* aedemque eam ... perluunt. 33, 155 in templo Liberi patris ... in eadem aede. Tac. hist. 4, 53 altitudo aedibus adiecta. *ibid.* prioris templi. *ibid.* reliquiae prioris delubri. Vvlg. II Esdr. 6, 10 claudamus portas aedis (*antecedit*: in domo dei in medio templi). Avg. civ. 4, 23 postquam Iovi templum insigne ac sublime constructum est, propter aedis dignitatem sic ad eum multitudo confluxit. *nota adiuncta*: Carm. epigr. 3 L. Mummi L. f. cos ... hanc aedem et signu Herculis Victoris imperator dedicat (Corp. V 4266. VI 331 *saepius*). Liv. 6, 20, 13 aedes atque officina Monetae. 8, 14, 2 aedes lucusque Sospitae Iunonis. Vitr. 1, 3, 1 fanorum aediumque sacrarum conlocatio. Val. Max. 5, 2, 4 aedem et aram Fortunae muliebri ... faciendam curavit (*cf.* Tert. nat. 2, 15 aras vel aedes habent. Avg. civ. 4, 18. 4, 20. 4, 23 aedibus vel altaribus). Vvlg. I Macc. 4, 48 aedem et atria sanctificaverunt (τὰς αὐλὰς ἡγίασαν). *multas alias coniunctiones in titulis celebres v. in Ruggiero diz. I p. 201 sqq.*

de differentiis verborum aedes, templum, fanum *sim.* (*Marquardt, St.-V. III² p. 157 sqq. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 409 sqq.*): Varro ling. 7, 10 sed hoc ut putarent aedem sacram [esse] templum esse factum, quod in urbe Roma pleraeque aedes sacrae sunt templa, eadem sancta (*cf.* Gell. 14, 7, 7 id quoque *Varro in libro epist. quaest. IV* scriptum reliquit; non omnes aedes sacras templa esse ac ne aedem quidem Vestae templum esse). Serv. auct. Aen. 1, 446 morem autem Romanum veterem tangit *Vergilius*: antiqui enim aedes sacras ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur, ac post ibidem sacra edicerentur. Macr. sat. 3, 4, 2 Varro libro octavo Rerum divinarum 'delubrum', ait, 'alios aestimare in quo praeter aedem sit area adsumpta deum causa'. Mon. Ancyr. 4, 22 in aede Apollinis. 4, 12 Honoris et Virtutis (*praeterea* Iovis Feretrii, Iovis, Libertatis, Iovis Tonantis, Divi Iuli, Iunonis Reginae, Iuventatis, Larum, Matris Magnae, Minervae, Penatium, Quirini, Saturni, Vestae). *at* 4, 1 templum Apollinis in Palatio. 4, 21 (5, 42) Martis Vltoris templum. *cf. p. 911, 66.* Fest. 289 religiosum ac sacrum est, ut templa omnia atque aedes, quae etiam sacratae dicuntur. Vitr. 8 praef. 4 cum hydria aqua ad templum aedemque ... refertur. Plin. nat. 15, 120 inter antiquissima ... delubra habetur Quirini ...; in eo sacrae fuere myrti ante aedem ipsam (*at cf. p. 913, 4. Jordan l. l. p. 578*). 36, 32 Hecate Ephesi in templo Dianae post aedem (*cf.* Arator 2, 702 templi nobilis ... aedem. 2, 210 ad templi consederat aedem. Cod. Theod. 16, 10, 3 *a. 346?* aedes templorum, quae extra muros sunt positae, intactae incorruptaeque consistant. *cf. praeterea p. 908, 47 et 913, 59*). Tert. idol. 3 sola templa et vacuae aedes erant. 8 quot templa et aedes idolis aedificantur? Avg. civ. 6, 3 ut in uno eorum (*librorum*) de sacellis, altero de sacris aedibus diceret, tertio de locis religiosis *Varro*.

de aedicula, sacello, larario (*Ruggiero l. l. p. 140. Jordan l. l. p. 571*): Ov. met. 12, 245 penetralia donis haut timuit spoliare suis et primus ab aede lampadibus (iam pedibus *MN*) densum rapuit funale. 14, 313 signum ... aede sacra positum multisque insigne coronis. *ibid.* 316. epist. 7, 99 est mihi marmorea sacratus in aede Sychaeus (*verba Didonis*). Stat. silv. 3, 1, 82 tenuis casa nomine templi. *ibid.* 88 angustaque deficit aedes. Corp. III 633 statuam aeream Silvani cum aede. VI 213 signum genii centuriae cum aede marmoribus exornata (*cf.* 212. 219. 221. 229 cum aedicula). 440 C. Iulius Philumenus aedem et Larem renovavit. *al.* *nota*: Corp. VI 10234, 8. 10. 23 in templo Divorum in aede Divi Titi. Inscr. Bull. com. 15 (1887) 223 aedem ipsius (*Silvani*) marmoratam a solo sua pecunia fecit et templum marmoris stravit idemq(ue) dedic(avit). *huc refert Jordan etiam* Carm. epigr. 3 *et* 6 *et* Tab. triumph. (Liv. 40, 52, 4 *a. a. Chr. n. 179*). *nota: de suggestu funebri aediculae forma constructo*: Svet. Iul. 84 pro rostris aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque lectus eburneus. *de parvulis operibus*: Vvlg. act. 19, 24 faciens aedes (ναούς) argenteas Dianae.

de ecclesiis: Amm. 22, 11, 10 ne collectis supremis (*i. reliquiis*) aedes illis extruerentur ut reliquis, qui ... martyres appellantur. Sidon. epist. 2, 10, 3 huius ... aedis extimis. *ibid.* 4 v. 5 aedis celsa nitet (*antecedit* ecclesia ... exstructa est). 4, 18, 5 v. 12 creverunt ... in spatiis aedis, conditor in meritis (*antecedit* internum removens modici penetrale sacelli). Greg. Tvr. *saepe.* Inscr. christ. Le Blant 369 augustas Pontius aedis restituit. Rossi II p. 150, 20. 152, 33. *nota*: Canon. Migne 56, 857 aedificare non asterium vel oratoriam aedem. *opponuntur aedibus christianorum aedes paganorum*: Avg. civ. 4, 30 in aedibus superstitiosis. Svlp. Sev. chron. 1, 52, 4 sacerdotes ... profanarum aedium (*at contra de templo Hierosolymitano*: 2, 10, 1 aedificationem aedis sacrae; *cf.* 2, 22, 3. 2, 30, 6 aedem sacratam). vit. Mart. 14, 6 profanam aedem. dial. 3, 87 aedem idoli.

attributa ad varias aedes distinguendas: *adiunctum est nomen dei deaeve, cuius aedes est*: Lex Vrson. Corp. II 5439 II 1, 33 ei deo deaeve cuius ea aedes erit. *cf.* Val. Max. 4, 7 ext. 1 illarum (*caerimoniarum deorum*) aedes sacra domicilia. S. C. de Bacchan. Corp. X 104, 1 apud aedem Duelonai. Plavt. Bacch. 312 aede Dianai (Dianae *codd.*). 901 Minervae. Poen. 264 Veneris. Asell. hist. (Non. 194 *s. v.* bubo) Iovis. Varro Men. 439 Apollinis. 149 matris deum. ling. 5, 42 Saturni. 5, 162 Iunonis. 6, 32 Vestae. *aliae aedes saepius apud scriptores memoratae*: Aesculapii, Bellonae, Caesarum (Svet. Galb. 1), Castoris, Concordiae, Consi, Deum Consentium, Deum Penatium, Fidi, Fortunae, Herculis, Honoris et Virtutis, Iani, Iovis Feretrii, Iovis Statoris, Isidis, Larum, Liberi, Libertatis, Lunae, Matutae matris, Mefitis, Monetae, Nympharum, Opis, Pietatis, Proserpinae, Quirini, Romuli, Salutis, Telluris, Vertumni, Volcani. *de aedibus in inscriptionibus memoratis cf. Ruggiero l. l. p. 174 sqq.* *nota*: Plin. nat. 10, 78 sacratam ei (*Achilli*) aedem *cf. p. 913, 4.* Corp. XI 5265, 43 aedem ... Flaviae, hoc est nostrae gentis. 46 aedis nostro nomini dedicata. *inde explicari potest*: Hor. carm. 1, 30, 1 o Venus ... vocantis ture te multo Glycerae decoram transfer in aedem: *praesentia enim deae domus Glycerae aedes fit sacra.* *adiunctum est nomen loci, ubi aedes exstructa est*: Plin. nat. 33, 16 ex Capitolinae aedis incendio (35, 14). 36, 45 Capitolinis aedibus. (*cf.* Tac. hist. 3, 71 porticus adpositas aedibus *scil. Capitolinis*). *saepe etiam aedi nomine dei deaeve instructae, quo clarius distinguatur ab aliis, adiunctum est nomen loci, ubi surgit: ex. gr. cf.* Nep. Prisc. gramm. II 384, 4 aedis Martis ... in circo Flaminio. Liv. 40, 52, 7 in aede Iovis in Capitolio. Mon. Ancyr. III p. 780, 4, 8 aedem deum Penatium in Velia. *al.* *adiunctum est nomen eius, qui aedem faciendam curavit*: Varro rust. 3, 5, 12 tholum, qui est ultra rutundus columnatus, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris columnas (*quod incertum tamen est, cum de Catuli aedicula sive templo quodam aliunde nihil notum sit*). Val. Max. 1, 7, 5 in aede Iovis Mariana. Plin. nat. 34, 57 in aede Pompei Magni. 36, 163 aedem Fortunae, quam Seiani (Seiam *codd. recc.*) appellant. 36, 40 Iovem fecit eboreum in Metelli aede, qua campus petitur.

de partibus aedis: Varro ling. 5, 41 fundamenta ... aedis. Cic. Verr. 5, 96 foris aedis (Plin. nat. 35, 14 *al.*). Liv. 27, 4, 11 aedis culmen (Svet. Aug. 91 fastigium aedis). Vitr. 3, 2, 5 circa cellam aedis (*cf.* 4, 4, 1 distribuitur autem longitudo aedis ..., ipsaque cella *eqs.*). 4, 3, 7 frons aedis (4, 3, 3 *saepius*). 3, 5, 4 in lateribus aedis (3, 5, 15 *saepius*). 4, 6, 1 altitudo aedis a pavimento ad lacunaria. 5, 1, 9 supra pronaum aedis (5, 1, 7 Acta Arv. a. 118 I 10). Fest. 161 intus in aede Vestae in penu exteriore (250 ⟨penus v⟩ocatur locus intimus in aede Vestae tegetibus saeptus [segetibus saepius *cod.*]). Val. Max. 1, 8, 2 in vestibulo aedis. Apvl. met. 11, 24 in ipso aedis sacrae meditullio. Serv. Aen. 9, 406 alii tholum aedium sacrarum dicunt genus fabricae, ut Vestae et Panthei est. Liv. 7, 28, 5 area aedium. Titin. com. 126 de aedi summa (*i. de fastigio*). Ov. fast. 1, 78 flamma ... tremulum summa spargit in aede iubar (*de aedis lacunari*). Pont. 4, 9, 32 media qui sedet aede deus (met. 15, 673 am. 1, 11, 26 Vitr. 4, 7, 2). fast. 3, 143 arcana ... in aede Vestae.

de aedis aedificatione (*cf. etiam p. 915, 19 sqq.*): Varro ling. 5, 159 aedis, quae in Capitolio facta (6, 19 Varro Non. 494, 6 Cic. rep. 2, 36 Liv. 7, 28, 5 *saepius.* Vitr. 1, 7, 2. 4, 8, 6 Fest. 13 *al.*). Cic. Flacc. 44 in aedem sacram reficiendam (Nep. Att. 20, 3 Liv. 5, 19, 6 *saepe.* Plin. epist. 9, 39, 1 *al.*). Nep. Prisc. gramm. II 383, 4 aedis architectata (Vitr. 1, 1, 12). Ov. fast. 6, 793 quam (*aedem*) Romulus ... condidit (Plin. nat. 16, 235 Sol. 1, 12 Avg. civ. 3, 26 Inscr. christ. Rossi II p. 150, 20). Vitr. 1, 2, 5 aedes ... fient ... construentur (Avg. civ. 4, 11. 4, 23). 3, 1, 9 constituentes (3, 2, 7. 4, 1, 7 *saepius.* Svet. Iul. 10 Avg. civ. 3, 25. 4, 23). Vell. 1, 11, 3 aedibus sine inscriptione positis (Lact. inst. 1, 20, 32 aedem Veneri ... posuerunt). 1, 11, 5 aedem ex marmore molitus (Flor. 1, 1, 7). Plin. hist. 7, 125 aede ... fabricata. 16, 217 exaedificata. 35, 120 aedes ... restituenti (Spart. Hadr. 12, 3). 36, 163 construxerat aedem. Plin. epist. 9, 39, 3 exstruxero (Svet. Aug. 29 Spart. Hadr. 26, 9). Svet. Aug. 29 perfecta (60). 60 aedem ... inchoatam. Dom. 5 novam ... excitavit aedem. Vlp. dig. 45, 1, 38, 25 aedificari (Tert. idol. 8). Papin. dig. 18, 1, 73 aedes ... diruta. Lampr. Hel. 19, 10 instauravit. Avr. Vict. Caes. 9, 7 aedes Pacis ... coepta. *nota breviloquentiam*: Plin. nat. 35, 154 ante hanc (*Cereris*) aedem *sc. conditam.* Vitr. 4, 2, 2 lapideis et marmoreis aedium sacrarum aedificationibus. 5, 3, 3 de fundationibus aedium sacrarum. Traian. Plin. epist. 10, 50 aedem Matris deum transferre (Plin. epist. 10, 49, 1). Cic. Verr. 2, 130 consules aedis sacras locavissent neque potuissent omnia sarta tecta exigere. 2, 131 quis aedem Castoris sartam tectam deberet tradere (*cf.* epist. 13, 11, 1). Liv. 9, 43, 25 aedes Salutis ... locata est (10, 1, 9. 34, 53, 7 *saepius*). 40, 44, 10 duumviri ad aedem locandam crearentur. 36, 36, 4 locaverant aedem faciendam (22, 33, 7 Alf. dig. 18, 2, 30, 3). Ivv. 3, 31 aedem conducere, flumina, portus. *cf. Ruggiero l. l. p. 168.* Liv. 24, 18, 10 locationibus ... aedium sacrarum.

aedes vovetur, consecratur (sacratur), dedicatur: Tab. triumph. (Liv. 40, 52, 4 *a. a. Chr. n. 179*) aedem Laribus Permarinis vovit *L. Aemilius M. f. cos.* (Liv. 2, 20, 12. 4, 25, 3 *al. saepe*). Flor. 1, 14, 2 deam promissa aede placavit. Hor. carm. 2, 17, 61 aedem ... votivam. lex aedis: Fest. 189 huius aedis lex nulla extat. *cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ruggiero l. l. p. 149 sqq. CARM. epigr. 6 *L. Scipio Barbati filius* dedet Tempestatebus aide mereto⟨d⟩. 3 *L. Mummius* aedem et signum Herculis Victoris imperator dedicat. VARRO ling. 6, 61 aedis sacra a magistratu praeeunte dicendo dedicatur. 6, 20 Veneri dedicata aedes. CIC. nat. deor. 3, 13 leg. 2, 58. LIV. 2, 8, 5 *saepissime.* FEST. 325. 343 FASTI Praenest. p. 233 d. II Mart. *et saepissime in titulis.* LIV. 2, 27, 6 dedicationem aedis (27, 25, 7 PAVL. FEST. 154 VAL. MAX. 9, 3, 6). LIV. 23, 31, 9 duumviri creati sunt ... aedibus dedicandis; *cf.* 2, 42, 5. 34, 53, 6. 35, 9, 6 *saepius.* FEST. 257 eo die aedis eius (*Minervae*) in Aventino consecrata est (*cf.* 263. 321 VAL. MAX. 1, 8, 4). 285 quo ritu aedes sacrentur (*cf.* 165, 22 PLIN. nat. 36, 163 SVET. Aug. 29). *inde dictum*: OV. fast. 1, 463 te ... lux eadem, Turni soror, aede recepit (6, 258). 6, 217 hunc (*deum*) ... donarunt aede Sabini. PAVL. FEST. 147 eo die (*Kalendis Martiis*) Iunonis Lucinae aedes coli coepta est. AVG. civ. 4, 18 *Felicitas* aedem accepit, aram meruit. *de aedis natali (quae quidem verba ita coniuncta nusquam legi) cf. Ruggiero l. l. p. 147. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 405.*

de aedis specie et supellectile sacra: VITR. 4, 8, 6 non enim omnibus diis isdem rationibus aedes sunt faciundae, quod *sqq. praeterea cf. p. 912, 1 sqq.* LIV. 10, 23, 3 aedem rotundam Herculis (VITR. 4, 8, 1 fiunt autem aedes rotundae, e quibus aliae monopteroe sine cella columnatae constituuntur, aliae peripteroe dicuntur. *cf.* 4, 8, 2 peripteros ... aedes. FEST. 263 rutundam aedem Vestae. SERV. auct. Aen. 9, 406 aedes ... rotundas tribus diis dicunt fieri debere, Vestae, Dianae (*del. Jordan, Tempel der Vesta p. 77 n. 6*), vel Herculi vel Mercurio. VITR. 1, 2, 5 aedes ionicae (3, 2, 7 *saepius*). *ibid.* doricae (3, 2, 7 *saepius*). *ibid.* corinthio genere constitutae (*cf.* 7 praef. 16). 3, 2, 2 in antis erit aedis, cum habebit in fronte antas parietum *sqq.* 3, 3, 1 species autem aedium sunt quinque, quarum ea sunt vocabula, pycnostylos ..., systylos ..., diastylos ..., araeostylos, eustylos (*cf.* 3, 3, 9. 3, 3, 10. 3, 3, 8 ex dipteri ... aedis symmetria. TIB. 1, 10, 20 in exigua ... aede. OV. fast. 1, 201 angusta (STAT. silv. 3, 1, 88). SOL. 56, 16 pauxilla (PLIN. nat. 6, 204 aedicula). OV. met. 15, 842 ab excelsa ... aede (Pont. 2, 2, 86). fast. 6, 637 magnifica. ASCON. in tog. cand. 90 B. nobilissima. APVL. met. 11, 22 aedis amplissimae. AVG. civ. 4, 23 maior atque sublimior.

de picturis statuisve aedes exornantibus: PLIN. nat. *saepius veluti* 35, 154 qui (*pictores*) Cereris aedem Romae ad circum maximum utroque genere artis suae excoluerant. 35, 130 ei (*tabulae*) aedem fecit in Tusculano suo *Hortensius.* 35, 19 aedem Salutis pinxit. 35, 17 exstant certe hodieque antiquiores picturae Ardeae in aedibus sacris. *alibi.* PLIN. epist. 10, 81, 2 in aede positam tuam (*imperatoris*) statuam. SVET. Aug. 30 aedes sacras ... opulentissimis donis adornavit. Tib. 26 ornamenta aedium (*cf. l. 53*). CORP. XIV 2795 (*Gabiis*) aedem fecerunt et ex·ornaverunt statuis et reliquis rebus. *de aedis statuis deorum, mensis, sim.*: *statua dei deaeve in aede posita passim memoratur, ex. gr.*: TIB. 1, 10, 20 stabat in exigua ligneus aede deus. OV. fast. 1, 201 Iuppiter angusta vix totus stabat in aede. met. 13, 344 sua ... eripere aede deam. VAL. MAX. 1, 8, 4 Fortunae ... Muliebris simulacrum ... cum aede sua consecratum. IVV. 3, 139 servavit trepidam flagranti ex aede Minervam. SVET. Tib. 26 ne inter simulacra deorum, sed inter ornamenta aedium ponerentur *statuae imperatoris.* *mensae*: PAVL. FEST. 157 mensae in aedibus sacris arar⟨um vicem obtinebant⟩. *inde*: NOV. com. 15 si tris mensae sint (sim *codd.*) in aede, ut pariter dispertiam. CORP. XI 5283 (*non ante Constantini aetatem*) aedem ... fecit, item mensam et aram d. d. *altaria* (*cf. etiam p. 913, 15*): AVG. civ. 4, 20 in aedibus propriis altaria meruerunt.

de aedis usu et curatione: frequentatur cultus deorum causa: PLAVT. Bacch. 900 illa ... in arcem abiit aedem visere Minervae. Poen. 190 in aedem Veneris eo. TVRPIL. com. 72 postquam ad aedem venimus, veneratur deos. SVET. Aug. 91 aedem ... assidue frequentaret. *nota*: PLAVT. Poen. 529 si vos ad prandium me in aedem vos dixissem ducere. Trin. 468 nunc si in aedem ad cenam veneris. LIV. 9, 30, 10 in aede vescendi ius. *Marquardt, St.-V. III² 160.* *in aede res deponuntur*: IAV. dig. 43, 5, 5 in aede sacra ... deponendae sunt. MARCIAN. dig. 48, 13, 6 res ... in aedem sacram depositae. *saepius apud* ICTOS. COD. Iust. 11, 48 (47), 20, 1 reditus ... deponantur in aede sacra, id est in cimeliarchio civitatis. *inde*: QVINT. inst. 4, 2, 8 pecuniam privatam ex aede sacra subripuit. *in aede senatus habetur*: CIC. Cat. 2, 12 senatum in aedem Iovis Statoris convocavi. Phil. 1, 1 LIV. 4, 21, 9. 41, 17, 4 *al. saepissime. at cf. Mommsen, St.-R. III 926; Marquardt, St.-V. III² 155 not. 6.* *aedes curatur*: VARRO ling. 5, 81 qui aedis sacras et privatas procuraret. 7, 12 curare. 8, 61 ab aede et tuendo ⟨aeditumus⟩. CIC. Verr. 6, 36 sacrarum aedium procurationem. PAVL. FEST. 13 aedilis ... aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. CHAR. dig. 50, 4, 18, 10 custodes aedium. VLP. dig. 43, 6, 1, 3 cura aedium locorumque sacrorum mandata est his, qui aedes sacras curant. POMP. dig. 1, 2, 2, 21 qui aedibus praeessent.

b *translate*: *de sepulcro* (*cf. etiam p. 911, 40*): CORP. VI 9433 fecerunt aedem cum suo sibi hypogaeo sibi et suis libertis libertabus. 13562 aede sepulturae. XIV 166 aedem fecit. 480 hanc aedem posuit struxitque novissima templa manibus et cineri posteriisque meis. EPHEM. epigr. IV 228. 498. *de mente*: OV. Pont. 3, 6, 25 nuper eam (*iustitiam*) Caesar facto de marmore templo, iam pridem posuit mentis in aede suae. PROSP. AQ. epigr. 102 (99), 8 noctem peccati cordis ab aede fuget. *de ecclesia christiana*: LVCIF. reg. apost. 9 non ergo erit mirandum, si tibi vindicasti aedem, quam colligere sumus soliti dei populum (*cf.* II Cor. 6, 16 ὑμεῖς γὰρ ναὸς θεοῦ ἔτι ζῶντος. *Hartel, Archiv 3, 1886, 42*).

synonyma: ad I: v. p. 908, 63. ad II: v. p. 912, 71.
opposita: ad I: v. p. 908, 79. ad II: v. p. 912, 16. *Prinz.*

Aedesa, -ae *fluv. Lyciae.* PLIN. nat. 5, 101 Choma praefluente Aedesa (edesa, aedera *alii codd.*).

Aedes(s)a, Edes(s)ēnus *v.* Edessa, Edessenus.

Aedesius *v. sub* Aedemon.

Aedia, -ae, Ἀηδία, *an conferendum* ἀναίδεια? *cogn. mul.* CORP. VI 24456 (*descr.*) Q. Pompeius Eutropus Valeriae Aedíae uxori sanctissimae. *nisi pertinet ad* Aedius. *Diehl.*

Aedico *v.* Edico.

aedicula, -ae *f.* [*ab* aedes, *deminutive. Th.*]. aedicla: *saepe in* INSCR. *veluti* CORP. V 3634, 5. VI 27. 4889. 11137. 25359. XI 1418. 4232. XIII 2493. XIV 2042. 4184. aecla: CORP. VI 25598 in fronte ped. X usque ad aecla ped. XXX. *cf.* III 164 addit. p. 971 AE^DI^CVLAM. *Jordan, Hermes 14 (1879) 571. Habel, PW. I 445. Ruggiero, diz. epigr. I 139.*

I GLOSS. aedicula **domuncula**; domos modica; aedis diminutivum. aediculae hospitiola. *sing.*: *de uno conclavi parvulo*: PLAVT. Epid. 402 in aediculam istanc (*feminam*) sorsum concludi volo. AMM. 15, 5, 31 extractum aedicula, quo ... confugerat. *plur.*: *de domuncula*: TER. Phorm. 663 aediculae item sunt *oppositae pignori* ob decem alias *minas.* CIC. Cael. 17 insulam esse venalem, cuius hic in aediculis habitat. parad. 50 habuit ... aediculas in Carinis *M'. Manilius.* PETRON. 91 aedicularum custodi. 85 propter cultum aedicularum. HIER. epist. 108, 8 Christi vidit ecclesiam et Philippi aediculas. VVLG. IV reg. 23, 7 destruxit ... aediculas effeminatorum. COD. Iust. 2, 7 (8, 3), 22, 2 nec aediculas eorum metatorum onere molestari. ISID. orig. 15, 2, 43 tabernae olim vocabantur aediculae plebeiorum parvae et simplices in vicis. **II** GLOSS. aedicula **ναΐσκάριον**; aedis diminutivum. *de sacello sive forma aedis parvulae sive recessus in pariete templi, domus, sim. ad signum quoddam recipiendum*: CIC. dom. 136 aram et aediculam et pulvinar ... dedicasset (*cf.* CORP. V 5718, 12 aram cum aedicula. X 5388 aediculam et bassim ... dant. VI 56 aediculam aram saeptum clusum ... restituit. 27 aediclam refciendam (*sic!*) curavit. 10234 locum aediculae cum pergula. VIII 5297 *saepius. cf. etiam p. 916, 67*). LIV. 35, 41, 10 in cella Iovis supra fastigium aediculae. OBSEQ. 38 aedicula et signum de caelo tacta. VITR. 7, 5, 3 candelabra aedicularum sustinentia figuras (*in picturis*). PETRON. 29 grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula erant Lares argentei (*cf.* COMM. instr. 20, 2 rogatis tot Lares aediculis). PLIN. nat. 6, 204 in ea (*insula Iunonia*) aediculam esse tantum lapide exstructam. 36, 36 quod (*Lysiae opus*) ... dicavit in aedicula columnis adornata, id est quadriga currusque et Apollo ac Diana ex uno lapide. 33, 19 vovit aedem Concordiae ... et, cum ad id pecunia publice non decerneretur, ex multaticia faeneratoribus condemnatis aediculam aeream fecit in Graecostasi (*cf.* SERV. auct. Aen. 1, 8 aediculam aeneam brevem *Musarum*). FRONTIN. aq. 10 aedicula fonti adposita hanc originem picturā ostendit. IVV. 8, 111 si quis in aedicula deus unicus. CARM. epigr. 863, 3 (*saec. I in.*) aediculam hanc Numphis posuit. PAVL. dig. 48, 13, 11, 1 aediculas incustoditas temptaverunt. APVL. met. 3, 27 respicio ... in ipso fere meditullio *stabuli* Eponae deae simulacrum residens aediculae. MIN. FEL. 32, 1 intra aediculam vim tantae maiestatis includam? TERT. idol. 8 si templum, si aram, si aediculam eius instruxeris. LACT. inst. 1, 20, 18 neque intra parietes aut aediculas luto factas, sed intra pectus collocandae sunt virtutes. AVG. c. Faust. 16, 10 quibus ... inanibus simulacris non aediculas fabricastis? SIDON. epist. 5, 17, 8 sub ipsis aediculae valvis. LIV. 35, 9, 6 aediculam Victoriae Virginis prope aedem Victoriae ... dedicavit. PLIN. nat. 35, 108 in Minervae delubro supra aediculam Iuventatis. 36, 87 Nemesis XL aediculis. 36, 21 aedicula eius (*Veneris*) tota aperitur. INSCR. Bull. com. 15 (1887) 33 aediculam La⟨rum⟩. 4184 ⟨aed⟩iclam Dia⟨nae⟩. V 3634, 5 in quo (*monimento*) est aedicla Priapi. *nota*: AVG. civ. 2, 15 nulla sacra aedicula. *de sepulcro sive loculo ad ollam condendam facto*: CORP. VI 10275 aediclam et ollaria fructuariorum. 9189 aedicula cum ollis ossuariis. 16624 aedicula ossuaria. 4889 fecit aediclas tres. 17653 ad has haediculas et ollas. 11137. 25359. 28354 ⟨ti⟩tulum aediculam ... d. s. meritae. XIII 2494 aediclam cum vinea et muris ad opus consummandum. XIV 796 C. Cestius Fortunatus aediculam sibi concessam comparavit. *al.*

synonyma: *ad I*: domuncula. *ad II*: (sacellum), aedes (*cf. p. 913, 50 sqq.*); (loculus). *opponitur* aedes: *cf. l. 53.*

aediculum, -ī *n.* QVEROL. p. 24, 4 P. recurre ad aediculum (aediculam *Daniel*) cito. **::** sacellum in parte, argentaria ex diverso.

? **aedifacio,** -ere. *ab* aedificium *retrograde.* LABEO dig. 19, 2, 60, 4 villam aedifacere (*sic F*; aedificare *PU*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aedifex, -icis *m.* [*tractum ab* aedificare. *Th.*] TERT. idol. 12 ex similitudine providentissimi aedificis illius, qui prius sumptus operis cum viribus suis supputat.

(**aedificanter**) *adv.* *ab* aedificare. CHAR. gramm. I 186, 11 quis dubitabit et ab eo, quod est aedifico, aedificans aedificanter dici? quod cum omnino regula Latini sermonis non admittat *eqs.*

aedificātio, -ōnis *f.* *ab* aedificare. GLOSS. οἰκοδομή; structura (*cf. l. 29*). *verbum omnes poetae praeter* PLAVT. (Mil. 210 Most. 132) *vitaverunt.* *Goelzer, lat. de Saint Jérome p. 235. Leonhard, PW. I 446.*

1 ***actio aedificandi***: **a** ***proprie***: *α sing.*: PLAVT. Most. 132 tum specimen cernitur, quo eveniat aedificatio (*in comparatione, de qua v. p. 911, 34*). CIC. Pis. 48 intermissa intolerabilis aedificatio constitisset. Att. 12, 38, 4 aedificatio me non movet. epist. 13, 1, 3 aedificationis tuae consilium. CIC. ad Q. fr. 2, 2, 1 de aedificatione tua (epist. 13, 1, 3). epist. 3, 7, 2 eorum aedificationem. 3, 9, 1 Appianorum. VITR. 1, 3, 1 partes ipsius architecturae sunt tres, aedificatio, gnomonice, machinatio. aedificatio autem divisa est bipertito, e quibus una est moenium et communium operum in publicis locis conlocatio, altera est privatorum aedificiorum explicatio. VVLG. II par. 16, 6 ligna, quae aedificationi praeparaverat. I Esdr. 5, 4 nominum auctorum aedificationis illius. *c. gen. obi.*: CIC. rep. 2, 44 Capitolii aedificatione. ad Q. fr. 2, 5, 4 Arcani. LIV. 1, 53, 3 eius templi (*cf.* AVG. civ. 18, 45 SVLP. SEV. chron. 2, 12, 2). PAVL. dig. 35, 2, 1, 19 monumenti. VLP. dig. 39, 1, 1, 12 quorum (*operum*) aedificatio vel demolitio. AMBR. fuga saec. 3, 16 in illius arcae testimonii aedificatione (*cf.* VVLG. exod. 25, 15). SVLP. SEV. chron. 2, 9, 3 *et* 2, 9, 9 urbis. 2, 10, 1 sacrae aedis. *nota*: ITALA Primas. apoc. 21, 18 fuit aedificatio muri eius ex lapide iaspide (cod. Gig. in structura murus eius iaspis. VVLG. erat structura muri eius ex iaspide. ἡ ἐνδώμησις τοῦ τείχους. *cf. l. 46*). *cum verbis*: VARRO rust. 1, 13, 6 ad horum luxuriam derigas aedificationem. CIC. Pis. 48 illa eius intermissa aedificatio. ad Q. fr. 2, 5, 4 aedificationem Arcani ad tuum adventum sustentari placebat. epist. 3, 7, 2 impedissem (3, 9, 1). 13, 1, 3 te abiecisse illam aedificationem constabat. 13, 1, 5 deposuisse. SVLP. SEV. chron. 2, 9, 3 urbis aedificatio ... dilata est. 2, 12, 2 inhibitam templi aedificationem (2, 9, 9). *β plur.*: VITR. 2, 3, 4 neque in aedificationibus sunt onerosi *lateres*. 2, 1, 7 abundantem copiam ad aedificationes. TAC. ann. 3, 37 diem aedificationibus, noctem conviviis traheret. VITR. 7, 14, 3 omnes aedificationum (aedificiorum *G*) perfectiones. PLIN. nat. 36, 81 vestigia aedificationum nulla exstant *iuxta pyramidas* (*cf.* Diodor. 1, 63). 19, 30 machinis aedificationum. VITR. 2, 1, 2 nidos et aedificationes earum (*hirundinum*) imitantes. VITR. 9 praef. 7 scalarum aedificationibus. 5, 11, 11 palaestrarum aedificationes traditas ... explicare. VVLG. Iudith 5, 10 in aedificationibus urbium. *nota*: VITR. 4, 2, 2 in lapideis et marmoreis aedium sacrarum aedificationibus (*cf. l. 29*). TAC. ann. 6, 45 modicus privatis aedificationibus.

b ***translate***: *per iocum de gestu corporis*: PLAVT. Mil. 209 *servus cogitabundus* ecce autem aedificat: columnam (*i. brachium*) mento suffigit (suffulsit *P*) suo. apage, non placet profecto mi illaec aedificatio. *de corporis, mundi, sim. formatione*: CHALC. comm. 202 docet ipsam humani corporis aedificationem. AMBR. exam. 1, 7, 25 fundamento posito aedificationis membra distinguit *deus mundum aedificans.* AVG. gen. ad litt. 9, 15 in. mulieris formatio, quae mystice etiam aedificatio dicta est. ALC. AVIT. hom. 2 p. 105, 13 aedificationem mulieris de costa dormientis viri. *de intellegentiae, sermonis, sim. cultu, amplificatione*: HIL. in psalm. 9, 1 intellegentiae aedificatio conparetur. VVLG. Ephes. 4, 29 ad aedificationem fidei (*at graece*: πρὸς χρείαν τῆς πίστεως). AVG. op. monach. 7, 8 in praedicatione regni caelorum et aedificatione pacis ecclesiae. FAVST. REI. epist. 7 p. 201, 6 aedificatio aliqua ordinati aut compuncti sermonis. VIRG. gramm. epit. 13 p. 76, 12 H. propter decorem aedificationemque eloquentiae.
sensu ecclesiastico: *in* NOV. TEST. *ex imagine illa, qua ecclesia tamquam templum figuratur a Christo fundatum (cf. p. 918, 67) sive unum corpus, cuius caput est Christus (cf. l. 77 et 52), intellegendae sunt locutiones* aliquid ad aedificationem ecclesiae (*sive* corporis Christi *sive in oratione recta* ad vestram aedificationem) facere, loqui *sim.*: I Cor. 14, 12 ad aedificationem ecclesiae quaerite (πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας). 14, 5 ut ecclesia aedificationem accipiat. 14, 26 omnia ad aedificationem fiant. 14, 3 hominibus loquitur ad aedificationem (λαλεῖ οἰκοδομήν). II Cor. 12, 19 loquimur ... propter aedificationem vestram. 10, 8 quam (*potestatem*) dedit nobis dominus in aedificationem et non in destructionem vestram (εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν. 13, 10). Eph. 4, 12 ipse (*Christus*) dedit quosdam quidem apostolos ... in aedificationem corporis Christi. 4, 15 crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis ... augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate (εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ). ITALA (Iren. praef. 1) *et* VVLG. I Tim. 1, 4 quae (*fabulae*) quaestiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in fide (*at graece*: οἰκονομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει). *quos ad locos saepe alludunt* ECCL.: HIER. vir. ill. 6 unam ad aedificationem ecclesiae pertinentem epistulam. 25 tractatus ad aedificationem ecclesiae pertinentes (*cf.* apol. adv. Ruf. 3, 16. DIDASC. apost. 78, 32 haec ... aedificationem praestant ecclesiae et vitam aeternam credentibus. LEO M. epist. 99, 5 ad aedificationem ecclesiarum suarum. AVELL. p. 700, 8 quod aedificationi ecclesiasticae conveniret). epist. 51, 2 in aedificationem et non in destructionem fratrum (*cf.* PAVL. NOL. epist. 1, 4 init.). PAVL. NOL. epist. 2, 3 extr. crescamus in illius corporis aedificationem, cuius caput Christus est. FVLG. RVSP. ad Mon. 2, 11 spiritalis aedificatio corporis Christi. 2, 10 aedificationem, qua in spiritu aedificamur, ... in aedificationem corporis Christi. *al.* *inde de aedificatione spirituali i. de fidei, virtutis, pietatis factis dictisve excitatione saepissime apud* ECCL.; *cuius usus primordia iam in* NOV. TEST. *agnoscere licet*: *cf.* Rom. 14, 19 quae pacis sunt, sectemur, et quae aedificationis sunt, invicem custodiamus (τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους φυλάξωμεν). 15, 2 unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem (εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν). TERT. cult. fem. 1, 3 legimus omnem scripturam aedificationi habilem divinitus inspirari (II Tim. 3, 16 ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἐλεγμόν, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν). poen. 5 dicere quoque periculosum est, sed ad aedificationem proferendum est. pat. 5 loquacitas in aedificatione nulla turpis. GAVDENT. 7 med. nobis hodie quae aedificatio sit *in praeceptione* iuxta intellegentiam spiritalem. 8 med. his pro communi aedificatione moraliter expositis (AVELL. p. 699, 13 pro populi aedificatione. BENED. reg. 38 pro aedificatione ... dicere. PASSIO Desid. 1 pro aedificatione hominum futurorum). AMBROSIAST. II Cor. 10, 13 gloriari ... ad aedificationem illorum (*cf. ibid.* in profectu credentium. HIER. epist. 123, 8 ad aedificationem tuam. in eccles. 10 proximi). HIER. apol. adv. Ruf. 3, 9 quae est audientium aedificatio duos senes inter se ... digladiari? (AVG. epist. 225, 3 *al.*). PAVL. NOL. epist. 9, 5 extr. cor nostrum, quod est carnale, ... spiritali aedificatione destructum (AVG. epist. 133, 8 *passiones* infirmis ad aedificationem spiritalem utiles. FERRAND. vita Fulg. 54 *cf. l. 8*). AVG. vit. eremit. 8 de ... animae aedificatione. CASSIAN. inst. 1, 10 parvissimi cuculli velamen vel melotae gestatio derisum potius quam aedificationem ullam videntibus comparabit (*cf.* conl. 8, 3, 5 *saepius*). 4, 41, 1 universa ... minus aedificationis habentia. 5, 39, 2 cui de scripturis sanctis aliquid ad legendum aedificationis eius obtentu transmittere cupio (*cf.* conl. 2, 11, 2). 10, 2, 2 aedificationem nullam esse in fratribus. LEO M. serm. 2 me ... utilem vestrae aedificationi dignetur efficere (*cf.* FVLG. RVSP. epist. 12, 11, 24 aptum aedificationi atque instructioni fidelium). AVELL. p. 520, 24 per quae aedificatio generalitati proveniat. EVGIPP. Sev. 43, 8 aedificationis alloquium (BENED. reg. 6 aedificationum eloquiis). PASSIO Perpet. et Felic. 1 vetera fidei exempla ... aedificationem hominis operantia. PASSIO Felic. et fil. p. 60, 6 K. magnam de se aedificationem castis mentibus dabat *Felicitas.* ACTA Luc. et Marc. 1 quod (*martyrium*) audientes aedificationem accipiatis.

2 ***res aedificando effecta, aedificium***: **a** ***proprie***: *α sing.*: CATO orat. Gell. 13, 24, 1 neque mihi aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est manupretiosum. CIC. epist. 5, 6, 3 domum tuam atque aedificationem omnem perspexi et vehementer probavi. GELL. 15, 1, 4 ut ne ulla tua aedificatio e ligno ... arderet. AMBR. off. 2, 2, 7 arenosum solum cito cedit nec potest impositae aedificationis sustinere onera. VVLG. II Cor. 5, 1 aedificationem ex deo habemus, domum non manufactam, aeternam in coelis (οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον). HIER. in Ier. 22, 12 aeternam palatii sui aedificationem. *de compluribus aedificiis*: CIC. Verr. 5, 117 *urbs* portus habet prope in aedificatione aspectuque (amplexuque *Classen*) urbis inclusos. *β plur.*: VVLG. Matth. 24, 1 ut ostenderent ei aedificationes templi (τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ). Marc. 13, 2 vides has omnes magnas aedificationes (οἰκοδομαί). AVELL. p. 47, 15 aedificationes. EXC. Barb. (Chron. Frick.) p. 244, 27 aedificationes Romanorum (οἴκους).

b ***translate***: *in imagine*: HIER. epist. 108, 26 hoc culmine (*sc. intellegentia spirituali*) aedificationem animae protegebat. PROSP. in psalm. 100, 2 pia ... et impolluta conscientia liberis intra se utitur spatiis, et quae integros habet suae aedificationis recessus, in appetitus non evagatur alienos. *in* NOV. TEST. *figuratur ecclesia, i. fidelium universitas, tamquam templum a Christo fundatum, quod apostoli eorumque discipuli aedificent atque amplificent* (*cf.* Matth. 16, 18): Eph. 2, 20 superaedificati *estis* super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis aedificatio (οἰκοδομή) constructa crescit in templum sanctum in domino. I Cor. 3, 9 dei agricultura et dei aedificatio estis; *cf. quae sequuntur*: ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superaedificat. *cf.* II Cor. 6, 16 vos enim estis templum dei vivi. *inde apud* ECCL.: ZENO Migne 11, 356, 22 aedificationem vestram aede ... de novella cognoscite. *al.*

synonyma: *ad 1a*: (exstructio), structura (*cf. p. 917, 19*). *ad 1b*: formatio (AVG. gen. ad litt. 9, 15 in.); *sensu ecclesiastico*: profectus (AMBROSIAST. II Cor. 10, 13). *ad 2a*: domus (VVLG. II Cor. 5, 1). *opposita*: *ad 1a*: demolitio (VLP. dig. 39, 1, 1, 12), destructio (VVLG. II Cor. 10, 8). *ad 1b* (*sensu ecclesiastico*): risus, derisus (CASSIAN. inst. 1, 10 conl. 8, 3, 5). *composita*: coaedificatio, exaedificatio. *deminutivum*: aedificatiuncula.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aedificātiuncula, -ae *f.* *ab* aedificatio, *deminutive.* CIC. ad Q. fr. 3, 1, 5 quaesivi ... ex eo, ecquid ei de illa aedificatiuncula Laterii ... mandavisses. *cf. sqq.*: quamquam ea villa, quae nunc est, *eqs.*

aedificātor, -ōris *m.* *ab* aedificare. 1 *proprie*: **a** GLOSS. aedificator οἰκοδόμος. BOET. diff. top. Migne 64, 1184[a] qui ... *scit* aedificare, aedificator est. HIER. in Matth. 21, 42 aedificatores, id est caementarios (VVLG. aedificantes). COD. Iust. 10, 66 (64), 1 structores, id est aedificatores. CATO agr. 1, 4 de domino bono colono bonoque aedificatore melius emetur *praedium.* VITR. 6, 6, 7 distributiones operum nostratium, ut sint aedificatoribus non obscurae, explicui. VEN. dig. 45, 1, 137, 3 secundum rationem diligentis aedificatoris. VLP. dig. 39, 2, 37 imputari id aedificatori potest. HIER. in Is. 61, 6 aedificatores urbium desertarum. VVLG. Is. 58, 12 aedificator saepium. AVG. civ. 21, 26 aedificia ... consumunt cum ipsis aedificatoribus (*in comparatione*). *cf.* c. Iul. op. imp. 4, 135. COD. Theod. 15, 1, 46 privatus aedificator. **b** *amator aedificandi*: NEP. Att. 13, 1 nemo illo minus fuit emax, minus aedificator. COLVM. 1, 4, 8 eleganter igitur aedificet agricola: nec sit tamen aedificator. IVV. 14, 66 aedificator erat Cretonius. FLOR. 1, 2, 3 quid ille militiae artifex Tullus? ... quid aedificator Ancus? 2 *translate*: CIC. nat. deor. 1, 18 opificem aedificatoremque mundi (1, 21 Tim. 7 APVL. Plat. 1, 7 LACT. inst. 1, 24, 4 *cf.* AMBR. fuga saec. 2, 10). LVCIF. Athan. 1, 31 aedificator falsae religionis atque institutor. PACIAN. epist. 1, 7 mali aedificatoris (*i. episcopi*) opera rescindat *deus* (*cf.* AVG. c. Iul. 2, 10, 37 talibus *viris, quales fuerunt Irenaeus, Cyprianus, al.*, post apostolos sancta ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit. *cf. sub* aedificatio *p. 918, 67 sqq.*). AVG. reg. ad cler. frg. Migne 32, 1449 nullum de fratribus provocet, ne magis destructor, quam aedificator monasterii videatur (*cf. p. 917, 64 sqq.*). RVRIC. epist. 2, 11 p. 389, 23 fabricae turris illius, quam dominus in evangelio construi praecepit, strenuus aedificator insistas. IORD. Rom. 4 ab Romulo, aedificatore eius (*rei Romanae*).

synonyma: *v. l. 7 sqq. praeterea cf.* architectus. *oppositum*: *v. l. 29.*

aedificātōrius, -a, um. *ab* aedificator, aedificare. *sensu translato*: TERT. carn. 17 verbum aedificatorium mortis *i. quod mortis causa fuit* (*opp.* exstructorium vitae). anim. 47 quae (*somnia*) ipsi gratiae comparabuntur, si qua honesta, sancta, prophetica, revelatoria, aedificatoria (*i. quae aedificant*), vocatoria (*cf. sub* aedificatio *p. 918, 10 sqq.*). HIER. in Philem. 1, 1 Ioannes, propter quem postea aedificatorium ecclesiae iurgium concitatum est (*i. iurgium illud inter Paulum et Barnabam ortum* [*cf.* act. 15, 39], *quod tamen, cum uterque apostolus suam sibi provinciam sumeret, ad ecclesiae aedificationem contulit; cf. sub* aedificatio *p. 917, 64 sqq.*). *subst.* **aedificātōria,** -ae *f. sc. ars*: BOET. top. Arist. (Migne 64, 933) 3, 1 in medicina vel aedificatoria.

aedificiālis, -e. *ab* aedificium. NOT. Tir. 81, 63[a]. *cf. compositum* anteaedificialis.

aedificiolum, -ī *n.* *ab* aedificium, *deminutive.* *parvum aedificium, aedicula*: NOT. Tir. 81, 63. CORP. VI 10693, 6 monimentum cum aedificiolo. 10246, 3 cum edificiolo et monimento. 22518, 5 hic locus cum hortulo ... et aedificiolis suis.

aedificium, -ī *n.* [*cf. c.* aedificare *Th.*] VARRO ling. 5, 141 ab aedibus et faciendo maxime aedificium. *stulte* ISID. orig. 15, 3, 2 aedificium eo, quod fuerit prius ad ĕdendum factum. SVET. diff. s. v. moenia: moenia publicorum sunt operum, ⟨muri⟩ aedificiorum (aedificia *M*) privatorum (GRAMM. suppl. 285, 16). IVL. dig. 30, 81, 3 qui fundum excepto aedificio legat, appellatione aedificii aut superficiem significat[a] aut solum quoque, cui aedificium superpositum est. GAIVS dig. 47, 9, 9 appellatione ... aedium omnes species aedificii continentur. FLOR. dig. 50, 16, 211 fundi appellatione omne aedificium et omnis ager continetur. *alia ex iure* v. POMP. dig. 41, 30, 1 VLP. dig. 8, 3, 1. 50, 16, 183. 198. GLOSS. οἰκοδομή, οἰκοδόμημα. *post* PLAVTVM *nemo dixit poeta.* *m. facit barbarus saec. VII*: INSCR. christ. Hisp. 1 hunc denique aedificium. *cf.* CORP. VI 10848 hunc monimentum vel aedificium. *raro et apud postremos demum* aedificium *legitur pro* aedificatio: NOVELL. Iust. 131, 5 si ... pontium aedificii (οἰκοδομῆς) vel reparationis opus fuerit (*vix huc pertinet* AVG. civ. 7, 1 *p. 920, 23*). ISID. orig. 19, 9 aedificiorum partes sunt tres: dispositio, constructio, venustas. 19, 18 de instrumentis aedificiorum. GLOSS. IV 59, 40 aedificia fabricae ab aedibus nominatae.

I ***proprie*:** SACR. Argeorum (VARRO ling. 5, 52) collis Latiaris ... apud auraculum aedificium solum est. PLAVT. Most. 118 aedificantur aedes totae denuo haec argumenta ego aedificiis dixi (*cf.* SEN. contr. 2, 1, 11 *syn.* aedes). VARRO ling. 9, 68 ubi bina essent coniuncta aedificia lavandi causa. rust. 3, 2, 6 eorum aedificia, qui habitant extra portam Flumentanam. 3, 2, 7 ea aedificia villae non sunt. 3, 5, 4 circum huius aedificii parietes (*de ornithone*). 3, 5, 8 in Tusculano magna aedificia Luculli. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 solet ... in iis aedificiis fieri, in quibus est atrium maius (*de villis*). CAES. Gall. 6, 30, 3 aedificio circumdato silva, ut sunt fere domicilia (aedificia *β*) Gallorum. 3, 6, 4 omnibus eius vici aedificiis. 7, 14, 5 vicos atque aedificia incendi (2, 7, 3. 3, 29, 3. 4, 19, 1. 6, 6, 1. 6, 43, 2; *cf.* 1, 5, 2). HIRT. Gall. 8, 10, 3 raris disiectisque ex aedificiis pabulum conquireretur. SALL. Iug. 18, 8 aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant. LIV. 6, 4, 5 tota *Roma* simul exsurgere aedificiis. 26, 24, 5 qua (*parte*) aedificia extra urbem erant (*M*; qua progressi erant *rell. codd.*). 39, 14, 10 uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeessent *quinqueviri.* 41, 9, 5 multa in foro aedificia. 42, 15, 5 frequentia aedificiis loca. VITR. 1, 2, 5 Iovi Fulguri et Caelo et Soli et Lunae aedificia sub divo hypaethraeque constituentur. *ibid.* his deis ... sine deliciis aedificia constitui decet. 4, 5, 2 aedificia deorum. PAVL. FEST. 29 antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant. FEST. 278 sacrum aedificium, consecratum deo. PAVL. FEST. 367 templum significat ... aedificium deo sacratum. SEN. contr. exc. 5, 5 intra aedificia vestra undas ac nemora conprehenditis. LEX Frontin. aq. 129 quae villis, aedificiis maceriisve inclusae sunt. TAC. Germ. 16 *Germani* vicos locant non in nostrum morem conexis et cohaerentibus aedificiis (hist. 3, 71 coniuncta aedificia). CORP. X 5160[a] aede⟨m I⟩ovis a solo et porticum cum ⟨aedi⟩ficiís. XII 2522 horologium cum suo aedificio et signís omnibus et clatrís. VEG. mil. 4, 17 turres ... dicuntur machinamenta ad aedificiorum speciem ex trabibus ... compacta. VVLG. III reg. 9, 1 cum perfecisset Salomon aedificium domus domini et aedificium regis (οἴκου *bis*). I Macc. 13, 27 aedificavit Simon super sepulcrum patris sui ... aedificium altum visu (*cf. l. 42*). AVG. civ. 6, 4 prior faber quam aedificium. 7, 1 eliguntur in aedificio lapides angulares. GREG. TVR. Franc. 3, 19 totum ... aedificium (*de urbis moenibus*). *adnota propter opposita*: NEP. Att. 13, 2 cuius (*domus*) amoenitas non aedificio, sed silva constabat (*cf.* COLVM. 8, 14, 2 extra villam ... non longe ab aedificio). LIV. 5, 41, 7 plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum. 8, 19, 4 aedes fuere ..., quae Vacci prata diruto aedificio publicatoque solo appellata (*cf.* LAMPR. Alex. 25, 4 nemus thermis suis de privatis aedibus suis, quas emerat, dirutis aedificiis fecit). 38, 38, 11 quae aedes aedificiaque intra fines regni Antiochi sunt. S. C. de aquaeduct. (Frontin. aq. 127) aquarum ... itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri. S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 34 fundos cum aedificis. CORP. VI 10239, 1 hortulos ... cum aedificio et vineis. 11 huius loci aedificiive. *nota pleonasmum*: ITALA (cod. Pal.) Matth. 24, 1 ostendere illi (*Christo*) aedificia templi (τὰς οἰκοδομάς; VVLG. aedificationes). ITALA (Lucif. de non parc. 7) IV reg. 23, 12 sacraria erant supra aedificia superiorum (VVLG. super tecta cenaculi). *ibid.* in duobus aedificiis domus domini (VVLG. atriis). *cf.* VVLG. III reg. 9, 1 *supra l. 20.* CORP. V 5558, 7 aedificium templi (*Herculis*) refectum est.

saepe aedificium *pertinet ad* sepulcrum: *longior descriptio legitur in* TEST. Galli (Bruns[6] p. 275), *ubi* I 7 araque ponatur ante id aedific(ium) ... cludaturque id aedifi(cium) lapide Lunensi ita ut facile aperiri et denuo cludi possit. colaturque id aedificium et ea pomaria et lacus arbitratu Philadelphi et Veri libertorum meorum. ... inscribanturque in aedificio extrinsecus nomina mag(istratuum), quib(us) coeptum erit id aedificium et quot annis vixero. II 18 aedificiorum monumentorumque meorum. CORP. VI 2469 cepotafi⟨um et monume⟩ntum cum ae⟨dificio sibi⟩ et suis. 8567 aedificium adplic⟨.... 9015 formas aedifici custodiae et monumenti reliquerunt. 9404 taberna cum aedificio et cisterna monimento custodia cedit. 9443 agrum sive hórt(os) III cum taber(nis) III item aedifici(a) incoha(ta) resp(ondentia) III. 9664 haec taber(na) cum aedif(icio) huíus monum(enti) tutela est. h(oc) m(onumentum) sive aedificium quod est heredem non sequet(ur). 10411 locum sepulturae corporum extruxi, cui loco religioso ac(c)edere volo omne aedificium adiacens item agrum ... cuius reditum s. servire ad tutelam totius loci ... prospexi. 10848, 13 huic monimento sive aedificio. 10848, 14 hunc monimentum vel aedificium. 11034 (*a. 748*) qui in eo monumento contulerunt pecunia(m) uti aedificaretur rationes acceperunt ide(m) signarunt se rationes pares habere aedifici. 12772 agrum sive hortum cum aedificio maceria clusum. 13061 hinc monumento taberna et aedificium et area maceria circumclusa tutelae sepulturaeque monumenti causa facta sunt. 13143 ⟨lo⟩cum a⟨d⟩iacentem aedificium circuitum. 13152 hoc sepulcrum vel monimentum cum aedificio universo. 13203 monumentum cum aedificio superposito. 13244, 5 aedificium cum cepotafio et memoriam a solo fecerunt. X 2338 (*Puteolis*) aedificium cum superioribus et cohaerenti cubiculo memoriali ... restituerunt. 2765 (*Cumis*) hoc aedificium maceria c⟨ircum⟩ductum. 2810 loco empto terrae iugeribus tribus et aedificiís omnibus circumdata maceria. 6447. XI 3932 (*Capenae*) *monumentum* cum balineo et aedificis quae sunt iuncta ex utraque parte secus viam cum aquae ductu. 6222 (*Fano Fortunae, saec. IV*) ut nulli liceat in aeodem aedificio corpus sepulture mandare. *cf. etiam l. 22.*

additamenta: *de possessione usuve*: CIC. Verr. 5, 120 aedificiis omnibus, publicis privatis, sacris profanis (VITR. 1 prooem. 2. 2 prooem. 5 de aedibus sacris et publicis aedificiis itemque privatis). LEX Iul. mun. 29 quae via inter (per *tabula*) aedem sacram et aedificium locumve publicum et inter aedificium privatum est erit. CIC. Rab. perd. 20 ex aedificiis (ede sui ancus *codd. Sgm*) armamentariisque publicis. Verr. 5, 119 privatis aedificiis (CAES. Gall. 1, 5, 2 BELL. Alex. 5, 3. LIV. 26, 27, 3 *opp.* tabernae argentariae. 39, 44, 4 privatum aedificium. 41, 16, 6 *opp.* aedes Apollinis. 42, 3, 8 *opp.* aedes sacrae.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VITR. 1, 3, 1. 5, 6, 8 *saepius*. SEN. benef. 7, 10, 5. SVET. diff. *s. v.* moenia *opp.* opera publica. *cf. p. 919, 56 al.*). CIC. leg. 2, 61 privatorum aedificiis. CAES. civ. 2, 5, 3 ex publicis aedificiis (BELL. Alex. 13, 2 VITR. 1 prooem. 2 *bis*. 1, 1, 5. 1, 3, 1). PAVL. FEST. 140 Mummiana aedificia a Mummio dicta. NERAT. dig. 25, 1, 15 aedificiorum dotalium (*saepius*). *apud* ICTOS *passim nominantur* aedificia urbana *et* rustica. ISID. orig. 15, 2 *caput* de aedificiis publicis. 15, 4 de aedificiis sacris (*cf.* 15, 3 de habitaculis). 15, 12 de aedificiis rusticis. aedificia deorum *v. p. 920, 7 sqq.*, sacra *p. 920, 77 sqq. et l. 7, de* aedificiis voluptariis *v p. 922, 5.* *de situ, magnitudine, specie, sim.*: CATO frg. Paul. Fest. 83 Cato ait de quodam aedificio 'aestate frigido, hieme formido'. VARRO rust. 1, 2, 10 regie polita aedificia. CIC. parad. 36 magnifica (SEN. epist. 32, 5). nat. deor. 1, 72 mali aedificii. VITR. 1 prooem. 2 publicorum aedificiorum ... egregias ... auctoritates. 6, 6, 7 lucida ... aedificia (CELS. 1, 2 lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente). 6, 6, 6 luminosa. VAL. MAX. 1, 5, 6 speciosum aedificium. 9, 1, 1 aedificiis .. spatiosis et excelsis. SEN. benef. 7, 10, 5 aedificia privata laxitatem urbium magnarum vincentia. nat. 6, 10, 2 in aedificiis veteribus (COLVM. 1, 5, 10 *opp.* recens aedificium. SVET. Nero 38). epist. 12, 1 aedificii dilabentis. 30, 2 in putri aedificio (58, 35 putri ac ruenti). 52, 5 excelsa atque magnifica. COLVM. 1, 5, 10 rimoso. 8, 8, 1 editissimis aedificiis. PLIN. nat. 36, 100 aedificium amplum. 36, 88 aedificiorum moles. TAC. dial. 22 rudi aedificio. hist. 3, 30 amoenissimis extra urbem aedificiis. SVET. Nero 38 deformitate veterum aedificiorum. LEX Tarent. 28 aedificium quod non minu⟨s⟩ MD tegularum tectum sit. *de varia constructione*: VITR. 2, 6, 6 in terrenis aedificiis (*opp.* in maritimis molibus). 6, 1, 2 aedificia testudinata et maxime conclusa et non patentia sed conversa ad calidas partes. *cf. seqq.* PAVL. FEST. 12 tabulatis ... aedificiis. 29 aedificiis a terra exaltatis (PLIN. nat. 6, 89 modice ab humo exstantia. SOL. 53, 13 modice ab humo elevata). 47 calicata aedificia, calce polita. PAVL. FEST. 225 Aelius procestria aedificia dixit esse extra portam. PLIN. nat. 7, 194 lutei aedificii. ind. 36, 23 sine clavo aedificia (36, 100). 18, 317 torculario aedificio. TAC. ann. 15, 39 subitaria aedificia. AMM. 24, 2, 12 quo aedificii genere nihil esse tutius. 24, 4, 31 aedificiis cavatis. 26, 8, 9 formam aedificii fornicati. *de partibus*: BELL. Alex. 17, 4 ex tectis aedificiorum (SALL. Iug. 67, 1 LIV. 44, 9, 6). NEP. Hann. 12, 4 fores aedificii. LIV. 36, 37, 2 tegulas aedificii. VITR. 1, 1, 4 per opticen in aedificiis ab certis regionibus caeli lumina recte ducuntur. 1, 2, 6 aedificiis interioribus. 2, 9, 10 fundamenta aedificiorum (6, 8, 1). 6, 4, 1 genera aedificiorum (*ex. gr.* triclinia, balnearia, cubicula *al. cf.* PAVL. FEST. 13 atrium proprie est genus aedificii. *ibid.* id genus aedificii. 52). 6, 8, 1 in superioribus aedificiis (*opp.* hypogaea). 6, 7, 2 haec pars aedificii gynaeconitis appellatur. PAVL. FEST. 5 ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum. 88 fastigium, aedificii summum (CVRT. 7, 3, 8 ad summum aedificiorum fastigium. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 13, 8 altissima aedificiorum). COLVM. 1, 5, 8 aedificii solum. 1, 5, 4 frons. PLIN. nat. 2, 197 aedificiorum fornices. CORP. VI 10239, 13 quae autem membra aedificii vacabunt, in reditu sint ita ut .... *alia multa in* DIG. SVET. diff. *v. p. 919, 56.* ISID. orig. 15, 8 *totum caput* de partibus aedificiorum.

varia ex iure usuque (*cf. Ruggiero, diz. epigr. I 202 sqq.*): PAVL. dig. 50, 16, 2 urbis appellatio muris, Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet. ALF. apud Marc. dig. 50, 16, 87 urbs est Roma, quae muro cingeretur, Roma est etiam, qua continenti⟨a⟩ aedificia essent. *cf.* NER. dig. 20, 2, 4, 1 PAVL. dig. 3, 3, 6 MARC. dig. 50, 16, 87. VLP. dig. 39, 3, 1, 20 loco, qui est intra continentia, hoc est aedificio (-ia?). 50, 16, 139 in continentibus Romae aedificiis. PAVL. dig. 50, 16, 1. MACER dig. 50, 16, 154 mille passus non a miliario urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt (*cf.* LEX Iul. mun. 20 ubei continente habitabitur. 56). PAVL. dig. 3, 5, 6 *praesens habetur* et qui in foro et qui in urbe et in continentibus aedificiis. S. C. de aquaeduct. (Frontin. aq. 127) intra urbem et urbi (extra urbem *cod.*) continentia aedificia. LEX Malac. 62 in oppido municipii ... ni quaeque ei oppido continentia aedificia erunt. *formula de possessionibus adsignatis*: agr. 9 quoius eum agrum locum aedificium possessionem ex lege plebeive scit⟨o ess⟩e oportet oportebitve. 23 agrum locum aedificium dedit reddidit adsignavit *et passim hac in lege.* CIC. agr. 2, 38 qui agri, quae loca, aedificia. 3, 7 qui ... agri, aedificia, lacus, stagna, loca, possessiones. 2, 55 his agris aedificiisque vendendis (*cf.* LIV. 26, 34, 9. 45, 29, 10). LEX Ant. Term. 1, 11 quei agrei quae loca aedificia publica preivatave Thermensium ... intra fineis eorum sunt. 1, 26. 2, 27 rebus loceis agreis aedificieis oppideis Termensium. LEX Vrs. 82 qui agri quaeque silvae quaeque aedificia c(olonis) ... quibus publice utantur data adtributa erunt, ne quis eos agros neve eas silvas vendito. 96. FEST. 233 possessio est ... usus quidam ... aedificii. *aedificio adhaeret cura viae* ante aedificium: LEX Iul. mun. 21 quoius ante aedificium earum quae viae erunt, is eam viam ... tueatur. 22. 35 quorum ante aedificium ea via sit. 38. 53 quoius ante aedificium semita inloco erit, is eam semitam, eo aedificio perpetuo lapidibus perpetueis integreis continentem, constratam recte habeto. 32 quemquomque ante suum aedificium viam publicam h. l. tueri oportebit. *longum caput de aedificii cuiusdam donatione et de distribuendo inter heredes reditu v.* CORP. VI 10239. *ad* aedificia *administranda pertinent haec munera*: CORP. IX 4201 ⟨cura⟩t(or?) aedificiorum Amiter(ninorum). VI 8665 M. Iulio Sp. f. Pietat⟨i⟩ Epelys Ti. Claudi Caesari⟨s⟩ Aug. disp(ensator) maternus ab aedificis voluntaris (voluptaris *Hirschfeld, Verw.-Gesch. I 185, 1*). 6646 C. Properti C. l. Parmenon(is) curatoris aedific(iorum). 6225 Eros libertus ad aedificia. 9132 M. Scribonius Syneros supra aedificia.

de aedificiis faciendis: VARRO ling. 5, 42 in aedificiorum legibus privatis. *cf.* VITR. 1, 1, 10. ISID. orig. 19, 9 *caput* de dispositione aedificiorum. VARRO rust. 1, 13, 5 aedificium facere. VITR. 2, 8, 16 e latericia structura facta aedificia. PLIN. nat. 35, 173 Romae non fiunt talia aedificia. FRONTIN. aq. 104 DIG. *passim. al.* CIC. Mil. 74 exstruere aedificium in alieno (COLVM. 1, 5, 9 LEX arae urb. Corp. VI 826, 13 DIG. *passim*). Cato 72 construxit (*opp.* destruit). HIRT. Gall. 8, 5, 1 constitutis ... aedificiis (VITR. 1, 2, 5 *bis*. 2, 1, 4. 4, 5, 2 COLVM. 1, 4, 9 PAVL. sent. 3, 6, 21). LIV. 5, 55, 3 aedificia perfecturos. VITR. 2 prooem. 5 *e materiae copiis* conlatis aedificia structuris et materiae rationibus perficiuntur (DIG.). 1, 1, 10 instituant aedificia (6, 8, 1). 2, 3, 3 ceteris duobus generibus laterum Graecorum aedificia struuntur (2, 8, 15). 2, 8, 11 ad aedificia paranda. 6, 8, 4 quae pilatim aguntur aedificia. 6, 7, 7 conformantur. 10 prooem. 2 ad id, quod praeparavissent, seu paulo amplius adicientes, aedificia expedirent. SEN. dial. 9, 3, 7 aedificia alia ponere, alia subvertere. nat. 6, 25, 1 aedificia *vacuis terrae* superposita (IVL. dig. 30, 81, 3 solum ... cui aedificium superpositum est). epist. 51, 11 quibus aedificia excitaverint locis et qualia (52, 5). CVRT. 5, 1, 26 aedificia non sunt admota muris. COLVM. 1, 5, 10 veteri adstruitur rimosoque (*sic R recte*) recens aedificium. 1, 4, 9 quod inchoatur aedificium. 5, 1, 3 consummatorum aedificiorum (NERAT. dig. 7, 1, 61 *opp.* incohatum). PLIN. epist. 10, 70, 1 quae *aedificia* sunt vetustate sublapsa, relaxentur in melius. VLP. dig. 43, 8, 2, 15 aedificium ... in publico aedificaveris (*saepius*). HERMOG. dig. 1, 1, 5 aedificia collocata. NERAT. dig. 7, 1, 44 excolendo aedificium *i. addendo tectorium parietibus.* VLP. dig. 8, 2, 11, 1 ad quam altitudinem extolli aedificia ... oporteat. 25, 1, 14 aedificia vetera fulcire itemque reficere (*utrumque saepius*). IAVOL. dig. 31, 39 areae ... aedificium impositum est. PAVL. dig. 8, 2, 20, 2 si sublatum sit aedificium, ex quo stillicidium cadit, ut eadem specie et qualitate reponatur. 20, 1, 29, 2 aedificium restituere. 28, 8, 7, 3 ut aedificia sarciantur. POMP. dig. 7, 1, 19 per se non fore quo altius ea aedificia tollantur. 8, 2, 21 invito me altius tollere aedificia tua. CORP. VI 10239, 14 quod ad tutelam aedifici opus erit. VLP. dig. 39, 2, 15, 13 si in plures partes divisa domus sit ..., si vero unita sit contextu aedificiorum. PAVL. dig. 24, 1, 14 aedificii exstructio. VLP. dig. 8, 5, 8 fultura aedificiorum. NERAT. dig. 25, 1, 15 aedificiorum dotalium refectio. PAPIN. dig. 20, 2, 1 ob restitutionem aedificii exstruendi. VEG. mil. 2, 11 ad hibernorum aedificia fabricanda. AVG. civ. 18, 48 renovatio illius aedificii. *ex officiis huc maxime pertinet munus* mensoris aedificiorum, *de quo vide sub* mensor. CIC. agr. 2, 40 descriptione aedificiorum et pulchritudine. VITR. 1, 1, 4 quo ... aedificiorum in areis expediuntur descriptiones. *ibid.* sumptus aedificiorum. 1, 2, 9 aedificiorum distributiones. 6 praef. 7 ratiocinationes. 1, 7, 2 commensus aedificiorum. 2 prooem. 5 de aedificiorum rationibus (*cf.* 6, 1, 12. 6, 5, 3 urbanas. *saepius*), unde initia ceperint et uti creverint eorum inventiones anteponam (2, 1, 6 de antiquis inventionibus aedificiorum. 2, 1, 8 origines aedificiorum). 2, 1, 6 fabricationibus aedificiorum. 2, 1, 9 aedificiorum perfectionibus. 2, 10, 3 in aedificiorum comparationibus. 6, 1, 1 aedificiorum ... conlocationes. SVET. Aug. 30 aedificiorum prolationibus. 89 *oratio* Rutili 'de modo aedificiorum'. Nero 16 formam aedificiorum urbis novam. CORP. VI 9015 formas aedifici ... et monumenti (*pictae sunt in lapide*). CIC. nat. deor. 2, 141 in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribusque dominorum ea, quae profluentia necessario taetri essent aliquid habitura. BELL. Alex. 1, 2 *Alexandriae* sine contignatione ac materia sunt aedificia (*cf.* VITR. 5, 12, 7 ea ... aedificia minime sunt materianda propter incendia). VITR. 1, 2, 9 ad usum patrum familiarum et (*GH*; aut *Joc.*) ad pecuniae copiam aut ad eloquentiae dignitatem aedificia aliter disponentur (*cf.* 6, 5, 3 COLVM. 5, 1, 3). 4, 2, 1 in aedificiis omnibus insuper conlocatur materiatio. 6, 1, 12 quemadmodum ad solis cursum et inclinationes caeli oporteat ad (*fort.* et ad) gentium figuras constituere aedificiorum qualitates dixi. 6, 6, 7 quemadmodum ... aedificia distribuantur. COLVM. 1, 4, 9 sicut salubri regione ita saluberrima parte regionis debet constitui. 1, 5, 6 nec paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis. PLIN. nat. ind. 36, 5 marmorum in aedificiis usus. LACT. opif. dei 6, 5 peritus architectus cum magnum ... aedificium facere constituit, ... cogitat, quae summa perfecti aedificii futura sit *eqs.* *de diruendis*: *hac in re variae leges ius privati coercebant, v.* LEX Tarent. 32 neiquis inoppido quod eius municipi e⟨r⟩it aedificium detegito neive dem⟨olito⟩ neive disturbato nisei quod non deterius restituturus erit nisei d⟨e⟩ s(enatus) s(ententia). LEX Vrs. 75. S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 1, 11 si quis negotiandi causa emisset quod aedificium, ut diruendo plus adquireret quam quanti emisset, tum duplam pecuniam ... in aerarium deferri. 2, 38. 2, 42 hoc ... saeculo, quo excitari nova et ornari universa ... magis conveniret quam ruinis aedificiorum ullam partem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deform⟨are⟩ Italiae. LEX Malac. 61, 59. 62, 61 ne quis in oppido ... aedificium detegito destruito demoliundumve curato ... quod restitu⟨tu⟩rus intra proximum annum non erit. *posteriora*: VLP. dig. 1, 18, 7 PAVL. dig. 39, 2, 46 COD. Iust. 8, 10, 3. 11, 30, 4. 8, 10, 8. CIC. Tull. 24 deiectum aedificium. 53 aedificium ... disturbare. ad Q. fr. 3, 9, 7 deturbem aedificium? agr. 2, 88 illa aedificia non esse deleta. Cato 72 destruit (*opp.* construxit). LIV. 8, 19, 4 diruto aedificio (LAMPR. Alex. 25, 4 DIG.). PLIN. epist. 10, 70, 1 nec ulla aedificia tollantur. IVL. dig. 7, 4, 7 nisi sublato aedificio usum fructum areae mihi cesserit. VLP. dig. 6, 1, 37 tollat aedificium quod posuit. IAVOL. dig. 19, 2, 59 terrae motu concussum erat aedificium. ALF. dig. 39, 2, 43 ut quamvis firma aedificia convelleret *vis venti*. (AMM. 21, 12, 9 aedificii parte convulsa). 19, 2, 30 aedificia vitium facere ...; si vitiatum aedificium ... demolitus esset (*hoc passim*). VLP. dig. 8, 5, 6 si ... rursus deposuerit (*opp.* altius extulerit) aedificium suum vicinus. 8, 2, 17, 2 qui tollit aedificium vel deprimit, luminibus officere. 47, 9, 3, 7 si defendendi mei causa vicini aedificium orto incendio dissipaverim. PAVL. dig. 6, 1, 23, 7 si post tempus usucapionis dissolutum sit aedificium. VLP. dig. 19, 1, 22 si quid in aedificia distracta erogatum est (30, 120). 32, 5, 9, 5 aedificia diruta vel exusta. 39, 3, 1, 19 si aqua ex aedificio urbano noceat ... aedificio rustico. 39, 2, 24, 5 si ... aedificia ceciderint. IAVOL. dig. 19, 2, 57 aedificia corruerunt. MARC. dig. 1, 8, 6 aedificio dilapso. VLP. dig. 29, 2, 15, 35 si aedificia ruerint. 33, 7, 12, 17 ne aedificia vento vel pluvia laborent. 39, 2, 24, 4 tam firmum aedificium est, ut fluminis aut maris aut tempestatis ... vim sustinere possit. ALF. dig. 39, 2, 43 vitio aedificii aut infirmitate. AMM. 23, 4, 9 aedificiis scissis. 31, 13, 15 aedificium cum hominibus torruerunt. 15, 11, 12 semiruta. 17, 7, 13 climatiae ... urbes aedificia montesque conplanant (26, 10, 17). CORP. VIII 587 aedificia vetustate conlapsa s(ua) p(ecunia) r(estituit). XIV 2919 (*Praeneste*) publica aedificia in ruinam conlapsa benivola dispositione refici adq. instaurari praecepit.

II ***translate***: VARRO rust. 3, 16, 4 *apud apes* societas operis et aedificiorum (*i. alvei*) *est*. CIC. epist. 2, 8, 1 ut ex tuis litteris cum formam rei publicae viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. HIER. epist. 48, 7 *diximus* fundamentum matrimonium et aedificium vel culmen perpetuam castitatem (*cf. sequentia*). 98, 20 opus sermonis et scientiae aedificii tecta perfecta et firmissimum domus culmen inpositum. AVG. civ. 19, 23 intellegere, ubi aedificium et ubi ruina sit morum (*apud christianos an paganos*). 20, 1 tamquam in aedificii fundamento prius ponere testimonia divina debemus (*cf.* 21, 26 p. 540. 542 D.). 21, 26 p. 543 fin. D. quam multa erunt ... aedificia sive aurea sive faenea super optimum fundamentum quod est Christus Iesus (*similia varia in hoc capite*).

aedifico, -āvī, -ātum, -āre. [*cf. c.* aedes *et* facere. *Th.*] PRISC. gramm. III 505, 32 Graeci ... δωμᾶσθαι dicunt aedificare. *orthographia*: GRAMM. suppl. 298, 9 aerumna, aedificat ... haec omnia per a et e scribi debent. CORP. VIII 12035 (*c. a. 600 p. Chr. n.*) edifik(a)bimus. *ibid.* edifik(a)berunt. *errore* aedicaver(unt) *pro* aedificaver(unt) CORP. XIII 5752. *legitur inde ab* ENN. *per totam latinitatem; poetae vero raro verbo usi sunt hi*: ENN. (*semel*) PLAVT. (*8ies*) VERG. (*semel*) HOR. (*quater*) OV. (*semel*) PETRON. (*semel*) MART. (*quater*) IVV. (*ter*) CLAVD. (*bis*) PAVL. NOL. (*semel*) ENNOD. (*semel*) CARM. epigr. (*saepius*). *frequens est verbum apud* ECCL. (*in* VVLG. *451ies*), *deest apud* CELS. SCRIB. LARG. MELAM, FLOR. [*francog. vet.* aïgier, *port.* eivigar. *M.-L.*]

I ***proprie***: **1** GLOSS. aedifico **οἰκοδομῶ**; aedificat οἰκοδομεῖ, struit, moenit, construit.

a *absolute*: *aedificium exstruo*: PAVL. FEST. 13 aedificare cum sit proprie aedem facere. PLAVT. Most. 1028 aedificare hic velle aiebat in tuis. 1029. 774. CATO agr. 3, 1 aedificare diu cogitare oportet. *ibid.* tum aedificare oportet, si agrum consitum habeas. ita aedifices, ne *eqs.* 4 si aedificabis, operis ... adiuvabunt. orat. frg. 12, 1. VARRO rust. 1, 12, 1 secundum flumen. 1, 12, 3 sublimi loco. 3, 7, 11 rure. 3, 17, 9 in Baiano (*cf.* LIV. 2, 7, 6 in summa Velia. 2, 7, 11 *al.*). CIC. Cat. 2, 20 har. 15. rep. 2, 53 in excelsiore loco. off. 1, 140. 2, 83. ad Q. fr. 2, 4, 3 tribus locis aedifico, reliqua reconcinno. *saepius*. CAES. Gall. 6, 22, 3 ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent. civ. 2, 9, 6. NEP. Them. 6, 3 Athenienses aedificantes prohibere sunt conati (VLP. dig. 8, 5, 6, 1. VENVL. dig. 41, 2, 52 qui aedificare prohibeatur. *saepius ap.* ICTOS). HOR. epist. 1, 1, 100 diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis. sat. 2, 3, 308 aedificas, hoc est longos imitaris (*cf.* MART. 9, 22, 16 *rogo deos opes*, ut donem ... et aedificem). LIV. 5, 53, 1 aedificando ... plebem vexare. 6, 5, 1 civitate aedificando occupata. VITR. 2, 2, 2 qui aedificare cogitant (*cf.* COLVM. 1 praef. 3 qui aedificare velint, fabros et architectos advocent). 6 praef. 6 qui ... per se aedificantes ita iudicant. 2, 1, 6 cum ... tritiores manus ad aedificandum perfecissent. SEN. epist. 20, 3 cenes frugaliter, aedifices luxuriose. COLVM. 1, 4, 8 eleganter ... aedificet agricola. IVL. dig. 12, 6, 33 si in area tua aedificassem (*saepius*). PAVL. dig. 19, 1, 45, 1 si mihi ... aream vendideris et in eam ego aedificavero. CELS. dig. 6, 1, 38 in fundo alieno. VLP. dig. 39, 2, 24 pr. in *fluminibus*. 39, 1, 20, 14 in publico (*saepius*). IAVOL. dig. 19, 2, 57 in suo (VLP. dig. 24, 1, 13, 2 PAVL. dig. 8, 5, 9 pr. *al.*). GAIVS dig. 41, 1, 7, 12 in alieno solo (*saepius*). PAVL. dig. 8, 2, 20, 6 supra aedificare (*cf.* POMP. dig. 41, 1, 28 supra tuum parietem. VITR. 5, 12, 6 insuper). VLP. dig. 8, 5, 6 ius mihi non esse ita aedificatum habere (IVL. dig. 8, 2, 32 pr. *ibid.* 1 MARCELL. dig. 8, 5, 11 SCAEV. dig. 39, 2, 45. *saepius ap.* ICTOS). VLP. dig. 39, 1, 20, 11 iure quis aedificet an non iure aedificet (*saepius*). VLP. dig. 4, 2, 9 pr. (*ex Pomp.*) per vim aedifices (*cf.* 43, 24, 7, 3 vi). *saepius ap.* ICTOS. VVLG. II reg. 5, 9 *David* aedificavit per gyrum a Mello et intrinsecus. I Esdr. 6, 14 aedificaverunt et construxerunt. eccles. 3, 3 tempus destruendi et tempus aedificandi (Sirach 34, 28). Luc. 14, 30 coepit aedificare et non potuit consummare. AVG. civ. 18, 26 nequaquam progredi aedificando valuerunt. SVLP. SEV. chron. 2, 9, 1 ab aedificando deterriti. 2, 11, 5. CIC. off. 1, 138 aedificandi descriptio. rep. 5, 4 colendi, aedificandi, ratiocinandi ... usus. Att. 5, 11, 6 consilium. 14, 9, 1 ratio. epist. 3, 7, 2 facultatem. LIV. 6, 5, 5 curam. COLVM. 1, 2, 4 necessitas. TAC. Germ. 16 inscitia. POMP. dig. 8, 2, 27, 1 ius (*bis*. MARCELL. dig. 8, 5, 11 PAVL. dig. 8, 6, 8. 39, 1, 8, 3. *ibid.* 4. *cf.* POMP. dig. 8, 3, 20 pr. tibi ... ius esse aedificare. MARCELL. dig. 8, 5, 11 PAVL. dig. 8, 5, 9 pr.). AMM. 29, 6, 11 studio. aedificantes: VITR. 1, 1, 17 non modo aedificantibus, sed etiam omnibus sapientibus ... me ... praestaturum. 2, 10, 3. VVLG. psalm. 117, 22 *lapidem* reprobaverunt aedificantes. aedificatum: CIC. Att. 4, 8, 1 aedificati tibi in agris nihil reperio. RHET. Her. 4, 63 in isdem fundamentis aedificare. VITR. 6, 8, 9 utrum latericio an caementicio an saxo quadrato velit aedificare. CVRT. 5, 7, 5 *v. p. 924, 73.* PETRON. 120 v. 88 aedificant auro. VLP. dig. 6, 1, 39 qui suis cementis aedificant (VVLG. Is. 9, 10). PAPIN. dig. 33, 10, 9, 1 *v. p. 925, 63.* VVLG. exod. 20, 25 *v. p. 925, 50.*

b *cum obiecto*: *de variis rebus, quas homines (raro dictum de animalibus; cf. p. 925, 73) construunt*: CIC. nat. deor. frg. 2 faber, cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam. SALL. Cat. 2, 7 quae homines arant, navigant, aedificant. 23, 12 nova diruunt, alia aedificant. PAVL. FEST. 13 aedificare cum sit proprie aedem facere, ponitur tamen καταχρηστικῶς in omni genere constructionis. NON. 452 ut, quaeque fabricantur qualibet opera, aedificari dicantur. VLP. dig. 11, 8, 1, 10 aedificare non solum, qui novum opus molitur, intellegendus est, verum is quoque, qui vult reficere. *cf.* 43, 21, 1, 6. *sensu reficiendi fortasse intellegi possunt ex. gr.*: FRONTIN. aq. 129 id omne sarcire, reficere, restituere, aedificare, ponere et celere demolire damnas esto. POMP. dig. 39, 2, 41 in reficiendo communi pariete ei potius facultas aedificandi praestatur, qui .... SCAEV. dig. 33, 2, 32, 5 villam vetustate corruptam cogendis et conservandis fructibus necessariam aedificavit. PAVL. dig. 19, 2, 55, 1 si ... aliquid ... auxerit vel aedificaverit vel instituerit. VVLG. I Esdr. 4, 12 *civitatem Ierusalem* aedificant exstruentes muros eius et parietes componentes. *ibid.* 13 si civitas illa aedificata fuerit et muri eius instaurati. Sirach 49, 9 evertere et eruere et perdere et iterum aedificare et renovare. Is. 58, 12 aedificabuntur in te deserta saeculorum. 61, 4. HIER. epist. 76, 3 ruinas Hierusalem aedificare coepit. *at cf. opposita* restaurare, reconcinnare *p. 927, 53.* *aedificia*: SERV. auct. Aen. 2, 16 aedificari ... habitacula hominum dicimus. PLAVT. Most. 117 aedificantur aedes totae denuo (Merc. 902 CATO orat. frg. 36, 1 FEST. 242 *al. saepius*). CATO agr. 1, 4 uti bene aedificatum siet *praedium* (*inde* PLIN. nat. 18, 28 *de agro bene aedificato loquitur*). 3, 2 villam rusticam. 4, 1 villam urbanam (orat. frg. 36, 1 VARRO rust. 1, 11, 2. 1, 13, 7 CIC. Sest. 93. epist. 6, 1, 25 in Nemore aedificando, *de qua villa in luco Dianae sita cf.* SVET. Iul. 46. PS. SALL. in Tull. 4 Tusculanum et Pompeianum). VARRO ling. 5, 147 macellum. rust. 1, 2, 23 tabernae deversoriae. Prob. Verg. ecl. p. 326 Th. templum (LIV. 2, 40, 12. 42, 3, 9 VITR. 4, 1, 3 *al.* VITR. 4, 1, 5 fana. VVLG. III reg. 11, 7. VAL. MAX. 6, 5, 1 sacraria. SVLP. SEV. chron. 1, 52, 3. VLP. dig. 45, 1, 38, 25 aedem sacram vel locum religiosum. INST. Iust. 2, 1, 8 LEX Iul. mun. [Corp. I 206, 58]. VVLG. I par. 22, 19 sanctuarium. 29, 19. psalm. 77, 69 sanctificium. Os. 8, 14 delubra. Luc. 7, 5 synagogam. *cf. etiam l. 65*). CIC. Verr. 6, 22 carcer aedificatus (Sull. 70 LIV. 1, 33, 8 *al.*). dom. 146 domo ... aedificata (*opp.* eversa. har. 15 Att. 4, 2, 7 *saepius*. LIV. 2, 7, 12 *al. passim*. VVLG. Matth. 7, 24 aedificavit domum suam supra petram. *ibid.* 26 super harenam. *saepe de domo dei, ex. gr.* III reg. 8, 19). dom. 114 porticum (har. 49 *cf. l. 82*). Att. 16, 3, 4 praediolis ... belle aedificatis. BELL. Hisp. 16, 2 *casas* (HOR. sat. 2, 3, 275. 2, 3, 247. *cf.* HIER. epist. 125, 7 casulas). NEP. Hann. 12, 3 *castellum*. LIV. 29, 36, 2 horrea. 44, 9, 11 tecta. VITR. 5, 12, 6 turris (VVLG. gen. 11, 5 II par. 26, 9 *saepius*). PAVL. FEST. 174 novae curiae. FEST. 371 *aedificia* (GAIVS dig. 41, 1, 7, 11. *saepius ap.* ICTOS). SEN. contr. exc. 5, 5 ambulationes. contr. 9, 4 (27), 18 thermas. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 propylaea Minervae. CVRT. 5, 7, 5 multa cedro aedificata erat regia (AMM. 24, 5, 1). COLVM. 1, 4, 7 consepta. PLIN. nat. 35, 41 officinas. PLIN. epist. 10, 39, 5 balineum defodiunt magis quam aedificant (*cf. l. 82*). POMP. dig. 18, 1, 20 insulam (*praeterea 22ies ap.* ICTOS). AMM. 31, 1, 4 lavacrum. 22, 11, 9 ecclesiae (HIER. epist. 130, 14 *al.*). 18, 8, 11 molinae. HIER. epist. 66, 14 aedificato monasterio et diversorio propter exstructo. VVLG. Ezech. 16, 24 lupanar (*ibid.* 25 signum prostitutionis tuae. SALV. gub. 7, 99 lupanaria. 7, 105). SVLP. SEV. chron. 1, 19, 3 tabernaculo. *partes aedium*: PLAVT. Most. 755 gynaeceum ... et balineas et ambulacrum et porticum. VARRO rust. 1, 11, 1 tecta (CIC. Tull. 53 *opp.* demoliri). COLVM. 8, 3, 4 parietes (ALF. dig. 39, 2, 43, 1 *saepius ap.* ICTOS. VVLG. III reg. 6, 15). *de muris cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 925, 29. VITR. 6, 7, 1 *atria* (VVLG. III reg. 6, 36). VVLG. III reg. 6, 5 aedificavit super parietem templi tabulata (*ibid.* 6, 10. 6, 16). IV reg. 15, 35 portam domus domini (II par. 27, 3 *saepius*). CLAVD. 22, 187 nova culmina totis aedificat ripis. CORP. XI 6222 (*saec. IV*) cenationem. circum, theatrum, ludum, gymnasium: VARRO ling. 5, 153 Circus Mecinus. 5, 154 Circus Flaminius. QVINT. inst. 3, 8, 28 de aedificando theatro (AMM. 29, 6, 11 AVG. civ. 2, 5). SVET. Iul. 31 qua (*forma*) ludum gladiatorium erat aedificaturus. VVLG. I Macc. 1, 15 gymnasium. locum (*at cf. etiam l. 78 sqq.*): VITR. 7, 10, 1 namque aedificatur locus uti laconicum. VLP. dig. 45, 1, 38, 25 aedem sacram vel locum religiosum aedificari stipulari possumus. VVLG. IV reg. 6, 2 aedificemus nobis ibi locum ad habitandum. I par. 15, 1 aedificavit locum arcae dei. vicum, clivum, plateam, forum, urbem (*cf.* GLOSS. aedifico κτίζω): VARRO ling. 5, 152 aedificatus vicus. 5, 158 *clivum Publicium* (*ibid. iterum. cf.* LEX VRS. [Corp. II 5439] II 2, 29 si quis vias fossas cloacas IIvir aedil(is)ve publice facere inmittere commutare aedificare munire ... volet. LEX Tarent. Mon. ant. VI 411, 40). rust. 3, 1, 2 oppidum (LIV. 21, 13, 6. 39, 45, 6. *saepius.* VITR. 1, 6, 1 VVLG. II par. 26, 6). 3, 1, 4 urbes (CIC. off. 2, 15 LIV. 5, 53, 9. 5, 55, 3 VVLG. exod. 1, 11 urbes tabernaculorum. II par. 14, 6 urbes munitas). VVLG. gen. 4, 17 aedificavit civitatem (*πόλιν.* 11, 8 num. 21, 27. II par. 11, 5 civitates muratas. *saepius in* VVLG. SVLP. SEV. chron. 1, 13, 2). 10, 11 aedificavit Niniven (*cf.* num. 32, 37 III reg. 9, 17 *saepius*). *ibid.* plateas civitatis (Dan. 9, 25 rursum aedificabitur platea). Dan. 4, 27 *Babylona* ego aedificabo in domum regni. MARC. COM. chron. II 435 p. 79, 10 forum Theodosii. *nota*: VVLG. I Macc. 4, 60 aedificaverunt ... montem Sion et per circuitum muros altos (*at* LXX *ᾠκοδόμησαν ... τὸ ὄρος Σιὼν κυκλόθεν τείχη ὑψηλά*).
muros (*cf. etiam p. 924, 83*), propugnacula, praesidia, castra: OV. met. 11, 204 muros (VVLG. II par. 33, 14 aedificavit murum extra civitatem. II Esdr. 4, 1. *saepius in* VVLG. CORP. X 3776). LIV. 23, 48, 2 hiberna. 5, 2, 1 hibernacula (24, 39, 13 *saepius*). PAVL. FEST. 225 propugnacula. TREB. trig. tyr. 5, 4 castra (AMM. 29, 6, 2). AMM. 30, 3, 1 munimentum (16, 11, 11). VVLG. Ier. 52, 4 aedificaverunt contra eam (*urbem*) munitiones in circuitu. Ezech. 4, 2. 21, 22 Zach. 9, 3 *saepius.* I Macc. 12, 35 praesidia (*ὀχυρώματα*). *nota*: LVCIF. reg. apost. 7 ut aedificare adversarius coepit obsidionem ad civitatem Israelitarum. hortum: CIC. Att. 9, 13, 8 locum, ubi hortos aedificaret. columnas, gradus, aras, monumenta: CIC. Verr. 2, 154 qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas quam ille omnis aedificandas locaverit. Cluent. 93 gradus. LIV. 38, 53, 8 monumentum (PAVL. FEST. 138 quod ... mortui causa aedificatum est. PETRON. 71 IAVOL. dig. 35, 1, 40, 5. 8, 4, 4 POMP. dig. 11, 8, 3, 1 VVLG. Luc. 11, 47 CARM. epigr. 204, 2. 1564, 9. 1488, 1 CORP. VI 25369, 18. *saepius in* INSCR.). EDICT. VLP. dig. 11, 8, 1, 8 sepulchrum (PAVL. dig. 43, 1, 2, 1 VLP. dig. 39, 3, 4 pr. VVLG. Matth. 23, 29 Luc. 11, 48). INSCR. christ. Rossi II p. 151, 25 hoc ... aedificavit opus. CORP. XIV 23 Iovi optimo maximo ex viso aram aedificavit P. Cornelius P. l. Trupo (VVLG. num. 23, 1. 23, 14 III reg. 14, 23 I Macc. 1, 50 *saepius*). VVLG. gen. 8, 20 aedificavit ... altare domino (12, 7. 12, 8. *saepissime.* AVG. civ. 16, 19). exod. 20, 25 non aedificabis illud (*altare*) de sectis lapidibus (*cf.* III reg. 6, 7). III reg. 14, 23 aras et statuas. *saepius in* VVLG. excelsa *i. idola*: *ex. gr.* II par. 33, 19, *sive* idola: *ex. gr.* I Macc. 1, 57, *sive* abominationem: *ex. gr.* I Macc. 6, 7. *nota*: VVLG. Iob 3, 14 *reges* aedificant sibi solitudines (חֲרָבוֹת). piscinam, puteum: VARRO rust. 3, 17, 5 piscinas ... magna pecunia aedificatas. VVLG. Sirach 48, 19 aedificavit ad aquam puteum. naves: PLAVT. Merc. 87 navem cercurum (CIC. Verr. 3, 13 navem onerariam. 5, 17 cybaeam. 5, 18 *saepius.* CAES. Gall. 3, 9, 1. 5, 1, 1 *opp.* reficere. VELL. 2, 79, 1 CVRT. PETRON. *al.*). CIC. Manil. 9 classes (Verr. 2, 90 CAES. civ. 3, 3, 1 NEP. Them. 2, 2 Arist. 3, 1 LIV. 26, 47, 10 *al.*). IVV. 10, 264 carinas. machinas, instrumenta: CATO agr. 18, 1 torcularium. cap. 24 cupam. cap. 25 trapetum. VERG. Aen. 2, 15 equum *ligneum.* PAPIN. dig. 33, 10, 9, 1 lectum *Vlixis* viventis arboris truncis aedificatum. AMM. 23, 4, 11 *machina ἑλέπολις.*
torum: SIDON. epist. 8, 12, 5 aedificatus culcitis torus.

nota: *in aedificando struere*: VITR. 2, 7, 5 quae (*saxa*) non erunt vitiata ..., durare poterunt supra terram aedificata. ITALA (Lucif. Athan. 1, 17) III reg. 18, 32 aedificavit lapides et restituit altare (VVLG. aedificavit de lapidibus altare). VVLG. II Esdr. 4, 1 numquid aedificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusti sunt? (LXX *ἰάσονται τοὺς λίθους μετὰ τὸ χῶμα γενέσθαι γῆς καυθέντας;*) *praeterea cf. p. 926, 34.*

aedificant animalia: VARRO rust. 3, 16, 4 ab his (*hominibus*) aedificare *discunt apes.* PLIN. nat. 8, 127 specus, si non habuere *ursi,* ramorum fruticumque congerie aedificant. LACT. opif. 3, 7 nidos aut luto aedificant aves aut virgultis et frondibus construunt. VVLG. Iob 27, 18 aedificavit sicut tinea domum.

2 *aedificio (-iis) expleo aliquid*: VARRO ling. 5, 147 postquam contracta in unum locum, quae ad victum pertinebant, et aedificatus locus, appellatum macellum. CIC. Att. 4, 19, 2 *Dionysio* non modo servavi, sed etiam aedificavi locum. LIV. 1, 35, 10 privatis aedificanda divisa sunt loca (*praeterea cf.* SCAEV. dig. 13, 7, 43 pr. VLP. dig. 39, 1, 20, 2 sive autem vacuus locus sit ... sive aedificatus. *at v. etiam l. 9 sqq.*). PLIN. nat. 18, 28 ut bene aedificatus et cultus sit *ager* (*ex falsa interpretatione* CATONIS agr. 1, 4 *v. p. 924, 50*). SVET. Vesp. 8 vacuas areas occupare et aedificare (*cf.* SCAEV. dig. 41, 4, 13, *ubi tamen* aedificare *absolute positum intellegi malim*).

II *translate*: 1 *in imagine*: *absolute*: PLAVT. Mil. 209 *per iocum* (*v. p. 917, 49*). SEN. epist. 88, 28 philosophia in alieno aedificat. *cum obiecto*: ENN. ann. 435 reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt, aedificant nomen. GREG. M. moral. 11, 30, 42 alii bellorum titulis, alii altis aedificiorum moenibus, alii disertis doctrinarum saecularium libris instanter elaborant sibique memoriae nomen aedificant. CIC. de orat. 3, 151 hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est: verborum usus et copia bonorum. sed quid ipse aedificet orator et in quo adiungat artem, id .... VVLG. Ruth 4, 11 *Rachel et Liam* aedificaverunt domum Israel (*i. gentem Israeliticam*). SIDON. epist. 3, 13, 10 hoc fabricatu Daedalus noster amicitiarum culmen aedificat. CIC. nat. deor. 1, 19 qua (*fabrica*) construi a deo atque aedificari mundum facit *Plato* (3, 26 Tim. 1, 63). epist. 9, 2, 5 nobis stet illud ...: non deesse, siquis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem publicam. VVLG. psalm. 88, 5 aedificabo in generationem et generationem sedem tuam. Amos 9, 6 aedificat in caelo ascensionem suam. Ier. 1, 10 constitui te (*Ieremiam*) ... super gentes et super regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes (18, 9 *cf. l. 45*). IVV. 6, 502 tot adhuc conpagibus altum aedificat caput *femina capillos adornans.* PAVL. NOL. carm. 25, 86 inplexarum strue tormentoque comarum turritum sedeas aedificata caput. CHALC. comm. 267 iuxta rationem harmonicam animam ... aedificaverat. VVLG. gen. 2, 22 aedificavit dominus deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem (*cf.* AVG. gen. ad litt. 9, 13, 23 cur etiam non dictum est 'finxit' aut 'fecit', sed 'aedificavit' ..., non tamquam corpus humanum, sed tanquam domum?). *inde dictum* ENNOD. carm. 1, 7, 22 tu verbis (*i. poemate*) faciem tribuis, modulamine membra. quod natura deo, hoc tibi dant studia. in vetulum dexter si vertas plectra cadaver, primaevum facias aedificante (*fort.* aevificante *Hartel*) lyra. *alio sensu* (*cf. p. 925, 66*): CLAVD. 17, 321 qui (*petauristae*) ... corpora aedificant celeri crescentia nexu, quorum compositam puer amentatus in arcem emicet. VVLG. Matth. 16, 18 tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam (*cf.* AVG. civ. 18, 54 Petri de Christo aedificati). *inde dictum* VVLG. act. 9, 31 ecclesia ... aedificabatur ambulans in timore dei (*οἰκοδομουμένη καὶ πορευομένη τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου*). HIER. epist. 53, 3 *sancta rusticitas* quantum aedificat ex vitae merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. TERT. Scap. 5 nec tamen deficiet haec secta, quam tunc magis aedificari scias, cum caedi videtur. VVLG. psalm. 27, 5 destrues illos (*inimicos*) et non aedificabis eos. Ier. 24, 6 aedificabo eos (*Iudaeos i. gentem Iudaeorum*) et non destruam et plantabo eos et non evellam (*cf.* 42, 10. 45, 4 *et l. 21*). 31, 4 aedificaberis, virgo Israel. AMBROSIAST. II Cor. 13, 10 non enim destruuntur, qui arguuntur, ut corrigantur, sed aedificantur ad vitam. AVG. praed. sanct. 7, 12 si posset sine fide Christi esse salvus *Cornelius*, non ad eum aedificandum mitteretur architectus apostolus Petrus, quamvis 'nisi dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt aedificantes eam' (psalm. 126, 1). CASSIOD. anim. 2 (Migne 70, 630 [1286] extr.) bonorum ... sermonibus aedificamur, malorum collocutione destruimur. TERT. idol. 10 hinc (*ex interpretatione scriptorum paganorum*) prima diabolo fides aedificatur initiis eruditionis. anim. 26 de tuo ... fundamento fidem aedifica. apol. 23 spei nostrae fidentiam aedificant. cult. fem. 1, 6 lapillos *pretiosos* ... quid aliud interpreter nisi lapillos et calculos et eiusdem terrae minutalia nec tamen aut fundamentis demandandis aut parietibus moliendis aut fastigiis sustinendis aut tectis densandis necessaria? solum hunc mulierum stuporem aedificare noverunt. adv. Marc. 1, 8 supercilio (*i. superbia*) stuporem suum (*i. doctrinam suam stupidam*) aedificant (*i. fulcire student*) Marcionitae. haer. 42 quoniam et ipsum opus eorum (*haereticorum*) non de suo proprio aedificio venit, sed de veritatis destructione, nostra suffodiunt, ut sua (*i. doctrinam suam*) aedificent *haeretici.* LVCIF. Athan. 1, 10 idololatriam, quam Arrii aedificaverit in corde diabolus. AMBR. bon. mort. 7, 28 qui saecularia struit, aedificat corporalia. VVLG. psalm. 88, 5 in aeternum misericordia aedificabitur in caelis. PAVL. NOL. epist. 32, 21 spes praesens aedificet rem futuram.

2 *liberius*: *saepe apud* ECCL. *idem fere valet atque firmare, corroborare, promovere, augere*: *aliquid*: TERT. mart. 3 athletae segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori aedificando vacent (*cf.* 3 extr. virtus duritia exstruitur). adv. Val. 1 ut opinionem (*epoptarum*) suspendio cognitionis aedificent. AMBR. Cain et Ab. 2, 3, 12 moralem aedificat affectum, si *eqs.* conprimit et resecat invidiam, confundit inprobitatem, virtutem incitat, auget gratiam. bon. mort. 3, 9 unius mors quantorum populorum vitam aedificabat! VVLG. I Cor. 8, 10 conscientia eius, cum sit infirma, aedificabitur ad manducandum idolothyta (*οἰκοδομήσεται*). AVG. quaest. hept. 1, 76 non parum aedificat sanam fidem pie intellegentibus ista narratio (c. Faust. 32, 2). *aliquem*: TERT. scorp. 9 ad quarum (*passionum*) tolerantiam aedificans *homines* monet *Christus* (*sq.* Matth. 10, 28). virg. vel. 3 scandalum malae rei exemplum est, aedificans ad delictum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haer. 3 solent infirmiores de quibusdam personis ... aedificari in ruinam. VVLG. Mal. 3, 15 *arrogantes* aedificati sunt facientes impietatem. AVG. epist. 125, 2 ad istam cupiditatem tam noxiam ... non aedificentur per nos infirmi. 126, 14 ne tanto exemplo ... ad imitandum periurium aedificentur. 47, 3 ut, quamvis animo contemnamus, eos tamen, qui nostrum animum ignorant, ad haec honoranda aedificemus. PROSP. in psalm. 108, 4 ne ... ad hoc nos aedificaret *Christus*, ut impatienter festinaremus de his, quos malos patimur vindicari. NOVELL. Valent. 3, 2, 2, 1 oportet eos, quos semel adsciveris in seminarium dignitatum, omnino ita ad omnia esse aedificatos, ut (*cf.* CASSIOD. var. 3, 11, 5 aedificatus libris locum non relinquit iniuriis). *saepe apud* ECCL. *in bonam partem, i. q. corroborare, firmare in fide, promovere ad fidem, virtutem, sim.*: EVCHERIVS form. 8 aedificare: bona opera facere vel bene docere. FVLG. RVSP. ad Mon. 2, 10 aedificationem, qua in spiritu aedificamur. AMBR. serm. sess. Migne 18, 140ᵃ divinis nos aedificemus eloquiis. HIER. epist. 64, 5 omne, quod non aedificat audientes, in periculum vertitur loquentium (BENED. reg. 38. 42. 47). VVLG. I Cor. 8, 1 scientia inflat, caritas vero aedificat (*ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ*). 10, 23 omnia mihi licent, sed non omnia aedificant (*οὐ πάντα οἰκοδομεῖ*). 14, 4 qui loquitur lingua, semetipsum aedificat (*ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ*). 14, 17 alter non aedificatur (*οἰκοδομεῖται*). I Thess. 5, 11 consolamini invicem et aedificate alterutrum (*οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα*). PAVL. NOL. epist. 20, 3 med. invisibiliter nos aedificas in orationibus tuis. AVG. epist. 31, 7 aedificet eos (*viros*) per te dominus. 102, 7 quos (*apostolos*) aedificabat in fide *Christus post resurrectionem* (140, 9, 25. op. monach. 8, 9 in evangelio. c. Pelag. 4, 12, 32 *in fide catholica*). 231, 4 quos laudatus aedificabat in fide *apostolus*. c. Faust. 3, 5 si fideli corde, unde aedificetur, inquirat *lector*. catech. rud. 24, 45 aedificamur ad fidem, ut etiam illa ... ventura credamus. CASSIAN. inst. 4, 26 aedificari cupientibus. 10, 2, 1 qui ... nullum aedificaverit nec quemquam institutione sua doctrinaque lucratus sit. praef. conl. 2, 1 conl. 17, 10. 17, 24, 2 *saepius*. GREG. M. epist. *saepius*. BENED. reg. 53. ACTA SS. Montani, Lucii *etc.* (Röm. Quartalschr. Suppl. Heft 8) 14 nostra tolerantia magis aedificet ad coronam. *et saepius ap.* ECCL.

adiuncta sunt adverbia, velut: accurate: CAES. Gall. 6, 22, 3. altius: IVL. dig. 8, 2, 32 pr. VLP. dig. 43, 25, 4 *al.* belle: CIC. Att. 16, 3, 4. dispositissime: SIDON. epist. 5, 11, 2. eleganter: VITR. 1, 6, 1 COLVM. 1, 4, 8. lautius: CIC. leg. 2, 3. luxuriose: SEN. epist. 20, 3. magnificenter: VITR. 1, 6, 1. militariter: LIV. 27, 3, 2. publice: VARRO ling. 5, 158 CIC. Phil. 1, 12. Verr. 3, 13 *saepius*. ASCON. Pis. p. 13 B.

structuram aedifico aliquid in aliquid *v. p. 926, 28 et p. 925, 25.*

synonyma: construo (CIC. nat. deor. 1, 19), exstruo (HIER. epist. 66, 14), struo (CORP. X 4842, 11). PAVL. FEST. 111 inseptum, non septum, ponitur tamen et pro aedificatum. reficio, renovo: *cf. p. 924, 34 sqq. et l. 53.* *praeterea*: (erigo), (excito), (condo), (fabrico), (molior), (constituo), (facio), *sim.* *opposita*: everto (CIC. dom. 146 VVLG. Sirach 49, 9), demolior (CIC. Tull. 53), diruo (SALL. Cat. 23, 12 HOR. epist. 1, 1, 100), destruo (VVLG. psalm. 27, 5 eccles. 3, 3 Sirach 34, 28 Ier. 24, 6 *saepius*). eruo (VVLG. Sirach 49, 9), defodio (PLIN. epist. 10, 39, 5), suffodio (TERT. haer. 42), caedo (TERT. Scap. 5). reficio (CAES. Gall. 5, 1, 1), reconcinno (CIC. ad Q. fr. 2, 4, 3), restauro (VVLG. I Macc. 10, 44). *composita*: coaedifico, exaedifico, inaedifico, peraedifico, (proaedificatum), reaedifico. *Prinz.*

aedīlātus, -ūs *m. ab* aedilis. PAVL. FEST. 13 dictus ... aedilis, quod *eqs.* sed et aedilatus dicebatur eadem dignitas (*sc. aedilitas, quod vocabulum non antecedit*), sicut pontificatus magistratus.

aedīlicius, -a, -um. *ab* aedilis. *qui ad aedilem pertinet. de* i *antepaenultimae correpta* PRISC. gramm. II 135, 25. edilicius: CORP. III 4864. 5527 *al.* *Wölfflin, Archiv 5 (1888) 426.*

Aegeus, -eī, *Αἰγεύς*. Neptuni filius (HYG. fab. 242 p. 134, 19 *cf.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 45. 5, 56 MYTHOGR. 1, 204, 34) *vel* Pandionis filius (HIER. chron. a. Abr. 735 *cf.* HYG. fab. 26 p. 55, 12. 37 p. 68, 3. 48 p. 72, 15), pater Thesei (PAVL. FEST. 24 *cf.* AMPEL. 15, 4 IVST. 2, 6, 14 HYG. fab. 14 p. 46, 1. 79 p. 81, 1. 173 p. 28, 16 SERV. Aen. 7, 761 [MYTHOGR. 1, 46] SERV. auct. Aen. 3, 74 SCHOL. Stat. Theb. 2, 45. 3, 434. 5, 56. 5, 431 Ach. 192 MYTHOGR. 1, 204, 34), *coniux Medeae* (SEN. Phaedr. 563 HIER. chron. a. Abr. 782 MYTHOGR. 1, 48), *rex* Atheniensium (IVST. 42, 2, 12 HIER. chron. a. Abr. 735). *nom. bisyll.* Aegeus: *in fine hexametri*: CAT. 64, 213 OV. met. 7, 454 fast. 2, 41. *in medio versu* Aegeús: OV. met. 7, 402 *et* 420 epist. 10, 131. *gen.* Aegei: SEN. Phaedr. 563 (*creticus*) AMPEL. 15, 4 HYG. fab. 14 p. 46, 1. 79 p. 81, 1. 173 p. 28, 16 *al.* *dat. et abl.* Aegeo *saepius*. *acc.* Aegea (*dactylus*): OV. met. 15, 856 STAT. Theb. 12, 626 silv. 3, 3, 180. Aegeum: IVST. 2, 6, 15 HYG. fab. 26 p. 55, 12 SERV. Aen. 7, 761 MYTHOGR. 1, 46. 1, 204, 34. *cf. Wernicke, PW. I 952.* *derivatum* **Aegīdēs,** -ae, *Αἰγείδης*, *Aegei filius, Theseus. nom.* Aegides: OV. met. 8, 174. 405. 560. 12, 343 STAT. Ach. 1, 192 CORIPP. Ioh. 4, 610. *gen.* Aegidae: OV. epist. 15, 325 Pont. 2, 6, 26. *acc.* OV. trist. 5, 4, 26 Aegiden *ante vocal.* *voc.* STAT. Theb. 12, 546 Aegide. OV. epist. 4, 59 perfidus Aegides, ducentia fila secutus, curva meae fugit tecta sororis ope. STAT. Theb. 12, 546 belliger. 12, 769 horridus. SIDON. carm. 5, 193 Atticus. OV. Pont. 2, 6, 26 Aegidae Pirithoique fides. *cf.* trist. 5, 4, 26 te vocat Aegiden (*Thesea, quasi amicissimum*) Euryalumque suum. *plur. Aegei posteri*: OV. epist. 2, 67 inter et Aegidas media

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

statuaris in urbe. **Aegaeum mare** τὸ Αἰγαῖον πέλαγος Gloss. III 246,16. *cui adiungitur adi.* **Aegaeus,** -a, -um, *ad* Aegaeum mare *pertinens. memoratur inde a* Pacvv. *et* Varr. *in libris passim ut fieri solet pro* ae *scriptum est* e, *neque tamen* Αἰγεῖον *subesse potest, quod infimae latinitatis auctores interpretatos esse non negaverim, ut docet* Not. Tir. 84, 99. 100 Aegium *oppidum*, Aegium mare. *eadem forma restituenda videtur* Tab. Peut. 8, 5 Aecium mare. Pavl. Fest. 24 Aegeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videatur (Varro ling. 7, 22 rust. 2, 1, 8 Sol. 23, 16 Schol. Stat. Theb. 5, 56 Isid. orig. 13, 16, 5 Mart. Cap. 6, 658. Plin. nat. 4, 51 nomen dedit scopulus ... verius quam insula. Sol. 11, 1), sive quod in eo Aege, Amazonum regina, perierit, sive quod in eo Aegeus, pater Thesei, se praecipitaverit (Lact. inst. 1, 11, 59 Hyg. fab. 242 p. 134, 19 Serv. auct. Aen. 3, 74 Schol. Stat. Theb. 3, 434. 5, 56 Mythogr. 2, 125). *cf.* Aex *1.* Cic. Manil. 55 in Aegaeo mari (leg. 3, 36 Hor. epist. 1, 11, 16 Ov. epist. 19, 222 Liv. 36, 43, 11. 37, 14, 2. 38, 59, 5. 43, 28, 16. 43, 29, 6 Sen. nat. 2, 26, 4. 6, 21, 1 Mela 2, 48. 2, 106 Plin. nat. 4, 42. 4, 71. 5, 102 Tac. ann. 5, 10. 15, 71 Apvl. met. 10, 35 Sol. *bis.* Paneg. Itin. Anton. 526 Avien. Agenn. Vrb. grom. p. 62, 9 L. Dict. Cosmogr. p. 77, 8. 77, 11. 83, 4 Serv. auct. Aen. 3, 74 Oros. hist. 1, 2, 56 *et* 57 Schol. Stat. Theb. 4, 62). *nota* Apvl. mund. 6 Aegaea et Myrtoa maria. *contra* Cic. fin. 3, 45 magnitudine maris Aegaei (Prop. 3, 7, 57 di. Mela 1, 17. Mart. 6, 34, 3 litora. Ivv. 13, 246 rupem scopulosque. Ivl. Honor. geogr. 11 p. 31, 2. 12 p. 31, 3. 25 p. 40, 1. 28 p. 40, 13. 36 p. 44, 9 Cosmogr. p. 87, 10 Itin. Anton. 524 Serv. auct. Aen. 3, 74 Oros. hist. 1, 2, 98 Schol. Stat. Theb. 5, 56. 5, 88). Plin. nat. 4, 9 duo maria Aegaeum et Ionium (Flor. 1, 32, 1 Cosmogr. p. 78, 20 Mart. Cap. 6, 652). mare *supplendum*: Mela 1, 18 Lvcan. 1, 103 Plin. nat. 4, 19 (Sol. 7, 14). 4, 51 Sil. 15, 157 Flor. epit. 1, 41, 10 Ampel. 7, 4 Amm. 22, 8, 2 Macr. sat. 7, 12, 35). *subst.* Aegaeum, -ī *n.*, τὸ Αἰγαῖον *sc.* πέλαγος, *vel* Aegaeus, -ī *m.*, ὁ Αἰγαῖος *sc.* πόντος. Verg. Aen. 12, 365 alto. Hor. carm. 2, 16, 1 in patenti prensus Aegaeo. Ov. fast. 4, 565 Manil. 4, 621 Vell. 1, 4, 3 Sen. epist. 89, 20 Mela 1, 18. 2, 25. 2, 109 Pers. 5, 142 Plin. nat. 4, 62. 9, 52 Val. Fl. 2, 366 Stat. Ach. 1, 35 Theb. 1, 701. 3, 434. Ivv. 13, 81 pater Aegaei Neptune. Avien. orb. ter. 560. 689 Aegaei gurges. Amm. 27, 4, 7. 31, 16, 7 Schol. Stat. Theb. 6, 10 (*cf.* 7, 15). Ven. Fort. vita Mart. 4, 15 procella: *nominativi forma nusquam comparet, sed plur. in* -a: Val. Fl. 1, 561 oculos Aegaea refert ad caerula robur Herculeum. *nom. in* -us: Clavd. 1, 190 ridetque Aegaeus alumnis lenior et blando testatur gaudia fluctu. 20, 333 *iuvenum* profundam ingluviem non Aegaeus, non alta Propontis ... explent. carm. min. 53, 117 horruit Aegaeus. *ergo ad masc. videtur pertinere*: Clavd. carm. min. 28, 38 *Nilus* effluit Aegaeo stagnantior, acrior alto Ionio. Clavd. 10, 162 timor Aegaei rupturus fronte carinas trux aries. Prisc. perieg. 128 arctoas ad partes aspice rursus Aegaeum, superat qui fluctibus aequora cuncta, dispersas vasto qui gurgite Cycladas ambit. 323 altus (784 alti *gen.*). *cf.* Aegaeon *2 et* Aegon. *praeter* mare *adiectivo coniunguntur substantiva haec*: Ov. met. 11, 663 aequore (Prisc. perieg. 398. 400 altum. Coripp. Ioh. 1, 208). Sol. 11, 4 aestibus (Pavl. Nol. carm. 17, 19). Prop. 3, 24, 12 aqua. Ov. met. 9, 448 aquas (epist. 15, 118. 20, 66 Clavd. 10, 133). Varro Men. 226 aquilo. Ov. trist. 1, 11, 8 Cycladas. Stat. Ach. 1, 675 flexus. Mela 2, 37 fluctibus. Pacvv. Varro ling. 7, 22 freto (Sen. Tro. 226). Phaedr. 4, 7, 19 freta (Sen. Phoen. 313). Cic. Arat. 422 gurgite (Stat. Theb. 2, 45). Stat. silv. 1, 3, 95 hiemes (5, 2, 5 Clavd. rapt. Pros. 1 praef. 12). Cvlex 355 litora (Sol. 40, 1). Varro rust. 2, 1, 8 pelagus (Mela 2, 27 Plin. nat. 2, 244 [Mart. Cap. 6, 613]. Avien. orb. ter. 555 freta. Hyg. fab. 242 p. 134, 19 Serv. auct. Aen. 3, 74 Ennod. carm. 26, 37 epist. 320 [dict. 12] 4 Schol. Stat. Theb. 3, 434 Mart. Cap. 6, 658). Sen. Oed. 487 ponto (Sil. 1, 468). Clavd. 20, 246 portūs. Stat. Ach. 1, 390 procellae. Val. Fl. 1, 160 alta profundi (2, 383 scopulos). Prop. 1, 6, 2 salo (Avien. orb. ter. 988 per terga sali. 188 salis). Sol. 11, 1 sinus (11, 2). Stat. Theb. 6, 20 stagna. Hor. carm. 3, 29, 63 tumultūs. Clavd. 21, 287 turbine. Tib. 1, 3, 1 undas (Lvcan. 5, 613). *pro epitheto*: Verg. Aen. 3, 74 Neptuno Aegaeo (Ciris 474). Stat. Theb. 5, 49 Nereo. 8, 477 Veneris. *adi. derivatum ab* Aegae *cf. s. v.*

Aegēus *v.* Aegaeum mare *et sub* Aegae.

Aegia *vitis v. sub* Aegium. *nom. mul. v.* Aegius.

Aegiae *v.* Aegae.

Aegialos (-us), -ī, ὁ Αἰγιαλός. **1** Plin. nat. 4, 12 Achaiae nomen provinciae ab Isthmo incipit. antea Aegialos vocabatur propter urbes in litore per ordinem dispositas (Mart. Cap. 6, 652). *cf.* Aegialeus *2. v. Hirschfeld, PW. I 957, 3.* **2** *mons v.* Aegaleos. **3** *nom. et cogn. vir.* Plin. nat. 14, 49 magna fama et Vetuleno Aegialo, perinde libertino, fuit in Campania rure Liternino, maiorque etiam favore hominum (*idem qui* Sen. epist. 86, 21 Aegialus. 86, 14 diligentissimo patre familiae). Corp. X 1999 (*Puteolis*) dis manib. Aegialo Q. Lucreti Secund. (*servo*). VI 33268 (*e columb.*) L. Aquillius L. et Chiae l. Aegialus. 17032 Domitiae Prepusae Cn. Domitius Aegialus uxori car⟨issimae⟩. 27939 Valerio Aegialo. XI 1694 (*Beneventi*) L. Lollius S⟨u⟩av⟨is⟩ sibi et Hirriae Aegial⟨e⟩ uxori Pomponiae Cale matri L. Lollio Suavi Aug. iterum L. Lollio Aegialo Augustali iter⟨um⟩ Hirriae Ca⟨le .... **Aegialeus,** -ī, Αἰγιαλεύς, *nom. mytholog.* **1** Hyg. fab. 71ª p. 78, 9 Aegialeus Adrasti filius ex Demo⟨a⟩nassa Argivus (Schol. Luc. Bern. 5, 233 Aegialeum). Trag. inc. 147 (Qvint. inst. 8, 6, 34) Aegialeo parentat pater. **2** Hier. chron. a. Abr. 1 Nino regnante apud Assyrios primus Sicyonis imperavit Aegialeus a. LII, a quo Aegialia nuncupata est, quae nunc Peloponnesus vocatur (Isid. orig. 9, 2, 71, *ubi* Agialio *et* Agialea). a. Abr. 885 Sicyoniorum reges ab Aegialeo (egealeo *AP*) usque ad Zeuxippum (Beda chron. III 261, 76 Aegealeo). Avg. civ. 18, 2 Aegialeus (Chron. Alex. I 113, 214 Egialeus. Isid. chron. II 431, 30 Agialeus. Beda chron. III 255, 36 Aegialio). Hier. chron. a. Abr. 271 *Apis* cum fratrem Aegialeum regem praefecisset Achaiae, ipse cum populo ad Aegyptum navigavit. *cf.* Aegialea *4.* **3** Cic. nat. deor. 3, 48 Absyrto *Medeae* fratri, qui est apud Pacuvium (trag. 243) Aegialeus. Ivst. 42, 3, 1 *Aeetae* filium Aegialeum (*v. l.* -ium). **4** *mons cf.* Aegaleos. *de singulis egit Höfer, PW. I 956.* **Aegialeī,** -ōrum, Αἰγιαλεῖς. Hier. chron. a. Abr. 668 a *Sicyone* Sicyonii nuncupati sunt, qui primum Aegialei (aegilei *F*) vocabantur (Isid. orig. 9, 2, 71, *ubi* Agialei). **Aegialē,** -ēs, Αἰγιάλη, *vel* **Aegialēa** (-īa), -ae, Αἰγιάλεια. **1** *uxor Diomedis, Adrasti vel Aegialei filia*: Serv. Aen. 11, 269 Stheneli filius Cyllarabus Aegialiam Diomedis uxorem cognovit adulterio. *cf.* 8, 9. Avien. orb. ter. 652 coniugis ... dirae ... furor Aegialiae (Prisc. perieg. 514 coniugis incestae per fraudes Aegialeae). Dict. 6, 2 Aegialen. Stat. silv. 3, 5, 48 questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui. *Knaack, Hermes 25 (1891) 88* Aeglen *et* Aegialen *confusas esse voluit. contra dicit Vollmer ad l. cf. Knaack, PW. I 956.* **2** Hyg. fab. 65 p. 63 Alcyone Aeoli et Aegiales (egyales *F*) filia. **3** *ex Echinadibus insulis*: Plin. nat. 4, 53 ante Aetoliam Echinades, Aegialia, Cotonis .... **4** Hier. chron. a. Abr. 45 *ab Api* Apia, quae nunc Peloponnesus, prius Aegialia nuncupata. *cf.* Aegialeus *2. v. Hirschfeld, PW. I 956.*, **5** *nom. et cogn. mul. semper* Aegiale: Corp. VI 11220 d'. m'. Agathangelo ... Leucátes ⟨et⟩ Aégiale paréntés. 22076 Sex. Marcio Hermae patrí suo bene merentí Aegiale filia. Corp. VI 20354 Iulia Aegiale. 16693 d. m. Cuspiae Aegiales. 26504 Sextiliae Aegiales. 14437 Carrinatiae Aegiale ... C. Carrinas Hesper fecit lib. suae b. m. III 12826 (*in Dalmatia*) Laelia Aeciale. *adde aliam Beneventanam sub* Aegialus *3.*

? **Aegiamunniaegō** (*dat.*). *deus Hispanus.* Corp. II 2523 (*in Tarraconensi*) Aegiamun|niaego Antistius Placidus Cili filius Alterniaicinus v. s. l. m. *Diehl.*

Aegiās *v.* Aegae.

? **aegicon** *herba.* Ps. Apvl. herb. 67 Graeci agrostin ... alii aegicon appellant, Latini gramen. *V.*

Aegida *oppidum.* Plin. nat. 3, 129 oppida Histriae civium Romanorum Aegida (*cod. dett.*, agida *boni*), Parentium, colonia Pola. *cf. Mommsen, Corp. V p. 49.*

Aegīdēs (-ae) *v. sub* Aegeus. **Aegidium** *v.* Aeginium.

Aegidius *v.* Egidius. **Aegiēnsēs** *v.* Aegium.

Aegila, τὰ Αἴγιλα, *vel* **Aegilia,** Αἰγιλία, *insula inter Cytheram et Cretam sita.* Mela 2, 111 Aegilia. Plin. nat. 4, 57 Aegila. *eadem fortasse* 4, 65. Avien. orb. ter. 669 Aegila (equila *A*, acquila *v*) parva et procera caput turgescunt pulchra Cythera. Prisc. perieg. 525 Aegyla. *cf.* Aegilodes.

Aegilanis *gen. cf.* Agila (-o). *nom. germ.* Greg. Tvr. Franc. 8, 30 p. 345 rex Leudeghyselum in loco Calomniosi cognomento Aegilanis ducem dirigens.

Aegilion *acc. insula.* Plin. nat. 3, 81 *prope Corsicam* Capraria, quam Graeci Aegilion (*Riccard.*, aegylion *rell.*) dixere (Sol. 3, 2 Aegilon *acc. v. l.* -y-, Mart. Cap. 6, 644 elegion *acc. libri*). *cf.* Varro rust. 2, 3, 3 *et ad etymologiam* Aegae. *v. Hülsen, PW. III 1546 sub* Capraria *4.*

sinus **Aegilodēs,** Αἰγιλώδης. *appellatus ut videtur ab* Αἴγιλα *Laconiae vico.* Plin. nat. 4, 16. *Diehl.*

aegilōps, -opis, αἰγίλωψ. *genus quercus*: Plin. nat. 16, 22 *quercus* excelsissima ... aegilops (aezops *codd.*), incultis amica. 16, 32 e glandiferis ... quae vocatur aegilops (aezops *codd.*). *herba*: Plin. nat. 18, 155 *circumligat se* hordeo festuca, quae vocatur aegilops. 25, 146 aegilopas sanat herba eodem nomine, quae in hordeo nascitur, tritici folio (1 ind. 25, 93). 26, 130 perunguntur ... nervorum duritiae aegilopis suco. Diosc. 4, 132 de ⟨e⟩gylops. egylops herba est, folia tridicia similia habet, sed mollia, et susu capitellum est, in quo seminis grana sunt obrufa *eqs.* *alia bulbosa*: Plin. nat. 19, 95 *bulborum* genera Graeci haec fecere: bolbinen, setanion ... aegilopa. 21, 103 aegilo[n]pa[n] non nisi post annum e semine suo nasci (*nisi ad priorem trahendum est*). *oculorum vitium, quod et deminutive* **aegilopium,** αἰγιλώπιον *vocatur.* Diosc. herb. fem. 19 egilophas ... id est eos qui in angulis oculorum tubera in modum caprorum habent (51). *acc. plur.* aegilopas: Plin. nat. 23, 160. 25, 146. 27, 105 Marc. med. 8, 160. 187 Diosc. 1, 137. 4, 132. 5, 7 herb. fem. 19, 51. *acc.* aegilopia: Plin. nat. 22, 54. 29, 125. 35, 34 aegilopia manare prohibet. Marc. med. 8, 186 Vindic. epist. 8 oculis aegilopia excitet. Diosc. 2, 78. 3, 149 egilopie (*sic*) curat. Gloss. aegilopium (*vel* -ia) vitium oculorum. Plin. nat. 20, 158 *nepeta* tusa aegilopis inponitur. 21, 132 baccar ... inponitur ... aegilopiis incipientibus. *V.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aegimius, -ī, *Αἰγίμιος. mythicus Dorum rex, de quo cf. Bethe, PW. I 963, 1.* PLIN. nat. 7, 154 Anacreon poeta ... tribuit annos ... Aegimio CC.

Aegimurus (-um), -ī, *Αἰγίμουρος, insula.* NOT. Tir. 84, 91 Aegimurus. LIV. 30, 24, 9 onerariae pars maxima ad Aegimurum — insula ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est, triginta ferme milia ab urbe — *delata est.* BELL. Afr. 44, 2 navis ... delata ad Aegimurum. LIV. 29, 27, 14 abreptam tempestate ab Africa classem ad insulam Aegimurum. 30, 24, 11 ut classem ... Aegimurum traiceret. 30, 24, 12 ab Aegimuro. FLOR. epit. 1, 18, 30 aput Aegimurum. ITIN. Anton. 492 Aegimurum (*sic Scorial.*, etgurumum *vel* etgumurum *sim. rell.*) insulam. 515 ante promontorium Apollinis Aegimurum (egimurum, egimurtum *sim. codd.*) insula: a Carthagine stadia CCXXX. *nota*: PLIN. nat. 5, 42 contra Carthaginis sinum duae Aegimoerae (*vel potius* -oe); Arae autem, scopuli verius quam insulae, inter Siciliam maxime et Sardiniam. RAVENN. p. 410, 7 Egimoron. *adi.* **Aegimuritānus**, -a, -um. VICT. TONN. chron. II 204, 555, 2 exilio Aegimuritanae (*sic Soriensis deperditus*, egimauritane, -iae *codd.*) insulae. *cf. Joh. Schmidt, PW. I 964.*

1. Aegīna, -ae, *Αἴγινα.* CORP. VI 1779 (*saec. IV ex.*) Eginam. *contra* 1780 Aeginam. STAT. Theb. 7, 319 Aeginan *ante voc.* **1** *insula sinus Saronici*: LIV. 33, 30, 11 Aeginam insulam (MYTHOGR. 2, 204). MELA 2, 109 in Aegaeo Pitynussa et Aegina Epidaurico litori proxima. PLIN. nat. 4, 57 liberae condicionis. AVIEN. orb. ter. 679 fertilis Aeginae tellus et opima Salamis (PRISC. perieg. 535). CIC. off. 3, 46 nimis ... imminebat propter propinquitatem Aegina Piraeo. epist. 4, 5, 4 CIRIS 477. PLIN. nat. 34, 11 privatim Aegina candelabrorum superficiem dumtaxat elaboravit. CORP. VI 1779 Aconia Fabia Paulina c. f. sacrata Cereri et Eleusiniis, sacrata apud Eginam Hecatae tauroboliata hierophantria. *sim.* 1780 sacratae apud Aeginam deabus (*Hecatis*). *ut in oppidis fieri solet, loci significationes nudo exprimuntur casu*: *locat. ubi*: LIV. 27, 33, 5 Aeginae (28, 5, 1. 31, 15, 9. 31, 28, 3. 32, 39, 2. 36, 42, 6. 42, 18, 4). *quo*: LIV. 27, 30, 11 Aeginam (27, 33, 4. 28, 7, 11. 31, 14, 11. 31, 15, 8. 42, 16, 6). *contra semper* ab Aegina: CIC. epist. 4, 5, 4 LIV. 31, 15, 8. 31, 25, 1. 31, 33, 2. 32, 39, 3. *cf. Hirschfeld, PW. I 964.* **2** *nympha, insulae eponyma*: HYG. fab. 52 p. 58 Iupiter cum Aeginam Asopi filiam vellet comprimere ... detulit eam in insulam Oenonen et gravidam fecit, unde natus est Aeacus (SERV. auct. Aen. 4, 402). *ibid.* insula ... Aeginae nomen possedit (SERV. auct. Aen. 2, 7). SCHOL. Stat. Theb. 7, 424 *Asopi* Aeginam filiam in aquilam mutatus Iuppiter vitiavit (MYTHOGR. 2, 203). 7, 315 raptam a Iove filiam Aeginam (MYTHOGR. 1, 165 *male* Aesopi. 2, 105). OV. epist. 3, 73 Iovis Aeginaeque nepote *Pelia.* met. 7, 474 *Oenopiam* Aeacus Aeginam genetricis nomine dixit. *cf. l. 37.* 7, 616 Aeginae Asopidos (MYTHOGR. 2, 204). STAT. Theb. 7, 319. 7, 329 felix. *apud artifices*: PLIN. nat. 35, 122 Elasippus ... Aeginae picturae suae inscripsit ἐνέκαεν. *cf. Escher, PW. I 968.* **Aegīnētae**, -ārum, *Αἰγινῆται. Aeginae insulae incolae*: CIC. off. 3, 46 *Athenienses* sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur. HIER. chron. a. Abr. 1508 mare obtinuerunt Aeginetae ann. XX usque ad transitum Xerxis. **Aegīnēta** (-ēs), -ae, *Αἰγινήτης, nom. vir.* PLIN. nat. 35, 145 Pasiam fratrem Aeginetae fictoris (pictores *Bamberg.*). CORP. VI 19800 (*periit*) Iulius Aegineta. *adi.* **Aegīnēticus**, -a, -um, *Αἰγινητικός, quod ad Aeginam pertinet.* PLIN. nat. ind. 34, 2 genera aeris, quae Corinthia ... quae Aeginetica. nat. 34, 8 Aegineticum atque Deliacum *aes.* 34, 10 *bis.* 34, 75 Canachus *fecit* Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur, in Didymaeo Aeginetica aeris temperatura. CALV. metr. 6 p. 143 *drachmam* Aegineticam. **Aegīnēticus**, -ī *subst. m.*, *ὁ Αἰγινητικός.* PRISC. gramm. III 194, 7 Isocrates Aeginetico (287, 23 *et* 325, 9 *litteris graecis*). *deriv. latin.* **Aegīnēnsēs**, -ium, *Aeginae incolae.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 7 Aeginensium iuventuti (*ex* CIC. off. 3, 46 *ubi* Aeginetis).

2. *insula* **Aegina**. ITIN. Anton. 515 *inter Pandateriam et Aenariam* insula Aegina (*v. l.* egina, egena). 516 *v. l.* egina, egyna, egira. *vicina altera* Aegira. *v. Hülsen, PW. I 477.*

Aeginium, -ī, *Αἰγίνιον.* **1** *oppidum Tymphaeorum*: CAES. civ. 3, 79, 7 Domitius ... ad Aeginium (eginum *f*, eginium *rell.*), quod est adiectum appositumque Thessaliae, Caesari venienti occurrit. LIV. 32, 15, 4 inde Aeginium petit. 36, 13, 6. 44, 46, 3 ad Aeginium ... ducenti eruptione ex oppido facta amissi sunt. 45, 27, 1. **2** *Macedoniae*: PLIN. nat. 4, 33 oppida Aegiae ... Beroea et in regione, quae Pieria appellatur a nemore, Aeginium (aegidium *codd.*). **Aeginiēnsēs**, -ium, *Aeginii oppidi (1). incolae*: LIV. 44, 46, 3. 45, 27, 3. *v. Hirschfeld, PW. I 969.*

Aeginus *gen.?* CORP. VI 34155 (*ad* 25019) Prima Aeginus vicaria an. XIIII. *estne genetivus pro Aeginis? cf.* Aegis.

Aegiochus, -ī, *Αἰγίοχος.* HYG. astr. 2, 13 p. 49 Euhemerus ait Aega quandam fuisse Panos uxorem; eam ab Iove compressam peperisse, quem viri sui Panos diceret filium; itaque puerum Aegipana, Iovem autem Aegiochum appellatum. *litteris graecis* LACT. inst. 1, 21, 39.

Aegion *v.* Aegium.

Aegipān (-ās), -ānos, *saepius plur.* **Aegipānes**, -um, *Αἰγίπαν, Αἰγίπανες.* **1** *ad nominis significationem*: HYG. astr. 2, 13 p. 49 Euhemerus ait Aega quandam fuisse Panos uxorem; eam ab Iove compressam peperisse, quem viri sui Panos diceret filium; itaque puerum Aegipana, Iovem autem Aegiochum appellatum. fab. 155 p. 13, 9 Aegipan ex capra *Iovis filius.* SCHOL. Germ. Bas. p. 89, 6 dii immortales posteaquam Typhonem digna poena adfecerunt, ... Pana sancta astrorum memoria decoraverunt, et ei nomen Aegyptii Aegipana (*sic schol. Strozz. p. 158*, Aegyptii Pana *AP*) inposuerunt, quod cum ceteri se in bestias convertissent, Pan se in capram transfigurasset. HYG. astr. 2, 28 p. 69 Capricornus. huius effigies similis est Aegipani, quem Iuppiter ... in sideribus esse voluit ut capram nutricem. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 87, 3 Capricornus. hic similitudinem Aegipanos habet. ab eo enim est factus. *gens Libyca semifera, Satyris similis*: MELA 1, 23 intra (*sc. in solitudinibus inter Aethiopiam et oceanum Atlanticum*), si credere libet, vix iam homines magisque semiferi Aegipanes et Blemyes et Gamphasantes et Satyri (PLIN. nat. 5, 44 Aegipanas). PLIN. nat. 5, 46 Aegipanum qualis vulgo pingitur forma (MELA 1, 46 SOL. 31, 6 MART. CAP. 6, 674). 6, 197 in eo tractu (*Aethiopiae*) ... colles ... Aegipanum Satyrorumque. 5, 7 *traditur Atlas mons* Aegipanum Satyrorumque lascivia inpleri (SOL. 24, 10 choris. MART. CAP. 6, 667 Satyris Aegipanisque bachantibus). PAVL. FEST. 97 grallatores appellabantur pantomimi, qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes ob similitudinem crurum eius generis gradiebantur utique propter difficultatem consistendi. *huc traxerim* NOT. Tir. 84, 93 Aegippa (*vel* Aegyppa). **2** *cogn. vir.* CORP. X 1996 (*Puteolis*) M. Acútius Aegipás.

Aegippa *v.* Aegipan.

Aegippus, -ī, *agn. ab αἴξ et ἵππος an* Egippi Eugippi? CORP. XIV 170 (*Ostiae, a. 247 vel 248*) Aegippi. L. Mussió Aemiliano Laurenti Lavinatium (quattuor) milit(iarum), v. e.

1. Aegira, -ae, *Αἴγειρα.* **1** *opp. Achaiae*: MELA 2, 53 *in litore* Aegion et Aegira et Olyros et Sicyon (PLIN. nat. 4, 12). PLIN. nat. 28, 147 taurinus *sanguis* ... recens inter venena est excepta Aegira. ibi enim sacerdos Terrae vaticinatura sanguinem tauri bibit prius quam in specus descendat. TAB. Peut. 7, 5 Agira *et* Agion. RAVENN. p. 377, 8 Egira (400, 10. Guido 539, 9). *v. Hirschfeld, PW. I 950.* **2** PLIN. nat. 5, 139 clarissima ... Lesbos ... Himerte et Lasia, Pelasgia, Aegira, Aethiope, Macaria appellata.

2. Aegira. ITIN. Anton. 516 Egira *insula inter Italiam et Siciliam. vicina altera* Aegina. *ceterum ignota.* Diehl.

aegiros, -ī *f.*, *αἴγειρος.* ORIBAS. eup. A 2, 7 aegyros i. e. pupulus.

1. aegis, idos *f.*, *αἰγίς, Iovis scutum. de variis veterum opinionibus exponit Stengel, PW. I 970.* SERV. Aen. 8, 354 aegida, id est pellem Amaltheae caprae. 8, 435 aegis proprie est munimentum pectoris aereum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ʽaegisʼ vocatur, si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur (*doctrina haec spinosa ducta est ex* MART. 7, 1, *infra p. 949, 3*). AVG. cons. euang. 1, 23, 31 scutum illud Iovis, quod appellant aegida. nempe origo nominis huius ita redditur, quia Iovem a matre occultatum capra nutrivit. *cf.* LACT. inst. 1, 21, 39. HYG. astr. 2, 13. GLOSS. scutum Iovis. pectoralis Minervae. scutum Minervae. Iovis tectimen vel Minervae seu quod sacerdotes ante pectus gerant reticuli genus. pellis caprarum. lib. gloss.: aegid[i]a pluvia. *cf.* VERG. Aen. 8, 354. *non legitur gen. nec dat.* VERG. Aen. 8, 354 Iovem, cum saepe nigrantem aegida concuteret dextra nimbosque cieret. 8, 435 *Cyclopes tractant* aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma. HOR. carm. 1, 15, 11 galeam Pallas et aegida ... parat. 3, 4, 57 sonantem Palladis aegida. OV. met. 2, 755 *Pallas* traxit suspiria ..., ut pariter pectus positamque in pectore forti aegida concuteret. 4, 799 castos aegide vultus nata Iovis texit. 5, 46 Pallas ... protegit aegide fratrem. 6, 79 defenditur aegide pectus *Palladis.* fast. 3, 848 Pallas, pro ducibus nostris aegida semper habe. SEN. Ag. 530 armata Pallas ... aegide. Herc. f. 902 Pallas, cuius in laeva ciet aegis feroces ore saxifico minas. LVCAN. 7, 149 Pallas Gorgoneos diffudit in aegida crines. 7, 570 Palladia ... aegide. VAL. FL. 2, 97 peracta aegide *a Volcano.* 4, 520 fulmina ... aegidaque ... gerens *Iuppiter.* 4, 670 coruscanti signum dedit aegide virgo. 5, 287 manet ⟨ingens⟩ aegida sudor *i. Pallada.* 5, 652 aegide digna *Pallas.* 6, 174 Pallas aegide terrifica, quam nec dea lassat habendo nec pater. 6, 396 aegida ... virgo ... sustulit. SIL. 7, 460 virgo aegide deposita. 9, 443 sibilaque horrificis torquet serpentibus aegis. 9, 464 aegide conmota. 9, 478 aegide (-da *Itali*) praecellant quantum horrida fulmina, nosces (*Iuppiter ad Pallada*). 10, 435 aspera pectus aegide ... virgo. 12, 336 aegida turbato quatientem in proelia mundo *Iovem.* 12, 720 quantus aegida conmoveat nimbos flammasque vomentem Iuppiter. STAT. Theb. 8, 510 quotiens sudaverit aegis ista (*Palladis*) mihi *i. Herculi.* silv. 3, 1, 132 aegida caelat Mulciber. MART. 9, 20, 10 tibi, Caesar, *infanti* pro iaculo et parma fulmen et aegis erat (CLAVD. 8, 165). 14, 179 dic mihi *Pallas* ..., quare non habeas aegida. ʽCaesar habetʼ. CLAVD. 20, 161 deorum arbiter infesto cum percutit aegida nimbo. 36, 60 *raptor* sentiet iratum procul aegide *Iovem.* 36, 336 illic posuisse cruentam aegida

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iovem. 24, 411 Palladis ambis aegida *o Victoria.* SIDON. carm. 15, 25 Lemnon ... Mimas contra aegida torquet *Palladis.* *datur Caesaribus*: MART. 7, 1, 3 dum vacat haec, Caesar, poterit lorica vocari: pectore cum sacro sederit, aegis erit. CLAVD. 7, 193 Brontes innumeris exasperat aegida signis *in usum Honori.* *translate*: Ov. rem. 346 decipit hac oculos aegide dives Amor *i. cultu puellae.*

2. aegis, -idos *f.*, αἰγίς. PLIN. nat. 16, 187 larix femina[m] habet, quam Graeci vocant aegida, mellei coloris: hoc lignum proximum medullae est. *V.*

1. Aegis, -idis, Αἰγίς. **1** *cogn. mul.*: CORP. VI 23245 C. Octavio Antho Octaviae Aegidi. *cf.* Aeginus. **2** *nomen equae*: CORP. XV 7012 (*in ventre amphorulae vitreae*) Vincenti, pie, zeses. Aegis, Οἰκουμένη, Zep(hyrus). *Diehl.*

2. Aegis *v.* Agis.

aegisonus, -a, -um. *ab* aegis *et* sonare. VAL. FL. 3, 88 aegisono ... fera pectore virgo *Pallas.* *V.*

Aegīsos *opp. Scythiae minoris a conditore appellatum, Hierocli* Αἰγισσός, *Procopio* Αἴγιστον. Ov. Pont. 1, 8, 13 Caspios Aegisos, de se, si credimus ipsis, condidit et proprio nomine dixit opus. 4, 7, 21 (egytos β) *fem.* 4, 7, 53 (egyros β). ITIN. Anton. 226 Aegyso (*v. l.* egiso). NOT. dign. or. 39, 9 Aegissos (*plerique* Aegyssos). 39, 17 cuneus equitum armigerorum, Aegissos (aegyssos *VM*). 39, 34 A c c i s s o. RAVENN. p. 178, 15 Aegypsum. *v. Tomaschek, PW. I 477.*

Aegisthus, -ī, Αἴγισθος. **1** *Thyestis filius: codices variant inter* 'ae' *et* 'e', *inter* 'i' *et* 'y', *inter* 'th' *et* 't'. *semper* Egisthus *correpta prima ponit* DRACONT. *in Orestis tragoedia.* *ad nominis etymologiam*: HYG. fab. 87 p. 84 *puerum* inventum pastores caprae subdiderunt ad nutriendum. Aegisthus est appellatus ideo, quod graece capra aega appellatur (SCHOL. Stat. Theb. 4, 306 MYTHOGR. 1, 22. 2, 147 p. 126). 252 p. 139 Thyestis et Pelopiae filius ab capra *nutritus est.* SERV. Aen. 6, 612 Thyestae filium. *memorant* ACC. trag. 53 PACVV. trag. 140 CIC. nat. deor. 3, 91. Ov. rem. 161 adulter (SERV. Aen. 11, 268 auct. Aen. 3, 331. 4, 471 SCHOL. Stat. Theb. 1, 694 MYTHOGR. 1, 147. 2, 202 p. 142, 1). epist. 8, 53 trist. 2, 396 VELL. 1, 1, 2 *et* 3 SEN. Ag. 49. 233. 260. 927. 979. 986 DICT. 6, 2 *sqq.* HYG. fab. 88 p. 84 *sq.* 117 p. 102 *al.* 122 p. 105 Aletes Aegisthi filius (124 p. 106). SERV. Aen. 6, 623 SCHOL. Stat. Theb. 3, 286 HIER. chron. a. Abr. 711. 841. 843. *apud artifices*: PLIN. nat. 35, 144 *Theorus pinxit* ab Oreste matrem et Aegisthum interfici. *tragoediarum titulus*: NON. 23 Livius Aegistho (110. 127. 132 *saepius*). 111 Accius Aegistho *bis* (89. 170. 257). *nota translationem*: SVET. Iul. 50 Pompeio ... exprobratum est, quod cuius causa post tres liberos exegisset uxorem et quem gemens Aegisthum appellare consuesset, eius postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset. *v. Escher, PW. I 972.* **2** *in titulis nom. et cogn. vir.*: CORP. VI 33136 (*e columb.*) M. Aure⟨lio Aug. l.⟩ Aegis⟨tho proc.⟩ sum(mi) c⟨horagi. 25429 Hermes et Mystes Aegisthi Aug. lib. ser(vi). 18296 Syntrophus Aegisthi Aug. servi vic(arius). 14904 Ti. (TT. I *lapis*) Claudi A e g i s t i l. 34101 L. Cornelio E g i s t o lib. s⟨.... *Diehl.*

aegithus, -ī *m.*, αἴγιθος. PLIN. nat. 10, 21 accipitrum genera sedecim ..., ex his aegithum, claudum altero pede, prosperrimi augurii nuptialibus negotiis et pecuariae rei. PLIN. nat. 10, 204 *dissidet* aegithus, avis minima, cum asino; spinetis enim se scabendi causa atterens nidos eius dissipat, quod adeo pavet *aegithus*, ut voce omnino rudentis audita ova eiciat, pulli ipsi metu cadant, igitur advolans ulcera eius rostro excavat. 10, 205 aegithum ... anthus in tantum *odit*, ut sanguinem eorum credant non coire multisque ob id veneficiis infament. *V.*

Aegium (-ion), -ī, Αἴγιον. *opp. Achaiae.* MELA 2, 53 Aegion et Aegira *in litore.* STAT. Theb. 4, 80 *Eteocli* dederat ... socer (*Adrastus*) ipse regendas Aegion Arenenque, et quas Theseia Troezen addit opes. TAB. Peut. 7, 5 A g i o n *et* Agira. RAVENN. p. 377, 7 Egion (p. 400, 9). Guido p. 539, 6 Egea quae E g e o n, ex qua sancti Cosmas et Damianus ... exorti sunt. *cf.* ITIN. Hier. Theodos. 32. LVCR. 6, 585 (*dicit de terrae motu*) Aegi (*locat.*) in Peloponneso (LIV. 35, 48, 1 Aegii. 43, 17, 4 PLIN. nat. 10, 51). LIV. 28, 8, 10 Nicia praetore Achaeorum Aegium misso (28, 7, 17. 36, 35, 7. 38, 30, 2 *et* 4. 27, 30, 9). 35, 26, 6 deduci ab Aegio (38, 29, 3). SEN. nat. 6, 25, 4 illa vasta concussio, quae duas suppressit urbes, Helicen et Burin, circa Aegium constitit. PLIN. nat. 4, 22 ad oppidum Aegium (4, 12). NOT. Tir. 84, 99. CONC. Const. Mansi IX 176^{d} Paschasio reverendissimo episcopo Aegii. *adi.* **Aegius,** -a, -um. *debuit* Αἰγιεύς. PLIN. nat. 14, 42 Aegia et Rhodia *vitis ad hoc oppidum videtur pertinere.* *adi. latine formatum* **Aegiēnsis,** -e. *plur. huius oppidi incolae.* LIV. 38, 30, 1 accersentibus Aegiensibus. 38, 30, 5 consul ... Aegiensium favebat ... causae. TAC. ann. 4, 13 *civitati* Aegiensi apud Achaiam, motu terrae *labefactae.* APVL. met. 1, 5 ut ... noritis cuiatis sim, qui sim Aegiensis. *v. Hirschfeld, PW. I 969.* *Diehl.*

Aegius, -a *nom. gent.* CORP. I 1178 (= X 5679) A. Aigius C. f. III 642 (*Philippis*) Aegia Atena ex votum fecit (*nisi graecum hic est*). VIII 11550 (*Ammaedarae*) Aegia pia vixit annis XIII. Mappalicus filiae posuit. INSCR. Gruter 718, 10 (*Metis*) Aegio Irlando et Aegiae Ianuarie matri. *comparanda sunt fortasse* Aegrilius Egrilius, Aegrinia, Egronius. *de vite cf. l. 73.* *V.*

Aegla *v.* Egla.

Aeglē, -ēs, Αἴγλη. **1** *apud mythographos*: HYG. fab. praef. p. 9, 11 *inter Hesperidas* (SCHOL. Stat. Theb. 2, 280 MYTHOGR. 2, 161). SERV. auct. Aen. 4, 484 Hesiodus has Hesperidas Aeglen Erytheam Hesperethusam, Noctis filias. VERG. ecl. 6, 20 addit se sociam timidisque supervenit Aegle, Aegle, Naiadum pulcherrima. HYG. fab. 154 p. 27, 16 *Helias* (156 p. 13 SCHOL. Germ. Strozz. p. 175). PLIN. nat. 35, 137 *Socratis pictoris* cum Aesculapio filiae Hygia, Aegle, Panacea. *cf. sub* Aegiale *1.* *de singulis cf. Knaack, PW. I 975.* **2** *nom. meretricis foedissimae*: MART. 1, 72, 3. 1, 94, 1. 11, 81, 1 Aeglen. 12, 55, 4 *et* 13. **3** *in titulis cogn. mul.*: CORP. VI 4683 (*e columb.*) Statilia Aegle. 20355 Iulia Aegle. XIV 1653 (*Ostiae, descr. Rossi*) d. m. Tadiae A e g l e (*dat.*) Claudia Aegle mater filiae pientiss. fec. et sibi. X 7624 (*Caralibus, periit*) Licinia A e c l e. *hucine pertinet cogn. vir.* **Aeglus,** -ī? CORP. VI 8686 (*Traiani aetatis*) M. Vlpius Aug. l. Aeglus proc. mausolaei (*sc. sepulcri divi Augusti et domus eius*). *Diehl.*

Aegnatius *v.* Egnatius.

aegocephalos, -ī *m.*, αἰγοκέφαλος. PLIN. nat. 11, 204 aegocephalo avi non inesse constat *lienem.*

aegoceras, -atos *n.*, αἰγόκερας. PLIN. nat. 24, 184 faeno Graeco ..., quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis semen est simile, nos siliciam. ... vis eius siccare mollire dissolvere. *V.*

Aegocerōs, -ōtis *vel* -ī *m.*, Αἰγόκερως. *sidus Capricorni.* HYG. fab. 196 p. 126 Pan ... quod se in capram eo tempore converterat, inde Aegoceros est dictus, quem nos Capricornum dicimus. *vox poetarum*: LVCR. (*non* Capricornus), GERM. (8^{ies}, 10^{ies} Capricornus), SEN. trag. (*non* C.), LVCAN. (*non* C.), *nusquam* CIC. MANIL. AVIEN. *nom.*: GERM. 286. 483. frg. 3, 16 (-ōs, *item* frg. 4, 104). SEN. Thy. 864. LVCAN. 9, 537 umidus. *gen.*: LVCR. 5, 615 quo pacto aestivis e partibus *sol* Aegocerotis brumales adeat flexus. GERM. 381 *Piscis notius* ventre sub Aegoceri. 597 rigidum Aegoceri signum freta lucida terret. frg. 4, 69 sedem Aegoceri. *abl.*: GERM. frg. 4, 158 Aegocero semper caelo levis excidit imber. *acc.*: LVCAN. 10, 213 qua ... varii mutator circulus anni (*i. zodiacus*) Aegoceron Cancrumque tenet. *acc. plur.*: HIER. adv. Iov. 1, 41 inter scorpios ... et centauros et cancros et pisces et aegocerotas *sidera.* *synonymum*: Capricornus. *Dittmann.*

Aeglon *v.* Aialon.

aegolethron *n.*, αἰγόλεθρον. PLIN. nat. 21, 74 herba est *in Ponto* ab exitio et iumentorum quidem, sed praecipue caprarum appellata aegolethron. huius flore concipiunt noxium virus *apes.*

aegolios, -ī *m.*, αἰγωλιός. PLIN. nat. 10, 165 *maiorum alitum* is qui aegolios (-onos *codd.*) vocatur et quaternos *parit pullos.* *V.*

Aegōn, -ōnis, Αἴγων. **1** *eponymus maris* Aegaei, *cf.* Aegaeon *2*: VAL. FL. 1, 629 quanto fremitu se sustulit Aegon. 4, 715 Tyrrhenus et Aegon volvat aquas. STAT. Theb. 5, 56 *insulas* spumifer adsilit Aegon (*cf.* SCHOL. *ad l.* mare Aegaeum). 5, 88 ventisque absentibus Aegon motus (SCHOL. *ad l.* promunturium Lemni est, id est mare Aegaeum). **2** *pastor*: VERG. ecl. 3, 1 dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei? Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon (NVMIT. carm. frg. 2). 5, 72 cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon. CALP. ecl. 6, 83.

Aegonne *statio Galatiae inter Tavium et Neocaesaream.* TAB. Peut. 10, 1. *Hirschfeld, PW. I 477 contulit* Eugoni *et* Euagina *eiusdem tabulae.* *Diehl.*

aegonychon (*acc.*) *herba, cf.* αἰγόνυξ. DIOSC. 3, 153 litospermon aut eganicon aut diosporon aut eraclion vocant.

aegopthalmos, -ī *m.*, αἰγόφθαλμος, *gemma.* PLIN. nat. 37, 187 aegopthalmos (*sic Laur.*, -pthalmas *Vind.*, egostalimos *Leid.*, egloptalmos *Paris. 6797*) caprino oculo. *non constat de codd.* PLIN. nat. 1 ind. 37, 72 *nec de* ISID. orig. 16, 15, 19. *V.*

Aegos flumen, Aegospotamōs *s. sub* Aex.

Aegosthenēnsēs, -ium, Aegosthenorum (τὰ Αἰγόσθενα) *Megaridis oppidi incolae.* PLIN. nat. 4, 23 Pagaei et ... Aegosthenenses, contributi Megarensibus. *Diehl.*

aegreo, -ēre. [*cf. c.* aegrescere, *ab* aeger. *Th.*] MACR. exc. Bob. gramm. suppl. 650, 35 aegreo ... dictum non est. haec forma semper in -sco desinit. *cf. s. v.* aegroto *p. 954, 24.* GLOSS. V 591, 7 aegret acidiatur. LVCR. 3, 106 saepe ..., in promptu corpus quod cernitur, aegret (*sic* MACR. gramm. V 650, 34. -grum *codd. Lucr.*). 3, 824 morbis cum corporis aegret (-it *codd.*) *anima.*

aegrēsco, -ere. [*cf. c.* aegrere, *ab* aeger. *Th.*] CHAR. gramm. I 253, 2 fiunt inchoativa ... de declinationibus ... appellativorum sunt haec velut ⟨ab⟩ aeger est aegresco ... haec verba inchoativa, quae ex appellativis derivantur, perfectum non habent omnino. MACR. exc. Bob. gramm. V 650, 32 aegrescit a verbo aegret. NOT. Tir. 82, 56. GLOSS. V 560, 20 aegrescit aegrotus (egredus *cod.*) fiat.

1 *de corporis malis*: *de hominibus*: LVCR. 5, 349 morbis aegrescimus. SER. SAMM. 253 aegrescunt ... fauces. AMBR. exc. fratr. 1, 79 alter aegresceret, aegritudinem alter incurreret. Abr. 2, 3, 9 ea, quorum aegrescit conpassione *deus.* AVG. c. Faust. 21, 11 *extr.* cur calescendo corpora aegrescunt. MACR. sat. 7, 4, 24 si qua ... pars

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corporis aegrescat. 7, 6, 4 stomacho ... aegrescenti. 7, 4, 6 nullum ... fuisse medicorum circa curas aegrescentium (7, 5, 12). ENNOD. op. 2 p. 326, 24 inter manus medicorum curatione aegrescitis. epist. 2, 5 p. 43, 24 studio curationis, qui medetur, aegrescit. 8, 25 p. 216, 22. *de bestiis*: PLIN. nat. 10, 32 *corvi* aegrescunt sexagenis diebus. MACR. sat. 7, 4, 5 aegrescere ... *animalia*. 7, 4, 17. *de herbis*: HEGES. 4, 16, 2 aegrescit et fructus arborum. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 1, 21 aegrescit arbor ... emoritur. **2** *de animo*: *universe*: LVCR. 3, 521 animus sive aegrescit, mortalia signa mittit ..., seu flectitur a medicina. LACT. inst. 7, 12, 17 anima ... morbum corporis sentit et oblivionem sui patitur et sicut aegrescit, ita etiam saepe sanatur (7, 12, 19 contagio *corporis* aegrescit). 11 pr. 8 aegrescit ... ingenium, nisi iugi lectione reparetur. *de animo tristitia anxietate affecto* (*cf. s. v.* aeger *III p. 940, 61*). STAT. Theb. 2, 18 insultare malis rebusque aegrescere laetis. 12, 194 his anxia mentem aegrescit furiis. TAC. ann. 15, 25 longiore sollicitudine aegresceret. ARNOB. nat. 5, 27 *dii* adficiuntur, aegrescunt, lugentium sumunt sordes. SYMM. epist. 6, 58 meus quoque animus aegrescit (ENNOD. epist. 6, 7 p. 153, 16 remediis suis animus aegrescit adflicti). HIER. epist. 22, 27 *perturbationibus* mens gaudet aegrescit sperat et metuit (ENNOD. epist. 9, 24 p. 246, 18 de ipsis remediis mens aegrescat absentium et de medicina sollicitudinis cura geminetur). AVG. civ. 14, 5 cupiat metuat laetetur aegrescat *anima*. SALV. gub. 1, 46 turpissima ... ciborum carnalium recordatione maesti et foetidissimo caeparum ... amore aegrescentes. ENNOD. epist. 5, 20 p. 141, 18 mihi baiulorum copiam perquirenti inde aegrescere contigit, unde opinabar, quod prodesset, accidere. *transfertur ad notiones affectuum graviorem in modum crescentium*: VERG. Aen. 12, 46 haudquaquam dictis violentia Turni flectitur, exuperat magis aegrescitque medendo. SIL. 8, 212 quid tantum ulterius ... ducis cura aegrescente dolorem? STAT. Theb. 1, 400 tantum in corde sedens aegrescit cura parenti. DON. Ter. Hec. 293 ut solet in vero angore, ipsa consolatione aegrescit dolor. SIDON. epist. 3, 3, 9 expectationi aegrescenti ... remedia (*sc.* adventus) medicabuntur. *nota eundem sensum de corporis malis*: CASSIOD. var. 3, 40, 1 aegrescentibus morbis laesio debacchari permittitur. **3** *de rebus personatis*: STAT. Theb. 4, 109 *Achelous* maeret, anhelantes aegrescunt pulvere ripae.

Aegrilius *v.* Egrilius.

aegrimōnia, -ae *f. et postea vulgariter* **aegrimōnium,** -ī *n.* [*ab* aeger. *Th.*] **1** GLOSS. aegrimonium νόσος, ἀρρωστία, ἀσθένεια. GRAMM. V 582, 37 aegrimonium νόσος. ITALA codd. Veron. Sang. Matth. 8, 17 aegrimonia nostra portavit (νόσους, VVLG. aegrotationes, PAVL. NOL. epist. 5, 17 portat aegrimonias nostras). HERM. sim. 6, 3, 4 alii ... detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis aegrimoniis (ἀσθενείαις). IREN. 2, 18, 1 exterminatur ... mala a bona enthymesi, quemadmodum aegrimonium ab incolumitate. **2** GLOSS. aegritudo (*de animo i. q. aerumna*): PLAVT. Stich. 406 quos abiens adfeci aegrimonia, eos nunc laetantis faciam adventu meo. Rud. 1190 abscedat haec a me aegrimonia. CIC. Att. 12, 38, 2 novae agrimoniae locus esset. HOR. epod. 13, 18 malum vino ... levato, deformis aegrimoniae dulcibus adloquiis. 17, 73 vincla gutturi nectes tuo fastidiosa tristis aegrimonia.

Aegrīnia *v.* Egrilius.

aegripōmium *ab* aeger *et* pomum *per analogiam graeci* φθινόπωρον. GLOSS. II 470, 52 φθινόπωρον hoc autumnum, hoc aegripomium. pluralia non habet. II 565, 4 aegripumium (agri- *b*) autumnus.

aegris *v. s.* aeger *p. 937, 69.*

aegritās, -ātis *f. ab* aeger. *i. q. morbus*: PS. CYPR. adv. Iud. 5 in fame et in aegritate, popule Israel, queritur de te dominus. *Kempf.*

Aegritomārus, -ī *nom. vir. Celt.* CIC. Verr. 3, 118 *Cn. Domitius* M. Silanum, consularem hominem, accusavit propter Aegritomari (*Fabric.*, Acr- *Lagomars. 42*, Egr- *vulgo*) Transalpini hospitis iniurias (div. in Caec. 67 Egritomari *codd.*). *cf.* Ecrito. *Diehl.*

aegritūdo, -inis *f. ab* aeger. *legitur inde a* PLAVTO, *vetustiores tamen usque ad* COLVM. *non utuntur nisi de animi afflictione* (II).

I GLOSS. ἀρρωστία, ἀσθένεια, νόσος, corporis afflictio. PAVL. FEST. 165, 30 negritu in auguriis significat ⟨a⟩egritudo. AVG. civ. 14, 7 de tristitia ..., quam Cicero magis aegritudinem appellat, dolorem autem Vergilius ... (sed ideo malui tristitiam dicere, quia aegritudo vel dolor usitatius in corporibus dicitur). (14, 8). *de hominibus*: MELA 3, 64 annis aut aegritudine in maciem eant. PLIN. nat. 4, 89 discordia ignota et aegritudo omnis *Hyperboreis*. 11, 216. 19, 128 Augustus lactuca conservatus in aegritudine. 22, 102. 23, 45. 24, 28 longa aegritudine non recolligant vires (CAPITOL. Aur. 19, 2 laboraret. THEOD. PRISC. eup. 7. 19). 28, 64. 29, 48 qui *cibus* in aegritudine alat. TAC. ann. 2, 69 opperiens aegritudinem, quae ... Germanico acciderat. FLOR. 2, 17, 10 hinc alterum corporis aegritudo, illum metus ignavia subduxissent (APVL. apol. 69 aegritudinem corporis ferre. CHALC. comm. 2, 23 tit. HEGES. 1, 37, 7 *opp.* morbo animi. CASSIAN. conl. 1, 10, 1 labore nimio seu aegritudine corporis seniove defessi. VLP. dig. 50, 9, 1 in ... aegritudine corporum. ARNOB. nat. 2, 8). PAPIN. dig. 28, 5, 23, 4 aegritudine vel valitudine ... impedirentur. VLP. dig. 25, 3, 5, 2 succursurus ... quorundam aegritudini (VOPISC. Aur. 11, 1 Criniti. GALLICAN. Avid. 10, 7. CHALC. comm. 270 in aegritudinibus virorum. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 282 eorum aegritudo ... curetur. EVGIPP. Sev. 38, 2 aegritudines monachorum ... sanabat). APVL. Plat. 1, 18 invehit aegritudinem atque invalentiam et foeditatem. 2, 14 aegritudine corporali morboque. apol. 69 morbum ..., malum ..., aegritudinem ingravescere. 51. 52. 70 solitudini suae et aegritudini subvenire. Socr. 23 p. 175 Oud. validus est; aegritudine fatigabitur. COLL. Mos. 3, 4. CYPR. epist. 69, 16. SOL. 1, 92 aegritudinum suppliciis. 7, 10 remedia. 1, 64 fit ... auctior (*de gravida*). 4, 6 ocularias dissipant aegritudines. add. p. 221, 19 M. intestinae aegritudinis incommoda, *et passim.* VOPISC. Car. 8, 7 aegritudine ... absumptum. 12, 1. LAMPR. Comm. 2, 6 summotos usque ad aegritudinem desideravit. SPART. Sev. 16, 1 morbos aegritudinesque contraherent (*cf.* HEGES. 1, 45, 4). LACT. opif. 4, 3. PS. LACT. mort. pers. 42, 2 duplici aegritudine adfectus (*sc. animi et corporis*). CHALC. comm. 37. 163 corpus modo sospitati modo aegritudini proximum (226). ITIN. Anton. 6 multae aegritudines ... sanabantur. EVTR. 9, 5 morbis atque aegritudinibus notus ... principatus. GAVDENT. 19 *med.* multiplices aegritudinum morbos ... curaverat (CASSIAN. conl. 13, 9, 5 *opp.* sanitas. CANON. 64 ingentis). AMM. 14, 6, 23. 19, 4, 5. 28, 4, 22 VEG. mil. 2, 7. AMBR. exam. 6, 6, 39 processu aetatis aut aegritudinis inaequalitate marcescunt. HEGES. 1, 12, 1. 1, 42, 9 aegritudine gravi affectum (1, 45, 4 SVLP. SEV. dial. 2, 2, 3 ENNOD. epist. 8, 43 p. 227, 20). 5, 27 ferventis aegritudinis casus. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 305 in has aegritudines incidissent. AVG. gen. ad litt. 9, 10, 17 quandam. *ibid.* velut aliqua aegritudo letalis. quaest. hept. 3, 83 procedente. quant. anim. 23, 42. 22, 38 corpus sit aegritudine attenuatius et exilius. nat. et grat. 20, 22 nulla (retract. 1, 11, 3). civ. 5, 2 dispares. 5, 5. 5, 25 aegritudine et senectute defunctus est. 10, 29. 22, 8 aegritudine laboraret (*cf. p. 951, 75*). *saepius.* SVLP. SEV. Mart. 16, 2 dira paralysis aegritudine tenebatur. PAPYR. dipl. Marini 74 (*saec. V/VI*), 7, 3 nequissima egritudine podagrae. SORAN. *passim, deest* morbus. MARC. med. *raro.* PHYSIOGN. 11 aetates et aegritudines et dolor et iracundia 79. THEOD. PRISC. eup. 4 tanto pretiosior est sanitas, quanto molestior fuerit aegritudo. log. 32 acutas et temporales aegritudines (23. 37). 35 cordis vitio hanc aegritudinem fieri, *passim.* VINDIC. epist. Pentad. p. 490 longam aegritudinem faciunt. p. 489. 491. APIC. 3, 102 CASSIAN. conl. 5, 6, 5. 16, 3, 3 carnali aegritudine detinetur, *passim.* LEO M. epist. 108, 5 vi aegritudinis. CANON. 70. CAEL. AVR. acut. 2, 30, 162 cordis esse aegritudinem, *saepe.* CASS. FEL. 17 p. 24 in aegritudinibus malignis, quas Graeci cacoethes appellant. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 28, 2 suam scire. serm. 6 p. 245, 12. epist. 1, 1, p. 352, 25 languentium innumeras et varias aegritudines ... sanatis. 2, 21 p. 405, 26 frequentior ... vestra. ENNOD. epist. 8, 16 p. 211, 2. 9, 5 p. 232, 3 sarcinas aegritudinis, *et saepius.* CASSIOD. hist. 6, 1 p. 1029ᵃ M. aegritudo quae putabatur inevitabilis. IORD. Get. 56, 288 fatali aegritudine occupatus. GREG. TVR. glor. mart. 92 diversarum ... medicamina. ORIBAS. *saepissime, promiscue cum* passio infirmitas, *deest* morbus. EVGIPP. Sev. 39, 1 modus aegritudinis. NOT. Tir. 82, 55. *de bestiis*: COLVM. 7, 5, 20 agnis ... vel febricitantibus vel aegritudine alia affectis (def- *SA*). 7, 7, 2 PLIN. nat. 10, 15 oppetunt non senio nec aegritudine, sed fame *aquilae*. 8, 3 *elephanti* fessi aegritudine. 8, 52 aegritudinem fastidii tantum sentit *leo*. 30, 43 aegritudine eorum (*i. canum*). SERV. georg. 3, 526. *de herbis aliisque rebus*: PLIN. nat. 17, 251 macie corticis ex aegritudine adstringente se. CASSIAN. inst. 5, 30, 1 aegritudinem uvae contrahens ... eius languore distabui. HEGES. 1, 38, 1 elementorum aegritudine expiatum interitum. PLIN. nat. 17, 123 sunt ... quaedam aegritudines et locorum. CHALC. comm. 24 quae corpora nulla ... frigoris ... extrinsecus accessione moveant aegritudinem mundo. MACR. sat. 7, 5, 32 ut ... luxus morum sit aegritudo.

II *de animo*: **1** *in medicina de insaniae morbo*: PLIN. nat. 7, 171, signa letalia in furoris morbo risum, sapientiae vero aegritudine fimbriarum curam. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 81 mentis aegritudine afficiantur. **2** GLOSS. μέριμνα, tristitia vel anxietas. PLAVT. Bacch. 1110 numquid ... ad filium haec aegritudo attinet ... idem mihi morbus in pectorest. Poen. prol. 69 conicitur ... in morbum ex aegritudine. Capt. 782 aegritudo auctior est in animo. Cist. 60 doleo ab animo, ... ab oculis, ... ab aegritudine Curc. 224 istam exturbes ex animo aegritudinem. Stich. 524. 526 omnium me exilem ... fecit aegritudinum. Trin. 1091 adimit animam mi aegritudo. *v. l. 80.* Men. prol. 35. Merc. 140 aegritudo abscesserit. Most. 810. Trin. 316 tibi aegritudinem ... parerem (TER. Haut. 680 *res* ... adferat). Bacch. 538 numquae advenienti aegritudo obiecta est? :: atque acerruma. 493 ut aegre patitur ..., ut ... sese cruciat aegritudine. Stich. 215 prae maerore ... miser atque aegritudine consenui. Merc. 19 vitia ..., cura aegritudo. 870 cura miseria aegritudo lacrumae lamentatio. 359 voluptatem aegritudo vincat. TER. Andr. 961 nulla aegritudo huic gaudio intercesserit. Eun. 552. Haut. 506 (QVADRIG. Non. 76 gaudium atque aegritudinem alternatim sequi). 122 maestus atque animo ... perturbato atque incerto prae aegritudine. 422 quod volgo audio dici: diem adimere aegritudinem hominibus. 539 magnarum ... remedium (CIC. Att. 12, 23, 2. LIV. 22, 8, 2 occupatis maiore aegritudine animis). Phorm. 750 matrem ... ex aegritudine ... mors consecutast. Hec. 223 aegritudo ... oritur mihi abs te. Ad. 312 recens. PACVV. trag. 128 animum aegritudine ... confici. 60 aegritudo insolens men-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem attemptat. LVCIL. 584 evasuros ... aegritudinem. VARRO Men. 111 *vinum* aegritudinem ad medendam invenerunt, hoc hilaritatis ... seminarium. CIC. top. 86 laetitiam comprimens, ... aegritudinem abstergens. 83 in hominem solum cadat an etiam in beluas aegritudo. inv. 2,17 impulsio ..., ut amor iracundia aegritudo vinolentia. Tusc. 3,27 senio et aegritudine esse confectus. Att. 13,12,2 leniendam. 9,4,1 me ... aegritudini dedam. 9,10,1 somno privaret. 9,7,2 aegritudine levavit (epist. 5,13,5). 11,10,1 meas incredibiles. 11,12,4 superiores. epist. 4,6,1 SALL. Iug. 68,1 ira et aegritudo permixta sunt. 82,2 aegritudinem pati. LIV. 2,52,5 tulisse ignominiam aegritudinemque. 28,8,2. 1,9,6 aegritudinem a n i m i dissimulans. SEN. clem. 2,5,4 misericordia est aegritudo animi ob alienarum miseriarum speciem aut tristitia[m] .... VAL. MAX. 1,1,20. CVRT. 3,5,10 animi ... aegritudo corpus urguebat. 4,10,19. 9,10,13 itineris labor et aegritudo animi vulgaverant morbos. TAC. ann. 5,3 vitam aegritudine animi finivit. APVL. apol. 50 gravissimam. HIER. in Is. 1,5 ad aegrotationem corporis accedat aegritudo animi (epist. 6 animae. 99,1). VELL. 2,130,5 cuius temporis aegritudinem auxit amissa mater. SEN. dial. 6,26,2 te ... longa tenet aegritudo. 11,16,7 coercenda. epist. 56,7 somnum inter aegritudines ... captans. CVRT. 3,3,2. 9,9,23. TAC. ann. 2,29 metu et aegritudine fessus. FRONTO p. 79,8 N. anxietatem et summam aegritudinem. 86,1 dolorum ... et aegritudinum ... plus. 187,18 plurium. GELL. 1,3,3 cuius memoria mihi aegritudini sit. 1,2,5. APVL. met. 10,3 praesentis causas aegritudinis. Plat. 2,10 aegritudinem, egestatem et cetera. 2,16 voluptatem ... atque aegritudinem, desiderium amorem misericordiam *eqs.* 2,22. TERT. scorp. 5 incidit et *deus* in aegritudines tuas. anim. 56 aegritudines obeat (*coni. c.* tristia ac laeta). IVST. 32,28 perspecta patris aegritudine. CHALC. transl. 44 immunis omni perturbatione atque aegritudine. comm. 167 aegritudo, servitium inopiaque. 262 patibilis habitus animae et aegritudine oppressus. SYMM. 1,11,2 animus ab aegritudine remigravit. AMBR. Noe 11,38 ulcera ... aegritudinis. exam. 3,13,56 mitigare ... quaslibet aegritudines passionum. HEGES. 1,6,2. AVG. civ. 4,30 deorum cupiditates aegritudines iracundias. *c. gen. expl.*: SIDON. epist. 2,7,2 aegritudini ... iurgii ... medicabitur. SEDAT. Ruric. epist. 4 p. 446,25 aegritudo deceptae spei et anxietas cumulatur.

nota *usum in philosophorum sermone pro Stoicorum* λύπη: CIC. Tusc. 4,11 partes ... perturbationum (*i.* παθῶν) volunt *Stoici* ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis ... ex malis metum et aegritudinem nasci ..., metum futuris, aegritudinem praesentibus ... (*cf.* RHET. Her. 2,34 *tres res* homines sollicitent metus cupiditas aegritudo). 4,14 est ... aegritudo opinio recens mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur. 3,61 *syn.* animi dolor. 3,61 ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus quasi solutionem totius hominis appellatam putat (LACT. inst. 6,15,11 aegritudinem ... id est maestitiam doloremque animi sustulerunt *Stoici*. HIER. adv. Pel. 2,6 epist. 133,1. AVG. civ. 14,7 *syn.* tristitia). 4,83 et aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est (3,5 *v. s. v.* aegrotatio *l. 82*). 3,23 aegris ... corporibus simillima animi est aegritudo. 3,82 omnem (3,55. 3,83. 4,59). 38,3 universam. 3,82 inanis. 4,40 nova. 3,83 maerens. 3,46 aegritudines gravissimae detrahuntur (3,71). 3,52 acriorem. 4,34 anxias atque acerbas. *passim in Tusc., imprimis in ll. 3 et 4.* fin. 1,41. 1,44. 1,57. 3,35. **3** APVL. Plat. 1,18 aegritudinem mentis stultitiam esse dicit Plato (νόσον ψυχῆς Tim. p. 86^b). 2,17. CHALC. comm. 7, tit. 24 de aegritudine animae.

I *in bonam partem* (*raro et acerbe dictum*): *synonyma*: imitatio, certatio, certamen, contentio; *adduntur genetivi subi. et obi. et praep.* in, cum, circa, ad: NEP. Att. 5, 4 ut, inter quos (*Ciceronem et Hortensium*) tantae (tanta?) laudis esset aemulatio, nulla intercederet obtrectatio (*cf.* 20, 5 inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat). LIV. 1, 48, 8 ut bono etiam ... succedenti regi difficilis aemulatio esset. 28, 21, 4 alii ipsi professi se pugnaturos in gratiam ducis, alios aemulatio et certamen, ut provocarent provocative haud abnuerent, traxit. PAVL. FEST. 14, 6 *fratres cum sororibus* minus habent dissensionis, quo minus aemulationis. VELL. 17, 5 alit aemulatio ingenia, et nunc invidia, nunc admiratio imitationem (incit- *codd.*) accendit. VAL. MAX. 4, 1, 12 *Scipionis et Metelli* ab aemulatione virtutis profecta concitatio (concertatio *Madvig*) ad ... inimicitias progressa fuerat. 9, 5 ext. 4 insolentiae vero inter Karthaginiensem et Campanum senatum quasi aemulatio fuit. PHAEDR. 2 epil. 7 *Aesopus* ne solus esset, studui: quod superfuit: nec haec invidia, verum est aemulatio. COLVM. 1, 9, 8 haec ordinatio non solum concitat aemulationem, sed et deprehendit ignavos. 12 praef. 7 flagrabat ... mulier pulcherrima aemulatione studens negotia viri cura sua maiora atque meliora reddere. PLIN. nat. 17, 3 quod (*odium*) ex aemulatione avidissimum est. 37, 85 singulorum *virorum* ... libido pretia singulis *gemmis* facit praecipueque aemulatio. QVINT. inst. 1, 2, 22 excitabitur laude aemulatio, turpe ducet *puer* cedere pari, pulchrum superare maiores. 1, 2, 26 firmiores in litteris profectus alit aemulatio. 10, 1, 50 virtutes eius (*Homeri*) non aemulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. TAC. Agr. 21 honoris aemulatio pro necessitate erat. 36 cohortes aemulatione et impetu conisae proximos ... caedere. Germ. 13 magna comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites. hist. 1, 13 gratus Neroni aemulatione luxus. 2, 4 aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiem. 2, 49 decoris. ann. 2, 44 gloriae. 2, 59 Germanicus sine milite incedere ... P. Scipionis aemulatione. 2, 72 potentiae. 13, 54 quod comiter ... exceptum, quasi impetus antiqui et bona aemulatio. PLIN. epist. 1, 2, 3 nec materia ipsa huic, vereor ne inprobe dicam, aemulationi repugnavit. 3, 5, 20 haec quae scripsi te ... ad simile aliquid elaborandum possunt aemulationis stimulis excitare. 4, 5, 3 Rhodii cum ipsis orationum virtutibus tum etiam comparationis aculeis excitabantur, nostra oratio sine aemulationis gratia probabatur. 8, 6, 13 *cum* Pallantis spectatissima fides atque innocentia exemplo provocare studium tam honestae aemulationis posset (*cf.* 8, 6, 16). SVET. Cal. 19 talem a Gaio pontem excogitatum aemulatione Xerxis. FRONTO p. 254, 3 N quod ad aemulationis tuae felicitatem adtinet. AEM. MAC. dig. 50, 10, 3 opus novum privato ... facere licet, praeterquam si ad aemulationem alterius civitatis pertineat. APVL. met. 4, 31 tota illa perlata de formonsitatis aemulatione fabula. Plat. 2, 23 ut aemulatione vitae ad deorum actus accedat sapiens. apol. 41 ut qui hoc negotium ex lectione et aemulatione Aristoteli nactus sim. flor. 18 p. 92 Oud. quibus (*Safidio et Persio*) cum sit summa concordia, tamen haec sola aemulatio et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Karthaginem diligat. TERT. anim. 57 quid novi aemulatio veritatis a spiritu immundo? adv. Marc. 4, 4 prior erat res passione et materia aemulatione. SOLIN. 56, 3 in aemulationem ... urbis (*Babyloniae*) Ctesiphontem Parthi condiderunt. IVSTIN. 3, 5, 13 Messeniis ... non timorem res, sed aemulationem mutuam dedit. 6, 3, 2 summa ... non ducum tantum in eo proelio, aequa vulgi aemulatio fuit. 12, 15, 11 omnes in aemulationem consurgunt et ambitione vulgi tacitum favorem militum quaerunt. CHALC. transl. 28 ad immortalis ... exempli similitudinem atque aemulationem formans *opifex* operis effigiem. 31 ut ... exemplari, cuius aemulationem mutuabatur, etiam in numero similis esset, ... unicus *mundus* a deo factus est. 39 nondum hic mundus cuncta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

continebat animalia, perinde ut intellegibilis, ad cuius aemulationem fiebat. AMM. 15, 1, 3 qui ad aemulationem civilium principum formare vitam ... laborabat (*cf.* 16, 1, 4. 16, 8, 13. 25, 2, 3. 29, 2, 24. 29, 5, 22. 31, 10, 18). 24, 1, 1 aemulatione sui cunctos ad officia fortitudinis incendebat. VEG. mil. 3, 4 p. 75, 2 L. milites ... aemulatione virtutis proelium magis necesse habeant optare quam otium. AMBROSIAST. in Rom. 11, 11 aemulatione zeli accensi. HIER. epist. 107, 4 proclivis est ... malorum aemulatio, et, quorum virtutes assequi nequeas, cito imitaris vitia. SVLP. SEV. Mart. 1, 2 propositis magnorum virorum exemplis non parva aemulatio legentibus excitabatur. dial. 1, 18, 1 virtutum. CASSIAN. conl. 18, 3, 1 vos ... dei causa ad aemulationem nostrae agnitionis adtraxit. COD. Theod. 1, 6, 7 adparitorum. OROS. hist. 3, 1, 12 motus aemulatione virtutis Agesilai. 3, 23, 58 pronum iam regem aemulatione regni, ut bellum ... inferret, hortati sunt *socii.* SIDON. epist. 9, 9, 4 auferret congrediendi aemulationem desperatio consequendi. VEREC. 2, 21 aemulari bonos et aemulationem fugere malorum. VITA Cypr. 9 bonitatis. *nota*: APVL. met. 2, 32 tres quidam ... cum aemulatione virium crebrius insultantes. PLIN. nat. 34, 10 aemulatio et in materia fuit. ind. 21, 22 vestium aemulatio cum floribus. PLIN. epist. 1, 5, 11 Satrius Rufus, cui non est cum Cicerone aemulatio. QVINT. inst. 10, 5, 5 neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem. DICT. 1, 16 cum iuventus partim sua sponte, alii aequalium ad gloriam aemulatione munia militiae festinarent. *pluralis* aemulationes: LIV. 28, 40, 12 nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi atque aemulationes cum adulescente florentissimo proponam. *de rebus*: PLIN. nat. 25, 8 pictura fallax est coloribus tam numerosis, praesertim in aemulationem naturae. SOLIN. 1, 58 feminae ... quamdiu sint in sua lege ... aspectu specula vitiant ita, ut ... solitam aemulationem vultus extinctus splendor amittat.

II *in malam partem: fere i. q. invidia, obtrectatio, rivalitas, inimicitiae, oppositio, adversatio. adduntur genetivi subi. et obi. et praep.* cum, inter, in, adversus, circa: CIC. Tusc. 4, 16 *aegritudini subicitur* invidentia ..., aemulatio, obtrectatio .... 4, 56 obtrectare ... alteri aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est, aemulari quid habet utilitatis? LIV. 26, 38, 9 aemulationem ... et odium esse. 28, 40, 9 quae ... mihi aemulatio cum eo esse potest, qui. 28, 42, 10 illos aemulatio inter sese (se *P.*) et omnes causae certaminum acuunt. 34, 7, 5 nullam aemulationem inter se singularum (*feminarum*), quoniam nulla haberet *aurum*, esse. 35, 47, 4 Philopoemenem ... aemulatione gloriae in bello Laconum infestum invisumque esse Quinctio credebant. 44, 25, 2 non ea regum aemulatio *est.* VAL. MAX. 2, 9, 6 par ... aequali iugo virtutis honorumque societate iunctum, instinctu (instrictum *codd., fortasse* instinctum *v. l. 47*) autem aemulationis animo dissidens. 9, 2 ext. 8 consimili genere aemulationis instincta civitas. CVRT. 6, 8, 2 erat Craterus ... Philotae ob aemulationem dignitatis adversus. 9, 7, 4 *Athenodoro* Biton ... ob aemulationem infestus conparavit insidias. PLIN. nat. 10, 122 *corvum* sive aemulatione vicinitatis manceps proximae sutrinae sive iracundia subita ... examinavit. 13, 70 aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis. QVINT. inst. 11, 1, 16 quotiens discessit aemulatio, succedit humanitas. decl. 352 p. 383, 15 R. victoria *divitis* accensum, quasi in aemulatione, gravi dolore exarsisse ducem. TAC. Agr. 9 procul ab aemulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores. hist. 1, 65 unde aemulatio et invidia (*cf.* 2, 21. 2, 101 *sequitur* ne. 3, 65 FLOR. 1, 5, 1). 2, 30. 2, 91 inrisere plerique impudentiam aemulationis. 3, 38 *Vitellius* infensus Blaeso aemulatione prava, quod eum omni dedecore maculosum egregia fama anteibat (*cf.* 3, 59). 3, 57 municipia coloniaeque ... municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant. 3, 75 paci consultum dirempta aemulatione inter duos. 4, 69 deterruit plerosque provinciarum aemulatio. 4, 86 quo ... fratris se aemulationi subduceret. ann. 1, 18 depulsi aemulatione, quia suae quisque legioni eum honorem quaerebant. 2, 47 ne aemulatio inter pares et ex eo impedimentum oreretur. 2, 43 Plancinam ... Augusta monuit aemulatione muliebri Agrippinam insectandi. 3, 58 summum pontificum ... non aemulationi, non odio aut privatis adfectionibus obnoxium *esse.* 4, 40 erumpere aemulationem feminarum, eaque discordia nepotes suos convelli. 6, 4 inter collegas. 11, 9 ne quid aemulationis existeret. 12, 2 vacuam aemulatione. 13, 9 aemulationis suspectos. 13, 19 inter Agrippinam et Domitiam infensa aemulatio exercebatur. PLIN. paneg. 84 nihil est tam pronum ad simultates quam aemulatio, in feminis praesertim: ea porro maxime nascitur ex coniunctione, alitur aequalitate, exardescit invidia, cuius finis est odium. QVINT. decl. 254 p. 42, 21 R. suscepit gravissimum laborem et novas inimicitias et recentem aemulationem. 337 p. 329, 19 quando me aemulatio nostra in foro defatigaverat. SVET. Tib. 11 aemulationis cum C. Lucioque suspicionem. Nero 23 quam ... trepide anxieque certaverit *Nero,* quanta adversariorum aemulatione, quo metu iudicum. 33 non minus aemulatione vocis ... quam metu. Vesp. 6 deposita simultate, quam ... ex aemulatione non obscure gerebat. FLOR. 1, 9, 1 Latinos ... aemulatione imperii infestos. 2, 5, 4 nata Livio Druso aemulatio. 2, 13, 13 morte Iuliae ..., quae ... concordiam continebat, statim aemulatio erupit. GELL. 14 3, 8 aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas abest, speciem ... aemulationis creat. TERT. spect. 15 ubi studium, ibi et aemulatio ... et ubi aemulatio, ibi et furor et bilis et ira et dolor et cetera ex his, quae cum his non conpetunt disciplinae. nat. 1, 7 fit ... aemulationis ingenio. 1, 20 solet aequalitas aemulationis materiam sumministrare. sic figulus figulo ... invidet. bapt. 17 episcopatus aemulatio schismatum mater est. pudic. 7. scorp. 5 esse aemulationem tam malorum inter se quam et bonorum. apol. 2 de vestra rideat aemulatione ... Christianus. 7 cum odio sui coepit veritas. simul atque apparuit, inimica est. tot *erant* hostes eius, quot extranei et quidem proprie ex aemulatione Iudaei. 47 operantibus aemulationem istam spiritibus erroris. adv. Val. 9 sub praetextu dilectionis in patrem aemulatio superabit in Nun. cast. 12 si quis praesumptione huius providentiae suae dei aemulationem provocarit. adv. Marc. 1, 25 nihil sine aemulatione decurret, quod sine adversario non erit. 40, 20 o deum non natura beneficum, sed aemulatione. *ibid.* quis es, ut aemulationem legis interpreteris in isto facto? 5, 16 cuius et ira et aemulatio. ITALA I Cor. 3, 3 (Aug. civ. 14, 4 p. 10, 10 D.) cum ... *sit* inter vos aemulatio (VVLG. zelus, LXX ζῆλος). CYPR. epist. 55, 24 schismaticos statim cum prava sua aemulatione deficere. PANEG. 2, 9 p. 96, 25 sic fit, ut vobis tantum imperium sine ulla aemulatione commune sit. 3, 6 p. 106, 29 malignis aemulationis stimulis (*syn.* obtrectare, invidia). SPART. Pesc. 2, 1 appellatus est imperator ... magis in Iuliani odium quam in aemulationem Severi. PS. LACT. mort. pers. 43, 2 *Maximinus* cum haberet aemulationem adversus Licinium. IVSTIN. 3, 2, 4 duo ... populi ... legibus pares ex aemulatione virium in bellum ruebant (*cf.* OROS. hist. 3, 12, 32). CHALC. transl. 18 quod sine odio atque aemulatione (PLATO Tim. 18 E *μή τις αὐτοῖς ἔχθρα ... γένηται*) nubentium melioribus procis melius moratae virgines sortito obveniant. AVSON. 462, 3 p. 401 P. iurgium ... inopiae communis aemulatione conseritur. VVLG. Ezech. 8, 3 statutum zeli ad provocandam aemulationem. psalm. 77, 58 in iram concitaverunt eum in collibus suis et in sculptilibus suis ad aemulationem eum provocaverunt (*παρεζήλωσαν*). Rom. 10, 19 ego ad aemulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam (*παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, at* deut. 32, 21 provocabo eos in eo, qui non est populus, ... irritabo). 13, 13 honeste ambulemus, ... non in contentione et aemulatione (*ἔριδι καὶ ζήλῳ*). HIER. epist. 21, 30 *Israel* aemulatione cruciatus. 77, 10 ut quod aemulatio dissipatura erat, concordia cresceret. 127, 9 ne per aemulationem quippiam facere videretur. in Gal. 5, 19—21 post contentionem octava succedit aemulatio, quae Graeco sermone *ζῆλος* significantius et notius appellatur (*v. l. 57*). MACR. somn. 2, 10, 16 aemulatio, quae primum bene incipiens in invidiam latenter evadit. OROS. hist. 6, 17, 9 si ambitionis aemulatio (imolatio *v. l.*) per ipsos atque in ipsis et agitur et punitur. CORP. VI 15106 cum qua ... vixi sine ulla aemulatione indulgentia eius. *de amore*: PETRON. 99 neque enim in amantium esse potestate furiosam aemulationem (*cf.* PLIN. paneg. 84 *p. 971, 72*). *pluralis* aemulationes: CIC. Tusc. 1, 44 et cupiditatum et aemulationum erimus expertes. TERT. pat. 1 cum inter sese variis sectarum libidinibus et sententiarum aemulationibus discordent *philosophi.* pudic. 14 exegerant schismata et aemulationes et dissensiones et praesumptiones et elationes et contentiones, ut ... invidia onerarentur. VVLG. Gal. 5, 20 opera carnis, quae sunt fornicatio, ..., inimicitiae, contentiones, aemulationes (*ζῆλος v. l. 45*), irae, rixae (*cf.* II Cor. 12, 20 HIER. epist. 22, 4 AVG. civ. 14, 2. 3. 21, 25 BENED. reg. 64, 15). SIDON. epist. 7, 9, 12 in aemulationum conservatione stabiles. 8, 7, 2 per infusa aemulationum venena macerantur.

apud ECCL. *fere i. q. ardens studium, amor, affectio, ira, indignatio, et in bonam et in malam partem*: FAVSTIN. prec. (Migne 13, 95) 16 *Maximus episcopus* aemulatione ac virtute martyrii fervens (fruens *cod.*) in gloriam divinam (*cf.* 23 p. 99 sanctae fidei aemulatione ferventem. 24 p. 100 ad divinam aemulationem ... succensus). VVLG. cant. 8, 6 fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus aemulatio (*ζῆλος*). Rom. 10, 2 quod aemulationem dei (*gen. obiect.*) habent, sed non secundum scientiam. II Cor. 7, 7 vestrum desiderium, ..., vestram aemulationem pro me. 7, 11 desiderium, aemulationem. 9, 2 vestra aemulatio provocavit plurimos. 11, 2 aemulor ... vos dei aemulatione. Phil. 3, 6 ego secundum legem Pharisaeus, secundum aemulationem persequens ecclesiam dei. AVG. civ. 14, 9 p. 22, 5 D. *Paulum* aemulantem Corinthios et ipsa aemulatione metuentem, ne. OROS. hist. 4, 6, 34 leguntne ista de veteribus, qui de recentibus conqueruntur? immo legunt et ea non aequitate, sed aemulatione coniciunt. *nota*: VVLG. Hebr. 10, 27 terribilis quaedam exspectatio iudicii et ignis aemulatio, quae consumptura est adversarios.

aemulātor, -ōris *m. ab* aemulari. GLOSS. *ζηλωτής, ἐφάμιλλος, ἁμιλλήτης,* aemulus. *nota*: AMBR. in psalm. 36, 10 aemulatores pro bonis et bonae rei imitatoribus posuit, aemulum pro obliquo et invido. 1 *qui aemulatur, qui studiose imitatur, sectator*: CIC. Att. 2, 1, 10 quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori attribuis Servilio. SEN. dial. 1, 1, 5 bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius (*dei*) aemulatorque et vera progenies. APVL. flor. 15 p. 59 Oud.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Creophylus memoratur poetae Homeri hospes et aemulator canendi fuisse. apol. 31 vir egregie doctus et veterum aemulator. TERT. ieiun. 16 diabolus divinorum aemulator. HIL. in psalm. 53, 1 *David* dominicae mansuetudinis aemulator. AMBR. exam. 6, 10, 75 fecerat ... hominem rationis capacem, imitatorem sui, virtutum aemulatorem. HIER. epist. 84, 7 ego ipse, cuius aemulatores esse vos dicitis. 96, 16 Origenes, Sedechiae pseudoprophetae aemulator existens. SVLP. SEV. dial. 3, 10, 5 Christi iste discipulus, gestarum a Salvatore virtutum, quas in exemplum sanctus suis edidit, aemulator. PROSP. chron. p. 393, 155 Assyrios, qui aemulatores legis Iudaeorum facti Samaritae nuncupati sunt. SIDON. epist. 7, 4, 3 morum illius aemulator esse praeelegerim, qui. ENNOD. op. 3 p. 338, 17 H. Moysi dignus aemulator incedebat. dict. 1 p. 430, 4 H. ad senectutem bonam Abrahae aemulator accede. epist. 1, 5 p. 11, 27 paternae perfectionis. 2, 1 p. 40, 1 tu si eius (*Davidis*) aemulator non prorumpis in gaudium, certe tempera sub aliqua praedicti imitatione maestitiam. 2, 2 p. 41, 17 ego servo animum, quem promisi, ut in universis, si mereor, aemulator existam. *de rebus*: SEN. epist. 124, 23 animus ... emendatus ac purus, aemulator dei. BOET. arithm. 1, 19 p. 41, 8 Fr. ille numerus, qui perfectus dicitur, virtutis scilicet aemulator. **2** *homo invidus, adversarius, inimicus*: TAC. hist. 3, 66 non ... exercitibus securitatem nisi exstincto aemulatore ⟨re⟩dituram (*cf. s.* aemulatus, aemulus *l. 47 et p. 978, 80*). VVLG. exod. 34, 14 noli adorare deum alienum. dominus zelotes nomen eius, deus est aemulator (ζηλωτής ἐστιν; *cf.* deut. 4, 24. 5, 9. 6, 15 Nah. 1, 2). Ios. 24, 19 fortis. PRVD. ham. praef. 31 *Cain* viventis atrox aemulator hostiae (*Abel*). SIDON. epist. 3, 13, 2 beneficii, si rogaturus est, importunus petendi, derogator negati, aemulator accepti, callidus reformandi. **3** *apud ecclesiasticos i.* ζηλωτής: TERT. pudic. 1 aemulator factus est non paternarum traditionum, sed Christianarum (*cf.* VVLG. Gal. 1, 14). virg. vel. 14 aemulator est deus et dominus. ITALA Tit. 2, 14 (Lucif. Athan. 2, 28) ut *Christus* mundet sibi populum abundantem, aemulatorem (VVLG. sectatorem. ζηλωτήν) bonorum operum. FAVSTIN. prec. 18 dei aemulator Elias. VVLG. I Macc. 2, 50 aemulatores estote legis (ζηλώσατε τῷ νόμῳ; *cf.* II Macc. 4, 2 act. 21, 20. 22, 3). HIER. epist. 94, 1 deus ... te ... aemulatorem rectae fidei suscitavit. DID. Apost. 76, 5.

nota: *adi.* aemulator, aemulatrīx: TERT. spect. 2 illa vis interpolatoris et aemulatoris angeli. CASSIOD. var. 7, 5, 2 ut, quod tantis ac talibus institutoribus inventum est, aemulatrix posteritas in suum commodum custodiret. *sunt qui putent coniunctum esse cum accusativo* (*cf.* aemulor aliquem): SALL. hist. frg. 3, 88 *Pompeius* facta consultaque eius (*Alexandri*) quidem aemulator (aemulatus *codd.*, aemulus *Maurenbr.*) erat.

aemulātus, -ūs *m. ab* aemulari. TAC. ann. 13, 46 ne in urbe aemulatus ageret, provinciae Lusitaniae praeficitur *Otho*. *cf. et* TAC. hist. 3, 66 (*supra l. 21*), *ubi* aemulatu *scripsit Lipsius et* Agr. 46 (aemulatu *Heinsius*).

aemulitās, -tātis *ab* aemulus. VIRG. gramm. p. 17, 22 quae non tam emulitatem quam curiositatem praetendunt.

aemulo, -āvī, -ātum, -āre, *plerumque dep.* **aemulor,** -ātus sum, -ārī. [*ab* aemulus. *Th.*] GLOSS. ζηλοτυπῶ aemulo, ζηλεύω aemulor, aemulari imitari. *in verbis communibus, i. in verbis, quae in duas formas cadunt patientis et agentis, enumeratur* GRAMM. suppl. 51, 3. *formae*: aemulaveris: APVL. met. 1, 23 (*v. p. 974, 78*). aemulaverunt: ITALA *apud* VEREC. (*sed idem scriptor iuxta et formas deponentis exhibet*) 2, 21 (*v. p. 976, 33*). aemulare: VEREC. 2, 21 (*v. l. 62*) CARM. epigr. 1514, 11. aemulo: GLOSS. II 322, 17. aemulantum: SIDON. epist. 9, 3, 2 (*v. p. 975, 78*). aemulandus, -a, -um (*passive*): LIV. 3, 61, 11. 7, 7, 3 PLIN. epist. 5, 14, 4 paneg. 44, 70 AMM. 16, 5, 16. 21, 10, 6. 22, 9, 12. 27, 6, 18. 31, 14, 4. *adv.* aemulanter *semel*: TERT. praesc. haer. 40. VEREC. 2, 21 hic sermo 'aemulare' triplici ponitur ratione: aemulare est imitari.... aemulare itidem est invidere seu etiam adversari.... tertio autem aemulare dicitur in iram adducere. *nota*: CAPER gramm. VII 107, 11 aemulor illum, non illi.

I *in* ***bonam*** *partem*: *imitor vel imitando studeo alterum adaequare aut superare, certo in bona re, raro etiam in mala. ponitur absolute, construitur cum dat. aut acc. personae vel rei, cum praepositionibus* cum (*semel* LIV. 28, 43, 4 *v. l. 80*), in *cum abl. gerund.* (PAVL. NOL. epist. 40, 8 *v. p. 974, 37*), *additur abl.* (TAC. ann. 12, 64 PLIN. epist. 4, 8, 5 TERT. pudic. 22), *sequitur infin.* (TAC. hist. 2, 62 VVLG. I Cor. 14, 39).

animans animanti: PLAVT. Mil. 840 quoniam aemulari non licet, nunc invides. CAEL. hist. 47 p. 106 sese quisque vobis studeat aemulari in statu fortunae rei publicae. NEP. Epam. 5, 6 me Agamemnonem aemulari putas. HOR. carm. 4, 2, 1 Pindarum quisquis studet aemulari (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 61 Horatius eum merito credidit nemini imitabilem). LIV. 26, 36, 8 ut ... certamen adiuvandae rei publicae excitet ad aemulandum animos. 28, 43, 4 tamquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum aemuletur. CVRT. 8, 4, 23 iubentium, ... aequaret ... gloria, quos aemularetur. QVINT. inst. 1, 3, 11 cum positis invicem cuiusque generis quaestiunculis aemulantur *pueri*. 10, 1, 62 videtur aemulari proximus (*Stesichorus*) Homerum potuisse. 10, 1, 122 consummati iam patroni veteribus aemulantur et eos iuvenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria. 10, 2, 17 tristes ac ieiuni *oratores* Pollionem aemulantur. TAC. hist. 2, 62 municipia aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio inlicere. 4, 48 minoribus maior aemulandi cura. ann. 3, 30 *Crispus* quamquam prompto ad capessendos honores aditu, Maecenatem aemulatus sine dignitate senatoria multos ... potentia anteiit. 3, 55 obsequium ... in principem et aemulandi amor. 6, 22 sapientissimos veterum quique sectam eorum aemulantur diversos reperies. 6, 29 Labeo ... per abruptas venas sanguinem effudit, aemulataque est coniunx Paxaea. 12, 64 utraque (*Agrippina et Lepida*) impudica, infamis, violenta, haud minus vitiis (*ablat. cf.* PLIN. epist. 4, 8, 5 *l. 13*) aemulabantur, quam si ... acceperant. PLIN. epist. 3, 1, 1 ut neminem magis in senectute ... aemulari velim. 4, 8, 5 quod honoribus eius insistam, quem aemulari studiis cupio. sed utinam ... ingenium eius aliqua ex parte adsequi possem. 5, 14, 4 quos aetas nostra in utroque sexu aemulandos tulit. 6, 11, 2 me ut rectorem, ut magistrum intuebantur et iis, qui audiebant me aemulari, meis instare vestigiis videbantur. 6, 21, 4 scripsit comoedias Menandrum aliosque ... aemulatus. 9, 22, 1 in litteris veteres aemulatur, exprimit, reddit. paneg. 11. FRONTO p. 62, 19 N. *Ennium* studiose aemulatus est L. Caelius (*praecedit* Porcii sectator Sallustius). 146, 16 ut si quis in natando ... ranam potius quam delphinos aemulari mallet. TERT. pudic. 22 qui illum (*Christum*) aemularis donando delicta. patient. 16 ut in isto (*neutr.*) quoque domino diabolus imitaretur. SOL. 27, 56 plebes simiarum ... est ... non sine ingenio aemulandi. IVST. 6, 9, 2 amisso cui aemulari consueverant. AMM. 21, 10, 6 virum sobrietatis gratia aemulandum. 25, 10, 14. 30, 7, 2. VVLG. Rom. 11, 11 salus est gentibus, ut illos aemulentur (εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς). I Cor. 14, 39 fratres aemulamini prophetare (ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν): et loqui linguis nolite prohibere. HIER. epist. 58, 5 Romani duces imitentur Camillos ..., philosophi proponant sibi Pythagoram ..., poetae aemulentur Homerum ..., episcopi ... habeant in exemplum apostolos ..., nos autem habeamus propositi nostri principes Paulos et Antonios. 96, 2 convivas tales, et qui sic passionis dominicae festa concelebrant, aemulantes ... dicamus. 96, 20 pro detractoribus obsecremus aemulantes Moysen. 107, 7 *filia* imitetur Mariam, ... aemuletur eam, de qua dicitur. PAVL. NOL. epist. 40, 8 ut ... in hoste vipereo conterendo pelicano solitudinis aemulemur. SIDON. epist. 1, 4, 1 qui te quocumque animo deinceps aemulabuntur. VEREC. 2, 21 cauta sagacitate debemus aemulari bonos et aemulationem fugere malorum.

animans rei sive corporeae sive incorporeae: TER. Andr. prol. 20 Naevium, Plautum, Ennium accusant, quos hic noster auctores habet, quorum aemulari exoptat neglegentiam potius quam istorum obscuram diligentiam (*cf.* HIER. epist. 48, 15). CIC. Flacc. 63 ut omnes eius (*Massiliae*) instituta laudare facilius possint quam aemulari. BELL. Afr. 81, 2 tirones ... hortabatur, ut veteranorum virtutem aemularentur eorumque famam, locum, nomen victoria parta cuperent possidere. SALL. hist. frg. 3, 88 Maurenbr. (Non. 239 *cf.* 502) Pompeius ... similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque eius quidem aemulatus erat (aemulus *Maurenbr.*, *quod ipse Nonius legisse se lemmate testatur, cf. p. 973, 41 et 977, 68*). LIV. 1, 18, 2 *Pythagoram* iuvenum aemulantium studia coetus habuisse constat. 3, 61, 11 animos militum ad aemulandum decus incendit. 7, 7, 3 ceteros ad aemulandas virtutes acuit. VAL. MAX. 5, 4, 4 *Manlii* pietatem aemulatus M. Cotta. 5, 8, 2 exemplum. 8, 14 ext. 1 melius aliquanto, si aliena imitatione capiebatur, Themistoclis ardorem esset aemulatus. 9, 5 ext. 1 spreto mortali habitu divinum aemulatus (*sic A in ras.*, caput latus *L'*, aucupatus *recc.*) est. SEN. epist. 104, 23 spiritum ... simillimum mundo, quem ... sequitur aemulaturque. CVRT. 6, 6, 2 Persicae regiae par deorum potentiae fastigium aemulabatur. 6, 2, 2 quem (*externum morem*) aemulatus *Alexander* quasi potiorem. 9, 10, 24 aemulatus Patris Liberi non gloriam solum ..., sed etiam famam. PLIN. nat. 33, 53 feras ... etiam argenteis vasis incessivere tum primam noxii, quod iam etiam in municipiis aemulantur. MART. 3, 20, 5 an aemulatur improbi iocos Phaedri? QVINT. inst. 8, 2, 19 alii brevitatem aemulati necessaria quoque orationi subtrahunt verba. TAC. Agr. 15 virtutem maiorum. hist. 2, 68 severitatem. 3, 81 studium philosophiae et placita Stoicorum. ann. 2, 56 instituta et cultum Armeniorum. 12, 69 aemulante Agrippina proaviae ... magnificentiam. PLIN. epist. 4, 18, 1 epigrammata tua graeca ... quaedam latine aemulari et exprimere temptavi. 5, 15, 1 versus tuos (*cf.* GELL. 11, 4, 3 versus *Euripidis* Ennius ... non sane incommode aemulatus est. MACR. sat. 5, 19, 8). 7, 30, 5 *Demosthenem* habui in manibus, non ut aemularer (improbum enim ac paene furiosum), sed tamen imitarer et sequerer. paneg. 44 an parva pronaque sunt ad aemulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? 70 *iuventus* erexit ... animos ad aemulandum, quod laudari videbat. APVL. met. 1, 23 si ... patris tui virtutes aemulaveris. flor. 9 p. 36 Oud. ingenii *Hippiae* fecunditatem malo doctrinae quam supellectilis multiformi instrumento aemulari. 12 p. 43 *psittacus* sermonem nostrum cogitur aemulari. 16 p. 74 ut ... viderentur *Carthaginienses* factum eius (*consularis viri*) non aemulati, sed secuti. TERT. spect. 11 per duellum, per tubam in stadio circum aemulantur. bapt. 5 studium diaboli ... res dei aemulantis. SOL. 30, 26 et polypus et chamaeleon glabra sunt,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut pronius sit cutis laevitate proximantia aemulari. 52, 34 *leucocrota* voce loquentium hominum sonos aemulatur (*cf.* PLIN. nat. 8, 72 hanc feram humanas voces tradunt imitari). PANEG. 2, 3 p. 92, 6 collustres . . ., qui iustitiam vestram iudices aemulentur. AMM. 16, 5, 16 inter has regendi moderandique vias bonis principibus aemulandas. 21, 16, 8 saevitiam. 22, 9, 12 haec laudanda et bonis moderatoribus aemulanda (*cf.* 31, 14, 4). 27, 6, 14 prudentibus aemulanda reliquit exempla. VVLG. II Macc. 4, 16 eorum instituta aemulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant. MACR. sat. 1, 11, 42 Menippus . . ., cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est. 5, 13, 40 *Vergilius* acriter . . . in Homerum oculos intendit, ut aemularetur eius magnitudinem. 5, 14, 9 Vergilius omne hoc genus pulcherrime aemulatus est. 6, 1, 2 hunc esse fructum legendi aemulari ea, quae in aliis probes. SED. op. paschal. 4, 14 Moysi caelestia nitebantur aemulari miracula. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 71 nihil dicentes, sed volentium respondere vultum aemulantes. *balbutit qui scripsit* CARM. epigr. 1514, 11 *puer* fortuna(m) dum magna(m) studet aemulare. *cf. Bücheler ad l.* *nota*: PLIN. nat. 34, 47 Zenodorus . . . duo pocula Calamidis manu caelata . . . aemulatus est, ut vix ulla differentia esset artis. SOL. praef. 7 qui corporum famas aemulantur . . ., ante omnia effigiant modum capitis. PLIN. nat. 34, 54 Phidias praeter Iovem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit . . . Minervam. PASSIO Perp. 20 puellis . . . ferocissimam vaccam . . . diabolus praeparavit, sexui earum etiam de bestia aemulatus (*τὸ ϑῆλυ αὐτῶν παραζηλῶν διὰ τοῦ ϑηρίου*).

res rei: PLIN. nat. 14, 30 *uva coccolobis austera et dulcis* Albano vino aemulantur. 16, 228 aemularetur ulmus *fraxino*, ni pondus esset in culpa. 20, 175 origanum, quod vi saporem (in sapore *codd.*) cunilae (cunilam *edd.*) aemulatur. PLIN. paneg. 3 sciamus . . . nullum esse neque sincerius neque acceptius genus gratiarum quam quod illas adclamationes aemuletur (emulemur *codd.*), quae fingendi non habent tempus. 43 nonne ut regum ita Caesarum munera inlitos cibis hamos, opertos praeda laqueos aemulabantur? 61 tanta tibi bene faciendi vis, ut indulgentia tua necessitates aemuletur. APVL. met. 2, 9 *capillorum color* corvina nigredine ceruleus columbarum collis (colli *Oud.*) flosculos aemulatur. SOL. 15, 25 si . . . cum concavi sunt, inspectantium facies aemulentur *smaragdi* (*cf.* PLIN. nat. 37, 64 iidem plerumque concavi, ut visum colligant . . ., eadem qua specula ratione supini rerum imagines reddunt. HIL. in psalm. 127, 11 tunc facie ad faciem visuri, non interposita obscuritatis nube aut speculi aemulantis splendore, sed vera et conspicabili beatitudinis nostrae contemplatione laetabimur). PALLAD. 4, 10, 8 feruntur haec (*mala punica*) pomis recentibus aemulari. SIDON. epist. 2, 2, 5 frigidaria . . ., quae piscinas publicis operibus extructas non impudenter aemularetur.

II *in* ***malam*** *partem*: *invideo, obtrecto, adversor, impugno*: *ponitur absolute, construitur cum dat. vel acc. personae, cum acc. rei, cum praepositionibus* inter, adversus, de, *additur abl.* (hoc ipso TERT. adv. Marc. 1, 25).

animans animanti: CIC. Tusc. 1, 44 quod iis aemulemur, qui ea habeant, quae nos habere cupiamus. 3, 83 et invidere aegritudinis est et aemulari. 4, 56 obtrectare . . . alteri aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est, aemulari, quid habet utilitatis, cum sit aemulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat, obtrectantis autem angi alieno bono, quod id etiam alius habeat? 4, 46 ipsum illud aemulari, obtrectare non esse inutile (*cf.* 4, 56). QVINT. inst. 12, 10, 13 passim qui oderant, qui invidebant, qui aemulabantur, adulatores etiam praesentis potentiae *Ciceronem* non responsurum invaserunt. TAC. hist. 2, 81 aemulantium inter se regum paratus. GELL. 14, 3, 10 in aemulandi suspiciones non suo, sed faventium studio delabitur. 14, 3, 11 Xenophon et Plato . . . certare aemularique inter sese existimati sunt, quia de his apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur. TERT. adv. Marc. 1, 25 *deus* curans hominem liberare hoc ipso iam aemulatur et eum, a quo liberat . . ., et ea, de quibus liberat. COMM. apol. 739 (*term. techn.* ICTORUM *esse videtur*) adoptati fuerant . . . fili Iudaei . . . quid nobis strident, quid nos aemulantur heredes? VVLG. prov. 3, 31 ne aemuleris hominem iniustum (*μὴ κτήσῃ κακῶν ἀνδρῶν ὀνείδη*), nec imiteris vias eius. Is. 11, 13 Ephraim non aemulabitur Iudam, et Iudas non pugnabit contra Ephraim. act. 7, 9 patriarchae aemulantes Ioseph vendiderunt. DID. apost. 66, 28 non aemulantes (*φιλεχϑροῦντες . . . περί*) invicem de his qu⟨a⟩e singulis decreta sunt loca. AVG. civ. 15, 7 p. 69, 9 D. Cain . . . utique fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit aemulari. SIDON. epist. 1, 1, 2 *Iulium Titianum* ceteri quique Frontonianorum utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt. 1, 7, 3 successuros sibi optimates aemulabatur. 2, 3, 2 quod tam, qui te aemulentur, non habes quam non invenis, qui sequantur. 7, 9, 12 si clericum dixero, sequentes aemulantur, derogant antecedentes. 9, 3, 2 aemulantum invicem sese . . . regnorum. *rei*: TERT. adv. Marc. 1, 25 *v. l. 62* scorp. 5 deum . . . zeloten culpandum existimabis, si voluit certare cum causa et iniuriae aemulando prodesse. adv. Prax. 1 varie diabolus aemulatus est veritatem. SIDON. epist. 7, 11 (10), 1 cum ipsas quoque litteras meas aemuler. 9, 9, 14 qui te lacessiverit, sentiet . . . neque te satis hoc aemulari, quod . . . pingantur. *de rebus*: TERT. idol. 9 alia illa species magiae . . . etiam adversus Moysen aemulata. *in imagine*: VVLG. Ezech. 31, 9 aemulata sunt eum (*cedrum*) omnia ligna voluptatis, quae erant in paradiso.

in amore: PROP. 2, 34, 19 rivalem possum non ego ferre Iovem. ipse meas solus, quod nil est, aemulor umbras. VVLG. Sirach 37, 12 tracta . . . cum muliere de ea, quae aemulatur. VEREC. 2, 21 (*ad* I reg. 1, 6) *Phenenna* aemulabatur Annam.

apud ecclesiasticos: *irascor, studeo, ζηλῶ. ponitur absolute, construitur cum acc. personae vel rei, cum praepositionibus* in *cum acc. vel abl.*, inter, super, pro. ITALA (Tert. scorp. 2) deut. 6, 15 quia aemulatur deus deus tuus in te (*ζηλωτής*. VVLG. deus aemulator dominus deus tuus *est* in medio tui). III reg. 19, 10 (Lact. inst. 4, 11, 5) aemulando aemulatus sum domino (*ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ*. VVLG. zelo zelatus sum pro domino). I Macc. 2, 26 (Lucif. de non parc. 12) *Matathias* aemulatus est in lege (*ἐζήλωσε τῷ νόμῳ*. VVLG. zelatus est legem). psalm. 72, 3 (Hier. epist. 147, 1) aemulatus sum super iniqua agentes (*ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις*. VVLG. zelavi super iniquos). VVLG. num. 11, 29 quid . . . aemularis pro me (*μὴ ζηλοῖς ἐμέ*). psalm. 36, 1 noli aemulari in malignantibus (LVCIF. p. 108, 29 inter malignantes, *μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις*); neque zelaveris facientes iniquitatem (*cf.* 36, 7 in eo, qui prosperatur). 36, 8 desine ab ira, et derelinque furorem: noli aemulari (*μὴ παραζήλου ὥστε . . .*), ut maligneris. prov. 23, 17 non aemuletur cor tuum peccatores, sed in timore dei esto tota die. 24, 1 ne aemuleris viros malos nec desideres esse cum eis (*cf.* 24, 19 impios). Rom. 11, 14 si quomodo ad aemulandum provocem carnem meam. I Cor. 13, 4 caritas non aemulatur. 12, 31 aemulamini . . . charismata (*cf.* 14, 1 sectamini caritatem, aemulamini spiritalia). II Cor. 11, 2 aemulor . . . vos dei aemulatione (*ζηλῶ . . . ὑμᾶς ϑεοῦ ζήλῳ*; *cf.* AVG. civ. 14, 9 p. 22, 4 D. aemulantem Corinthios). Gal. 4, 17 aemulantur vos non bene, sed eludere vos volunt, ut illos aemulemini. 4, 18 bonum . . . aemulamini in bono (*ζηλοῦσϑαι ἐν*) semper. apoc. 3, 19 aemulare (*ζήλευε*) . . . et paenitentiam age. *aliquem in re*: *provoco, in iram adduco*: ITALA (Verec. 2, 21) deut. 32, 21 aemulaverunt me in idolis suis, et non in deo (quod sequenter exposuit *addit* VEREC.). in ira concitaverunt me (*παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ ϑεῷ, . . . ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν*. VVLG. provocaverunt). VVLG. I Cor. 10, 22 an aemulamur dominum?

compositum: obaemulor.

adv. part. praes. **aemulanter.** TERT. praescr. haer. 40 qui (*diabolus*) . . . ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam aemulanter adfectavit exprimere.

aemulus, -a, -um. [*fortasse cf. c.* imitari imago. *Th.*] *saepissime substantivi loco usurpatur tam de viro quam de femina.* GLOSS. *ζηλωτής* aemulus, aemulator, *ἀντίζηλος*, *ἀνταγωνιστής*, *ἀντίπαλος* aemulus, aemula, repugnator, pellex, *ἐφάμιλλος* aemolus, imitator, invidus, inimicus; aemulus adversans, inimicus, inimicus seu zelator boni malique, contrarius, invidens vel oblicus, aemulus emitator et inimica et emitatrix bonorum, aemulum eiusdem rei studiosum quasi imitatorem rivalem, aemuli inimici vel aemitatores; aemola imitatrix seu adversa, inimica invidens, adversaria, contraria aut inimica, invidens, emitatrix. *pro comparativo est* magis aemulus: AVG. civ. 14, 3 p. 8, 24 D. *v. p. 979, 42.* *de significatione*: NON. 238 aemulus est invidus . . . aemulus est sectator vel imitator . . . aemulus, similitudinem vitae vel instituti sequens. SERV. Aen. 5, 187 'aemula pristis' eiusdem rei studiosa . . . alias inimicum significat. 6, 173 'aemulus' modo eiusdem rei studiosus (quasi imitator et amabilis *addit* ISID. orig. 10, 7; de eodem studio certans GLOSS. IV 428, 20), alias inimicus invenitur (*cf.* GLOSS. V 163, 43). AMBR. in psalm. 36, 10 aemulatores pro bonis et bonae rei imitatoribus posuit, aemulum pro obliquo et invido. *saepe tamen fines significationum inter se tangentes accurate circumscribi non possunt.* *vox Tacito et Tertulliano usitatissima.*

I *eiusdem rei studiosus, sectator, imitator, de eodem studio certans, concertator. ponitur absolute, construitur adi. cum dat., subst. cum gen., cum praep.* in *c. acc.* *accedunt ablativi instrum. et limit. et praepositiones* ad, per, in (*c. abl.*). *nota acc. post* aemulus erat SALL. hist. frg. 3, 88 *v. p. 977, 68.*

de hominibus: TRAG. inc. 54 vel quod propinquus vel quod virtute (virtutis *al.*) aemulus. PLAVT. Rud. 240 socia sum, nec minor pars meast quam tua. sed videre expeto te. :: mihi es aemula. CAECIL. com. 130 (*locus corruptus*) quia sun⟨t a⟩emuli. RHET. Her. 4, 25, 34 Africano . . . gloria aemulos comparavit. CIC. Brut. 108 Flacci . . . aemulus P. Decius fuit. SALL. Iug. 85, 37 *maioribus* nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit. epist. Mithr. 18 nos suspecti sumus aemuli. CVLEX 96 aemulus Ascraeo pastor . . . poetae. OV. met. 1, 476 innuptae . . . aemula Phoebes (*i. Daphne*). 13, 16 demit honorem aemulus. Pont. 3, 107 aemula Penelopes fieres. LIV. 34, 32, 4 tamquam aemulus Lycurgi (*cf.* CELS. 1 prooem. p. 4, 20 D. Asclepiadis aemuli. *ibid.* p. 10, 32. 3, 9 p. 91, 17 *antecedit* Hippocratis successores). VELL. 2, 36, 2 aemulum . . . Thucydidis Sallustium. 2, 109, 2 *Maroboduus* totum . . . ex male dissimulato agebat aemulum. SEN. benef. 3, 33, 3 Romani imperii sine aemulo ad ortus occasusque venturi defensor et conditor (*cf.* PLIN. nat. 14, 44 optimus ac sine aemulo agricola. 30, 7 Menander . . . litterarum subtilitati sine aemulo genitus. 34, 71 equis semper sine aemulo expressis. APVL. flor. p. 7 Oud.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Alexander solus sine aemulo clarus. QVINT. inst. 12, 10, 9 Phidias ... melior artifex creditur, in ebore vero longe citra aemulum. *cf. p. 980, 79*). epist. 59, 18 quod (*gaudium*) deos deorumque aemulos sequitur. CVRT. 5, 7, 2 hoste et aemulo regni (*i. Dario*) reparante ... bellum. LAVS Pis. 90 quin etiam facilis Romano profluit ore Graecia (*i. sermo Graecus*), Cecropiaeque sonat gravis aemulus urbi *Piso.* PLIN. nat. 34, 49 aemuli eius (*Phidiae*) fuere Alcamenes, Critias, ... (*cf.* 35, 64 aequales ... et aemuli. 37, 6. 36, 30 Scopas habuit aemulos eadem aetate Bryaxim et .... QVINT. inst. 3, 1, 9. 3, 1, 16 *Hermagorae* maxime par atque aemulus videtur Athenaeus fuisse). 35, 87 Apelles et in aemulis benignus. 35, 95 *Apelles* ambitu praevalere aemulos sentiens. 35, 124 hoc aemuli interpretabantur facere eum (*Pausiam*), quoniam. VAL. FL. 1, 665 Salmoneus ... aemulus *Iovis.* SIL. 3, 9 Cirrhaeis aemulus antris (*i. Apollini Delphico*) ... Hammon. 8, 519 Marrucina simul, Frentanis aemula pubes. STAT. Theb. 6, 736 utinam potius de stirpe veniret aemulus Aonia. QVINT. inst. 10, 1, 123 M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus exstitit. 11, 3, 8 *Hortensius fama* diu princeps oratorum, aliquando aemulus Ciceronis existimatus est, novissime, quoad vixit, secundus. TAC. dial. 34 adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes (*cf.* hist. 1, 44 Pisonis ut inimici et aemuli caede laetari). hist. 2, 38 aemulis urbibus regibusve excisis. 2, 73 ut nullo aemulo. 2, 77 ne Mucianum socium spreveris, quia aemulum non experiris. 3, 38 Vitellius ... fovet aemulum. 4, 18 Labeo oppidano certamine aemulus Civili. ann. 3, 8 remoto aemulo. 4, 3 Drusus impatiens aemuli (*cf.* 15, 6 patiens). 6, 42 sibi quisque contra aemulos subsidium vocant. 6, 51 multis aemulis conflictatus est. 12, 54 aemulo ad deterrima Ventidio. 14, 29 Paulinus Suetonius ... rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis concertator. 14, 46 aemulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano. 16, 4 se aequum esse adversum aemulos. 16, 18 invidia Tigellini quasi adversus aemulum. 16, 22 Brutorum. PLIN. epist. 1, 16, 3 *veterum* est aemulus. 10, 39, 4 architectus, sane aemulus eius, a quo opus inchoatum est. paneg. 13 quam magnum est, unum ex omnibus ... sine aemulo, ⟨ac⟩ sine exemplo secum certare, secum contendere. SVET. Aug. 13 Favonius ille Catonis aemulus. Nero 6 Britannici. GELL. praef. 19 qui ... neque ullis inter eiusdem Musae aemulos certationibus disceptationibusque elimati sunt. APVL. apol. 37 Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes. flor. 9 p. 32 Oud. aemuli multi. 16 p. 62 Philemon ... certavit ... cum eo (*Menandro*), fortasse impar, certe aemulus. TERT. spect. 2 qui domino cognito etiam aemulum eius inspeximus, qui institutore comperto et interpolatorem (etiam palatorem *al.*) una deprehendimus. nat. 2, 16 quos ob artes sanctificatis, ... provocatis in aemulis insuperatis. VOPISC. quatt. tyr. 10, 3 cui (*Probo*) me aemulum esse cupitis. AVR. VICT. Caes. 8, 3 milites ... aemuli, ut inter se solent, ne dissimiles viderentur. AMM. 15, 5, 2 absenti. 22, 16, 22 per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iovis aemulus. 28, 4, 12 obsidiones urbium ... ut heroicis (*i. heroum*) aemulis adsignantes. HIER. epist. 50, 5 postquam Romam mea opuscula pervenerunt, quasi aemulum exhorruit *frater.* CLAVD. rapt. Pros. 1, 136 hinc aemula Iuno, hinc poscit Latrona nurum. carm. min. 25, 47 puer (*Hymenaee*) ... dedite Musarum studio nimiumque parentis aemule. SIDON. epist. 2, 3, 2 Pompeium super aemulos extulit numquam fastidita popularitas. 7, 8, 3 aemulos eius nihil vidi amplius quam silere. COD. Iust. 10, 54 (53), 1 *athletae* merito coronati, non aemulis corruptis ac redemptis. CARM. epigr. 334, 1 aemule si qui potes, nostros imitare labores: si malevolus es, geme, si benevolus es, gaude.

rei sive corporeae sive incorporeae: TRAG. inc. 54 *v. p. 976, 67.* CIC. Mur. 61 Zeno, cuius inventorum aemuli Stoici nominantur. Cael. 34 nonne te ... ne progenies quidem mea ... aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? Marc. 2 versari me in nostro curriculo illo aemulo atque imitatore studiorum (*cf.* epist. 12, 13, 2) ac laborum meorum. Phil. 2, 28 se aemulum mearum laudium (Ov. met. 6, 83 aemula laudis *Arachne*) exstitisse. inv. 1, 43 eius facti qui sint principes et inventores, qui denique auctoritatis eius (*facti*) et inventionis comprobatores atque aemuli. 1, 101 multos aemulos eiusdem audaciae futuros (*cf.* TAC. ann. 11, 5). Tusc. 4, 7 multi eiusdem aemuli rationis multa cum scripsissent. SALL. hist. frg. 3, 88 Pompeius ... similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque eius quidem aemul[at]us (*v. p. 973, 41 et 974, 48*) erat. LIV. 7, 26, 12 aemulum ... decoris sui. 21, 41, 7 itinerum Herculis. 26, 38, 7 potentatus (*cf.* ASCON. Scaur. p. 23 B. qui aemulus potentiae Cn. Pompei fuit. FLOR. 2, 14, 3, 2. AMM. 25, 9, 8 potestatis). VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 patientiae. 4, 3, 10 Fabiorum ... continentiae Calpurnium Pisonem in consimili genere laudis aemulum fuisse. SEN. epist. 67, 9 paternae virtutis aemulus (*cf.* APVL. met. 7, 5 heres et aemulus virtutis paternae). SIL. 14, 680 aemulus ipse (*Marcellus*) ingenii superum. STAT. Ach. 1, 175 Patroclus tantis ... extenditur aemulus actis. TAC. hist. 4, 42 invenit aemulos etiam infelix nequitia. ann. 12, 10 sociis virium aemulis cedentibusque per reverentiam. PLIN. epist. 7, 9, 3 quae legeris ... quasi aemulum scribere lectisque conferre, ac sedulo pensitare, quid tu, quid ille commodius. APVL. met. 5, 27 *altera Psyches soror* in sororis sceleratas nuptias aemula. 5, 28 Psychen ille meae formae succubam, mei nominis aemulam vere diligit? CAPITOL. Ver. 4, 6 vitiorum Gaianorum. SVLP. SEV. Mart. 1, 5 ut multos plane aemulos vel inanis philosophiae vel stultae illius virtutis invenerit *error.*

de bestiis: PLIN. nat. 8, 160 *equi* omnia ... contra aemulos, quae debuissent peritissimo auriga insistente, facientes (*cf.* SOL. 45, 14 ingenia equorum ... cum ... currus aemulos ... astu praeverterent). 10, 14 *partus* adultos persequitur parens *aquila* ..., aemulos scilicet rapinae.

de rebus corporeis: VERG. Aen. 5, 187 partem *navis* rostro premit aemula Pristis (SERV. eiusdem rei studiosa). HOR. epist. 1, 19, 15 aemula lingua. COLVM. 10, 414 arbos Livia Chalcidicis et Cannis aemula Chiis. PLIN. nat. 2, 36 sidus appellatum Venus ... ipsis ... cognominibus aemulum solis ac lunae. 9, 63 quas (*mustelas*) ... lacus Raetiae Brigantinus aemulas generat marinis. 12, 36 *scordastus* vocatur arbor aemulo gummi (*abl. absol.*). 15, 68 quaedam *fici* et piris magnitudine aemulae. 19, 165 origano aemulo (*abl. absol.*) nusquam utrumque (*origanum aut satureia*) additur. SIL. 5, 439 crinibus aemula barba umbrabat rictus. 8, 593 Mantua ... ad sidera cantu evecta Aonio et Smyrnaeis aemula plectris. STAT. Theb. 3, 226 solem longe ferit aemulus orbis (*i. clipeus*). 4, 292 venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan. 9, 816 qui tela meis gerit aemula telis. silv. 3, 5, 101 trepidis ubi dulcia nautis lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae. 4, 2, 26 aemulus illic mons Libys Iliacusque nitent. 4, 4, 80 Vesuvius ... aemula Trinacriis volvens incendia flammis. MART. 4, 25, 1 aemula Baianis Altini litora villis. 4, 42, 10 Paestanis rubeant aemula labra rosis. 8, 28, 15 primis nivibus ... aemula dona (*i. toga*). 12, 94, 2 cessi, aemula ne starent carmina nostra tuis. 13, 118, 2 Tarraco, Campano tantum cessura Lyaeo, haec genuit Tuscis aemula vina cadis. IVV. 11, 74 aemula Picenis ... mala. TAC. hist. 2, 38 aemulis urbibus regibusve excisis. APVL. Socr. p. 117 Oud. lunam ..., solis aemulam. p. 117 villas aemulas urbium conditas. SOL. 45, 14 currus aemulos (*v. l. 4*). PANEG. p. 178, 15 vides circum maximum aemulum ... Romano. AVIEN. Arat. 364 stella. 478 spatio disiuncta pari fax (*i. stella*) aemula (ARAT. *φαιν.* 211 ἐρίσσεις) flagrat. AVSON. 268, 1 p. 189 P. *Otho* polluto gesturus sceptra Neroni. 392, 16 p. 255 collum columbis aemulas *anites.* CLAVD. carm. min. 51, 14 aemula naturae parva reperta manus *Archimedis.* SIDON. carm. 18, 3 aemula Baiano tolluntur culmina cono parque cothurnato vertice fulget apex. 22, 193 aemula Palladiis textrina educere templis. PHOC. carm. de Verg. 29 quis, facunda, tuos toleraret, Graecia, fastus, ... aemula Vergilium tellus nisi Tusca dedisset? CARM. epigr. 1275, 2 aemulaque in cunctis forma seni Pylio.

de rebus incorporeis: VERG. Aen. 10, 370 per ... spem ... meam, patriae quae nunc subit aemula laudi. HOR. epod. 16, 5 aemula ... virtus Capuae. VAL. MAX. 8, 11 ext. 5 natura ... saepe numero aemulam virium suarum artem esse patitur (*cf.* APVL. met. 2, 4 quas (*uvas*) ars aemula naturae veritati similes explicuit. AVSON. 331, 2 p. 117 P. aemula Cecropias ars imitetur apes. 340 B, 1 p. 159 aemula dis, naturae imitatrix, omniparens ars). LVCAN. 1, 120 stimulos dedit aemula virtus (*cf.* VAL. FL. 5, 86 SIL. 1, 510). 8, 308 fatis nimis aemula nostris fata movent Medos. SIL. 4, 4 aemula ... Herculei iactatur fama (iactantem facta *Liv.*) laboris. 13, 463 quod te per nostri Martis precor aemula facta. STAT. Ach. 1, 864 ut vero accessit propius *Achilles* luxque aemula (*i. orbis lucem referens*) vultum reddidit et simili talem se vidit in auro. APVL. met. 2, 10 aemula libidine in amoris parilitatem congermanescenti mecum. apol. 16 qui fiat, ut arcus in nubibus variet (varie *cod.*), duo soles aemula similitudine visantur. 18 paupertas ... aemula laudis. PS. APVL. Ascl. 36 speculorum nostrorum similes imaginum similitudines aemulo splendore reddentium. TERT. idol. 13 Eleazar *et* dives ... alternas malorum et bonorum vices aemula retributione compensant. CYPR. hab. virg. 7 ambulandum est vestigiis paribus, aemula ingressione nitendum. NOVELL. Theod. 18, 1 pr. Florentium ... cum suis magnis in rem publicam meritis praeclari animi aemula virtute certans. HIL. psalm. instr. 19 aemula organo vox chori canentis auditur. AVIEN. Arat. 997 nox aequa diem subit aemula (*ἰσαίεται*). orb. terr. 763 clarumque diem nox aemula ducit. 1018 micat ardua tecta Phaselis eminus et Phoebi radiis tremit aemulus ardor. AMM. 30, 4, 19 Cluentianae vel pro Ctesiphonte orationum aemula ornamenta. 31, 4, 9 ambo aemulae temeritatis. PAVL. NOL. epist. 21, 1 ut et cervis vel capreis aemula pernicitate contenderet *Asael.* carm. 26, 286 patriis virtutibus aemula sanctus signa geris.

II *invidus, inimicus, obliquus, adversus, adversarius, contrarius. ponitur absolute, coniungitur subst. cum gen., adi. cum dat., et cum praep.* in (*cum acc.*); *accedunt ablativus limit., praepositiones* in (*cum abl.*), ob: *de animantibus*: PLAVT. Pseud. 197 tu quae amicos tibi habes lenonum aemulos lanios. VARRO Men. 436 aemulum illius artis atque obstrigillatorem. VERG. Aen. 6, 173 aemulus ... Triton (NON. 238 *explicat* 'invidus'). catal. 10 (8), 6 Tryphonis aemuli. HOR. carm. 3, 16, 14 *Philippus* subruit aemulos reges muneribus (*cf.* PLIN. nat. 36, 75 ne pecuniam successoribus aut aemulis insidiantibus praeberent *reges Aegypti.* TAC. hist. 3, 66 (*supra p. 973, 21*) *ubi* aemulo redituram *scripsit Rhenanus.* ann. 6, 32 *Tiberius* Tiridaten aemulum Artabano ... deligit. 13, 7 aemulus Vologesi filius Vardanes. 15, 3 Parthis, Romani imperii aemulis. ITALA I reg. 28, 16 (Verec. 2, 21) deus regnum ... tradidit ... aemulo tuo. *item* VVLG. *ibid.* cum dominus ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aenus (**-os**), ī, *Αἶνος.* **1** *f. opp. Thraciae. latine declinatur, sed* Aenos: MELA 2, 28. PLIN. nat. 4, 43 oppidum Aenos liberum cum Polydori tumulo. 17, 30 (-um 6, 217). TAB. Peut. 8, 5. RAVENN. p. 372, 15 Enos (Guido 535, 9). *cf. p. 988, 3.* MELA *l. l.* eximia est Aenos ab Aenea profugo condita (AVR. VICT. orig. 9, 4 AMM. 27, 4, 13 *cf.* 22, 8, 3 [*utrubique femin.*]. SERV. Aen. 3 praef. *unde* MYTHOGR. 1, 202 *male* A e n e a s). *cf.* VERG. Aen. 3, 16 *sqq.* SERV. Aen. 3, 16 modo autem Aenum significat, ... quamquam Homerus dicat inde auxilia ad Troiam venisse: ergo iam fuerat. Euphorion et Callimachus hoc dicunt etiam, quod A e n u m dicatur a socio Vlixis illic sepulto eo tempore, quo missus est ad frumenta portanda. ENN. hed. 1 (Apul. apol. 39) mures sunt Aeni † aspera ostrea plurima Abydi. CIC. Flacc. 32 ab Aeno in Asiam ... navigavit. SALL. Serv. Aen. 3, 16 Aenum et Maroneam (LIV. 31, 16, 4. 37, 60, 7. 39, 24, 7 *et* 9. 39, 27, 2 *et* 5. 39, 28, 12. 39, 33, 4. 43, 7, 10. 45, 20, 2. 45, 29, 6 PLIN. nat. 6, 217 AMM. *ll. ll.*). PLIN. nat. 18, 70 circa Thraciae Aenum. SOL. 10, 11 VIB. SEQ. geogr. p. 148, 22. *hoc nomen restituit Sonny, Archiv XII 126 ex* GLOSS. IV 440, 24 Enos laetiae locus: *corrige* Aenos Thraeciae locus. **2** *nomen vir.* **a** *Aeni oppidi eponymus v. p. 987, 80.* **b** *nom. serv.* CORP. VI 9367 Xanthus Aení díspens. 20272 C. Iulius Spaherus Aeno fratrí suo. *num huc spectat cogn. mul.* **Aina?** CORP. IX 6163 (*Tarenti*) Domitia Aina. *deriv.* **Aeniī,** -ōrum, *Αἴνιοι, Aeni oppidi incolae.* LIV. 31, 31, 4 Abydenos, Aenios, Maronitas. 37, 33, 1 Aeniorum Maronitarumque fines (38, 41, 4). *cf.* Aenius *2.* **Aeneadae,** -ārum *eiusdem oppidi incolae.* VERG. Aen. 3, 16 feror huc (*in Thraciam*) et litore curvo moenia prima loco fatis ingressus iniquis Aeneadasque meo nomen de nomine fingo. SERV. *ad l.* ecce nec Vergilius Aenum dicit. *pergit* SERV. auct. 'Aeneadas' autem hic secundum accusativum nomen formatum; aliter iuxta nominativum. *v. Hirschfeld, PW. I 1028 sub* Ainos *1.*

Aenus, -ī, *Ptolemaeo Αἶνος, Arriano Ἔνος, nunc* Inn, *fluvius. codd. saepe* En-. TAC. hist. 3, 5 ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus. ITIN. Anton. 236 *statio* Ponte Aeni (257. 258. 259 *bis*). TAB. Peut. 4, 3 ad Enum. NOT. dign. occ. 35, 15 *in Raetia* equites stablesiani iuniores Ponte Aoni, nunc Febians. EVGIPP. vita Sev. 3, 3 H e n i fluminis (19, 1). 22, 1 trans Henum fluvium. VEN. FORT. Mart. 4, 645 qua vicina sedent Breonum loca, perge per Alpem, ingrediens rapido qua gurgite volvitur Aenus. carm. praef. 4 O e n u m Breonis ... transiens. DIMENS. prov. 19 geogr. p. 12, 17 *traditur* flumine R h e n o. *Ponte Aeni stationis incolae videntur esse* **Pontaenēnsēs.** NOT. dign. occ. 5, 113 Pontinenses (263). 7, 39 Pontennenses. *v. Holder, Altcelt. Sprachsch. sub* Ainos.

Aenus, -ī *'gentis videtur esse nomen' Hübner.* CORP. II 5609 (*Bracarae Augustae*) Reburrus Camali Aenus ann. XXX.

fons **Aenuscabales,** quod significat camelorum, *Arabiae meridionalis* PLIN. nat. 6, 158 *cf.* 168. *v. D. H. Müller, PW. I 596.*

Aeoladius, -ī *nom. vir.* CONC. Lugd. a. 567 *aut* 570 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 141, 6 Aeoladius in Christi nomine episcopus ecclesiae Nivernensis subscripsi. *estne* Helladius?

aeolipila *v. p. 990, 62.*

Aeolis (**-ēs**), *plur. Αἰολεῖς, gens Graeca Asiam incolens. nomin.* Aeolis: VARRO ling. 5, 25. 102 rust. 3, 1, 6. 3, 12, 6 TER. MAVR. 659. PRISC. gramm. *codd. variant inter* -es *et* -is, *veluti* II 15, 14. 16, 19 *saepe. cf.* MACR. gramm. V 614, 17 testes huius rei *Αἰολεῖς.* Aeoles: QVINT. inst. 1, 4, 16. CIC. Flacc. 64 *codd. praeter S* eoli, *T* eolis. *acc.* PRISC. gramm. *cod. Paris. R manus altera omnibus locis restituit* -is (*praeter* III 16, 19); *cett. codd. nutant, ut* II 11, 6. 15, 2. 3. MAR. VICTOR. gramm. VI 23, 28 apud Aeolis. *similiter* Doris *et* Dores. VARRO ling. 5, 102 malum quod Graeci Aeolis dicunt *μᾶλον.* rust. 3, 1, 6 Aeolis Boeoti. CIC. Flacc. 64 tria Graecorum genera ... uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habetur, Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. *iidem appellantur* **Aeolī,** -ōrum. MELA 1, 90 regio, ex quo ab Aeolis incoli coepit, Aeolis facta, *ante Mysia.* 1, 93 Aeolorum colonias. CASSIOD. gramm. VII 148, 9. *cf.* Aeolii *sub* Aeolius. *ab his regio incolitur* **Aeolia,** -ae, *Αἰολία. ad structuram: quo:* VERG. Aen. 1, 52 Aeoliam venit. VAL. FL. 1, 576 Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad antra. *sim.* AVSON. 454 *bis: agitur de Aeoli insula. contra* CIC. div. 1, 3 misit in Aeoliam (IVST. 14, 1, 6). *unde:* VERG. Aen. 10, 38 Aeoliā. **1** *provincia Asiae:* CIC. *l. l.* NEP. Con. 5, 2 PLIN. nat. 5, 120 SOL. 11, 32 IVST. *l. l.* CHRON. Alex. I p. 102. 123, 13 IORD. Get. 51. **2** *Aeoli, ventorum regis, patria, insula maris Tyrrheni.* VERG. *ll. ll.* VAL. FL. *l. c. adde:* 6, 353 magno veluti cum turbine sese ipsius Aeoliae frangunt in limine venti. STAT. Theb. 1, 346 claustra rigentis Aeoliae percussa sonant. 12, 652. AVSON. 454 Aeoliam ventorum agimur patriamque (GLOSS. IV 476, 20) domumque. hinc refert Aeoliam se fuisse pervectum. PLIN. nat. 2, 238 in medio mari Hiera insula, Aeolia iuxta Italiam cum ipso mari arsere (*cf.* ISID. orig. 14, 6, 37). PRVD. Symm. 1, 308 *Vulcanus fertur* Aeoliae summus faber esse vel Aetnae. GLOSS. IV 428, 22 insula in ora Siciliae. *cf.* Aeoli insula(e) *et* Aeoliae insulae *et* Aeolides insulae. **3** *a ventis appellatae videntur thermae Lupi:* MART. 2, 14, 11 nec Fortunati spernit nec balnea Fausti nec Grylli tenebras Aeoliamque Lupi. *eadem regio appellatur* **Aeolis,** -idos *et* -idis, *Αἰολίς. ad declinationem: gen.* -idos: OV. epist. 11, 5 MART. 11, 91, 1. -idis: OV. met. 11, 444 LIV. 35, 16, 5. 37, 25, 2 PLIN. nat. ind. 5, 32. *acc.* -ida: LIV. 38, 16, 12 PLIN. nat. 5, 123 *et* 125. -idem: LIV. 34, 58, 13 CVRT. 4, 5, 7. 6, 3, 3. LIB. gener. chron. I p. 102, 151, 13 A o l i d e m (aeoliam *G*, et aeoliam *C*). *voc.* Aeoli: OV. epist. 11, 34. *nom. plur.* -ides: AVIEN. orb. 623. *gen.* -idum: IVST. 4, 1, 11. *sed cf. sub* Aeolides. **A** *substantive:* **1** *provincia:* NEP. Milt. 3, 1 LIV. 33, 38, 3. 37, 8, 5. 37, 12, 1 *saepius.* CVRT. *ll. ll.* MELA 1, 14. 1, 90 ante Mysia (PLIN. nat. 5, 121). PLIN. nat. 5, 103 (ind. 5, 32 MART. CAP. 6, 685). 123. 125. 37, 156 AVIEN. orb. 987 LIB. gener. *l. l.* **2** *Aeoli filia.* **a** *Canace:* OV. epist. 11, 1 (*parum certae fidei*) Aeolis Aeolidae, quam non habet ipsa, salutem mittit. 11, 5. 34. *cf. 3.* **b** *Alcyone:* OV. met. 11, 444. 573. **3** *nomen muliebre:* MART. 11, 91, 1 Aeolidos Canace iacet hoc tumulata sepulcro. *cf. 2 a. cogn.:* CORP. VI 11274 L. Agrio Heraclae Agria Aeolis marito karissimo. **B** *adiective:*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *ad provinciam*: PORPH. Hor. carm. 3, 30, 13 Aeolidae dialecto Alcaeus ... usus est. *sic codd. Vaticanus et Monacensis. idem* carm. 2, 13, 23. 4, 3, 12. 4, 9, 11: *sunt qui genet. interpretati sint ad analogiam* Persida. *cf. sub* Aeolides *2.* DIOM. gramm. I 440, 5 quinque sunt linguae Graecorum, Ias, Doris, Atthis, Aeolis, Coene. *cf.* 23 Aeolis ultra modum copiosa est et amat per circuitum verba protendere et periphrasi res explicare. *cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. 10, 4 (ISID. orig. 9, 2, 34). *quasi subst.* PRISC. gramm. I 17, 11 poetae Aeolide usi. 2 Aeolides insulae: AVIEN. orb. 624 *sqq.* has dudum tenuit rex Aeolus. Aeolus illic hospita iactatis indulsit litora nautis. Aeolus imperio summi Iovis arbiter alto impositus pelago est. IVST. 4, 1, 11 insularum Aeolidum. *cf.* Aeoliae insulae *et l. 35.* *gentis eponymus et insularum, ventorum rex* **Aeolus,** -ī, Αἴολος. *acc.* Aeolon: Ov. met. 14, 223 *et* STAT. Theb. 9, 765 *ante vocales.* Ov. met. 14, 224 *ante* h. NOT. Tir. 110, 85 Eulus. GLOSS. IV 11, 50 Aeorus (*cf.* NOT. Tir. 110, 83 eorus *pro* eurus). DRAC. Romul. 7, 144 Ēolus. *contra* 140 Aeolias ... domos. 1 GLOSS. IV 12, 7 rex ventorum (11, 50. 232, 23. 476, 21. V 263, 10. 290, 13 AVSON. 454 SERV. Aen. 1, 71 AVG. civ. 1, 3 MYTHOGR. 2, 51). VERG. Aen. 1, 52 rex Aeolus (AVIEN. orb. 624 SERV. Aen. 1, 52). VAL. FL. 1, 588 rector. 1, 751 pater (STAT. Theb. 10, 246). Ov. 14, 224 Hippotaden (*cf.* Pont. 4, 10, 15). SERV. Aen. 1, 52 Hippotae filio (MYTHOGR. 2, 52 ISID. orig. 14, 6, 36). PLIN. nat. 7, 203 ventorum rationem *invenit* Aeolus Hellenis filius (HYG. fab. 125 p. 107, 5 astr. 2, 18 p. 59 B). HYG. fab. 252 p. 139, 16 Aeolus et Boeotus, Neptuni et Melanippes filii, a vacca nutriti sunt. *nota*: SERV. Aen. 1, 75 *Canace et Macareus* alterius Aeoli filii fuerunt. ENNOD. carm. 1, 7, 38 trux. HYG. fab. 186 p. 118, 24 in Propontide ex suo nomine *condidit* ... Aeolus Aeoliam. TER. MAVR. 658 quamque ἴτυν dicunt Achaei, hanc vitym gens Aeoli, plura Sappho comprobavit, Aeolis et caeteri. MART. 10, 30, 19 si quando Nereus sentit Aeoli regnum. GREG. TVR. glor. mart. praef. non Eoli sceptra ... commemoro. VARRO Serv. Aen. 1, 52 rex fuit insularum, ex quarum nebulis et fumo Vulcaniae insulae praedicens futura flabra ventorum inperitis visus est ventos sua potestate retinere. *cf.* PLIN. nat. 3, 93 *et imprimis* SOL. 6, 2. 3. Aeoli insulae: MELA 2, 120 illae septem *insulae*, quas Aeoli adpellant. DICT. 6, 5 Aeoli insulas (HIER. chron. a. Abr. 1892). *adde hosce locos*: VERG. Aen. 1, 56. 65. 76. 141 Ov. epist. 10, 66. 11, 65. 74. 95 met. 11, 748 trist. 1, 4, 17 GERM. frg. 5, 6 VAL. FL. 1, 417. 598. 5, 477 STAT. Theb. 6, 300 QVINT. inst. 8, 4, 18 APVL. apol. 31 LACT. Phoen. 73 AVIEN. orb. 624 *sqq.* HYG. fab. SERV. Aen. 6, 585 *al.* SCHOL. Stat. MYTHOGR. CLAVD. 5, 22. 7, 97 (AVG. civ. 5, 26) rapt. Pros. 1, 73 carm. min. 22, 35 MACR. sat. 5, 4, 4 MART. CAP. 6, 648 HIST. Apoll. 11. *de Aeoli mytho cf. Tümpel, PW. I 1036.* 2 *Troianus*: VERG. Aen. 12, 542 te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi oppetere (*sc. mortem*). 3 *vir Euboicus*: STAT. Theb. 9, 765. 767. 4 *in titulis cogn. vir.*: CORP. VI 7135 (*e columb.*) Q. Pomponi Aeoli (24592). 19804 L. Iulius Aeolus et Iulia Agele Iulio Aeolo filio dulcissimo et pientissimo. 19805 Iulius Aeolus. *patronymicum* **Aeolidēs,** -ae, Αἰολίδης. *ad declinationem*: -ae *gen. et dat.*: Ov. epist. 11, 1 met. 14, 104. *acc.* -en *ante voc.*: VERG. Aen. 9, 771 Ov. met. 7, 672 VAL. FL. 1, 286 STAT. Theb. 4, 571 (*ubi* SCHOL. Aeolidem). *ante cons.*: VERG. Aen. 6, 164 Ov. met. 13, 26 SIL. 14, 492. *nom. plur.* -ae: Ov. met. 9, 507 VAL. FL. 5, 461. -es: HIER. quaest. hebr. in gen. 10, 4 (ISID. orig. 9, 2, 34). *gen. plur.* -um: AVSON. 348, 3. -arum: PRISC. perieg. 475. *nota*: VERG. Aen. 6, 529 Oelides *MP. cf.* SERV. *ad. l.*: alii Oeliden legunt, de quo nusquam legimus. MAR. PLOT. gramm. VI 449, 6 *ad synaeresin*: Oelides pro Aeolides (p. 453, 3). 1 *Aeoli filius vel nepos*: **a** *regis ventorum*: VERG. Aen. 9, 771 Clytium Aeoliden. HOR. carm. 2, 14, 20 Sisyphus (Ov. met. 13, 26). Ov. met. 6, 681 Cephalus. VAL. FL. 5, 460 Phrontis et Argus Aeolidae fraterque Melas, quos advena Phrixus progenuit. *nomine non adiecto*: VERG. Aen. 6, 529 *Vlixes.* Ov. met. 4, 512 *Athamas* (STAT. Theb. 4, 571). 7, 672 *Cephalus.* epist. 11, 1 *Macareus.* Ib. 473 *Salmoneus.* VAL. FL. 1, 286 *Phrixus.* *plur.*: Ov. met. 9, 507 at non Aeolidae thalamos timuere sororum. **b** *aliorum*: VERG. Aen. 6, 164 Misenum (*cf.* Aeolus *2*). *v.* SERV. Aen. 3, 239 bene Misenum dicit tubicinem: ipse est enim, qui dicitur filius fuisse Aeoli, ... quia constat sonum omnem ex vento creari (SVET. [Don.] vit. Verg. p. 62 R.). *cf.* Ov met. 14, 103 Aeolidae tumulum. SIL. 14, 492 Sicania Aeoliden portabant transtra Podaetum. 2 *plur. pro* Aeolis: LVCAN. 6, 384 Aeolidae Dolopesque. HIER. quaest. hebr. in gen. 10, 4 de Ionibus, id est Graecis, nascuntur Elisaei, qui vocantur Aeolides: unde et quinta lingua Graeciae Aeolis appellatur (ISID. orig. 9, 2, 34). *translate pro Graecis*: AVSON. 348, 3 ητα quod Aeolidum, quodque ⟨ει⟩ valet, hoc Latiare E. *nota* Aeolidae *insulae*: PRISC. perieg. 475 dehinc rupes Aeolidarum, quas septem numero perhibent cognomine Plotas.

Aeolida, -ae. *cf. sub* Aeolis *B et* Aeolides *2.* *adi.* **Aeolius,** -a, -um, Αἰόλιος. *nota* Aeolion APVL. flor. p. 17 Oud. A *adiective*: 1 *ad Aeoliam provinciam pertinet*: VERG. Aen. 8, 454 Aeoliis ... oris (CARM. de resurr. 193 PRISC. perieg. 784). HOR. carm. 4, 9, 12 puellae (*i. Sapphus*). GRATT. cyn. 35 valle. Ov. met. 7, 357 Pitanen. HOR. carm. 3, 30, 13 carmen (4, 3, 12). 2, 13, 24 fidibus. Ov. epist. Sapph. 200 lyra. PROP. 2, 3, 19 plectro. CASSIOD. var. 2, 40, 4 Aeolius tonus animi tempestates tranquillat somnumque iam placatis attribuit (art. lib. 5, 9). MART. CAP. 9, 935 *tropus.* *nota* APVL. *l. l.* omnimodis peritus modificator, seu tu velles Aeolion simplex (*cf.* GLOSS. II 62, 10 Eolus varius), sive Iastium varium seu Lydium querulum. 2 *ad Aeolum*: Ov. met. 1, 262 protinus Aeoliis aquilonem claudit in antris. fast. 2, 456 carceris (STAT. Theb. 3, 432 silv. 1, 1, 92. 3, 2, 42 IVV. sat. 10, 181). DRAC. Romul. 7, 140 domus. CORIPP. Ioh. 2, 255 montibus. VAL. FL. 1, 654 portae. Ov. met. 4, 486 postes (*sc. Athamantis, Aeoli filii*). LVCAN. 5, 609 Aeolii iacuisse notum sub carcere saxi. 2, 456 tridentis. SIL. 1, 193 austris. Ov. am. 3, 12, 29 euros. ars 1, 634 notos (MART. 5, 71, 4). VERG. Aen. 5, 791 procellis (SIL. 17, 240 VEN. FORT. carm. 7, 14, 31). PANEG. Mess. 58 ventos. LVCAN. 9, 454 rabiem. SIL. 9, 525 furor. RVT. NAM. 1, 536 minas. STAT. silv. 2, 1, 142 Creusa. Ov. trist. 1, 10, 15 Helles. VAL. FL. 6, 542 Phrixi. SEN. Phaedr. 1231 seni (*i. Sisypho*). Ov. met. 14, 232 tyranni (*i. Aeoli*). 6, 116 virgine (*i. Canace*). SEN. Med. 105 virginem (*i. Creusam*). VAL. FL. 6, 548 domus. 1, 770 genus. 2, 594 nepotes. SIL. 14, 70 quid referam Aeolio regnatas nomine terras? *pertinet ad Phrixum*: VAL. FL. 8, 79 auro. 7, 54 pecudis. MART. 8, 28, 20 Aeolium ... pecus. VAL. FL. 7, 517 vellere (MART. 8, 51, 9). 3 *ad Aeolias insulas*: VERG. Aen. 8, 417 Aeoliam ... Liparen. SIL. 14, 233 ponto. STAT. Theb. 1, 218 incudibus. IVV. 1, 8 rupibus. CLAVD. 26, 224 cavernis. *cf. 5.* 4 *translate*: *pro Siculus?* SIL. 15, 424 Aeoliis gestatum insigne tyrannis. 5 Aeoliae īnsulae: PLIN. nat. 2, 203 iuxta Italiam inter Aeolias insulas. 3, 92 VII Aeoliae appellatae eaedam Liparaeorum, Hephaestiades a Graecis, a nostris Volcaniae. Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnavit (MART. CAP. 6, 648). *contra* AMPEL. 6, 15 octo. SERV. Aen. 1, 52 novem (SERV. auct. *ad l.* MYTHOGR. 2, 52 ISID. orig. 14, 6, 36. 37). *at* 8, 416 *et* 464 septem. PLIN. nat. 32, 21. 36, 154. PLIN. nat. 35, 174 in insulis Aeoliis inter Siciliam et Italiam. *cf.* Aeolia *2.* Aeoli insulae *p. 989, 35.* Aeolides (-ae) insulae *p. 989, 9.* *Hülsen, PW. I 1041 sub* Αἰόλου νῆσοι. B *substantive*: *plur. Aeoliae incolae. cf.* Aeoli. VELL. 1, 4, 4 Aeolii eadem profecti Graecia. SERV. Aen. 3, 445 Aeolii σιοὺς dicunt deos (aeolus *E*, aeli *vel* aelii *L*). TER. MAVR. 162 unde Aeoliis littera fingitur digammos. CHRON. Alex. I p. 108, 175 (*at* LIB. gener. chron. I p. 108, 204 Aeoli, *ut* CASSIOD. gramm. VII 148, 9). **Aeolium,** -ī, *Steph. Byz.* Αἰόλιον. PLIN. nat. 4, 49 in extrema Cherronesi fronte, quae vocatur Aeolium, oppidum Elaeus. **Aeolicus,** -a, -um, Αἰολικός. *nota* MAR. VICTOR. gramm. VI 110, 34 aeolicon. 1 *adi. ad Aeoliam pertinet*: PLIN. nat. 6, 7 tres tantum gentes Graecas iure dici, Doricam, Ionicam, Aeolicam, ceteras barbarorum esse (TER. MAVR. 645). IVST. prol. 1 Aeolicarum ... urbium. TER. MAVR. 649 Aeolica dialectos. QVINT. inst. 1, 4, 8 digammon. 8, 3, 60 *lingua* (CLEDON. gramm. V 105, 3 ISID. orig. 9, 1, 5). *cf.* 1, 6, 31. QVINT. inst. 1, 7, 27 nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos usus F litteram adiecerat. 12, 10, 29. PRISC. gramm. II 65, 16 *patronymicorum forma* in αδιος, quae est Aeolica. TER. MAVR. 648 usus. SERV. gramm. IV 465, 22 de Aeolico *metro.* Aeolicum constat primo pede disyllabo quolibet et quattuor dactylis (MAR. PLOT. gramm. VI 511, 25). MAR. VICTOR. gramm. VI 110, 34 Aeolicon seu Sapphicon metron (*cf.* 70, 18. 107, 9). TER. MAVR. 2148 MALL. THEOD. gramm. VI 590, 17 metrum dactylicum Aeolicum. 2 *masc. plur. subst. pro Aeoliae incolis*: SERV. Aen. 6, 12 Aeolici enim σιοὺς deos dicunt (*cf.* VARRO Lact. inst. 1, 20, 17 *et* Aeolius *B*). CLEDON. gramm. V 27, 21 hoc ab Aeolicis processit. 105, 4 apud ... Aeolicos est una littera, quae appellatur digammos. *deriv. latin.* **Aeolēnsēs,** -ium, *pro* Aeoles. SERG. gramm. IV 476, 16 Aeolenses ... Graeci. GRAMM. suppl. p. 5, 28 apud ... Aeolenses. p. 5, 26 a productam Aeolensium. p. 6, 4 Aeolenses (11). *adv.* **Aeolisti,** Αἰολιστί. ISID. orig. 9, 1, 5 quinta *pars linguae Graecae* Aeolica, qua se Aeolistae locutos dixerunt.

aeolipila, -ae *f.* [*ex* Aeoli pila *coaluisse videtur. Th.*]. VITR. 1, 6, 2 *ventus* nascitur cum fervor offendit umorem ... id ... verum esse ex aeoli⟨pili⟩s aereis (acolis aeris *cod. Harl.*) licet aspicere; ... fiunt enim aeolipilae aereae cavae *iam pluribus describuntur.* *Diehl.*

aeolus *v.* Aeolius *sub* Aeolis *l. 4.*

aeōn, -ōnos *m.*, αἰών. GLOSS. aeonas saecula. IREN. 1, 1, 1 in inmensis aeonibus (ἐν ἀπείροις αἰῶσι χρόνων). 1, 3, 1 in gratiarum actionibus dicentes 'aeonas aeonum'. *ibid.* ubicunque aeon aut aeones nominantur. *daemon gnosticorum*: TERT. anim. 18 aeones et genealogiae eorum. 23 historias atque Milesias aeonum suorum. adv. Val. 3 tot nomina aeonum, tot coniugia, tot genimina. *passim, item apud* IREN. FILASTR. *nota f.*: TERT. adv. Val. 9 novissima aeon (viderit soloecismus, Sophia enim nomen est). *V.*

Aeōn, Αἰών *an* Ἀίων? *canis Actaeonis* HYG. fab. 181 p. 37, 14.

Aeōnius, -ī, Αἰώνιος, *nom. et cogn. vir.* 1 CORP. XIII 2000 (*Lugduni, dictionis vulgaris*) Iulius Eonius. 2 *episcopus Arelatensis*: RVRIC. epist. 1, 15 inscr. Aeonio episcopo. 2, 8 inscr. papae Aeonio. GELAS. epist. 19 (*a. 494*) inscr. dilectissimo fratri Aeonio Gelasius. VITA Caes. Arelat. (Mon. Germ. Merov. III) 1, 10 venerabilis Eonius episcopus. 12. 13. 32. 3 *de cognomine Ausonio a matris cognomine attribuendo pro tradito* Paeonii Theonii *cf. Schenkl in praef. edit. Ausonii p. VI, Seeck in praef. edit. Symmachi p. LXXV.* 4 *sign. mul. v. sub* Aeonium. **Aeōnia,** -ae, *cogn. matris Auso-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nii. AVSON. 161 inscr. Aemilia Aeonia mater. 161,1 genetrix Aeonia. **Aeonium,** -ī, *Αἰώνιον, sign. mul.* CORP. V 6693 (*Vercellis* = CARM. epigr. 610) d. m. Lolliae Proclae. *praescripta est acclamatio* Aeoni chaere. *cf.* v. 1 Αἰονιί salve, doleas ne fata suprema. CORP. VI 19611 Hylati filio dulcissimo Hylas et Olympias parentes posuerunt. Aeoni, Gregori. *signa videntur esse Hylatis (utriusque?) et Olympiadis. fortasse utrubique nom. statuendus est* Aeonius. *Diehl.*

aeorae, -ārum, *αἰῶραι, v. Wentzel, PW. I 1043.* SCHOL. Germ. Bas. p. 67 (*ex Nigidio*) virgines Athenienses quotannis diem festum instituerunt aeoras (aras *codd.*) quas nos latine dicimus ⟨oscilla⟩ ideo quia illam (*Erigonen*) pendentem [qui] iactari conspexerunt, quod est apud Graecos αἰωρεῖσθαι (φερεσθαι *sim. codd.*). *Dittmann.*

Aepicius, Aepidius, Aeppius, Aeprius, Aeputius *v. sub* Ep-.

Aepio, -onis, *cf. Αἴπιον? nisi cf.* aequ-; *cogn. vir.* CORP. XI 4172 (*Interamnae*) Iovi Fulmini Fulguri Tonanti Rustius L. f. Aepio pont. ex s. c. dedicavit.

Aepionē *v.* Epione.

Aepolus, -ī, *cf. αἰπόλος, nom. et cogn. vir.* CORP. VI 8819 Aepolo imp. T. Aug. disp. Galbiano. 5733 (*e columb.*) v. M. Visinius M. l. Aepolus. 13428 L. Autronius Aepolus. **Aepolium,** -ī, *Αἰπόλιον, opp. in ora Ponti prope Histrum.* PLIN. nat. 4, 82 ab Histro oppida Cremniscos, Aepolium.

Aepulo *v.* Epulo.

Aepurita, -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 837 (*Burdigalae*) me(moriae) Saturniniae Aepuritae. *quid lateat non liquet.*

Aepy, *Αἰπύ.* PRISC. gramm. II 195, 16 in Graecis autem invenitur etiam 'y', ut 'Dory' nomen oppidi Pontici et 'Aepy'. 283, 13 'hoc Dory' 'hoc Aepy', nomina civitatium. *opp. Messenes.* STAT. Theb. 4, 180 summis ingestum montibus Aepy. *v. Hirschfeld, PW. I 1044.*

Aepytus, -ī, *Αἴπυτος, nom. mythol. Thebanus:* STAT. Theb. 10, 400. 11, 20. 240 SCHOL. Stat. Theb. 10, 406. *derivatur adi.* **Aepytius,** -ī, *Αἰπύτιος, ad Aepytum heroem ut videtur Arcadiae (de quo cf. Wentzel, PW. I 1045, 2), indeque ad ipsam Arcadiam vel gentem aliquam pertinet.* STAT Theb. 9, 847 Aepytiique duces. 4, 296 Aepytios (Aegyptios *Put.*) ... agros. *cf.* SCHOL. *ad l.* a civitate vel monte ducis nomine nuncupatos. hi quoque Arcadiae populi. *Dübner coni.* Aegytios *ab* Aegys, *Laconiae oppido. Diehl.*

aequābilis, -e. [*ab* aequare. *Th.*] *cf.* PRISC. gramm. II 132, 9. *non ex usu, sed ex ratione deducta est differentia* BEDA gramm. VII 262, 26 (*ex Frontone? cf.* 526, 4) aequalis alterius staturae par est, aequabile quod aequari potest. GLOSS. Plac. V 6, 15 (45, 13) aequabiles aequales. *deest superlativus. vocabulum adamatum Ciceroni deest poetis post Plautum.* **1** *res quae cum altera aequari potest:* PLAVT. Capt. 302 vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles.

2 *res cuius partes vel species formaeve inter se sunt aequales:* GLOSS. II 12, 8 εὐόμαλος. VARRO rust. 3, 16, 20 *apes sanae sunt,* si opus quod faciunt est aequabile ac leve. RHET. Her. 3, 12, 21 vox ... reducitur in quendam sonum aequabilem atque constantem. 3, 14, 25 voce atten⟨ua⟩tissima, clamore leni, sono aequabili. CIC. de orat. 2, 54 verborum collocatione et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus. off. 1, 3 aequabile et temperatum orationis genus. Caecin. 70 hoc sublato ... nihil est quod aequabile inter omnes atque unum omnibus esse possit. p. red. 2, 2 prospera aequabilis perpetuaque fortuna. Cluent. 46 prope aequabilis, ... fere omnium constans et moderata ratio vitae. Verr. 4, 112 in iugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione. nat. deor. 1, 50 hanc ἰσονομιάν appellat Epicurus id est aequabilem tributionem. 2, 23 motu quodam ... certo et aequabili. 2, 90 motus eius (*mundi*) finitos et aequabiles. 2, 54 aequabili calore suffusus aether. 2, 116 omnes eius (*mundi*) partes undique aequabiles ipsae per se atque inter se. 3, 23 *stellarum* cursus aequabiles aeternique. rep. 2, 10 perennis amnis et aequabilis. fin. 5, 36 moderati aequabilesque habitus. Tim. 14 universi corpus planum et aequabile. 20 levem illum (*mundum deus*) effecit et undique aequabilem. Tusc. 2, 65 ut haec patientia dolorum ... in omni genere se aequabilem praebeat. *ibid.* nihil ... potest esse aequabile, quod non a certa ratione proficiscatur. Att. 4, 15, 6 veni in spectaculum, primum magno et aequabili plausu. SALL. Iug. 43, 1 Metello ... acri viro ..., fama tamen aequabili et inviolata. 53, 1 pulveris vim magnam ... aequabilem manere. SEN. epist. 74, 15 virium illis (*bestiis*) maior est et aequabilior firmitas *quam homini.* TAC. ann. 4, 20 aequabili auctoritate et gratia ... vigere. SVET. Dom. 3 mixtura ... aequabili vitiorum atque virtutum. GELL. 17, 20, 4 ἐνθύμημα ... brevibus ... et rotundis numeris cum quadam aequabili circumactione devinctum. APVL. Socr. p. 120 Oud. una semper et aequabili pernicitate tunc progressus, tunc vero regressus. VOPISC. Tac. 1, 3 sub aequabili dignitate. LACT. inst. 2, 11, 2 perpetua temperies et ver aequabile. HEGES. 4, 4, 3 tam aequabili optione. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 18 aequabili ... et mediocriter calido loco.

nota: CASSIOD. var. 8, 10, 5 cum ipso negotiorum aequabilia disponebat *rex. saepe de iure:* GLOSS. II 277, 23 δίκαιος. RHET. Her. 3, 3, 4 *iusti sumus* si dicemus in omnibus aequabile ius statui convenire. CIC. inv. 1, 2 ius aequabile quid utilitatis haberet (off. 2, 42). 2, 68 par, quod in omnes aequabile est (2, 162). Flacc. 32 in quo igitur praetoris est diligentia requirenda? in numero navium et in discriptione aequabili (aequali *cod. Salisb.*) sumptus. rep. 2, 57 nisi aequabilis haec in civitate conpensatio sit et iuris et officii et muneris. 2, 62 *status* in omnis ordines civitatis aequabilis. off. 2, 40 propter aequabilem praedae partitionem. Att. 5, 20, 1 nihil hac iurisdictione aequabilius, nihil lenius, nihil gravius. ad Q. fr. 1, 1, 20 in iure dicundo severitas ... conservetur aequabilis. 1, 1, 32 iuris aequabilem tenere rationem. AVR. VICT. Caes. 20, 23 legum conditor longe aequabilium. COD. Theod. 4, 19, 1 (*a. 380*) exemplo aequabili. *de equo:* APVL. apol. 21 equus ... ut sit aequabilis vector et cursor pernix. *de hominibus:* TAC. hist. 4, 5 Helvidius Priscus ... cunctis vitae officiis aequabilis. 6, 31 fidus Romanis, aequabilis in suos. *i. q. iustus passim in* CASSIOD. var., *ut* 1, 3, 2 si aequabilis credendus est, quem iustus elegerit.

synonyma: unus. inviolatus. *de forma:* lēvis, planus. *de actione:* constans, temperatus, moderatus, certus, finitus. *de tempore:* perpetuus, aeternus, perennis.

adv. **aequābiliter.** *comp. apud* SALL. (?). GLOSS. aequaliter. CATO agr. 103 *amurcam* conmixtam cum aqua aequabiliter. VARRO ling. 5, 106 mixta farina et caseo et aqua circuitum aequabiliter fundebant. rust. 1, 6, 6 campester locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem verget. 1, 7, 4 *arbores* aequabiliter ex omnibus partibus sol ac luna coquunt. 1, 40, 4 ex utraque parte aequabiliter praecisum *surculum.* 3, 9, 11 vertere ova, ut aequabiliter concalefiant. RHET. Her. 4, 12, 18 omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. CIC. Verr. 2, 56 aequabiliter omnes erant eiusmodi, ut. 6, 52 frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus. Milo 76 aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos ... in suos inruebat. de orat. 2, 64 genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabiliter (-bili *Itali*) profluens (3, 172 *cf. l. 35*). 2, 218 aequabiliter in omni sermone fusum *genus facetiarum* (3, 96 orat. 106. 126, *hic* aequaliter *codd.*). 3, 45 non aspere, ... non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leniter (leviter *pars codd.*) *loqui.* nat. deor. 2, 141 tactus ... toto corpore aequabiliter fusus est (Tusc. 1, 21 *cf. l. 30*). 2, 116 mare ... conglobatur undique aequabiliter. rep. 6, 18 *sonus* acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit (AMBR. exam. 2, 2, 6). SALL. Cat. 2, 1, 3 aequa⟨bi⟩lius atque constantius sese res humanae haberent (TAC. ann. 15, 21). SEN. nat. 4, 3, 5 potest ... grando ... aequabiliter atque in orbem teri. MELA 3, 72 recedentis oras aequabiliter impellit *mare rubrum.* PLIN. nat. 2, 66 Mercuri stella ... e duodenis partibus ... non amplius octonas pererret, neque has aequabiliter, sed duas in medio eius et supra quattuor, infra duas. GELL. 1, 20, 5 omne latus eiusdem numeri aequabiliter (aequaliter *pars codd.*) in sese solvitur. CENS. 8, 4 p. 14, 3 H. HIL. in psalm. 65, 1 aequabiliter *psalmi* praescribuntur 'in finem'. AVG. serm. Mai 4, 1 *deus* aequabiliter omnibus iter salutis ostendit. MACR. somn. 1, 22, 10 caelum ... ab omni parte terrae aequabiliter distat *et passim.* COD. Iust. 1, 14, 3 (*a. 426*) leges ut generales ab omnibus aequabiliter in posterum observentur. *ius tangunt haec exempla: cf.* GLOSS. δικαίως. CIC. off. 2, 40 nisi aequabiliter praedam dispertiat. ad Q. fr. 1, 1, 20 abs te ipso ius dici aequabiliter et diligenter. PANEG. 3, 6 fratres indiviso patrimonio tam aequabiliter utuntur. SPART. Hadr. 18, 6 si quis in publico *thesaurum repperisset,* cum fisco aequabiliter partiretur. ZENO tract. 1, 3, 6 quae humano generi sine personarum aliqua exceptione aequabiliter iustitia est divina largita. CASSIOD. var. 1, 1, 2 quemadmodum Romanis aequabiliter imperare possimus. 1, 27, 3 regnantis aequabiliter *et passim.*

aequābilitās, -tātis *f. ab* aequabilis. VARRO ling. 9, 1 Aristarchus de aequabilitate (περὶ ἀναλογίας) cum scribit [et de] verborum, similitudinem qua[ru]ndam in ⟨de⟩clinatione[s] sequi iubet, quoad patiatur consuetudo (*opp. Chrysippi* de inaequabilitate, περὶ ἀνωμαλίας). CIC. orat. 21 *orator* medius et quasi temperatus ... nihil afferens praeter facilitatem (facultatem *codd.*) et aequa⟨bi⟩litatem. 53 elaborant alii ⟨in⟩ lenitate et aequabilitate et puro quasi quodam et candido genere dicendi. Tusc. 4, 31 opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens. off. 1, 90 praeclara ... est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons. 1, 111 aequabilitas ⟨cum⟩ universae vitae tum singularum actionum. frg. inc. J 43 (qualitas *cod.*). nat. deor. 2, 15 aequabilitatem motus conversionum⟨que⟩ caeli (2, 48 *syn.* constantiam ordinum). 2, 49 nocturnorum ... spatiorum eadem est aequabilitas quae diurnorum. PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 10 fortem et liberum animum ... sine constantia et aequabilitate nullum esse. APVL. Plat. 1, 18 ad aequabilitatem (-alitatem *pars codd.*) partibus animae temperatis. Socr. 12 p. 146 Oud. caelites semper eodem statu mentis aeterna aequabilitate potiuntur, qui numquam illis nec ad dolorem v⟨er⟩sus nec ad voluptatem finibus suis pellitur. HIL. in psalm. 2, 18 ea ... deus bonitatis suae aequabilitate moderatus est. NOVELL. Valent. III tit. 14, 1, 1 aequabilitas ... pretii et commodum venditoris et omnium rerum venalium statuta custodiet.

FIRM. math. 1 prooem. 5 quae ratio terram ipsam in media parte positam librata aequibilitatis moderatione suspendat. *in iure: cf.* LACT. inst. 5, 14, 15 aequitatem dico non utique bene iudicandi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... sed se cum ceteris coaequandi, quam Cicero 'aequabilitatem' vocat. Cic. Mur. 41 sapiens praetor offensione vitata aequabilitate decernendi benevolentiam adiungit lenitate audiendi. de orat. 1,188 legitimae atque usitatae in rebus causisque civium aequabilitatis conservatio. 2,209 aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. 2,345 explicandum in laude iustitiae, quid cum fide, quid cum aequabilitate ... fecerit. rep. 1,43 ipsa aequabilitas est iniqua, cum habet nullos gradus dignitatis. 1,53 iuris (off. 1,88). 2,42. 2,43 salus et aequabilitas et otium civium. 1,69 haec constitutio ... habet aequabilitatem quandam magnam. Avg. in psalm. 99,10 servetur ... parilitas aequabilitas, constantia caritatis.

aequaevus, -a, -um. *ab* aequus *et* aevum. *vocabulum inde a* Verg. *lectum poetarum maxime est. cf.* Sil. *p. 994, 63.* Isid. orig. 10 A 7 aequaevus ... id est coaetaneus. Gloss. ἰσόχρονος. eiusdem *vel* unius aetatis. *de hominibus* (*absolute vel c. dat.*): Verg. Aen. 2,561 regem aequaevum *Priamum Anchisae.* 5,452 amicum (*cf.* Ambr. epist. 86). Sen. Ag. 640 hinc aequaevi gregis Astyanax *ducit turmam.* Prob. vita Pers.: Lucanum aequaevum auditorem Cornuti. Sil. 13, 191 tres ... aequaevo ... corpore fratres. Stat. Theb. 4,626 aequaeve sacerdos (*Laius alloquitur Tiresian*). 5,226 flet super aequaevum soror exarmata Lycaste Cydimon. silv. 5,2,75 aequaevo cedere fratri. Ach. 1,637 aequaevamque facem (*amorem coaetaneae*). Ivl. Val. 1,7 iudicare inter aequaevos. Zeno tract. 2,43,1 uno momento (*sc. baptismatis*) facti aetatibus diversis aequaevi. Avson. 188,3 coniunxit nostras aequaeva infantia cunas. Symm. orat. 3,3 pro senibus puer dimicas, pro liberis nostris aequaevus insudas. Schol. Stat. Theb. 7,300 qui patri puero crescendi celeritate paene aequaevus est. Clavd. 28,547 exultant iuvenes aequaevi principis annis. 20,373 *puellae* orant ... positis aequaevas visere pensis. Pavl. Nol. carm. 33,120 aequaevos fecerat unus amor. Macr. sat. 7,11,2 adulescentium, qui tibi aequaevi sunt. Orient. 2,10 aequaevis dissociande tuis. Sidon. epist. 2,9,7. 3,8,1. 7,2,4 grandaevos obsequiis, aequaevos officiis obligare. Pavl. Pell. euch. 245 vinceret aequaevos nostra ut concordia amicos. Drac. laud. dei 2,396 aequaevosque facit diversi temporis ortus *arca Noae.* Inscr. Recueil de la société arch. de Constantine 1899 p. 389 (= Rev. arch. 37, 1900, p. 510 n. 195, *Tubanae*) Iulia, fida mihi coniunx, aequaeva, iucunda. *de deo christiano*: Leo M. brev. fidei Migne 13,657ᵈ aequaevae trinitati. Merob. laud. Christi 4 aequaevus genitor. Favst. Rei. spir. 1,6 p. 108,14 patri aequaevus *filius.* p. 108,17 aequaevum principium filius. Coripp. Iust. 4,311 dextris sedet honoris aequaevi patris. *de herbis, comis*: Plin. nat. 16,236 lotos ... aequaeva urbi. Stat. silv. 5,1,48 aequaevo sociatam palmite vitem ulmus amat. Clavd. 1,220 *harundo* frondet aequaevum complexa caput *Tiberini.* carm. min. 20,16 aequaevumque videt consenuisse nemus *senex.* Avian. fab. 10,12 quid mirum ... positos fugisse capillos (*capillamenti*), quem prius aequaevae deseruere comae. *de aliis rebus*: Chalc. comm. 23 par enim et aequaevum natale naturae ac temporis. 101 temporis generationem mundo aequaevam. 295 inornatum illud minime generatum aequaevum deo. transl. 38 tempus ... caelo aequaevum est. Apvl. apol. 14 eadem semper contemplantibus aequaeva est *imago specularis.* Clavd. 26,54 urbs aequaeva polo. 8,122 nasceris aequaeva cum maiestate creatus, *Honori.* Vict. Vit. 2,74 ex. splendor ab igne genitus gignenti manifestatur aequaevus. Boet. herm. pr. 1,1 p. 36,15 cum omnes species aequaevae sibimet sint. sec. 2,6 p. 125, 24. *latiore sensu, eorundem temporum*: Apvl. flor. p. 87 Oud. Democriti physici civis aequaevus *Protagoras.* Sidon. epist. 8,2,1 vel aequaevi vel posteri nostri. 8,4,2 apud aequaevos ... apud posteros. 9,11,8 non aequaevis sacerdotibus tantum, verum et antiquis. *nota*: Sidon. epist. 4,22,4 aequaeva ... super studiis nulla laus curae, sed ne postuma quidem.

syn.: (coaetaneus, aequalis). par. *opp.*: aetatibus diversis. posterus. antiquus.

aequālis, -e. [*ab* aequus *vel* aequum. *Th.*] *deest apud* Caes. (*semel* Bell. Afr.). *comp.* aequalior: Liv. 24,46,5 Plin. nat. 19,9 Qvint. inst. 3,8,60. *sup.* aequalissimus: Tert. anim. 17 (*p. 998, 16*). *de synonymo v. p. 991,41 sub* aequabilis. *vis antiquissima potest fuisse quae legitur inde a* Catone *de superficie* (*p. 998,36 sqq.*); *cf.* aequor. [*it.* uguale, *francog. vet.* iwel, *hisp.* igual. *M.-L.*]

I *de aetate*: *coaetaneus, aequaevus, adi. et subst. sequitur dat. vel gen. vel rarius* (*p. 994,45*) cum. *de hominibus, bestiis, arboribus, sim.*: Non. 235 aequales ... aequaevi. Gloss. ὁμῆλιξ, συνηλικιώτης. Enn. trag. 44 virgines vereor aequalis (*verba Cassandrae*). Caecil. com. 10 inter suas aequalis et cognatas sermonem serit. Plavt. (*cf.* συνέφηβος) Epid. 102 cum Chaeribulo incedit aequali suo. Merc. 612 aequalem et sodalem, liberum civem enecas. Trin. 48 o amice, salve, atque aequalis. 326 amico atque aequali meo (Ter. Ad. 466 Haut. 417 Afran. com. 256 Cic. Lael. 37). Ter. Andr. 453 quem ... vocabo ad cenam meorum aequalium? Eun. 327 patris cognatum atque aequalem Archidemidem. Phorm. 887 Lvcil. 982. Pacvv. trag. 114 hymenaeum fremunt aequales. 166 cum neque me aspicere aequales dignarent meae ⟨neque ...⟩. Afrani *titulus*: Aequales. Trag. inc. inc. 18 omnis aequalis vincebat quinquertio. Cic. de orat. 1,30 ut non aequalibus suis solum anteponerentur, sed cum maioribus natu conpararentur. Sulla 23 tui. Balb. 9 cuius plerique aequales. Planc. 29 quem veretur ut deum, ... amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem. Cael. 39 aequalium studia ... ludi ... convivia. 72. 74. Phil. 5,47 ut gradus essent petitionis inter aequalis. de orat. 1,117 C. Coelio aequali meo. *ibid.* vestrum aequalem. 1,180 Q. Scaevola, aequalis et collega meus. *passim.* 3,31 duo prope aequales Sulpicius et Cotta. 3,75 aequalem fere meum (Brut. 179). Brut. 96 duo adulescentes ... prope aequales 145 ab his patronis aequalibus et iam consularibus. Cato 7. 10 senem adulescens ita dilexi ut aequalem. 46 nec cum aequalibus solum ..., sed cum vestra etiam aetate. off. 3,1 div. 1,64 fin. 4,66. 5,42 (*bis*). 5,61. Tusc. 1,41 aequali et condiscipulo suo. 5,58. Lael. 101 ut cum aequalibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis, cum isdem ad calcem ... pervenire. ad Q. fr. 1,3,3 fratrem prope aequalem. Cat. 62,11 non facilis nobis, aequalis, palma parata est (62,32). Sall. Iug. 6,1 cursu cum aequalibus certare. Nep. Arist. 1,1 Aristides ... aequalis fere fuit Themistocli. Epam. 2,2 ut adulescens ... senem aequalibus suis in familiaritate anteposuerit (Att. 8,2). Att. 1,3. 10,2 aequalem simillimumque sui. 12,3. 16,1. 17,1 *sororem* prope aequalem habebat. Verg. georg. 4,460 chorus aequalis dryadum. Aen. 5,468 fidi aequales. 10,194 aequalis comitatus classe catervas. 10,702 aequalem comitemque. 11,820 Accam, ex aequalibus unam. Ciris 435 florentes aequali corpore nymphae. Hor. carm. 1,8,6 cur neque militares inter aequales equitet. epod. 12,23 aequales inter conviva. Prop. 3,8,21 inmorso aequales videant mea vulnera collo. Ov. met. 5,394 aequales certat superare legendo *Proserpina.* fast. 4,451 chorus aequalis *Proserpinae* (Clavd. 36,239). Liv. 1,57,9 in convivio luxuque cum aequalibus ... tempus terentes. 2,3,2 aequales sodalesque adulescentium Tarquiniorum. 7,4,4 congressu aequalium prohibitum. 7,10,5. 7,33,2. 21,4,8 vestitu⟨s⟩ nihil inter aequales excellens. 24,5,9. 28,40,9 qui ne filio quidem meo aequalis sit. 30,28,5 ducere exercitum aequalem stipendiis suis. 40,14,1 die festo inter aequales largiore vino sum usus. Sen. contr. 1 praef. 9 Val. Max. 3,2 ext. 9. 5,8,5. 9,3,4. 9,14 ext. 1. Phaedr. app. 19,4. 29,5 arte omni princeps inter aequales fui. Sen. Phoen. 572 patris aequales tui. dial. 4, 10,1 ineptos aequalium iocos. 4,21,4 in certaminibus aequalium. 4,21,11 similis cultus cum aequalibus. benef. 5,25,2 aversabatur omnium amicorum et aequalium notitiam. Cvrt. 7,11,8 o iuvenes et mei aequales. 8,13,21 Attalum ... aequalem sibi et haud disparem habitu oris. Colvm. 6,29,1 pullus ... aequalis exsuperat. Lavs Pis. 131 inter ut aequales unus numeraris amicos. Plin. nat. 9,167 piscem sexagensimum post annum expirasse ... duobus aliis aequalibus eius ex eodem genere etiam tunc viventibus. 11,50 regem ... iuvenem aequalis turba comitatur. 16,236 fuit cum ea cupressus aequalis. 34,10 Myron ... Polycletus, aequales atque condiscipuli. 35,64 aequales eius et aemuli (37,7). Val. Fl. 5,342 aequali Scythidum ... caterva (6,497. 7,181). 8,142. Sil. 5,231 florens aequali Lentulus aevo. 13,230 solitum aequali (*i. ut aequalis*) ludo committere equestris Scipiadae pugnas Marium. Stat. Theb. 9,784. silv. 2, 1,109. Carm. epigr. 1001 (*Romae, saec. I*) desínite, aequales, Plocamí lugere sepultí fata. 1058 virgo pudica excedens cunctas ingenio aequalís. 1198,8 aequalis non inimica manus. Qvint. inst. 10, 3,12. 12,5,5 eminere inter aequales. decl. 260 p. 68,22 aequalis ... et in studiis comes et in lusibus. Tac. ann. 13,15 aequalium ludicra. Plin. epist. 4,17,6 adulescentulus eram et iam mihi ab illo ... reverentia ut aequali habebatur. 9,33,4. Svet. Galba 4 salutanti se inter aequales. Vitell. 14 condiscipulos et aequales suos. gramm. 17 aequales inter se committere. vita Ter. Fenestella ... contendens utroque maiorem natu fuisse, quamvis et Nepos aequales omnes fuisse tradat. Paneg. 3,7 seniorem iunioremque caritate mutua reddit aequales. Amm. 19,1,7 decore corporis aequalibus antestantem. Svlp. Sev. chron. 1,26,6. *nota*: Sil. 3,404 aequales aevi. *eiusdem aetatis, non eorundem temporum*: Lvcil. 174 seni Tiresiae (sesenem tiresiam *codd.*) aequalem. Cic. Att. 4,13,2 Crassum ... nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim aequalem eius L. Paulum, item iterum consulem. Priap. 12,3 aequalis tibi, *Hecale, anus.* Clavd. 8,366 *verba Honori*: aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus verteret. *liberius*: *eorundem temporum* (*cum dat. vel gen.*): Cic. Brut. 3 poetas nobilis poetarum aequalium morte doluisse. 73 Ennius ... quoi aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit quam ... Plautus et Naevius. 177 et superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit. 182 isdem fere temporibus aetate inferiores paulo quam Iulius, sed aequales propemodum C. Cotta P. Sulpicius *eqs.* 204. 220 orator ... vivis eius (?) aequalibus proxumus. 230 Hortensius non cum suis aequalibus solum, sed et mea cum aetate et cum tua, Brute, et cum aliquanto superiore coniungitur. *passim in Bruto.* orat. 105 *Demosthenes* successit ipse magnis et maximos oratores habuit aequales. opt. gen. 17 *Platonis* fere aequalem *Isocratem.* div. 1,39 aequalem temporum illorum. Liv. 8,40,5 nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor extat. 22,7,4 Fabium, aequalem temporibus huiusce belli. Vell. 1, 7,1 huius temporis aequalis Hesiodus fuit. 1,16,3 Menandrus aequalesque eius ⟨non⟩ aetatis magis quam operis Philemo ac Diphilus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 9, 6 vetustior Sisenna fuit Caelius, aequalis Sisennae Rutilius. TAC. dial. 22 *Ciceroni* eadem pugna cum aequalibus suis fuit quae mihi vobiscum est (*seq.* oratores aetatis eiusdem). SVET. gramm. 2. LACT. inst. 1, 22, 2 Belum ... Saturni aequalem fuisse et utrumque uno tempore adolevisse. 1, 5, 4 Orpheus ... aequalis ipsorum deorum.
de rebus: CIC. Brut. 244 *laudatis mortuis* ordinem sequens in memoriam notam et aequalem necessario incurro. leg. 1, 8 ipse ... aequalem aetatis suae memoriam deposcit (*opp.* ab ultimis *i. a primis incohantem*). Cato 23 studiorum agitatio vitae aequalis fuit (*non in senectute cessavit*). Phil. 11, 33 *Deiotari* benevolentia in populum Romanum est ipsius aequalis aetati. Mil. 85 vos ... Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales (QVINT. inst. 11, 1, 34. 12, 10, 62). har. 37 quod sacrificium tam vetustum est quam hoc quod a regibus aequale huius urbis accepimus? leg. 2, 9 quae vis non modo senior est quam aetas populorum et civitatium, sed aequalis illius ... dei. VERG. Aen. 3, 491 aequali tecum (*o Ascani*) pubesceret aevo *Astyanax*. LIV. 5, 52, 7 sacra aequalia urbi, quaedam vetustiora origine urbis. 7, 33, 6 *Romanorum* conditae urbi aequalis victoria. 28, 28, 11 ne ... Iuppiter ... sirit urbem ... in aeternum conditam fragili huic et mortali corpori aequalem esse. PLIN. nat. 34, 1 aequalem urbi auctoritatem. AMM. 31, 14, 8 aequalis nobis memoria.

II ***de forma, numero, magnitudine, valore.*** *comparantur res inter se variae: passim c. dat., cum* inter se, *c. gen. l. 34, cum abl. lim. ut p. 996, 5. 997, 7, cum* in *p. 996, l. 38.*

GLOSS. ἴσος, πάρισος. CATO agr. 156, 2 brassicae ... manipulos aequales tres. VARRO rust. 2, 7, 5 cruribus rectis aequalibus. 2, 9, 5 *canes* feminas ... mammosas aequalibus papillis. CIC. de orat. 3, 185 *numeros vocis* metiri possumus intervallis aequalibus. 3, 186 distinctio et aequalium aut saepe variorum intervallorum. 3, 198 aequalibus interspirationibus. orat. 188 partem pedis aut aequalem esse alteri parti aut altero tanto aut sesqui esse maiorem: ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquipaean. 194 ne spondeum quidem ... esse aequalem dactylo. 205 *numerorum* partibus ... imparibus an aequalibus. 215 creticus ... et eius aequalis paean. top. 71 parium ... comparatio nec elationem habet nec summissionem, est enim aequalis. parad. 20 quod ... non licet ... id si nec maius nec minus umquam fieri potest ..., quae ex eo peccata nascuntur aequalia sint oportet (22). leg. 2, 9 quae vis est aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei? LVCR. 4, 426 porticus aequali quamvis est denique ductu stansque in perpetuum paribus suffulta columnis. BELL. Afr. 59, 3 elephantos dextro sinistroque cornu conlocaverat aequalibus inter eos intervallis interiectis. SALL. Cat. 54, 1 eis genus aetas eloquentia prope aequalia fuere, magnitudo animi par. Iug. 87, 3 *milites* novi veteresque coaluere et virtus omnium aequalis facta. HOR. carm. 3, 24, 16 defunctumque laboribus *Getam* aequali (*item annua*) recreat sorte vicarius. OV. met. 1, 750 *v. p. 998, 77.* 2, 26 positae spatiis aequalibus Horae (8, 248). 7, 803 aequales urebant pectora flammae. 15, 741 porrigit aequales media tellure lacertos *fluvius*. fast. 5, 471 pietas aequalis in illo est. LIV. 7, 24, 8 quod editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis. 37, 51, 9 omnia ... templa per totum triduum aequalem turbam habuere. MANIL. 1, 532 haec igitur texunt aequali sidera tractu. 1, 556 signa ... bis sex aequali spatio texentia caelum. 1, 580 limite (2, 792). 1, 707 (?). 840 aequali laterum compagine. 2, 274 linea. 2, 288 ductu. 2, 458 sorte. 2, 656 discrimine. 2, 826 aequali (atque illi *codd.*) ... in parte. 3, 220 astra. 3, 308 aequalis ... super transversum vertitur axem *mundus*. 3, 314 una quod aequali lustratur linea Phoebo. 3, 674 nox. 4, 326 aequales luces brumalibus umbris (undis *codd.*). 4, 637 aequalis Cyclades. 4, 853 tempore. VITR. 1, 6, 7 ut aequales divisiones octo ventorum designatae sint in descriptione (4, 3, 5). 3, 5, 8 capitulis perfectis ... columnarum non ad libellam, sed ad aequalem modulum conlocatis. 3, 5, 15 capita leonina ... aequali modo disposita, uti singula singulis mediis tegulis respondeant. 4, 3, 2 metopas aequales ... facere. 4, 4, 3 lineae. 4, 4, 4 antae *parietum* crassitudinibus columnarum sint aequales. 5 prooem. 4 cybus ... est corpus ⟨s⟩ex lateribus aequali latitudine planitiarum perquadratum. 5, 5, 2 intervallis. 6, 3, 4 ut altitudine⟨s⟩ latitudinibus sint aequales. 7, 1, 4 ut *tesserae* omnes angulos habeant aequales. 8, 5, 1 ancones in capitibus extremis aequali modo perfectos. 9, 3, 2 in Geminorum aequalem cursum (9, 3, 3). 9, 8, 5 denticulis. 10, 2, 6 ut aequalia duo capita sint funis, cum erit extensus. 10, 4, 1 spatia (10, 6, 1). 10, 11, 6 superiores ... regulae aequales erunt inferioribus. GERM. 450 inter se aequales *orbes*. 498 spatio. 527 in sex signiferum si quis diviserit orbem aequales partes (aries *codd.*). VELL. 2, 110, 2 legiones ... paene aequali divisae intervallo ab hoste. CELS. 3, 6 p. 86 D. si venae non aequalibus intervallis moventur. SEN. Thy. 643 *domus* extremum latus aequale monti crescit. 885 aequalis astris gradior ... vertice attingens polum. dial. 2, 13, 5 sapiens ... pares illos ob aequalem stultitiam omnis putat. COLVM. 5, 9, 12 olivetum omnibus annis aequalem reditum adfert. 7, 5, 10 sulfuris triti et picis liquidae modus aequalis (CAEL. AVR. acut. 3, 17, 151 aequali modo commixtam. CASS. FELIX 2 p. 11 ex aequali modo). COLVM. 12, 4, 5 pondere (PLIN. nat. 29, 24 CHIRON 938. ORIBAS. syn. 2 add. aequali pensa). PLIN. nat. 2, 176 aequales dies noctesque habere. 10, 105 amor utrique subolis aequalis. 36, 19 illam magnificentiam aequalem fuisse et in parvis. STAT. Theb. 8, 396 spatiis utrimque aequalibus acti adventant *milites*. QVINT. inst. 1, 1, 14 aequali cura linguam utramque tueri. 9, 3, 80 membris aequalibus, quod ἰσόκωλον dicitur (CARM. de fig. 82). FRONTIN. aq. 38 (?). PLIN. epist. 7, 20, 3 aetate dignitate propemodum aequales. paneg. 22 ubique par gaudium paremque clamorem. tam aequa⟨lis⟩ ab omnibus ex adventu tuo laetitia percepta est quam omnibus venisti. POMP. dig. 39, 2, 39 periculum. VLP. dig. 47, 5, 24, 4 aequali ira adversus utrumque sumpta. DON. Ter. Eun. praef. 1, 5 *fabula* et πρότασιν et ἐπίτασιν et καταστροφήν ita aequales habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. PALLAD. 1, 27, 3 ammoniaco sale, cui mel et cyminum aequale miscentur. 11, 14, 7 *varia medicamenta* singula modis aequalibus tunsa. CHIRON 285 aceto cum aqua aequali mensura. HIER. epist. 48, 2 damnatus est qui *nuptias et virginitatem* aequales putabat. 21, 40 mercedem (58, 4). 21, 41 salutem. *ibid.* laborem. 98, 16 quomodo poterit inter aequalia aliud esse maius, aliud minus? 100, 13 aequales ex omni parte parietes metiuntur. 148, 5 aequale peccatum est vel prohibita admittere vel iussa non facere. 148, 30 periculum (LEO M. epist. 28, 5 p. 773). VVLG. exod. 30, 34 aequalis ponderis erunt omnia (ἴσον ἴσῳ ἔσται). num. 35, 5 termino. deut. 19, 7 spatii. 25, 15 modius aequalis et verus erit tibi (ἀληθινὸν καὶ δίκαιον). III reg. 7, 11 lapides pretiosi aequalis mensurae secti. Ezech. 45, 11 ephi et batus aequalia et unius mensurae erunt. Luc. 6, 34 peccatores peccatoribus faenerantur ut recipiant aequalia (τὰ ἴσα). CLAVD. 26, 27 nil veris aequale dabunt. 8, 343 solabere partes aequali sudore tuas. 7, 7 curis. 15, 61 cum subiit par Roma (*i. Constantinopolis*) mihi (*loquitur Roma*) divisaque sumpsit aequales aurora togas. 16, 13 alis. VEG. mil. 1, 26 ut aequali legitimoque spatio miles distet a milite. AVG. civ. 11, 10 cum sint inaequales manus et digitus (*praecedit* digitus minor est quam tota manus), aequalis est tamen incorruptibilitas manus et digiti. 13, 10 momenta. 15, 20 numeri. 21, 11 aequale temporis spatium. 21, 16 non aequali molestia (*praecedit* aeternum ignem ... aliis leviorem, aliis futurum esse graviorem). 22, 12 utrum statura et robur aequalia futura sint omnibus an diversae corporum quantitates. *ibid.* si aequales omnes erunt, non utique alii macri alii pingues erunt. 22, 15 ut longissimis (*de statura*) fieri possit aequalis *Christus*. SVLP. SEV. dial. 1, 6, 5 ut *Origenes* in ea parte, qua probatur, neminem post apostolos habeat aequalem, in ea vero, qua iure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse. MART. CAP. 7, 710 angulos. 712 *lineas*. 722 omnes directos angulos invicem aequales sibi esse. 723 si aequalibus aequalia addas, tota aequalia esse, et si aequalibus aequalia adimas, aequalia sunt reliqua (Boet. subst. bon. p. 169, 20 P.). BOET. trin. 6 p. 162, 17 P. omne aequale aequali aequale est et simile simili simile ei idem ei quod est idem idem est. arithm. 1, 21 p. 45, 13 aequale ... est, quod ad aliquid comparatum neque minore summa infra est neque maiore transgreditur. 1, 21 p. 45, 25 quemadmodum amicus amico amicus est, ita dicitur aequalis aequali. ISID. orig. 3, 6, 3 aequales numeri dicuntur qui secundum quantitatem aequales sunt ut verbi gratia tria ad tria (*opp.* inaequales).
aequitas. TER. Phorm. 34 quem ... restituit locum bonitasque vestra ... atque aequanimitas (*cf.* 30 adeste aequo animo, *item in prologis* Andr. 24 Heaut. 35, *sim.* Hec. 28). Ad. 24 facite aequanimitas poetae ad scribendum augeat industriam. **2** *factum ex* aequus animus *i. tranquillus cf.* aequo animo ferre *sim. v.* aequus *III B. aequa adversus mala animi condicio.* SEN. epist. 66, 13 aeque reliqua quoque inter se paria sunt, tranquillitas simplicitas liberalitas constantia aequanimitas tolerantia. omnibus enim istis una virtus subest, quae animum rectum et indeclinabilem praestat. PVBLIL. M 34 medicina calamitatis est aequanimitas. *cf.* PLAVT. Rud. 402. SEN. epist. 91, 18 sibi ipse illa (*mala*) reddet faciliora. quomodo? aequanimitate. *assumpta praepositione*: SEN. epist. 49, 10 ⟨ad⟩de aequanimitate⟨m⟩ (*add. Linde*) adversus inevitabilia. PLIN. nat. 18, 123 invenio apud auctores aequanimitatem fieri vescentibus ea (*lente*). PS. QVINT. decl. 4, 5 frustra me consolaris aequanimitate patientiaque tua. 5, 15 habet aliquid aequanimitatis, cum poena sua posse rixari. TERT. anim. 1 sapientia Socratis venerat de industria consultae aequanimitatis. patient. 2 adfectatio humana caninae aequanimitatis stupore formata. 3 mira aequanimitatis fides. PANEG. 3, 6 vobis (*imperatori utrique*) ... tam facili sunt aequanimitate communia (*spectat ad imperii regiones ante enumeratas*). CYPR. patient. 10 patientiam forti et stabili aequanimitate tenuerunt. CAPITOL. Pius 12, 6 signum tum (signatum *codd.*) tribuno aequanimitatis dedit. *sim.* Aur. 7, 3. LACT. inst. 5, 22, 3 patientia est enim malorum ... cum aequanimitate perlatio. AMBR. exam. 5, 15, 52 aequanimitas in laboribus. HIER. in Gal. 6, 10 omnia cum patientia et aequanimitate faciamus. COD. Theod. 11, 13, 1 proprio aequanimitatem docemus exemplo id contemptui haberi quod. SVLP. SEV. epist. 2, 13 fortitudo vincendi, patientia exspectandi, aequanimitas sustinendi.

3 *abiit in significatum animi mitis, abhorrentis ab ira, propensi ad ignoscendum*: DON. Ter. Phorm. 34 aequanimitas in ignoscendis vitiis atque delictis. GLOSS. II 317, 23 εὐθυμία: aequanimitas. HERM. mand. Pal. 5, 1, 3 dominus autem in aequanimitate et magnanimitate habitat (*duobus verbis latinis redditur* μακροθυμία, *cf.* 5, 1, 1 μακρόθυμος constans ... et aequo animo, *opp.* iracundia). 5, 1, 6 si ergo iungatur aequanimitati *ira.* 5, 2, 3 aequanimitas ... magna et fortis est, et validam virtutem possidet *et amplius describitur. ibid. iterum.* 5, 2, 8 indue aequanimitatem. CYPR. patient. 6 in Iudaeis vero tolerandis aequanimitas quanta. HIL. in psalm. 118 heth 18 p. 433, 25 Vind. unicuique per patientiam longae aequanimitatis paenitendi tempus inpertiens. 2, 13 aequanimitatem invidia ... perturbat. LEO M. epist. 16, 1 si quid ... difficultatum intervenit aut morarum minore posset aequanimitate tolerari (74. BOET. cons. 2, 4). LEO M. serm. 37, 4 nemini autem malum pro malo reddere christianae est aequanimitatis infantia (*opp.* mundi huius prudentia).

synonyma: (aequitas animi), bonitas TER., longanimitas HERM. *cf.* HIL. in psalm. 118 heth 18 p. 433, 25 (mansuetudo LEO M. epist. 16, 1), patientia PS. QVINT. TERT. CYPR. HIL. HIER. SVLP. SEV. *praeterea* SEN. epist. 66, 13 PS. AMBR. mans. 23. *opposita*: ira, invidia.

aequanimiter *adv. formatum fort. non ex adi.* aequanimus (-is), *sed ad substantivum* aequanimitas. *comp. in* -ius *fecit* CASSIAN.

1 aequanimiter *perferuntur, quae hominibus imperantur, imprimis mala. cf.* aequanimitas *1.* HIL. in psalm. 118 teth 6 p. 437, 5 patienter omnia et aequanimiter propheta tolerans. ZENO tract. 1, 12, 6 discrimina aequanimiter perferenda. AMM. 19, 10, 3 aequanimiter venturam opperiens sortem. SERV. auct. Verg. Aen. 3, 321 aequanimiter mortem ... suscepisse. COMM. Bern. Lucan. 2, 92 aequanimiter ... suos casus perpessi sunt. AMBR. Iac. 1, 8, 36 mandata eius (*domini*) aequanimiter suscipiebat ut servulus. off. 1, 48, 236 PS. AMBR. mans. 23. acta Seb. 66 blandum papae imperium aequanimiter tulit. HEGES. 1, 13, 3 Hyrcanus aequanimiter (*add.* HEGES. *v. Ioseph. b. Iud. 1, 6, 1*) in domum Aristobuli concessit *frustra regnum arripere conatus.* 2, 9, 65 suscepta *servitus* aequanimiter ferenda. HIER. in psalm. 33 tam prospera quam contraria aequanimiter ferre. RVF. apol. (Migne 21, 546) 1, 7 aequanimiter fert *sequente acc. c. inf.* PS. AVG. serm. 34, 6 patienter et aequanimiter ... sufferamus *adversitates.* 253, 5 fovet urit secat *medicus*, aequanimiter tolera. CASSIAN. inst. 3, 11 aequanimius ... fatigatio sustinetur, ... si. AVELL. p. 498, 8 oportet aequanimiter praetermitti. PROSP. c. collat. 15, 1 ut ... constanter aequanimiterque suscipiat *necessitatem.* in psalm. 124, 4 aequanimiter ferri, quod iudicaturus voluit tolerari. 144, 15 ut quodlibet curationis genus aequanimiter ab auctore suae salutis accipiant. vocat. gent. 2, 10 patienter ... et aequanimiter ignoretur ... secretum. MAXIM. Taur. epist. 1, 4 miserias aequanimiter perferamus. ALC. AVIT. epist. 32 intolerabilem poenam aequanimiter ferat. CASSIOD. compl. Iac. 2 aequanimiter temptationem suffert. GREG. TVR. glor. mart. 75 noli ... quasi mortuum flere, sed aequanimiter age. VEN. FORT. carm. 10, 4, 4 (*pros.*) aequanimiter toleret, quod infectum facere non valebit. GREG. M. (Mon. Germ. epist. II) p. 245, 5 facta *praeiudicia* aequanimiter portare. **2** *aequanimiter iniuria fertur, ignoscitur. cf.* aequanimitas *2.* TERT. patient. 8 si parum aequanimiter audiam dictum aliquod in me protervum. *ibid.* sequitur ... ut, a quo nos dominus arcet, idem ab alio aequanimiter pati admoneat. SYMM. epist. 4, 10 neglectum familiaris officii aequanimiter ... posse tolerari. AMBR. epist. 56, 1 perstringi saltem se aequanimiter ferant ab iis. MACR. sat. 2, 4, 19 maior est patientiae, quam facundiae laus, maxime cum aequanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit *Augustus.* LEO M. epist. 32 ut blasphemas et iniquas voces nullatenus aequanimiter audire possitis. SIDON. epist. 7, 4, 3 aequanimiter fero asperos mihi. GREG. M. (Mon. Germ. epist. I) p. 29, 9 dominus aequanimiter delicta tolerabat. II p. 351, 7 inlata mala a proximis aequanimiter tolera. p. 299, 4 quaedam ... quae corrigi nequeunt aequanimiter tolerare (*ibid.* mansuete corrigere). p. 469, 29 si hanc aequanimiter portamus *causam.* FERRAND. vita Fulg. 11 aequanimiter tolerans et affabiliter arridens. **3** *i. q. benevolenter*: TERT. patient. 9 cum evocatos quosque ab illo (*Christo*) quasi miserandos non aequanimiter accipimus. AVG. civ. 7 praef. patienter et aequanimiter ferre debebunt *ingenia celeriora scriptorem diligentius explicantem.* epist. 63, 3 hoc ... in te ... aequanimiter fecit. SVLP. SEV. dial. 1, 21, 5 si aequanimiter acceperint et patienter expenderint *verba.* OROS. hist. 4, 5, 4 quos dominos subditi aequanimiter dilexerunt. apol. 33, 6 de quaestionibus ... aequanimiter ferant magisque ... gaudeant, responsum fuisse quod verum est. LEO M. epist. 69, 1 quod aequanimiter ferat, obsecro, vestra clementia. SALV. epist. 4, 6 conversiunculam nostram ... non aequanimiter acceperis. SIDON. epist. 3, 9, 2 aequanimiter obiecta discingitis. 4, 12, 4 aequanimiter admitto (7, 14, 1). FERRAND. vita Fulg. 32 aequanimiter monasterium suum regere.

synonyma: (aequo animo AVG. epist. 63, 2 PS. AVG. serm. 34, 6 *et passim apud vetustiores. cf.* aequanimitas CYPR. bon. pat. 10 LACT. inst. 5, 22, 3 HIER. in Gal. 6, 10 LEO M. epist. 16, 1. 74), constanter PROSP., patienter *passim.*

aequanimō προθύμως GLOSS. II 12, 5. *cf.* 320, 46 εὐψύχως: aequo animo.

aequanimus, -a, -um. [*ab* aequo animo *derivatum, vel ab* aequanimitas, *q. v. Th.*] GLOSS. εὔθυμος εὔψυχος: aequanimus. CARM. epigr. 1233, 10 hec *virtus* mihi per validos rapto te morte dolores quamvis aequanimo dat, puer, ut lacrimem. AVSON. 299, 3 aequanimus fiam te iudice. 401, 35 aequanimus quod si fueris. 419, 28 quod si principi honoris istius ... debet esse mediocritas, quid privati status hominibus, quid aequanimis, quid iam senibus ... oportet esse moderaminis? *pro substantivo*: AVSON. 320, 10 nulla fuit res parva umquam aequanimis, adde etiam unanimis (*seq.* ex animo rem stare aequum puto, non animum ex re). BOET. cons. 2, 4 p. 34, 66 P. quae (*beatitudo*) nec apud aequanimos perpetua perdurat nec anxios tota delectat. *Bögel.*

cf. aequanimis. *de adverbii* aequanimiter *origine v. supra p. 1005, 51.*

Aequānus, -a *nom. gent.* CORP. IV 133 IIvir i. d. Aequanus. III 510 (*Patris*) Aequanae Sex. f. Musae sacerd(oti) Dianae ... Sex. A⟨equa⟩nus pa⟨t⟩. SIL. 5, 176 Soracte satum ... Aequanum. 5, 182. **Aequānius** *nom. gent.* CORP. V 2192 (*Venetiis ex schedis*) T. Aequanius. IX 2167 (*Caudii*) Sex. Aequanius Sex. f. Stel. leg. XXX. *cogn.* CORP. XIV 1080 (*Ostiae*) C. Gabinius Aequanius. V suppl. 1077, 83 Sex. Iulii Aequani Lauti.

Aequānus pagus *Vulceianae civitatis.* CORP. X 407 (*a. 323 p. Chr.*) pago Aequan⟨o⟩. *alius Ligurum Baebianorum* CORP. IX 1455 (*a. 101 p. Chr.*) II 2 pago Aequano. II 6 pago Aequano in Ligustino. 1, 42 in Be⟨neventano⟩ et Aequano. *possunt hi pagi nomen habere ab* Aequo *quodam possessore vel alter quod* Aequum Tuticum *spectat.*

? **aequargentus** am⟨...⟩ GLOSS. IV 203, 48 (*extat in uno Sangallensi, et hic postea deleta a manu prima scilicet ut mutila, omiserunt ceteri codd.*). *potest fuisse* ἀμφάργυρος.

f(undus) **Aequaricā(nus)** *Volceis* CORP. X 407, 3, 10.

Aequāsius, -ī *nom. gent.* CORP. XI 5276 (*Hispelli*) Cn. Aequasius C. f. Calvo⟨s⟩. V 594 (*Tergeste*) Equasia M. Cassi⟨.... VI 200, IV 41 Q. Equasius Faustu⟨s⟩.

aequātio, -ōnis *f. ab* aequare. GLOSS. II 12, 17 aequatio συγκεφαλαίωσις. 333, 54 ἴσωσις aequatio. CIC. Mur. 47 flagitasti ... aequationem gratiae dignitatis suffragiorum. off. 2, 73 capitalis oratio est ad aequationem bonorum pertinens. LIV. 8, 4, 3 si foedus [est], si societas aequatio iuris est. 34, 31, 18 nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate, sed per aequationem fortunae ac (ad *codd.*) dignitatis fore credidit ut multi essent qui arma pro patria ferrent. QVINT. decl. 261 tit. aequatio patrimoniorum (*titulus non genuinus*). NOVATIAN. trin. 31 (Migne 3, 979ᵃ) aequatione in utroque (*deo patre et filio*) ostensa. DICTYS 1, 19 per aequationem numeri atque partium quadripertitur exercitus. SYMM. epist. 9, 49 personarum *spondendi et spondendae* ... aequatio et honestate et possibilitate congruitas. orat. 1, 13 si qua inter cognatas caelitum potestatis huiusmodi esset aequatio. AMM. 26, 10, 10 inter arma condicionis aequatio leviora facit pericula. ENNOD. dict. 21 p. 491, 2 si inter illos tuae distributionis processisset aequatio. PS. BOET. geom. p. 400, 22 minutum per aequationem (*i. numerum divisorem communem*) maiorum est multiplicandum.

aequātor, -ōris *m. ab* aequare. CORP. XIII 1820 (*Lugduni*) Nobilis Tib. Caesaris Aug. ser(vus) aeq(uator) monet(ae). *cf. Kubitschek, PW. I 597.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aequēnsēs *v.* Aequum.

Aequī, -ōrum, *Αἶκοι* (*Αἰκοί*), *Αἴκουοι*, *Αἰκανοί*, *Αἰκουλανοί* (*nisi hae sunt formae corruptae*), *gens vetus Latii Romae vicina, post longa proelia devicta a. 450/304 a P. Sempronio Sopho; agri divisi inter duas colonias Latinas* Albam Fucentem *et* Carsiolos *quod restabat pertinebat ad municipium* Aequiculorum. *Mommsen, Corp. IX p. 388; Nissen, ital. Landeskunde I p. 514 sqq.; Hülsen, PW I 597.* *de* Aequis Faliscis *v. sub* Falerii. CIC. rep. 2, 36 Aequorum magnam gentem et ferocem et rebus populi Romani imminentem. off. 1, 35 maiores nostri Tusculanos Aequos Volscos Sabinos Hernicos in civitatem etiam acceperunt. OV. fast. 6, 721 olim Volscos Aequosque fugatos. FAST. Capitol. 292 ⟨de Aequ⟩eis et ⟨Volsceis⟩. 296 de Aequeis. 305. 450 P. Sempronius P. f. C. n. Sophus ... de Aequeis. 452. CORP. I, 1² p. 191 VII (= VI 1308) devictís Aequís et Volscís subactís. LIV. 1, 53, 8 Volscos ... et Aequos. 1, 55, 1 Tarquinius pacem cum Aequorum gente fecit. 2, 30, 3 Volsci Aequique et Sabini. *passim, plerumque cum Volscis coniuncti, hic illic cum Hernicis. nota* 3, 16, 2 aeterni hostes Volsci et Aequi (7, 30, 7). 3, 22, 3 ne qua pars hostium, qui Aequis mos erat, ad populandum veniret *Romam.* 4, 45, 4 Aequorum iam velut anniversariis armis adsueverat civitas. 5, 53, 7 veteres hostes vestri, Aequi Volscique (9, 45, 5). 10, 9, 7 rebellantes Aequos, cum praeter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent. VAL. MAX. 5, 2, 2. FLOR. 1, 5 pervicacissimi ... Latinorum Aequi et Volsci fuere et cotidiani, ut sic dixerim, hostes. SIDON. carm. 7, 60 cum turbine iuncto me Rutulus Veiens pariterque Auruncus et Aequus, Hernicus et Volscus premerent. *adi.* **Aequicus,** -a, -um. LIV. 2, 58, 3 Volscum Aequicumque ... bellum (3, 4, 3. 10, 1, 7).

Aequīculī, -ōrum, *cf.* Diod. 14, 117, 4 *ὑπὸ Αἰκουλανῶν τῶν νῦν Αἰκίκλων καλουμένων*, *hodie* Cicolano. VERG. Aen. 7, 747 te ... misere in proelia Nersae, Vfens, ... horrida praecipue cui gens adsuetaque multo venatu nemorum duris Aequicula glaebis (*nil novi dat* SERV.). OV. fast. 3, 93 Aequiculus acer (asper ς). LIV. 10, 13, 1 Carseolos colonia in agrum Aequiculorum deducta. VITR. 8, 20 Aequiculis ... in Italia ... est genus aquae quam qui bibunt efficiuntur turgidis gutturibus. VAL. MAX. 2, 7, 7 devictis Aequiculis (*sic recc.*, equicuralis *Laur. Bern.*, Aequis *epitomae*). PLIN. nat. 3, 108 ex Aequicolis interiere Comini Tadiates *eqs.* 25, 86 in Aequicolis circa vicum Nervesiae. SIL. 8, 369 Aequicula rura. SVET. Vit. 1 adversus Aequiculos. NOT. Tir. 88, 71 Aequiculum (*post* Nomentum). *fabula fortasse ex veriloquio* (aequum colere) *nata:* LIV. 1, 32, 5 Numa ... ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur (*cf. Dionys.* 2, 72 SERV. Aen. 10, 14. AVCT. de praen. 1 ab Aequiculis). *inde elogium* CORP. VI 1302 Fert. Erresius rex Aequeicolus. *cf. Mommsen, Corp. I, 1² p. 202.* servi *publici libertinive*: CORP. IX 4112 Apronianus r(ei) p(ublicae) Aequicul(anorum) ser(vus) ark(arius) cum Aequicula Bassilla et Aequiculo Aproniano fil(io). *adi. et nom. incol.* **Aequīculānus** *vel* **Aequīclānus.** CORP. IX 4885 patrono Aequiculanor(um) Caeninensi(um). 4886 patrono A⟨equi⟩culanorum Caeni⟨nensium⟩. 4112 (*v. l. 45*). 4128 (duum)vir(o) Aequicl(anorum). 4118 s(enatus) p(opulus)q(ue) A(equiculanorum). PLIN. nat. 3, 106 in ora ... Aequiculanorum Cliternini Carseolani. LIB. col. grom. p. 255, 17 Ecicylanus ager. SERV. Aen. 10, 14 ad gentem Aequiculanam. *nom. mul. lib.*: CORP. IX 4412 (*Forulis*) Epictetus et Aequiculana.

aequiangulus, -a, -um. [*cps. ex* aequus *et* angulus, *cf. c. gr.* *ἰσογώνιος*. *Th.*] PS. BOET. grom. p. 392, 10 circa datum circulum quinquangulum aequilaterum et aequiangulum designare. 392, 12.

? **aequibilis,** -e. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 140 si⟨c⟩ (*egestate et vaporatione*) enim aequibilis (*οὐρητικώτατος Hippocrates*) aeger fi[a]t, hoc est urina facilior. *latere videtur vocabulum ab* aqu- *derivatum.*

aequiclīnātum, -ī *n.* [*ab* aequus *et* clinatus. *Th.*] *figura ὁμοιόπτωτον.* CARM. de fig. 103 aequiclinatum (aequae clinatum *cod.*) est quod casu promimus uno: 'auxilium, non consilium', 'rata, non cata verba'. *opp.* multiclinatum, *πολύπτωτον*.

Aequīcolī, Aequīculī *v.* Aequi.

aequicrūrius, -a, -um. [*ab* aequus *et* crus, *cf. c. gr.* *ἰσοσκελής*. *Th.*] MART. CAP. 6, 712 trigonus ⟨est⟩ ... *ἰσοσκελής*, quod ex tribus lineis duas aequales habet, quibus quasi cruribus insistit, denique aequicrurium (*supple* genus *vel* schema) vocitatur. BOET. anal. pr. 1, 37 p. 678ᵃ aequicrur⟨i⟩us *triangulus. cf.* AVSON. 350 *sub* aequilaterus.

aequidiālis, -e. [*ab* aequus *et* dies, *cf. c. gr.* *ἰσήμερος*. *Th.*] PAVL. FEST. 24 aequidiale apud antiquos dictum est quod nunc dicimus aequinoctiale, quia nox diei potius quam dies nocti adnumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt, *ἰσημερίαν* idest aequidiale dicentes. CHALC. comm. 55 medius et maximus omnium *circulorum* bis dividens sphaeram aequidialis, quem isemerinon adpellant. 66. 67 (*bis*). 68. GLOSS. *ἰσήμερος*, *ἰσημερινός*. II 565, 26 a⟨e⟩quidialis aequinoctium (*sic*).

aequidicus, -a, -um. [*ab* aequus *et* dicere, *cf c. gr.* *ἰσόλεκτος*. *Th.*] DIOM. gramm. I 498, 25 *versus* ut sint ... aequidici ... *ἰσόλεκτοι*. 499, 18 aequidici sunt, qui singulis propositionibus antithetas apparant dictiones, ut (Verg. ecl. 2, 18) 'alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur'. Caesius aequidicus *in titulo Ligoriano* CORP. VI 3440*.

aequidiēs, -ī. *ab* aequus *et* dies, *cf.* aequinoctium. *circulus aequinoctialis.* CARM. de sphaera (anth. 761 poet. min. V 68) 31 aequidies (*nom.*) capit octonas, hinc inde quaternas *partes hemicyclii.* GLOSS. II 565, 29 a⟨e⟩quidies aequinoctium.

aequidistāns, -tis. [*ex* aeque distans *coaluit. Th.*] HYG. grom. p. 129, 20 quaestionem ... an ordines aequidistantes (nequit instantes *Arcerianus*), an pari condicione et an simili genere vitium (AGENN. grom. p. 13, 14). MART. CAP. 8, 817 *mundi circuli* alii paralleli, quos aequi⟨di⟩stantes latine possumus memorare. *cf.* aeque *sub I.*

aequiformis, -e. [*ab* aequus *et* forma *derivatum. Th.*] DIOM. gramm. I 498, 25 *versus* ut sint ... aequiformes ... *ἀπρόσχημοι*. 499, 6 aequiformes sunt, qui non composita, sed simplici figura ostentantur, ut (Verg. Aen. 7, 171) 'urbe fuit media, Laurentis regia Pici'. nusquam hic enim duae partes orationis nectuntur. ITALA (Mar. Victor. Migne 8, 1225ᵈ) Philipp. 3, 21 qui transfiguravit corpus humilitatis nostrae, ut sit aequiforme (*σύμμορφον τῷ σώματι*, VVLG. configuratum corpori) cum corpore gloriae ipsius.

gemini **aequigenī** GLOSS. IV 346, 20 (V 600, 49 aqu-). IV 596, 15 geminos binos aequigenus (603, 29). *ab* aeque *et* gignere.

aequigradum aequi caelere GLOSS. IV 405, 10, *puto* aeque celerem.

aequilātātio, -ōnis *f.* [*ab* aequus *et* lātus *derivatum, cf. c. gr.* *ἰσοπλατής*. *Th.*] VITR. 8, 7, 3 tunc a centro diducto circino ad lineam planitiae aequilatatio signetur.

aequilaterālis, -e. [*ab* aequus *et* latus, *cf. c. gr.* *ἰσόπλευρος*, *item* aequilaterus *et* aequilatus. *Th.*] CENS. 8, 6 hexagoni aequilateralis forma.

aequilaterus, -a, -um [*v. l. 24*]. AVSON. 350 (p. 208, 44 P.) *in ostomachia ossicula* sunt ... ⟨aequicruria vel *addidi*⟩ aequilatera [vel] triquetra ..., isoscela ipsi (*Graeci*) vel isopleura vocant. MART. CAP. 6, 712 trigonus ⟨est⟩ aut *ἰσόπλευρος*, quod latine aequilaterum dicitur, quod tribus paribus lineis lateribusque concurrit. 6, 724 trigonum aequilaterum. FRG. Cens. 7, 2. PS. BOET. grom. p. 378, 11 triangulum. 380, 4. 6. 16. 25. 381, 3 arithm. 2, 8 p. 93, 4 Fr. MART. CAP. 6, 712 *tetragonorum* secunda species quae directiangula est non aequilatera et dicitur *ἑτερομήκης*. tertia aequilatera est non tamen directiangula et dicitur *ῥόμβος*. BOET. arithm. 2, 25 p. 113, 15 Fr. omnis cybus ab aequilateris quadratis profectus. PS. BOET. grom. p. 378, 20 quadrilaterarum ... figurarum quadratum vocatur quod est aequilaterum atque rectiangulum *et bis in seqq.* PS. BOET. grom. p. 392, 9 quinquangulum aequilaterum et aequiangulum. 11.

? **aequilātium** aequatio GLOSS. IV 405, 11. V 591, 3. aequilancium *Arevalo*, aequilavium *Götz.* *cf. tamen* aequilatatio.

aequilatus, -eris [*v. l. 24*] *adi.* AVSON. 336, 51 per trinas species trigonorum regula currit: aequilatus vel crure pari vel in omnibus impar.

aequilavium significat ex toto dimidium, dictum a lavatione lanae, quae dicitur aequilavio redire, cum dimidium decidit sordibus PAVL. FEST. 24. [*cf. c.* aequus *et* lavare. *Th.*]

aequilībrātio, -ōnis. *ab* aequilibrare. CASSIAN. inst. 8, 4, 4 examinatione iustitiae et aequilibratione. conl. 1, 21, 2 in nostri pectoris trutina conlocantes aequilibratione iustissima perpendamus. 4, 12, 5 pugnae aequilibratio iusta succedens. MAR. VICTOR. verb. script. (Migne 8, 1011ᵇ) 4 aequilibratio ... diei et noctis definita extiterat.

aequilībrātus, -a, -um *v.* aequilibro.

aequilībris, -e. [*ab* aequus *et* libra *vel* librare. *Th.*] VITR. 5, 12, 4 ad ipsam aquam ... margines struantur aequilibres. ITALA cod. Lugd. exod. 37, 16 *fecerunt* velamen ianuae ... aequilibrae positionem atrii (*ἐξισούμενον τοῖς ἱστίοις τῆς αὐλῆς*, *deest in* VVLG. 36, 37); *puto* aequilibre ad positionem. GLOSS. II 230, 33 *ἀντίρροπος* equilibris. 333, 20 *ἰσόρροπον* aequilibrum. 565, 27 aequilibris e[t]qualiter pensans.

aequilībritās, -tis *f.* [*ab* aequilibris. *Th.*] CIC. nat. deor. 1, 109 confugis ad aequilibritatem (sic enim *ἰσονομίαν*, si placet, appellemus). CHALC. transl. 32 ex quattuor ... materiis praeclaram istam machinam ... fabricatus est amica partium aequilibritatis ratione sociatam (*σῶμα ... δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν*).

aequilībrium, -ī *n.* [*cf. c.* aequilibris. *Th.*] GLOSS. II 12, 15 aequilibrium *ἰσοσταθμία*. II 565, 1 aequaelibrium (*sic*) aequa pensatio. SEN. nat. 3, 25, 6 hoc est cur quaedam signa supra aquam paene tota efferantur, quaedam ad medium submissa sint, quaedam ad aequilibrium aquae descendant. COLVM. arb. 5, 2 *vitis* undique velut aequilibrio stabilita in se requiescit. SOLIN. 1, 17 dicta ... est Roma quadrata, quod ad aequilibrium foret posita. NOT. Tir. 101, 77 aequilibrium *post* sesquilibra. *translate*: GELL. 20, 1, 15 cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quaero, an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium. 33 ad alterius rupturae, ut ais tu, 'aequilibrium'.

aequilībro, -āre. *ab* aeque *et* librare. AGENN. grom. p. 61, 14 eo ... elementorum natura terrae aequilibratur. TERT. adv. Hermog. 41 in neutram ... partem pronus et praeceps, mediae quod aiunt aginae aequilibrato impetu ferebatur.

aequiloquus iusta sive recta loquens GLOSS. IV 19, 38. V 490, 33 iuste loquens. *in simili glossa ter* aequilocus (V 164, 12. 437, 49. 615, 16). [*ab* aequus *et* loqui. *Th.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aequimanus, -ūs. [*ab* aequus *et* manus, *cf. c.* aequipes. *Th.*] ISID. orig. 10, 21 aequimanus appellatus, qui utraque manu gladio incunctanter utitur (GLOSS. Plac. V 45, 16). GLOSS. II 402, 29 περιδέξιος aequimanus. 565, 20 aequimanus bylipti saxonice. ALBIN. gramm. VII 297, 8 aequimanus quoque per ae, id est ambidexter, qui utraque manu utitur pro dextra. AVSON. 347, 3 quis mirmilloni contenditur? aequimanus Thraex. SYMM. epist. 9, 110 pari nitore atque gravitate senatorias actiones et Romanae rei monumenta limasti, ut plane Homerica appellatione usus περιδέξιον [id est aequimanum] te esse pronuntiem. *glossam inclusit Seeck.* *V.*

Aequimēlium, -ī, *Dionys. Hal.* Αἰκυμήλιον, *locus in urbe prope Capitolium.* VARRO ling. 5, 157 Aequimelium, quod a⟨e⟩quata Meli domus publice, quod regnum occupare voluit is. *sim.* LIV. 4, 16, 1 *sq.* VIRI ill. 17, 5. CIC. dom. 101 Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata; ... aequum accidisse populus Romanus Maelio iudicavit: nomine ipso Aequimelii iustitia poenae comprobata est. *sim.* VAL. MAX. 6, 3, 1. *adde* CIC. div. 2, 39 LIV. 24, 47, 16. 38, 28, 3. *Diehl.*

aequimembris, -e, ἰσόκωλος, *ab* aequus *et* membrum. BOET. top. Arist. 6, 5 p. 983ᵈ aequimembris ... dicitur oratio *definitionis* esse, quando quot fuerint composita, tot et in oratione nomina et verba fuerint.

aequimodus, -a, -um (*terminus graecus non traditus*) *ab* aequus *et* modus. BOET. syll. hypoth. 2 p. 859ᵇ saepe aequimodae propositiones ponuntur ... ac de aequimodis quidem nullus est syllogismus. aequimoda propositio est, si ita dicamus: si a est, b est, et si est a, non est c, at si sunt i n a e q u i m o d a e, faciunt syllogismum. *passim in eodem libro, etiam adv.* **aequimodē** *legitur*: id vocatur non aequimode praedicari. *V.*

[aequimentum] *v.* equimentum.

aequinoctiālis, -e. *ab* aequinoctium. GLOSS. ἰσημερινός. PAVL. FEST. 24, 5 aequidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus aequinoctiale, quia nox diei potius quam dies nocti adnumerari debet. *in versibus* CATVLL. 46, 2 SIDON. epist. 2, 10, 4 v. 7.

HYG. astr. 1, 6 p. 24, 21 c i r c u l u s aequinoctialis, qui a Graecis ἰσημερινός appellatur, ideo quod sol, cum ad eum orbem pervenit, aequinoctium conficit (ISID. orig. 3, 43, 3). VARRO ling. 9, 24 (*ibid.* solstitialis, septemtrionalis). 9, 25 (*v. sub* aequinoctium *p. 1010, 31*). SEN. nat. 5, 17, 2 septemtrionalis, solstitialis, aequinoctialis, brumalis. 7, 15, 2 PLIN. nat. 18, 281 AMPEL. 1, 4. HYG. astr. *passim.* SCHOL. Germ. Bas. p. 68, 17 FRG. Cens. 2, 2 (SCHOL. Germ. Sang. p. 105 Br.) AMM. 22, 15, 31 MACR. comm. 1, 15, 13. 1, 20, 29. MART. CAP. 8, 820 per quem sol ... mensuram noctis lucis aequalitate compensat. *saepius* (8, 878 aequinoctialis *sc. circulus*). ISID. orig. 10, 3 inhabitabilis. *enarratur* (*maxime ex Arat. 511 sqq.*): CIC. Arat. 285 *sqq.* (287 in quo ... sol ... exaequat spatium lucis cum tempore noctis). MANIL. 1, 575 *sqq.* (578 componit paribus numeris noctemque diemque. *cf.* 1, 673 lucem qui circulus aequat et umbras. 1, 689 tempora ... aequantem gyrum). GERM. 496 *sqq.* (497 in quo ... Phoebus ... dividit aequali spatio noctemque diemque). AVIEN. Arat. 992 *sqq.* (996 hic luci modus et tenebris sub lege magistra pensatur: nox aequa diem subit aemula). HYG. astr. 4, 3. CARM. poet. min. V 68, 60 qui lucis noctisque pares dat circulus horas. MART. CAP. 8, 829. e x o r t u s, o c c a s u s aequinoctialis *sim.*: GELL. 2, 22, 5 aequinoctialis oriens dicitur, cum *sol* in circulo currit, qui appellatur ἰσημερινός. VARRO rust. 1, 12, 1 *villa* posita ... ad exortos (*sic*) aequinoctiales. SEN. nat. 5, 16, 3 alius est ortus occasusque aequinoctialis ..., alius solstitialis, alius hibernus (APVL. mund. 13 SIDON. epist. 2, 10, 4 v. 7). PLIN. nat. 2, 120 exortum aequinoctialem (*ibid.* solstitialis, brumalis *vel* hibernus). 2, 143. 4, 110. 14, 133. 18, 33. 337. 331 ab exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem (2, 143. 16, 94. 17, 57. 18, 337 GELL. 2, 22, 6). VITR. 1, 6, 4 ab oriente aequinoctiali, ... ab occidente aequinoctiali (SEN. nat. 5, 16, 4. 5, *ibid.* hibernus, solstitialis. PLIN. nat. 2, 119, *ibid.* brumalis, solstitialis). 7, 13, 2 ad aequinoctialem orientem et occidentem. COLVM. 1, 5, 7. 1, 6, 1 PLIN. nat. 17, 168. 21, 80. GELL. 2, 22, 7 ab oriente verno, id est aequinoctiali (CET. FAV. 29 contra ⟨orientem⟩ aequinoctialem vernum, ... unde sol IX kal. Apr. oriatur. *cf. antea* contra orientem aequinoctialem). APVL. mund. 13. COLVM. 1, 6, 2 meridiem aequinoctialem. 1, 6, 3. t e m p u s aequinoctiale *sim.*: VITR. 9, 7, 1 sol aequinoctiali tempore Ariete Libraque versando. PLIN. nat. 2, 176. MART. CAP. 6, 600. MACR. comm. 1, 20, 30 unam temporis aequinoctialis horam. VITR. 9, 7, 7 dies aequinoctialis brumalisque itemque solstitialis. MACR. comm. 1, 20, 26. METROL. p. 139, 23. MART. CAP. 8, 875 aequinoctialis nox, quae bis anno contingit, par ... diei suo.

VITR. 9, 8, 14 aequinoctiales horas (*ibid.* solstitiales, brumales). PLIN. nat. 2, 213 horis non cuiusque diei aut noctis aut loci, sed aequinoctialibus. 2, 186. 216. 6, 212—218 *passim.* 18, 221 CENS. 19, 2 MART. CAP. 6, 595. VITR. 9, 1, 1 umbra gnomonis aequinoctialis (*i. umbra gnomonis tempore aequinoctiali, cf.* 9, 7, 1). 9, 7, 3. 2 (*sine* gnomonis). 1, 6, 9 *plur., item* 9, 6, 1. 9, 7, 1. 9, 1, 1 (*sine* gnomonis). VITR. 9, 7 *in horologio describendo*: 3 solis aequinoctialis radius. 4 (*sine* solis, *item* 5. 6). 6 e centro aequinoctiali. 7 sive per hibernas lineas sive per aestivas sive per aequinoctiales. *ad temporis aequinoctialis e f f e c t u s pertinent*: CATVLL. 46, 1 *sq.* iam ver egelidos refert tepores, iam caeli furor aequinoctialis iocundis zephyri silescit auris. SEN. nat. 3, 28, 6 aestus (*sc. maris*). COLVM. 2, 4, 11 primis pluviis aequinoctialibus. 4, 23, 1. VEG. mil. 4, 39 VIII kal. Oct. aequinoctialis evenit acerba tempestas. s i g n u m aequinoctiale *sim.*: FRG. Cens. 2, 6 (SCHOL. Germ. Sang. p. 107) tropicorum *signorum* duo sunt aequinoctialia, Aries et Libra, duo solstitialia, Capricornus et Cancer. HYG. fab. 133 p. 114 *et* MART. CAP. 8, 874 Aries aequinoctialis. MART. CAP. 8, 874 Libra. p l a g a aequinoctialis *sim.*: APVL. mund. 11 aequinoctialis plagae. PROB. georg. 1, 233 p. 364 H. (*cf.* LVCAN. 5, 24 plaga ... qua ... axis nec patitur noctes nec iniquos crescere soles). PROB. georg. 1, 233 p. 362 H. zonam, quae graece dicitur ἰσημερινή, latine aequinoctialis. *singularia quaedam*: MACR. comm. 1, 20, 30 solis diametros centesima et octava pars hemisphaerii aequinoctialis est. MART. CAP. 8, 874 sol cum ad Cancrum ab aequinoctiali parte conscendit (HYG. astr. 4, 2 p. 100, 4). SCHOL. Arat. 183 aequinoctiales sortes.

synonymum: aequidialis (CHALC., *apud quem passim* aequinoctium, *nusquam* aequinoctialis *legitur*). *Dittmann.*

Aequinoctiō (abl.) *statio Pannon. sup.* ITIN. Anton. 248 TAB. Peut. 5, 2. NOT. dign. occ. 34, 8 A e q u i n o c t i a e. 19 *sub duce Pannoniae primae* equites Dalmatae, Aequinoctiae. *v. Tomaschek, PW. I 598.* *Diehl.*

aequinoctium, -ī *n.* [*ab* aequus *et* nox, *cf. c. gr.* ἰσημερία. *Th.*] GLOSS. ἰσημερία, ἰσημέριον, ἰσονύκτιον. SERV. Aen. 2, 305 aequinoctium et ἰσημερία *per contrarium appellata.* VARRO ling. 6, 8 cum *sol* venit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox, aequinoctium dictum. PLIN. nat. 18, 220 *lux* aequatur noctibus verno aequinoctio. *ibid.* tum (*aequinoctio autumnali*) aequata die(i) ⟨nox⟩. ISID. orig. 5, 34, 1 aequinoctium appellatum, quod tunc dies et nox horarum spatio aequali consistunt (nat. 8, 2).

VARRO ling. 9, 25 sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra cum ad solstitium venit, ad aequinoctialem circulum et inde ad brumam. SEN. nat. 5, 16, 3 bis ... aequinoctium est. ISID. orig. 5, 34, 3 duo sunt aequinoctia: unum vernale et aliud autumnale, quae Graeci ἰσημερίας vocant. sunt autem haec aequinoctia die VIII kal. Apr. et VIII kal. Oct. nat. 8, 1 (*item plural.*: PLIN. nat. 2, 188. 215. 11, 107. 13, 132 CHALC. comm. 77. 124 FAVON. EVLOG. p. 12, 15 MART. CAP. 8, 874). GLOSS. a e q u i n o c t i u m v e r n u m (vernale) ἰσημερία ἐαρινή. aequinoctium vernum: CATO agr. 44. 161, 2 VARRO rust. LIV. VITR. COLVM. PLIN. nat. VLP. CENS. FRG. Cens. CHALC. *al.* (v. a.: VARRO rust. LIV. COLVM. MELA PLIN. VLP.). aequinoctium vernale: COLVM. arb. 25, 1 COMM. Bern. Lucan. 4, 58. 8, 469 (v. a.: SOL. 16, 3 SERV. georg. 1, 208 MACR. sat. 1, 21, 6). aequinoctium temporis verni: AMM. 17, 12, 4. aequinoctium primum: COLVM. 9, 14, 1 (*cf.* alterum: VARRO rust. 3, 16, 13 ' PLIN. nat. 18, 221). GLOSS. a e q u i n o c t i u m a u t u m n a l e (autumni) ἰσημερία φθινοπωρινή (μετοπωρινή). aequinoctium autumnale: VARRO rust. VITR. COLVM. 7ⁱᵉⁿˢ MELA PLIN. nat. *bis* VLP. CENS. FRG. Cens. AMM. (aut. aeq.: LIV. SEN. COLVM. *semel* PLIN. nat. *bis* CHALC. VEG. MART. CAP.). aequinoctium autumni: COLVM. *ter* PLIN. nat. *13ⁱᵉⁿˢ* PALLAD. (aut. aeq.: COLVM. *ter* PLIN. nat. *bis* PALLAD.). aequinoctium autumnum: PLIN. nat. 4, 89 ab aequinoctio verno in autumnum. *cf.* VARRO rust. 3, 16, 13 ab aequinoctio verno ... ad alterum aequinoctium [autumnum]. PLIN. nat. 17, 117 *et* 19, 108 ab aequinoctio autumno. 19, 163 *et* 21, 55 post aequinoctium autumnum. 21, 25 per aequinoctium autumnum. aequinoctium Librae: COLVM. 9, 14, 11. *quando fiant*: VARRO ling. 7, 14 *significat* Libra aequinoctium (*sc. autumnale*). rust. 1 capit. p. 4, 15 vernum aequinoctium, quod est VIII kal. Apriles. p. 4, 32 aequinoctium autumnale ... est a. d. V kal. Oct. VITR. 9, 3, 1 sol ... cum Arietis *signi* partem VIII pervagatur, perficit aequinoctium vernum. 9, 3, 2 in Librae parte VIII perficit aequinoctium autumnale. COLVM. 9, 14, 1 aequinoctio primo, quod mense Martio circa VIII kal. Apr. in VIII parte Arietis conficitur (arb. 5, 5). 9, 14, 10 autumni aequinoctio, quod est ante kal. Oct., cum VIII partem Librae sol attigit. 9, 14, 11 circa VIII kal. Oct. 9, 14, 12 Hipparchi ratio ... docet solstitia et aequinoctia non octavis, sed primis partibus signorum confici. PLIN. nat. 18, 220 omnes eae differentiae fiunt in octavis partibus signorum, bruma Capricorni, ... aequinoctium vernum Arietis, solstitium Cancri, alterumque aequinoctium Librae, qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. 18, 246 aequinoctium vernum a. d. VIII kal. Apr. peragi videtur. 18, 311 extr. ipsum aequinoctii sidus VIII kal. Oct. *significat.* FRG. Cens. 2, 2 (SCHOL. Germ. Sang. p. 105) *circulus* aequinoctialis ... VIII parte Arietis aequinoctium vernum, VIII Librae parte autumnale constituit. ISID. *supra l. 33 sqq.* FAST. Polem. Silv. VIII kal. Apr. aequinoctium. principium veris. crucimissio gentilium. Christus passus hoc die. *ib.* VIII kal. Oct. aequinoctium. MENOLOG. rust. Colot *et* Vall. *aequinoctia discriminant tempora*: SEN. nat. 7, 28, 1 aequinoctium in calorem frigusque flectentis anni *signum.* PLINIO nat. 2, 215 *cum* bruma *et* solstitio *sunt* temporum articuli, 18, 220 *cum isdem* cardines temporum. VLP. dig. 43, 20, 1, 32 aestatem incipere ... ab aequinoctio verno et finiri aequinoctio autumnali (*aliter* PLIN. nat. 18, 222 ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVIII Vergiliarum exortus matutinus). 43, 13, 1, 8. *tempestatem significant*: COLVM. 11, 2, 31 extr.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IX et VIII kal. Apr. aequinoctium vernum tempestatem significat. 11, 2, 66 VIII kal. Oct. et VII et VI aequinoctium autumnale pluviam significat. PLIN. nat. 2, 108 quin partibus quoque signorum quorundam sua vis inest, ut autumnali aequinoctio bruma⟨e⟩que, cum tempestatibus confici sidus intellegimus, nec imbribus tantum tempestatibusque, sed multis et corporum et ruris experimentis. 2, 215 *aestus maris* duobus aequinoctiis maxime tumentes, et autumnali amplius quam verno. 18, 220 *et* 311 *supra p. 1010, 67. 71.* TAC. hist. 5, 23 crebris per aequinoctium imbribus. ann. 1, 70 impulsu aquilonis, simul sidere aequinoctii. *observantur ab agricolis*: CATO agr. VARRO rust. COLVM. PLIN. nat. *multa docent, quae facienda sint aut fiant* ante, post, secundum, circiter, circa, ad, in, per aequinoctium, ab aequinoctio (*i. post aequinoctium*), aequinoctio (*i. tempore aequinoctii*). *a navigaturis*: CIC. Att. 10, 17, 3 nunc quidem (*a. d. XVII kal. Iun.!*) aequinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. 12, 28, 3 Publilius, si aequinoctium exspectat ... navigaturus videtur. CAES. Gall. 4, 36, 2 propinqua die aequinoctii infirmis navibus hiemi navigationem subiciendam non existimabat. 5, 23, 5 ne anni tempore a navigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat. LIV. 31, 47, 1 iam autumnale aequinoctium instabat, et est sinus Euboicus ... suspectus nautis. itaque ante hiemales motus evadere inde cupientes. 37, 9, 5 Rhodii ... aequinoctio verno *classem emittunt*.

iuncturae nominales: aequinoctii: CAES. Gall. 4, 36, 2 dies. PLIN. nat. 2, 182. 6, 212. 18, 254 diebus primis. *cf.* VLP. dig. 43, 20, 1, 34 initium verni aequinoctii. PLIN. nat. 2, 176 paribus horis (*cf.* 2, 213 aequinoctio tantum pares *horarum* mensurae). ORIBAS. syn. 5, 53. PLIN. nat. 18, 311 extr. sidus. TAC. ann. 1, 70. *cf.* PLIN. nat. 2, 108. *verbales*: VARRO ling. 9, 25 sol venit ad aequinoctium. VITR. 9, 3, 1. 2 perficit aequinoctium. COLVM. 9, 14, 11 *aequinoctium* conficitur circa VIII kal. Oct. 9, 14, 12 aequinoctia confici. 11, 2, 35 post confectum aequinoctium. *saepius, item* PLIN. nat. AMM. HYG. astr. COLVM. 2, 11, 9 transacto aequinoctio verno. AMM. 17, 1, 10 exacto. CHALC. comm. 78 sol ... facere videtur aequinoctium vernum. ISID. orig. 3, 43, 3. MART. CAP. 8, 874 sol tenens aequinoctia.

aequinoctius *adi. ab* aequinoctium. HILARIAN. de die paschae 5 (Migne 13, 1109ᵃ) institutus a domino ... aequinoctius (*sc. dies*) qui ... VIII kal. Apr. invenitur. *cf.* 4 dies ... in quo lucem noctemque dominus deus fecit aequalem. *Dittmann.*

(**aequiparis**), -paris. [*ab* aequiperare aequiparare *tractum esse videtur. Th.*] APVL. flor. 3 p. 15 Oud. *Apollinis* lingua fatidica *est*, seu tute oratione seu versibus malis, utrobique facundia aequipari. AVSON. 347, 14 p. 165 P. bissenas partes quis continet aequipares? as. 336, 58 p. 203 P. aequipares dirimens partes ex inpare terno. SIDON. epist. 8, 6, 1 licet in persona unius eiusdemque (*in Caesare*) tempore suo principis viri castrensis oratoriaeque scientiae cura certaverit ferme gloria aequipari. *Oertel.*

aequipedus, -a, -um. [*ab* aequus *et* pes, *cf. c. gr.* ἰσοσκελής. *Th.*] APVL. Plat. 1, 7 aequipedum ... trigonum. *V.*

aequiperābilis, -e. *ab* aequiperare. PLAVT. Curc. 168 quid vidisti aut quid videbis magis dis a e q u i p a r a b i l e (*cf.* APVL. Socr. 3 p. 124 Oud. Plato caelesti facundia praeditus, aequiperabilia diis immortalibus disserens). Trin. 466 ita tu nunc dicis, non esse aequiperabiles (*sic AP*) vostras c u m nostris factiones atque opes? PRVD. ham. 79 non conferre deo velut aequiperabile quidquam ausim nec domino famulum componere signum. SIDON. epist. 5, 10, 3 non modo non superiora, sed vix aequiperabilia *scribere*.

aequiperantiae, -ārum *f. ab* aequiperare. TERT. adv. Val. 16 aemulas aequiperantias corpulentiarum *scil.* incorporabilibus.

aequiperātio, -ōnis *f. ab* aequiperare. GELL. 5, 5, 7 *Antiochus* de numero exercitus sui ac de aestimanda aequiperatione quaesiverat (*cf.* MACR. sat. 2, 2, 3). 14, 3, 8 aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter sese consimilium ... speciem ... aemulationis creat.

aequiperātīvus, -a, -um. *ab* aequiperare. *terminus grammaticorum*: PRISC. gramm. III 272, 27 *verba* aequiperativa, quae dativo adiunguntur. *eadem dicit* 274, 3 aequiperantia *et dat exempla* luctor tibi, sermocinor, certo, loquor, altercor, invideo tibi. *cf.* aequipero *p. 1012, 21.*

aequiperātor, -ōris *m. ab* aequiperare. VIRG. gramm. p. 106, 19 H. ut eorum ... non solum aequiperator, sed etiam praecessor exstiteris.

aequipero, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* aequus, *sed verbi fictio et origo parum perspicua. Th.*] GLOSS. ἐξισῶ, ἐξισοῦμαι; comparo, aequo; aequiperat: coaequat, adsimilat vel paria facit, aequat id est aequa et paria facit, pares facit; aequipera⟨n⟩t: conpensant, similant; aequiperet: aequalem faciat; aequiperabitur: similabitur. aequiparo *non traditur nisi* TERT. adv. Val. 8 (Leid.) IREN. 2, 4, 1 PANEG. 10, 3 p. 215, 4 AVG. serm. 214, 3 c. Iul. op. imp. 6, 23 SYMM. epist. 9, 71, 1, *cf. etiam l. 50; videtur antiquariis deberi.* aequippero: GLOSS. V 262, 44. SYMM. epist. 5, 45 *et* 7, 91 (*cod. V*). aequiperans esset *pro* aequiperaret: CORIPP. Ioh. 4, 513 *v. p. 1013, 6. cf.* IREN. 2, 4, 1 *v. p. 1012, 42. formas passivas vide sub I; verbum enim passive non construitur nisi cum idem significat quod comparo. de structura*: ARVS. MESS. gramm. VII 454, 23 aequipero illum. *locus mutilus*: FEST. 351, 13 ...⟩tilitas aequiperet mo⟨....

I *comparo, confero. aliquid ad aliquid*: PLAVT. Mil. 12 tum bellatorem .... Mars haud ausit dicere neque aequiperare suas virtutes ad tuas. *aliquem sive aliquid alicui vel rei*: LIV. 5, 23, 6 Iovis Solisque equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahebant. 38, 10, 5 *Leon* vulgata similitudine, mari tranquillo, quod ventis concitaretur, aequiperando multitudinem Aetolorum usus. FRONTO p. 206, 10 N. *Hadrianus* uni omnium Romanorum principum Numae regi aequiperandus (*cf.* CAPITOL. Pius 13, 4 qui *Pius* rite compareretur Numae). SIDON. epist. 4, 3, 1 quarum (*aurium tuarum*) peritiae ... nec Frontonianae gravitatis aut ponderis Apuleiani fulmen aequiperem. RVRIC. epist. 1, 16 (*in titulo*) domino venerabili ... et sanctis omnibus aequiperando fratri Sidonio. EVCHERIA 4 Sericeum tegmen, gemmantia texta (tecta *codd.*) Laconum pellibus hircinis aequiperanda loquor. *nota*: GELL. 3, 7 (*in lemmate*) quibus *verbis M. Cato* Caedici virtutem c u m Spartano Leonida aequiperat (CIC. Mur. 31 *nos legimus* aequa parta cum ... fratre gloria, *contra Madvig. opusc. II 371*). OROS. hist. 7, 39, 16 si exhibitam Neronis imperatoris sui spectaculis inflammationem recenseam, procul dubio nulla comparatione aequiperabitur s e c u n d u m id (*sc. incendium*), quod excitaverat lascivia principis, hoc, quod nunc intulit ira victoris (*i. Alarici et Gothorum*). *terminus grammaticorum* (*v.* aequiperativus *p. 1011, 64*): PRISC. gramm. III 219, 19 *nomina* aequiperantia ... et verba, quae Graeci ἰσοπαλῆ vocant (*cf.* 268, 29. 271, 29 *verba.* 274, 3).

II *aequo, adaequo, aequus sive par sum*: *de hominibus et rebus* (*accedit abl. instr. sive limit. aut* in *cum abl.*): *absolute sive obiecto non indicato*: ENN. epigr. 4 nemost qui factis (*abl.*, me *add. Orelli apud* CIC. Tusc. 5, 49) aequiperare queat. PACVV. trag. 153 ut ista (si ita *codd.*) sunt promerita vestra, aequiperare (*sc. vos vel ea*) ut queam vereor. VLP. dig. 50, 17, 104 ubi ... aequiperant *actiones*, famosa iudicia, etsi summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt. PANEG. 10, 3 p. 215, 4 quis ... aspirare laudes tuas audeat aequiparandi magis spe quam gratia non tacendi. AVG. serm. 214, 3 quis verbis explicet, quis aequiparet laudibus, quantum nobis bonum contulerit passio salvatoris? CASSIAN. inst. praef. 4 nec vitae meae ita aequiperant merita (*nom.*) ut confidam. *sequitur* cum: ENN. ann. 145 cum concordibus aequiperare. *cum dat.*: PACVV. trag. 407 nam si quae eventura sunt provideant, aequiperent Iovi. APVL. Plat. 1, 2 talis ... ac de talibus Plato non solum heroum virtutibus praestitit, verum etiam aequiperavit divum potestatibus. TERT. adv. Val. 8 aequiparando parentibus. IREN. 2, 4, 1 *vacuitas est* aequiparans (*v. p. 1011, 81*) in tempore ... Bytho omnium Patri. OPT. PORF. 20ᵇ, 13 *versum* dimidium numero (*sc. litterarum*) Musis (*i. rhythmorum*) tamen aequiperantem. *cum acc.*: PLAVT. Trin. 1126 neque esse hominem, ... quoi fides fidelitasque amicum erga aequiperet tuam (Cas. 427 *e coni. Leonis*). NEP. Them. 6, 1 ut ipsam urbem dignitate aequiperaret *Piraeus portus*, utilitate superaret. Alc. 11, 3 ut nemo eum (*Alcibiadem*) labore corporisque viribus posset aequiperare. VERG. ecl. 5, 48 nec calamis solum aequiperas, sed voce magistrum. OV. Pont. 2, 2, 94 ducis ore deos aequiperante frui. 2, 5, 44 tu ... ingenio mores aequiperante places. LIV. 37, 53, 15 ut nemo sociorum vestrorum me aequiperare posset. SVET. Aug. 94 suboles adeo in paucis diebus adolevit, ut non aequiperaret modo matricem, verum et obtegeret. Nero 53 Apollinem cantu, Solem aurigando aequiperare. FRONTO p. 8, 11 N. neque vero umquam ratio fortunam aequiperat neque maiestate neque usu neque dignitate. 31, 8 Theopompum aequiperare (*praecedit* absum ... a). 87, 12 utrum facti virtus ornaverit orationem an oratio factum aequiperaverit, incertus sum. APVL. Socr. 8 p. 139 Oud. ⟨decem⟩ stadia altitudo fastigii *Olympi* non aequiperat. flor. 7 p. 24 Oud. *Alexander* successus ... eius amplissimos et provocavit ut strenuus et aequiperavit ut meritus et superavit ut melior. 16 p. 72 Oud. qua remuneratione dicendi gloriam tui facti aequiperem. CARM. de philom. 6 nulla *avis* potest modulos aequiperare tuos. AVSON. 408, 20 p. 244 P. telios *sex* primus ... par atque impar partibus (*abl.*) aequiperat. 419, 25 p. 360 ut ... Augusti tredecim consulatus aequiperes. SYMM. epist. 1, 94 ne inpar tanto viro praedicatio ... eum, cui defertur, *non* aequiperet. 2, 64 (63), 2 eritne tempus optatum, quo istam mentem paribus pro te officiis districtus aequiperem? 2, 86, 2 amorem in nos tuum aequiperare non possumus. 5, 45 ad aequiperandum (aequipper- *cod. V*) officium, quo me agnosco devinctum. 7, 91 provectus in cumulum gloriae magnitudinem iudicii imperialis aequiperes (-pp- *cod. V*). 9, 71, 1 ut officium scriptorum tuorum vicissitudine sermonis aequiparem. AMM. 22, 13, 1 *Daphnaei Apollinis* simulacrum ... Olympiaci Iovis imitamenti aequiperans magnitudinem. 25, 4, 17 aequiperare ... in hac parte principem Hadrianum. 27, 2, 5 ut spatiis amplioribus occupatis aequiperare Romani hostium multitudinem apparerent. 28, 4, 18 Alexandri Magni itinera se putant aequiperasse vel Caesaris. 31, 12, 1 *Valens* aequiperare facinore quodam egregio adulescentem properans filium fratris. 31, 15, 13 discrimina potiorum. AMBR. exam. 5, 11, 34 *hortos* caeruli maris aequiperare picturam. PRVD. cath. 3, 85 quae ... lyra ... omnipotentis opus laudibus aequiperare queat. AVG. c. Iul. op. imp. 6, 23 *peccatum* nullo ... aequiparari reatu. MART. CAP. 6, 585 (*versus*) corpore sub nostro aequiperasse Iovem. SIDON. carm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 34 priscas (*i. Orphei*) aequiperare fides. 7, 117 Traianum nescio si quis aequiperet, ni fors iterum tu, Gallia, mittas, qui vincat. ENNOD. epist. 1, 14, 5 quis aestus aequiperare valeat tali divisione distracti. PRISC. perieg. 403 ... insula ..., consimilis folio platani, quod muris acutam aequiperat caudam, cuius iacet Isthmos imago. CORIPP. Ioh. 4, 513 non illum (*Cusinam Maurorum regulum*) aequiperans (*v. p. 1011, 80*) iaculis aut viribus esset vel Veneri dilectus Adon vel fortis Achilles. Iust. 1, 3, 28 aequiperans candore nives. 2, 74 pulcherrima proles, luce sua plenam quae possit vincere lunam, aequiperans umeris matrem. 2, 80 *propago* aequiperat... novis materna⟨m⟩ frondibus umbra⟨m⟩. ARATOR epist. ad Parth. 20 iuvenem sermone diserto Hesperios proceres aequiperare senes.

III *aeque comparo, emetior, ministro*: GELL. 20, 1, 34 talionem in eo, qui membrum alteri rupisset, vel ad amussim aequiperarent vel in librili perpenderent. OPT. PORF. 22, 6 ut tria *proposita vel negotia* felix nec fallax tribuens audaci in munere clarum aequiperes animum (*Apollo*). PALLAD. 3, 25, 16 si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quaeque vitiosa, ut alimentum ceteris sucus aequiperet et generosis abundantiam ministret.

synonyma: *v. p. 1011, 72 sqq.*

opposita: supero, vinco, obtego. *Oertel.*

aequipes, -dis. [*ab* aequus *et* pes, *cf. c.* aequimanus. *Th.*] DIOM. gramm. I 476, 13 (*de spondeo agens*) *cum* aequipedi (-de *A B*[1] *M*[1]) sono tibicinem (-cen *codd.*) sponda⟨u⟩lium canere iuberet.

aequipollēns, -tis. [*ab* aequus *vel* aeque *et* pollens, *cf. c. gr.* ἰσοδύναμος. *Th.*] PS. APVL. herm. p. 270 Oud. eadem servabimus etiam in aequipollentibus propositionibus. aequipollentes (ἰσοδυναμοῦσαι) autem dicuntur quae alia enuntiatione tantundem possunt et simul verae fiunt aut simul falsae *eqs.* p. 275 propositionibus aequipollentibus. p. 278 omnino opposita conclusio est, si isdem (*propositionibus*) manentibus aequipollentem e i u s inferas. SCHOL. Lucan. 1, 359 Weber: hoc dicit aequipollens. *adv.* **aequipollenter**. SCHOL. Lucan. 1, 645 hoc dicit aequipollenter sub specie interrogationis. 1, 650 hoc dicit aequipollenter.

aequipondium, -ī *n.* [*ab* aequus *et* pondus. *Th.*] *pondus mobile,* σήκωμα. *v. Mau, PW. I 598.* VITR. 10, 3, 4 cum ... aequipondium in alteram partem scapi...perducitur, paulo et inpari pondere amplissimam pensionem parem perficit per scapi librationem examinatio. longius ab centro recedens ita inbecillior aequipondii brevitas maiorem vim ponderis ... sursum versum egredi cogit. *de solstitio*: AVG. serm. Mai 49, 2 hodie ..., quo vos solem miramini aequipondio (-pendio *unus codex*) contineri.

aequipond(us), -eris *n.* RVFIN. recogn. 3, 11 p. 1288[c] *spiritus* patris ferens aequipondera ... post ingenitum consequenter bene connumeratus est.

aequiportio, ōnis *f. ab* aequus *et* portio. DION. EXIG. Procli de fide epist. Migne 67, 410[c] iustitiam optimam aequiportionem *dixerunt pagani.*

aequirēmus, -ī. *ab* aequus *et* remus. CHALC. transl. 34 dei prospicientia ... lēvem eum (*globum mundi*) et aequiremum indecilvemque et a medietate undiqueversum aequalem ... progenuit (λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ τε ἐκ μέσου ἴσον).

Aequīsius, -a *nom. gent.* CORP. VI 11176 (*ex schedis*) Aequisiae Martinae libertae ... P. Aequisius Aprilis. IX 4158 (*Aequiculis*) T. Vibienus T. f. Cla. Grassianus Aequisia C. f. uxor.

aequisonantia, -ae *f.* [*cf. c.* aequisonus. *Th.*] BOET. mus. 5, 11 p. 361, 31 Fr. consonantiis quae dividunt diapason aequisonantiam (aequi consonantiam consonantiis *cod. Monac. 18480*). 5, 14 p. 364, 4 pulsae ... *chordae* simul AK · HR · diapason aequisonantiam consonabunt.

aequisonātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* aequisonus. *Th.*] BOET. mus. 5, 12 ibi ... deprehenditur aequisonatio (-antio *Monac. 18480*, -atio *corr. in* -antia *Monac. 18478*).

aequisonus, -a, -um. [*ab* aeque sonare, *cf. c. gr.* ἰσόφθογγος ἰσότονος. *Th.*] CARM. de fig. 109 παρονομασία: supparile est, alia (tale *cod.*) aequisono si nomine dicas: 'mobilitas, non nobilitas'. BOET. mus. 5, 6 continuae ... non aequisonae voces ab harmonica facultate separantur. 5, 11 p. 361, 4 Fr. non unisonarum ... vocum aliae quidem sunt aequisonae, aliae consonae, ... aliae dissonae.

? **aequistāns** *v.* aequidistans.

? **aequitālitās** ἰσορροπία GLOSS. II 12, 11, *ubi* aequitas *vel* aequalitas *recte Vulcanius.* *V.*

aequitās, -ātis *f. ab* aequus. ISID. orig. 10, 7 aequus est secundum naturam iustus dictus, ab aequalitate, quod sit aequalis, unde et aequitas appellata, ab aequalitate quadam scilicet. *cf. p. 1015, 38 sqq.* SERV. Aen. 2, 140 'aequitas' et 'aequum'. HIER. in Is. 26, 7—9 rectitudines quas Graeci vocant εὐθύτητας et nos aequitates latinius possumus appellare. *legitur inde ab* RHET. Her. *passim apud* CIC. *et* ICTOS. *plural. extat* PS. QVINT. decl. 4, 6 ITALA Ier. 9, 24 (Clem. ad Cor. 13) faciendo aequitates et iusticias eius (VVLG. iudicium; κρίμα). psalm. 16, 2 (Hier. epist. 106, 8 [εὐθύτητας]). CASSIOD. var. 2, 9, 1 terminos aequitatum. INSCR. Cohen num. VII p. 8 nr. 53 (*Carausius*) ecuitas mundi. *cf. Aust, PW. I 598 sqq. et Voigt, ius naturale I 345 sqq.*

I *de loco*: BELL. Hisp. 29, 7 interdum aequitas loci adversarios efflagitabat, ut tali condicione contenderent. *cf.* 29, 4.

II *de relatione pari*: CIC. rep. 1, 53 cum ... par habetur honos summis et infimis, ... ipsa aequitas iniquissima est. SEN. nat. 3, 10, 3 natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne portionum aequitate turbata mundus praeponderet. SVET. Aug. 79 quae *statura* commoditate et aequitate membrorum occuleretur, ut nonnisi ex comparatione astantis alicuius procerioris intellegi posset. **CAEL. AVR. chron. 1, 4, 64 naturalis visus simulant aequitatem (*opp.* vultus contortio).**

III *de animi moderatione, tranquillitate*: GLOSS. εὐψυχία. CIC. Font. 23 in quo ea, quae dicuntur a testibus, coniecturae et cogitationi traduntur, quanta auctoritate, quanta animi aequitate dicantur. agr. 1, 14 si ego eius aequitatem animi probe novi. Marcell. 25. Cato 1 novi ... moderationem animi tui et aequitatem. Tusc. 1, 97 animi aequitatem in ipsa morte. de orat. 2, 102 summa animi aequitate. Att. 4, 19 epist. 6, 12, 1. CAES. Gall. 6, 22, 4 ut animi aequitate plebem contineant. NEP. Thras. 4, 2 meam animi aequitatem et vestram voluntatem. Milt. 2, 2 SEN. dial. 12, 14, 1. epist. 63, 7 fac ergo ... quod aequitatem tuam decet, desine beneficium fortunae male interpretari. 93, 1. 107, 6 imperetur aequitas animo. PS. QVINT. decl. 13, 2. TAC. ann. 16, 33 aequitate deum erga bona malaque documenta (*fere i. q.* neglegentia). AVG. civ. 19, 13 quoniam aequitas ac salus utrumque bonum est bonique amissione dolendum est potius quam laetandum — si tamen non sit compensatio melioris; melior est autem animi aequitas quam corporis sanitas.

IV in consilio: GLOSS. δικαιοσύνη, ἰσότης, rectitas, iustitia.

a *de hominum aequitate*: CIC. Quinct. 4 ut multis incommodis veritas debilitata tandem aequitate talium virorum recreetur. S. Rosc. 119 cognoscite nunc disciputi aequitatem. Verr. 2, 151 filius, quem pater moriens cum tutoribus et propinquis, tum legibus, tum aequitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendatum putavit. 4, 196 aequitatem praetoris attendite. agr. 2, 102 quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, ius in iudiciis et aequitate magistratuum. CIC. nat. deor. 3, 90 o miram aequitatem deorum (*cf.* AMM. 14, 11, 24 superni numinis aequitas. HIER. epist. 120, 15 verbum ... in sua deus aequitate libravit. *cf. l. 75*). off. 2, 83 eaque est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere atque omnis aequitate eadem continere. *saepius apud* CIC. CAES. civ. 1, 5, 5 si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset. LIV. 3, 33, 8 summa adversus alios aequitas erat. VAL. MAX. 6, 5, 1 aequitatem amplexus. 8, 2, 1 summa ... cum aequitate. SEN. epist. 113, 32 ASCON. Scaur. p. 20 B. PLIN. nat. 10, 92 (*de hirundinibus*). FRONTIN. aq. 128 admirabili aequitate. PAVL. dig. 2, 7, 2 VLP. dig. 25, 1, 5, 2. APVL. flor. p. 29 Oud. paterna in filio aequitas, senilis in iuvene prudentia. *inde saepius. persaepe coniungitur* aequitas *cum aliis virtutibus, vel opponuntur alia*: *cf. et p. 1016, 12 sqq.* CIC. Quinct. 6 non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae. Verr. 2, 119 quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium (*cf.* Flacc. 49 epist. 4, 4, 3 LIV. 37, 53, 28. VVLG. prov. 8, 14 meum est consilium et aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo). Verr. 3, 86 ut simul Africani quoque humanitatem et aequitatem cognoscatis. 4, 87 haec aequitas in tuo imperio fuit, haec praetoris dignitas. 4, 195 quam habet rationem non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiae? Muren. 41 laus aequitatis integritatis facilitatis. 42 aequitate diligentiaque (*cf.* Deiot. 7. Cluent. 81 vestra fides atque aequitas. *cf.* 159 illud est hominis magni ... habere in consilio legem religionem, aequitatem fidem. off. 2, 27. Lael. 19 ut ... probetur fides integritas aequitas liberalitas. rep. 1, 55). Cluent. 199 vestram ... aequitatem et mansuetudinem. agr. 2, 31 cum tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis. *cf.* Balb. 18. Font. 15 quid vestra aequitas, quid populi Romani dignitas postulet (*cf.* epist. 8, 6, 5. 13, 7, 3 mihi ... persuasi illum et dignitatis municipii et aequitatis et etiam voluntatis erga se habiturum esse rationem). Marcell. 12 aequitate et misericordia viceras. Scaur. 17 ad horum fidem et mansuetudinem confugere, ad ius iurandum iudicum, ad populi Romani aequitatem potero. Tull. 8 M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit (*cf.* Cluent. 137 Tusc. 4, 3). off. 1, 50 iustitiam, aequitatem, bonitatem non dicimus *inesse in feris* (*cf.* PHAEDR. 4, 13, 5 aequitatis vellet famam consequi *leo*). NEP. Arist. 2, 2 neque aliud est ullum huius in re militari illustre factum, quam eius imperii memoria, iustitiae vero et aequitatis et innocentiae multa, in primis quod huius aequitate factum est, cum. VVLG. psalm. 9, 9 iudicabit orbem terrae in aequitate, iudicabit populos in iustitia (δικαιοσύνῃ — εὐθύτητι). HYG. astr. 2, 25 *Virginem* propter diligentiam et aequitatem Iustitiam appellatam. SCHOL. Germ. Bas. p. 65. 66 Br. *saepius.* CIC. epist. 15, 4, 14 reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem et continentiam. *cf.* 15, 4, 1. ad Q. fr. 1, 1, 45 ut omnes aequitatem tuam, temperantiam, severitatem integritatemque laudarent. LIV. 7, 21, 6 meriti aequitate curaque sunt. 4, 6, 12 modestiam aequitatemque et altitudinem animi (*cf.* SEN. dial. 12, 16, 4). 3, 56, 10 nihil in aequitate et misericordia civium suorum spei habeat. VAL. MAX. 4, 3,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

9 Ptolomaei liberalitas, legatorum abstinentia, senatus ac populi aequitas. 9, 15, 5 verum postquam a Sullana violentia Caesariana -s reduxit. CVRT. 3, 12, 24 qui ... regem non felicitate solum, sed etiam aequitate superaverit. MART. 5, 28, 5 pietate fratres Curvios licet vincas, quiete Nervas, comitate Rusones, probitate Macros, aequitate Mauricos, oratione Regulos, iocis Paulos. SVET. Tit. 8 maiestate salva nec minus aequitate. APVL. apol. 3 tua aequitate et mea innocentia fretus. VVLG. psalm. 36, 37 custodi innocentiam et vide aequitatem (εὐθύτητα). 51, 5 dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui aequitatem (δικαιοσύνην). CORP. XI 6015 ob summ(am) aequit(atem) et incomp(arabilem) sollicitud(inem) eius erga ipsos.

b *de rerum aequitate*: CIC. Verr. 2, 104 faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris .... Vatin. 27 beneficio et aequitate legis tuae. *cf.* rep. 2, 61 FLOR. epit. 2, 1 (3, 13, 1). Verr. 2, 126 aequitate causae, auctoritate sua commovere hominem (*cf.* inv. 2, 138 Att. 14, 14, 6. 16, 16, 9 bonitatem et aequitatem causae. RVT. LVP. 2, 2, 3 SIDON. epist. 9, 11, 1). Verr. 2, 135 aequitate orationis. 4, 201 aequitate condicionis (*cf.* CAES. Gall. 1, 40, 3 AMM. 17, 5, 8. 20, 8, 11). agr. 3, 1 aequitatem vestrae disceptationis. Phil. 12, 27 erat in illo colloquio aequitas. off. 1, 36 belli ... aequitas. 2, 85 iuris et iudiciorum aequitas. CIC. Phil. 1, 8 edictum ..., quod quidem mihi ... plenum aequitatis videbatur (*cf.* VLP. dig. 27, 6, 1 huius edicti aequitas non est ambigua. 2, 2, 1. 2, 14, 1. 4, 4, 1). epist. 3, 7, 3 aequitatem expostulationis tuae. 13, 5, 3 de aequitate rei scribere (*cf.* inv. 2, 151 LIV. 3, 53, 3. 34, 31, 9. *saepius ap.* ICTOS). CAES. civ. 3, 20, 3 fiebat aequitate decreti et humanitate Trebonii. VAL. MAX. 5, 2 ext. 3 testamenti aequitate. 8, 2 pr. aequitas quaestionum. PLIN. epist. 8, 14, 24 nescio an iure, certe aequitate postulationis meae victus. VLP. dig. 3, 5, 3, 9 quae sententia habet aequitatem. *sic saepius apud* ICTOS. PAVL. dig. 4, 5, 7, 3 restitutionis aequitas. 10, 3, 14, 1 aequitas ipsius iudicii. VLP. dig. 10, 4, 3, 14 aequitas exhibitionis. PAPIN. dig. 16, 2, 18 aequitate compensationis. 44, 9, 15. 27, 7, 7 aequitatem divisionis. 44, 4, 12 aequitate defensionis. 46, 6, 12 aequitas arbitri. VLP. dig. 37, 6, 1 hic titulus manifestam habet aequitatem. 47, 10, 11, 1 aequitas actionis. 50, 5, 1 omnis excusatio sua aequitate nititur.

c *de aequitate parte iuris prudentiae, eiusque ipsius definitiones et divisiones, quas* CIC. *potissimum adnotat (v. Voigt l. l. p. 34 sqq. Aust, PW. I 598 sqq.)*: RHET. Her. 3, 2, 3 iustitia est aequitas ius uni cuique rei tribuens pro dignitate cuiusque. CIC. top. 31 ut si quis ius in legem, morem, aequitatem dividat (*cf.* 28). part. 129 quod (*ius*) dividitur in duas primas partes, naturam atque legem, et utriusque generis vis in divinum et humanum ius est distributa, quorum aequitatis est unum, alterum religionis. top. 9 ius civile est aequitas constituta iis, qui eiusdem civitatis sunt, ad res suas optinendas; eius autem aequitatis utilis cognitio est (*cf.* LACT. inst. 5, 14, 15 altera est iustitiae pars aequitas. DON. Ter. Ad. 51 ius est, quod omnia recta et inflexibilia exigit. aequitas est, quae de iure multum remittit). CIC. top. 23 valeat aequitas, quae paribus in causis paria iura desiderat. off. 1, 64 servare aequitatem, quae est iustitiae maxume propria. rep. 5, 3. HIL. in psalm. 2, 44 iudicium modus sit aequitatis. CIC. part. 130 aequitatis autem vis est duplex; *cf.* top. 90 etiam aequitas tripertita dicitur esse, una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia aut aequitas nominatur. SEN. epist. 30, 11 prima autem pars est aequitatis aequalitas. *v. similia* CIC. top. 90 institutio ... aequitatis tripertita est, una pars legitima est, altera conveniens, tertia moris vetustate firmata. inv. 1, 14. 2, 100. CIC. part. 66 tertio autem in genere, in quo quale sit quaeritur, aut de honestate aut de utilitate aut de aequitate dicendum est. *cf.* 66. 98. 100. 104. *saepius in* part. top. inv. de orat. TAC. dial. 31. CIC. rep. 3, 16 discrepare ab aequitate sapientiam. fin. 3, 71 numquam aequitatem ab utilitate posse seiungi. *saepissime* aequitas *opponitur iuri civili stricto, legibus, scripturae legum, verbis legum*: CIC. Caecin. 57 non enim alia causa est aequitatis ... non alia ratio iuris. 78 qui iuris civilis rationem numquam ab aequitate seiunxerit. *saepius in hac oratione.* Phil. 9, 11 ea, quae proficiscebantur a legibus et ab iure civili, semper ad facilitatem aequitatemque referebat. off. 3, 67 ius Crassus urguebat ..., aequitatem Antonius. de orat. 1, 240 multaque pro aequitate contra ius dicere. *saepius.* SEN. contr. 1, 1, 13 Latro illas quaestiones fecit; divisit in ius et aequitatem. 2, 5, 12 deinde ultima aequitatis tractatio. *saepius.* QVINT. inst. 5, 10, 72 in tractatu aequitatis. 7, 1, 62. 63 plerumque ... in fine causarum de aequitate tractabitur ..., ut, si in iure minus fiduciae erit, aequitate iudicem praeparemus. *saepius.* decl. 245 p. 5 haec circa ius, illa circa aequitatem. 250 p. 26 haec ad ius, illa ad aequitatem. 254 p. 43 haec de iure, haec de rogatione, illa iam de aequitate. *passim et saepius ap.* ICTOS. APVL. met. 9, 27 CASSIOD. var. 4, 39, 5. CIC. Verr. 4, 42 qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt. 4, 181 quis hoc tibi concessit? quae lex? quae senatus auctoritas? quae porro aequitas ...? 4, 220. Cluent. 146 hoc fundamentum *est* libertatis (*leges*), hic fons aequitatis. Planc. 42 fugisti sententiam legis, aequitatem omnem reiecisti. leg. 1, 19 ut illi aequitatis, sic nos dilectus vim in lege ponimus. Phil. 9, 10. VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 ita debitum supplicii modum legi reddidit aequitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem et iustum legis latorem partitus. APVL. mund. 36 lex illa vergens ad aequitatis tenorem

CIC. Caecin. 37 bene agis; a verbis enim recedis et aequitate uteris. 38. 49 callide verbis controversias, non aequitate diiudicas *et saepius in hac oratione.* Mur. 27 in omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt. inv. 2, 136. 142. part. 136 deinde erit utendum exemplis, in quibus omnis aequitas perturbetur, si verbis legum ac non sententiis pareatur. 137 de orat. 1, 244.

CIC. Caecin. 66 fateor hoc interdicto praetoris vindicari, si voluntas et aequitas valeat (*cf.* QVINT. inst. 7, 6, 7). CIC. Verr. 2, 116 ius, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium neglegit. 6, 84 non omnis honos ab isto dignitatis, aequitatis officiique sublatus est. Flacc. 78 litteras plenissimas humanitatis et aequitatis. Cat. 2, 25 denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate. Phil. 6, 3 quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse communitas? de orat. 1, 56 de dis immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia, de communi civium, de hominum, de gentium iure, de aequitate, de temperantia ... de omni virtutis genere sit dicendum, 1, 86 de scribendis legibus, de aequitate, de iustitia, de fide, de frangendis cupiditatibus ... littera nulla in eorum libris inveniretur. 1, 173 non de facto, sed de aequitate ac iure certetur. Lael. 82 cum homines ... aequitate iustitiaque gaudebunt (*cf.* ac. 1, 23 rep. 1, 2 fin. 1, 52. 2, 59 CAES. civ. 1, 32, 8 VELL. 2, 126, 2 SEN. epist. 94, 11 *v. p. 1014, 46 sqq.*). fin. 2, 76 officium, aequitatem, dignitatem, fidem ... 2, 83 ut aequitatem, modestiam, virtutes omnes per se ipsas gratis diligant. off. 1, 89 ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur. 2, 78 labefactant fundamenta rei publicae, concordiam primum, ... deinde aequitatem, quae tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. *sic variis coniunctionibus vel oppositis ap.* CIC. SALL. Cat. 2, 5 pro continentia et aequitate lubido atque superbia invasere. 9, 3 duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, seque remque publicam curabant. superatur aequitate gratia, ambitio virtute. VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 misericordia ergo illam quaestionem, non aequitas rexit. SEN. dial. 10, 18, 5 nec rationem patitur nec aequitate mitigatur nec ulla prece flectitur populus esuriens. TAC. ann. 15, 2 aequitate quam sanguine, causa quam armis retinere parta maioribus malueram. PLIN. paneg. 77 quanta religio aequitatis! quanta legum reverentia! CAPITOL. Max. Balb. 17, 4 leges Romanas aequitatemque abolitam et clementiam reduxistis. *saepius.* *nude positum*: CIC. Quinct. 10 orat, ... ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini. Cat. 4, 2 forum, in quo omnis aequitas continetur. off. 3, 81 cum id, in quo violatur aequitas, non ita magnum ... videtur. VAL. MAX. 6, 2 ext. 1 aequitatem, quam impetrare non potuerat, extorsit. QVINT. inst. 2, 17, 27 et adfectus, si aliter ad aequitatem perduci iudex non poterit, necessario movebit orator. 12, 1, 35 PLIN. paneg. 38. SVET. Claud. 15 aequitatem integram. PAPIN. dig. 6, 1, 48 exceptione doli posita per officium iudicis *aequitatis ratione* servantur. VLP. dig. 18, 4, 2, 3 aequitatis ratio exigit. *sic saepius ap.* ICTOS. VLP. dig. 12, 4, 3, 7 Celsus n a t u r a l i aequitate motus. 13, 5, 1 hoc edicto praetor favet naturali aequitati. 47, 4, 1, 1 actio ... naturalem potius in se quam civilem habet aequitatem. *saepius.* VLP. dig. 10, 2, 50 computari aequitas non patitur. MARCELL. dig. 3, 1, 7 ubi aequitas evidens poscit. GAIVS dig. 3, 3, 46, 6 aequitas suadet. VLP. dig. 11, 1, 21 iudicem aequitas moverit. 4, 6, 26, 9 aequitas restitutionem suggerit. 12, 2, 13, 5 extra aequitatem ... posita. PAPIN. dig. 17, 2, 81 reddi pecuniam societati debuisse, pactum ex aequitate sic nobis interpretantibus (*saepius*). PAVL. dig. 37, 1, 6, 1 propter aequitatem. MODESTIN. dig. 39, 5, 22 summae aequitatis est. *passim ap.* ICTOS. APVL. met. 11, 10 quartus aequitatis ostendebat iudicium. Plat. 2, 7 secunda *causa* finalis est et veniens ex aequitate partitio. ITALA psalm. 44, 7 (Hil. in psalm. 144, 1) virga aequitatis (ῥάβδος εὐθύτητος. VVLG. directionis). cant. 1, 3 (Aug. civ. 17, 20) aequitas dilexit te (VVLG. recti). AMM. 22, 6, 5 velut aequitate ipsa dictante lex est promulgata. 22, 10, 2 ab aequitatis recto tramite deviasse (*cf.* 29, 1, 27 devius ab aequitate dilapsus. *cf.* 18, 1, 1 ab aequitate deviaret. 30, 5, 5 errantem non reducebat ad aequitatis tramitem. HIER. epist. 148, 15 aequitatis viam tenes. VVLG. prov. 4, 11 ducam te per semitas aequitatis [τροχιαῖς ὀρθαῖς]. Sirach 18, 11 ostendit ... viam aequitatis). 21, 13, 13 aequitate calcata. 25, 5, 7 gravis aequitatis spectator. VVLG. sap. 5, 20 sumet scutum inexpugnabile aequitatem (ὁσιότητα). Sirach 16, 25 dicam in aequitate disciplinam (σταθμῷ). Malach. 2, 6 in pace et in aequitate ambulavit mecum (ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη). *saepius in* VVLG. AVG. civ. 19, 13 nam, qui peccat, peior est, si laetatur in damno aequitatis. MART. CAP. 5, 453 quae pars ... iuris aequitate perpenditur. OROS. hist. 2, 3, 7 Christianae religionis continentissima aequitas. SIDON. epist. 7, 11 (10), 2 manente respectu ... aequitatis. CASSIOD. var. 6, 21, 4 prima aequitas est, a se praesules inchoare. CASSIOD. var. 1, 18, 1 oportet vos colere et observare iustitiam, qui aequitatem populi dicere suscepistis. 3, 37, 2 quod si hanc causam sub aequitate vestrum minime definit arbi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trium. GREG. M. epist. 9,86 aequitatis censura ammonet. 9,87 aequitatis ius exigit. 9,198 quicquid tibi aequitatis ordo suaserit. *Ausfeld.*

Aequitās, -tātis *f.* *dea, v. Aust, PW. I 604*: VAL. MAX. 7,7,4 si ipsa Aequitas hac de re cognosceret. SCHOL. Germ. Bas. p. 65 Nigidius de Virgine (*sidere*) ita refert: Virginem Iustitiam dici sive Aequitatem, quae ab hominibus recesserit et ad immortales merito pervenerit. CORP. XIV 2860 Fortun(ae) Primig(eniae) signum Aequitatis Nigrinia Auxesis ... d. d. ARNOB. nat. 4,1 Victoria Pax Aequitas. *in nummis*: INSCR. numm. Cohen I^2 p. 320,9 (*Galbae*) Aequitas Augusti. p. 106,4 (*Vitelli*) *et saepius.* IV^2 p. 106,4 Aequitas publica. *in ponderibus*: CORP. III 6015,1 Equetas (*sic, 'in herma qui ponderis vices videtur fecisse'*). X 8067,7 (*in pondere marmoreo*) Equi(tas). *an hominibus datum sit nomen, dubium*: CORP. VI 10003 (*ex schedis*) C. Popilius C. l. Phileros Aequitas ungentarius (*at variant schedae*). X 257 (*Grumenti*) Minici Croci Multasia Aequitas mater fil(io), *titulus suspectus. de L. Vitrasio v. sub* Aequitius *l. 35.* colonia Aequitas *v. sub* Aequum.

aequiter *v. sub* aequus.

aequiternus, -a, -um. [*ab* aequus *ad exemplum vocabuli* aeternus aeviternus *derivatum. Th.*] SIDON. epist. 8,13,3 per aeterna saecula aequiterna supplicia passurum. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 2,4 p. 112,12 quae tria (*numerus, mensura, pondus*) simul aequiterna semper individua ... tota unus deus sunt. 2,7 p. 122,19 unam summam aequiternam indivisam divinitatem.

Aequitius, -a (*cf.* Aecetia) *vel* **Equitius,** -a, *si idem est nomen.* *cogn.* CORP. X 2117 (*Puteolis*) C. Atil⟨ius⟩ Aequiti⟨us⟩. VIII 4054 (*Lambaesi*) Septimiae Aequitiae coniugi. 7092 Aufidio Aequiti⟨o⟩ (IV 1825 *an sit* Aequitiaes, *maxime dubium*). *consul a. 374* Aequitius *vel* Equitius *scriptus extat*; CORP. VI 499 Aequitio, *item* christ. Rossi I 244. 252, *cum* Equitio *vel* -ii *legatur* Rossi I 243 245. 248. 251 *et in codd. Chronicorum passim. cf.* COD. Theod. 4,12,7. 11,29,5. *idem* Aequitius AMM. 26,1,4. 6. 26,5,3. 10. 11. 26,7,11 (equitus *V*). 26,10,4. 29,6,3. 12. 30,3,1. 30,6,2 (equitio *V*). *alius Valentis propinquus* Aequitius AMM. 31,12,15. 31,13,18. *inter pueros nobiles nominatur* ACTA Arv. a. 117 v. 15 L. Vitrasius Aequi⟨tas⟩, *sic expl. Henzen, puto* Aequi⟨tius⟩. *gent.* CORP. VI 17252 Equitiae Epictesini M. Equitius Abascantus collibertae et coniugi. VIII 2554^d, 20 L. Equitius Felix. IX 655 Equitiae M. f. Tertullae. II 1467 Q. Equitius Q. lib. Primigenius Ventiponensis ... Equitia Q. lib. Fusca Ventiponensia (*sic*). **Aequitīnus,** -a *nom. gent.* CORP. III 2021 (*Salonis*) M. Eutunius Victor Aequitinae Tertiae coniugi. VIII 2421 M. Equitinus Orestes.

aequivocātio, -ōnis *f.* [*cf. c.* aequivocus. *Th.*] BOET. herm. prim. 1,7 p. 94,15 si nulla ... varietas aequivocationis inpediat. 1,6 p. 81,22. 1,7 p. 88,7 aequivocatio vel praedicati vel subiecti. sec. 1,1 p. 39,28 in aequivocatione ..., ubi unus idemque vocis modus plura significat. p. 40,12 de multiplici aequivocationis significatione. 2,6 p. 131,13 aequivocatio fortitudinis ambiguitatem facit. *et passim in* herm. c. Eut. 7 p. 211,43 Peip. hoc ... expedito aequivocationis atque ambiguitatis modo. in Porph. dial. 1 p. 22^c vim aequivocationis. RVSTIC. c. aceph. Migne 67,1195^d ad conclusionem ... aequivocatio posita, quae iam saepe est deprehensa. 67,1235^c Nestorius ... duas *substantias* male coniungens: secundum aequivocationem namque, secundum auctoritatem, secundum appositionem, secundum habitum.

aequivoco, -ātus, -āre. *ab* aequivocus. AVG. dial. 10 'Tullius' est verbum, per quod aequivocantur inter se omnia cum hoc ipso quae supra dicta sunt (*nomen dactylus aequivocum*). RVSTIC. c. aceph. Migne 67,1224^a quae dicuntur aequivocata, eo quod solo nomine ac non etiam definitione participent (*cf.* 67,1228^a aequivoca). SCHOL. Lucan. 1,196 Weber: Tarpeia ... promisit Sabinis proditionem Romae, si darent ei honorem sinistrae. et capta civitate oppresserunt eam clipeis, aequivocantes, nam et armillae et clipei sunt ornamenta etiam sinistrae manus.

aequivocus, -a, -um. [*ab* aeque vocari. *Th.*] AVG. dial. 9 ea quae una definitio potest includere, u n i v o c a nominantur, illis autem quae sub uno nomine necesse est definire diverse, aequivoci⟨s⟩ nomen est. c. Iul. op. imp. 2,51 homonymorum, quae aequivoca appellamus. MART. CAP. 4,355 aequivocum est, quando multarum rerum unum est nomen, sed non eadem definitio (ISID. orig. 2,26,2). BOET. herm. prim. 1,2 p. 48,24. RHET. min. p. 590,17 aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantia diversa. *similia* p. 591,3. 20 BOET. in Porph. dial. 1 p. 22^c. MART. CAP. 4,329 univocis aequivoca conectendo. 4,339. BOET. herm. prim. 1,8 p. 102,22 terminus (sec. 2,6 p. 131,16). 2,13 p. 201,26 potestates. arithm. 1,16 p. 33,5 partes. mus. 5,11 p. 361,19 comparationes (*opp.* univocae). c. Eut. 4 p. 199,54 Peip. nomen. 7 p. 211,37 aequivocum ... est ... ac potius amphibolum et gemina significatione diversa designans. *passim apud* BOET. INCERTI schem. dian. 60 rhet. p. 77,18 metalempsis est dictio quae per aequivocum unius a⟨liu⟩t significat. homonyma *dicit* QVINT. inst. 8,2,13. *adv.* **aequivocē.** AVELL. p. 755,26 onychitae qui aequivoce nuncupantur id est non veraciter. BOET. herm. prim. 1,6 p. 80,28 (sec. 2,6 p. 129,11) dico ... opponi eiusdem de eodem, non autem aequivoce ('sophisticas inportunitates' *sequitur*). in Porph. dial. 1 p. 22^c. EPIPHAN. de mensur. 18 appellatur. RVSTIC. c. aceph. Migne 67,1196^c non quae aequivoce, sed quae univoce dicuntur. *V.*

aequo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* aequus. *Th.*] GLOSS. ἰσῶ, ἰσάζω. *post* GLOSS. V 530,18 aequo: non iratus cognosco (?); aequat: aequiperat, adsimulat, perpendit, intellegit (*cf.* perpendit: intellegit, aequat, aestimat, *sim.*); aequat: aequalem facit (-iat *b*). AQVILA rhet. 24 p. 30 πάρισον, prope aequatum. FEST. 314 hostire ponebatur pro aequare (270. AVG. civ. 4,9 veteres aequare hostire dixerunt). *cf. l. 24.* *legitur apud* PLAVT., *post eum primum apud* VARRONEM CIC. CAES. *scriptores,* CAT. LVCR. *poetas, frequentatum poetis, adamat* LIV.

I *de loco* ***planum facere*:** PLAVT. Cas. 387 uxor, aequa (*sc. sortes*). CIC. or. frg. A VII 29 M. (Ascon. p. 62) dum sitella defertur, dum aequantur sortes. div. 1,34 quae (*oracla*) aequatis sortibus ducuntur. CORP. I 208 aequentur *pilae. ibid.* ubei pilae o⟨mnes dolatae (?) aequataeque ...⟩. ASCON. p. 40 B. CAT. 22,8 pumice omnia aequata. 64,315 ita decerpens aequabat semper opus (*i. filum*) dens. VERG. Aen. 4,587 aequatis classem procedere velis. *cf. p. 1020, 35.* OV. met. 8,663 testa parem fecit *mensam.* quae postquam subdita clivum sustulit, aequatam mentae tersere virentes. COLVM. *v. p. 1021, 5.* PLIN. nat. 36,171 e ... silice aequato. MART. 8,52,4 aequandas ... ad genas (*de radendo*). CHIRON 78 donec quaecunque partes se aequare possint ad aequalitatem. COMM. Einsidl. gramm. suppl. 214,29 hostire ... dicimus aequare; hinc hostorium dicitur lignum, quo sextarius aequatur (GLOSS. V 503,36. 622,5. 620,13). *locum, sim.*: CIC. Verr. 5,107 quo in summo (*loco*) est aequata agri planities. CAES. civ. 2,2,4 antecedebat testudo pedum LX aequandi loci causa. VERG. georg. 1,113 cum primum sulcos aequant sata (*cf.* AVG. civ. 4,8 cum segetes novis aristis aequantur). 1,178 area ... ingenti aequanda cylindro (COLVM. 2,19,1 PLIN. nat. 17,73. 18,295). 2,232 pedibus summas aequabis harenas (SIL. 6,38 palmis ... aequat harenas). OV. ars 1,112 Ludius aequatam ter pede pulsat humum (Pont. 1,8,36 nunc subit aequata porticus omnis humo). SEN. nat. 3,28,5 istis (totus *Schultess*) adeo in rotundum orbis aequatus est. CVRT. 4,9,10 si qua campi eminebant, iussit aequari totumque fastigium extendi. COLVM. 2,2,10 *sulci* aequentur superiecta terra. PLIN. nat. 36,123 convalles. PANEG. 12,34 fossas cadaveribus. IVST. 10,2,24 montes in planum deducebat et convexa vallium aequabat. SIDON. epist. 3,12,2 tam per aequata quam per abrupta. BELL. Hisp. 29,2 hinc derigens proxima planities aequabatur. VARRO ling. 7,23 m a r e ⟨aequor⟩ appellatum, quod aequatum cum commotum vento non est. OV. trist. 3,10,53 aequato siccis aquilonibus Histro (*i. congelato*). *exempla, in quibus accedit res cui aliquid adaequatur allata sunt sub II.*

II *de relatione pari*: **A** ***aequum facere,*** *passive* ***aequum fieri, esse*** *ita dicitur, ut res aliqua cum altera comparetur*: a e q u a r e c u m *aliquo*: CIC. inv. 1,3 ut inter quos posset excellere, cum his se pateretur aequari. leg. 3,24 inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarent. CAES. carm. frg. 2,4 ut aequato virtus polleret honore cum Graecis. Gall. 6,22,4 cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat. LIV. 28,40,10 magistro equitum ... imperium mecum (*cf.* CORP. I^2 p. 193 n. 13 quoius ... imperium cum dictatoris imperio). COMM. instr. 2,19,20 vos ideo tales Christus cum gentibus aequat. LACT. epit. 31 *Epicurus* cum pecoribus ... sortem hominis. SVLP. SEV. chron. 1,11,7 aequato secum imperio. *cum aliqua re*: CIC. Brut. 138 in his primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam. VERG. Aen. 1,193 numerum *cervorum* cum navibus. LIV. 22,26,7 hautquaquam cum imperii iure artem imperandi aequatam. MANIL. 1,267 aequato ... die cum tempore noctis. SEN. contr. 1,1,11 potentiam meam cum illius potentia.

1 *cum dat.*: *cum notione locali conferenda talia, ut*: CELS. 5,26,36 p. 200 D. donec utrumque ulcus sanae cuti aequetur. VAL. FL. 7,620 necdum umeri videre diem, prior ense ... aequat humo truncos. *al., ut l. 76. 79. 82. p. 1019, l. 38.* *res*: LVCR. 6,1176 sitis ... aequabat multum parvis umoribus imbrem. CIC. off. 1,3 hos ... de philosophia libros, qui iam illis (*orationibus*) fere se aequarunt. VERG. Aen. 6,782 imperium terris (LVCAN. 2,177 volnera membris). OV. met. 8,288 dentes (*apri*) aequantur dentibus Indis. LIV. 31,41,10 cum ... per somnum vinumque dies noctibus aequarent. 33,21,3 regium adscivit nomen, cuius magnitudini (-is, -e *codd.*) semper animum aequavit (LAVS Pis. 12). 36,44,3 iam ferme triginta (*naves*) in fronte erant, quibus ut aequaret laevum cornu. MANIL. 1,598 socios ... ortus occasibus. 5,404 censibus aequantur conchae. PAVL. FEST. 187. VAL. MAX. 3,7 ext. 7 *Cotys* aequavit Athenis Thraciam. CELS. 8,10,1 p. 345 D. membrum alteri aequatum. SEN. benef. 5,16,2 Cimbricis caedibus Romana (omnia *cod.*) funera. PLIN. nat. 37,81 alii summam fulgoris Armenio colori pigmentorum aequari (-re *codd.*) credunt. VAL. FL. 2,6 iam ... fretis summas aequatum Pelion ornos. SIL. 7,544 nunc munera Martis aequent imperio. STAT. silv. 3,3,145 celso natorum aequavit honorem. QVINT. inst. 10,1,750. FRONTIN. strat. 2,2,13 *opp.* praestantes. PLIN. epist. 10,61,4 fossam ... mari. LIB. de asse 2. AVIEN. ad Flav. 19 divisere domos et pondera partibus (pastibus *codd.*) aequant. EXC. Vales. 6,30. FLACCIAN. Aug. civ.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 23 iam aequantur campis montes. HIER. epist. 148, 28 continentiae opera nuptiarum. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 5 qui coniugia virginitati aequanda aestimant. LEO M. serm. 88, 4. PAVL. PETR. 1, 314 nec orandi modulus se laudibus aequet. BOET. herm. sec. 2, 7 p. 162 arithm. 1, 19 p. 41. *de temporis spatiis*: Q. CIC. carm. frg. 1, 8 aequatque diurna tempora nocturnis . . . Libra (MANIL. 3, 671 PLIN. nat. 18, 220 *al.*). VERG. Aen. 9, 335 felix, si protinus illum aequasset nocti ludum in lucemque tulisset. *de altitudine*: LIV. 26, 45, 2 rarae . . . scalae altitudini aequari poterant. 37, 41, 7 altera (*falx*) aequata iugo. 44, 9, 8 propugnatoribus muri fastigio altitudinis aequabantur. PLIN. nat. 3, 67 *aggerem* muris. SIL. 2, 314 Alpibus aequatum attollens caput Appeninus. SVET. Cal. 37. *hominem homini, sim.*: LIV. 3, 70, 1 aequando inparem sibi *consul collegam* (26, 48, 14. VELL. 2, 127, 1 *Scipiones Laelios* per omnia . . . sibi. SEN. benef. 2, 15, 1 PANEG. 1, 61). 6, 35, 2 unde *plebeii* . . . patribus aequari tam honore quam virtute possent. 7, 36, 8 coniectis in eum omnium oculis, et omni honore tribunum consuli aequantibus. 22, 27, 3 dictatorem magistro equitum . . . aequatum (22, 29, 2 VAL. MAX. 3, 8, 2). 22, 30, 3 *parentibus* te modo nomine . . . aequavi. 24, 48, 6 *hosti* robore virium. 27, 25, 1 plerisque aequantibus eos Campanorum noxae poenaeque. 27, 31, 4 ceteris se in speciem. 34, 3, 2 [ex]aequari . . . viris *mulieres*. 40, 8, 14 *Antiocho* regnum aequasse. 22, 34, 2. 28, 43, 4. 37, 54, 12. VELL. 2, 99, 1 tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto. 2, 111, 3. VAL. MAX. 2, 8, 2 minor potestas maiori. 5, 6 pr. illa quae deorum numinibus aequatur auctoritas parentium. 8, 15, 9 *populus* duarum syllabarum spatio (*i.* in te) inclusum (*Pompeium*) Catulo aequavit (PLIN. nat. 34, 68 suffragiis ipsorum aequatur Polyclito). SEN. benef. 1, 13, 2 quia Herculi aequabatur (*de Alexandro*). OCTAVIA 501 Iovi aequatus altos . . . per honorum gradus Caesar. CVRT. 10, 5, 33. 10, 9, 8. SIL. 4, 810 superis. 8, 231. 9, 424. 11, 95. 11, 494. 13, 777. 17, 260 STAT. Theb. 2, 572 silv. 5, 3, 63. TAC. ann. 4, 17 adulescentes senectae suae. hist. 4, 8 *al.* PLIN. paneg. 25 populo milites. 35 numinibus. epist. 2, 12, 4 *al.* SVET. Tib. 25. TERT. scorp. 9 aequari passionibus domini. ITIN. Alex. 4 SPART. Car. 2, 1. VVLG. psalm. 88, 7 quis in nubibus aequabitur domino? Iob 32, 21 AVG. civ. 8, 15. 15, 26 65 quaest. praef. SVLP. SEV. dial. 1, 22, 2 COD. Theod. 6, 10, 2 SIDON. carm. 9, 219 PAVL. PETR. 4, 397. CARM. epigr. 315, 4 *aula* auctorem . . . suum genitoris laudibus aequat. 1223, 3. *phrases*: solo aequare *sim.*: *cf.* VARRO ling. 5, 157 Aequimelium quod a⟨e⟩quata Meli domus publice (-o *codd.*). LIV. 5, 42, 7 etsi omnia flammis ac ruinis aequata vidissent. *cf. p. 1018, 12.* OV. fast. 6, 643 *domus* aequata solo est. LIV. 6, 18, 14 solo aequandae sunt dictaturae. 22, 23, 4 SEN. Tro. 634 *et passim.* OV. trist. 3, 10, 18 ut altas aequet humo turres *aquilo*. PLIN. nat. 2, 203 montem . . . campestri aequatum planitiae. SIL. 12, 425 aequavit moenia terrae. LIV. 2, 9, 3 aequari summa infimis. caelo *sim.*: VERG. Aen. 4, 89 aequataque machina caelo (8, 100. 11, 125 quibus caelo te laudibus aequem? [TAC. ann. 4, 34]. VAL. MAX. 2, 9 praef. STAT. Theb. 4, 359). STAT. silv. 3, 4, 49 summis . . . astris (ENNOD. epist. 5, 21 p. 142). *cf.* superis *l. 30. 33.* VERG. Aen. 6, 782 animos aequabit Olympo. SIL. 3, 195 attollens (*serpens*) . . . caput nimbosis montibus aequat.

nota cum ad: *cum notione locali*: VITR. 9 praef. 11 ut eodem modo quo prius fuerat ad labra aequaretur (*sc. aqua*). VITR. 9, 3, 2 *sol* contrahit circuitionem (circinationem *S*) et aequat ad eam quam taurus habet cursus rationem.

2 *absolute*: *notione locali imprimis in talibus apparente, ut* ordinem aequare *sim.*: VERG. Aen. 5, 232 fors aequatis cepissent praemia rostris. PANEG. Mess. 102 rectus ut aequatis decurrat frontibus ordo. LIV. 37, 39, 9 aequata fronte (*cf.* SIL. 16, 355 tertius aequata currebat fronte Peloro Caucasus. 16, 380). MANIL. 5, 484 aequabit . . . choros gestu. CORIPP. Ioh. 4, 566 aequans . . . per agmina turmas. LIV. 3, 62, 7 cum aequassent aciem Sabini (5, 38, 2 frontes. 37, 29, 9). pondus: VERG. Aen. 12, 425 Iuppiter ipse duas aequato examine lances sustinet (CYPR. GALL. num. 535). MANIL. 4, 548 aequato genitus sub pondere Librae (HOMER. 656 aequato pondere. SIDON. carm. 2, 67 dum pondera nostra suscipis, aequasti). GERM. frg. 4, 27 aequatae librato pondere Chelae. CARM. de pond. 136 lancibus aequatis (SER. SAMM. 266). LVCAN. 4, 58 aequatis ad iustae pondera Librae temporibus.

res: CIC. Pis. 14 cui (*Clodio*) sic aequatum (*cf. quae antecedunt*) praebebas consulatum tuum. rep. 1, 49 si . . . pecunias aequari non placet, si ingenia omnium paria esse non possunt. LVCR. 5, 690 aequato . . . discrimine. CAES. Gall. 1, 25, 1 aequato omnium periculo (LIV. 2, 20, 11. 3, 62, 8 AMM. 23, 5, 23). VERG. Aen. 1, 508 operumque laborem partibus aequabat iustis (*cf.* NON. 244 est cum aequitate dividere). 7, 698 ibant aequati numero (LIV. 6, 30, 1 aequatus patriciorum plebeiorumque numerus. VELL. 2, 101, 1). OV. met. 14, 805 populis . . . aequata duobus, Romule, iura dabas (LIV. 2, 3, 3 aequato iure omnium. 3, 34, 3 summis infimisque iura aequasse). LIV. 3, 31, 7 quae . . . aequandae libertatis essent (38, 50, 8 FLOR. epit. 2, 1, 4). 3, 36, 7 aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit. 3, 56, 9 aequandarum legum causa (3, 61, 6. 3, 63, 10 *al.*). 3, 70, 11 ita aequata ex omni parte victoria est. 8, 4, 3 cur non omnia aequantur? 10, 37, 7 ad solatium aequatae repulsae. 10, 46, 13 triumphum . . . cumulo Etrusci belli aequatum. 22, 25, 10 de aequando magistri equitum et dictatoris iure (22, 26, 7 de aequato imperio. SIL. 7, 516 FEST. brev. 21). 34, 12 aequato omnium cultu. 34, 5, 11 causas (*opp.* 34, 5, 10 dissimiles . . . sunt). 45, 14, 2 aequatis iis (*quae ab utraque parte praestabantur*). MANIL. 3, 476 aequatis censentur viribus astra. GERM. 237 tris illi laterum ductus, aequata duorum sunt spatia, unius brevior. SEN. benef. 3, 11, 3 aequius esset omnia relinqui quam omnia aequari (*ag. de beneficiis*). dial. 1, 5, 4 boni viri . . . non trahuntur a fortuna, sequuntur illam et aequant gradus (SIL. 16, 396). CALP. ecl. 7, 55 dentibus aequatis. VAL. FL. 6, 160 geminis aequantes cornibus alas Balloniti. SIL. 2, 7 huic comes aequato sociavit munere curas (STAT. Theb. 2, 365 Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido aequantem curas). 7, 55. 11, 62. 13, 184. 14, 616. 16, 516 aequantur cursus pariterque ruebant. QVINT. decl. 261 p. 69 patrimonia. TAC. hist. 4, 48 PLIN. paneg. 51. MART. CAP. rhet. 480, 16 ἰσόκωλον, aequatum membris. PALLAD. 1, 5, 5 SIDON. epist. 9, 8, 1. *de temporis spatiis*: Q. CIC. carm. frg. 1, 2 curriculum . . . Aries aequat noctisque dieique. MANIL. 1, 673. 1, 689. 2, 242. 3, 464. 3, 468 VITR. 9, 3, 3 GERM. 8. *in re militari*: BELL. Alex. 46, 4 dimicatione aequata (PLIN. nat. 5, 85). VERG. Aen. 5, 419 aequemus pugnas (SERV. id est arma). LIV. 8, 38, 10 id aliquamdiu aequavit pugnam (21, 59, 8. 29, 2, 10. 35, 1, 8 SIL. 4, 393 TAC. ann. 12, 39). LIV. 1, 25, 11 aequato Marte. 21, 52, 11 cum ad extremum aequassent certamen (29, 34, 12. 32, 23, 8. CVRT. 6, 1, 9 velut de industria inter fortissimos viros certamen aequante fortuna). 26, 39, 23 ita aequatae res ad Tarentum (34, 14, 8 rem). FRONTIN. strat. 2, 7, 13 aequatam partium fortunam . . . vulnere Caesaris. TAC. hist. 5, 18 proelium (AMBR. Noe 2, 4). FLOR. epit. 2, 10, 7 clades. AMM. 27, 10, 14. HEGES. 5, 1, 3 bellum. *cf.* VERG. Aen. 10, 754 iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors funera. LIV. 8, 5, 4 quoniam vires . . . aequari diis immortalibus placuit (10, 34, 14. 23, 44, 4). 22, 17, 6 aequato timore. *nota i. q. operi alicui parem esse*: COMM. instr. 1, 27, 18 idcirco nec poterint oculi mortalis aequari (*i. discendo, cognoscendo*) — sic habet abyssus noster — de dei secreta. *cf. p. 1021, 81.* *parem, aequum facere, exaequare sine comparatione cum altera re*: VERG. Aen. 5, 844 aequatae spirant aurae. SEN. Ag. 811 numerumque deorum imparem aequasti. PLIN. nat. 19, 155 ut nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 88 post aequatum corpus (3, 8, 154). *inde i. q. placare*: AMM. 25, 4, 15 aequata fisci iurgia cum privatis. *de equis paribus eligendis*: ISID. orig. 12, 1, 41 equi dicti eo quod quando quadrigis iungebantur, aequabantur, paresque forma et similes cursu copulabantur. *homines*: LIV. 3, 65, 11 dum aequari velle simulando ita se quisque extollit. 24, 16, 11 priusquam omnes iure libertatis aequati essetis (aequasset *cod.*). 26, 41, 17 cum parentibus meis (*i. Scipionis*) — aequentur enim etiam honorę nominis. SEN. epist. 91, 16 aequat omnes cinis. 99, 9 *opp.* distinguimur. LVCAN. 5, 290 facinus quos inquinat aequat (COD. Iust. 1, 3, 30 LEX Burg. lib. const. 52, 5). PLIN. nat. 19, 56 macellum . . . aequabit quos pecunia separaverit. SIL. 3, 605. 7, 551. 11, 595 PS. QVINT. decl. 5, 12 PLIN. epist. 2, 6, 3 (*ibid.* exaequo) 8, 2, 6 ANTH. 437 tit. PANEG. 5, 10 p. 139 AVG. serm. 87, 4. *accedit* inter: SEN. epist. 66, 44 virtus (-utes *cod. Par.*) aequat inter se, quicquid agnoscit. PS. QVINT. decl. 5, 18 inter tam impares aequata condicio. *cf. p. 1020, 24, sub II B p. 1022, 41.*

inde **cogitando comparare** (*non licet semper inter eos vel ea distinguere quae mente comparantur et quae re aequantur*): *cum praep.* cum: CIC. Verr. 2, 21 omnium ante damnatorum scelera . . . , si unum in locum conferantur, vix cum huius parva parte aequari conferrique posse. *cum dat.*: *hominem homini, sim.*: OV. Pont. 1, 2, 120 aequandi superis pectora flecte viri. LIV. 4, 20, 2 aequantes eum (cum *M recc.*) Romulo. 9, 10, 3 eum . . . devotioni P. Decii consulis . . . aequabant. 10, 30, 9 memoria parentis aequata eventu publico . . . fili laudibus. 31, 7, 8 ne aequaveritis Hannibali Philippum nec Carthaginiensibus Macedonas: Pyrrho certe aequabitis. 35, 30, 12 aequantibus eum gloria rerum Achaeis imperatori Romano et . . . praeferentibus etiam. 36, 7, 13 ferae bestiae . . . refringere claustra cupienti (-tes *cod. Bamb.*) regis iram verbis aequabat. VELL. 2, 88, 3 aequetur praedictae . . . Servilia. VAL. MAX. 5, 1, 1 a. SEN. Herc. O. 417 non ut aequetur Iovi. 1851 gregibus aequari meus quot ille poterat. PLIN. nat. 25, 58 qui helleborum fortissimi ducis similitudini aequabat. SIL. 10, 307. 15, 751. STAT. silv. 3, 3, 56 iacentia summis. Ach. 1, 351. QVINT. inst. 10, 1, 101 (*syn.* opponere). PLIN. paneg. 91 PANEG. 8, 5 p. 184. IVV. 1, 716 (*cf.* 1, 723 similem faciam). EVTROP. 8, 8, 1 (*ibid.* conferatur). 9, 12. HIER. epist. 124, 9^b ut similitudo vitae dei in fine sanctis possit aequari. PAVL. NOL. carm. 11, 37 SVLP. SEV. epist. 2, 9. *rem rei*: LIV. 25, 15, 2 Capuam, quam Carthagini aequare sit solitus. 26, 37, 6 Carthaginienses . . . Capuae amissae Tarentum captum. 28, 4, 2. MANIL. 1, 554 qua per inane meant oculi, quaque ire recusant, binis aequandum est signis. OCTAVIA 57 o mea nullis aequanda malis fortuna. SEN. benef. 7, 15, 4 non semper numero numerus aequandus est. SIL. 14, 642 non ulla per orbem tum sese Isthmiacis aequassent oppida tectis. IVV. 3, 88. 14, 257. 14, 314 passurus (*Alexander*) gestis aequanda pericula rebus. PLIN. paneg. 86. PAVL. NOL. carm. 11, 37 si . . . equum committis onagro, si confers fulicas cygnis . . . , aequas viburna cupressis. AVG. epist. 244, 1.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

absolute: LIV. 37, 53, 9 ita ut nemo sociorum vestrorum ulla parte aequari potest. SIL. 15, 409 nec pube aequandum nec opum ubertate Saguntum.

notanda: a *simul indicatur alterius verbi actio in his potissimum exemplis*: *proprie*: COLVM. 2, 21, 3 stercora aequare. CIC. rep. 1, 69 quod (*genus*) erit aequatum et temperatum ex tribus optimis rerum publicarum modis. HOR. epist. 2, 1, 25 foedera regum ... cum rigidis aequata Sabinis. **b** *i. q. aptare*: PLIN. nat. 17, 106 medulla calami commissurae in matre ligni corticisque iungatur, id enim satius quam foris cortici aequari. HERM. vis. 3, 6, 5 qui (*lapides*) non aequantur in aedificatione (non convenientes in structuram *vulg.*).

B ***aequando accedere***: *cum acc.*: *notione locali apparente de altitudine* (*cf.* CVRT. 4, 6, 21 aggerem, quo moenium altitudinem aequaret, exstruxit): CAES. Gall. 2, 32, 4 ut prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent (aequarent *β*). CVRT. 5, 1, 32 PLIN. nat. 19, 174. 36, 31. CELS. 8, 2 foraminibus ... quae altitudine vitium aequent. SEN. dial. 2, 6, 4 aequaturum editissimas arces aggerem. CVRT. 4, 2, 19 aquae fastigium (6, 6, 29. 8, 10, 31; *cf. transl.* LIV. 7, 22, 9). 4, 6, 22. 4, 9, 15 *fluminis* altitudo ... equorum pectora. 7, 4, 6 ut umeri eius non possent Macedonis verticem aequare. LVCAN. 3, 456. 7, 790 PLIN. nat. 14, 10. 17, 207 arborem longitudine. 19, 83 *raphanus* infantium puerorum magnitudinem. *cf. l. 62.* SIL. 4, 237 MART. 8, 60, 1 TAC. hist. 3, 71 AMM. 24, 4, 10. *nota*: caelum: OV. met. 11, 497 fluctibus erigitur caelumque aequare videtur pontus. *de celeritate*: VERG. Aen. 3, 671 nec potis Ionios fluctus aequare sequendo (SIL. 15, 575). 6, 263 ducem. 10, 248 ventos aequante sagitta. LIV. 25, 34, 14 aequantium ... equos velocitate peditum (31, 36, 8 equitem ... cursu. 31, 37, 10). SEN. epist. 108, 25 velocitatem rapidissimae rei (CVRT. 8, 14, 18 equorum). CVRT. 4, 1, 2 cursum eorum (*equorum*). LVCAN. 4, 680 sagittas Medorum. SIL. 4, 460 Gradivum passibus. 15, 213 currum ... visūs ... volantem. 16, 424. 425. STAT. Theb. 6, 432 eundo. 5, 443 TAC. hist. 3, 18.

rem: VERG. georg. 4, 132 regum aequabat opes. Aen. 2, 362 quis ... possit lacrimis aequare labores? 6, 474 aequatque Sychaeus amorem (*cf.* SIL. 8, 147). PROP. 3, 1, 11 nec mea Phaeacas aequant pomaria silvas. OV. medic. 96 aequent expensas cum sale tura rosas (CVRT. 3, 13, 16 facti [facile *codd.*] argenti pondus quingenta *talenta* aequabat. PLIN. nat. 12, 62 IVV. 4, 15). met. 6, 21 vellera mollibat nebulas aequantia tractu. 11, 626 somnia, quae veras aequent (-ant *codd. opt.*) imitamine formas. 14, 145 numeros ut pulveris aequem (*i. annis*). Pont. 2, 3, 1 Maxime, qui claris nomen virtutibus aequas (LIV. 10, 3, 7. 35, 43, 1 qui genus ac fortunam suam animis non aequant. LAMPR. Alex. 8, 5 *ex emend.* CARM. epigr. 1561, 12). LIV. 2, 27, 4 brevi ... apparuit aequasse eum Appii odium. 4, 10, 8 gloriam collegae (*cf.* 10, 19, 18 collegae ... virtutem. 39, 32, 4 VAL. MAX. 1, 1, 10, *ibid.* antecesserit. SVET. Iul. 55). 5, 8, 11 huius adrogantiam pertinacia alterius aequabat. 6, 20, 8 facta dictis aequando (SIL. 12, 389 STAT. Theb. 4, 146. 8, 515 tanta relatu. 12, 799 silv. 2, 2, 41. 4, 2, 52 PLIN. epist. 8, 4, 3. *al. cf.* SIL. 7, 236 dicta ... factis). 21, 4, 9 has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant. 22, 36, 3 socii ... pediti⟨s⟩ *numerum* (31, 35, 2 numero ... hostem. 40, 30, 2. 43, 19, 1 CVRT. 5, 10, 3). 26, 4, 4 ut quod viribus deerat arte aequaretur (PANEG. 7, 19 quod supererat ascensui, extentis corporibus aequabant). 27, 16, 7 prope ut Syracusarum ornamenta aequaverint (*i. quae capta erant*). 30, 26, 8 superavit paternos honores, avitos aequavit. *ibid.* omnia aequare unus hostis Hannibal potest. 33, 23, 8 is triumphus ... spoliis ferme aequabat (*i. Corneli triumphum*). 37, 8, 2. VITR. 9, 3, 2 qui cursus aequat eam circuitionem (circinationem *Rose*), quae fuerat in arietis signo. VAL. MAX. 1, 6, 7 prodigiorum ⟨numerum⟩ (*add. rec.*) numero calamitatium. 1, 8 ext. 11. CELS. 3, 10 p. 92 D. duo pittacia, quae frontis latitudinem longitudinemque aequent (5, 27, 7 *polium* fabae magnitudinem. CVRT. 5, 1, 33 VIII cubitorum spatium crassitudine). PHAEDR. 4, 16, 3. SEN. Phaedr. 807 aequas Herculeos nam iuvenis toros. dial. 12, 12, 5 acta hic divi Augusti aequet, annos vincat! nat. 7, 15, 2 *cometes* plagam *lacteam* caeli ... in inmensum extentus. 7, 15, 1. epist. 24, 9 in hac re animum fortissimorum. 95, 20. CVRT. 10, 1, 12 *beluae* magnarum navium corpora. 8, 9, 29. PETRON. 70 has lautitias. CALP. ecl. 7, 16 mea gaudia. PLIN. nat. 18, 70 *grana* singula spicas nostras (37, 81). 19, 20 pretia ... margaritarum. 35, 126 eam primus invenit picturam, quam postea imitati sunt multi, aequavit nemo. 7, 95. 23, 38. 37, 26. SIL. 7, 340 somno noctes. 7, 685 concolor aequabat liventia currus equorum terga. 13, 803 Ithacum corde aequantem Peleia facta. 9, 332. 10, 472. 11, 181. 14, 641. 15, 456. 16, 102. 15, 254 tum merita aequantur donis (16, 581. CARM. epigr. 1050, 3 donis ... merentem). STAT. silv. 2, 1, 124 Herculeos annis aequare labores coeperat. 5, 3, 103 effreno nimbos aequare profatu. 5, 3, 160 Theb. 9, 590. QVINT. inst. 10, 1, 54 in eloquendo neutrius ... virtutes. 12, 10, 9 adeo maiestas operis (*i. Phidiae*) deum aequavit. FRONTIN. aq. 18 *Marcia* capite etiam Claudiae libram. 93, *ibid.* superatura. TAC. hist. 1, 57 ann. 4, 62. 14, 29 ANTH. 418, 4 AVG. civ. 3, 30. *nota*: *praestando*: HOR. carm. 2, 5, 3 nondum munia comparis aequare *valet iuvenca* (*virgo*). *sustinendo*: AVIAN. fab. 34, 9 tanto non aequans corpore nimbos *formica*. *de temporis spatiis*: OV. met. 15, 838 cum senior Pylios (*Heinsius*, similes *codd.*) aequaverit annos. trist. 5, 5, 62 aequarint Pylios cum tua fata dies. MANIL. 2, 421 dies ... nox (3, 481). VAL. MAX. 8, 7, 3 annis, quibus saeculi tempus aequavit. 8, 13, 2 PLIN. nat. 7, 157. SIL. 13, 129 haec ... saeclorum numero Troianis condita tecta aequabat. 13, 420. STAT. silv. 5, 3, 256 Teucros ... senes. *homines*: PROP. 3, 9, 31 magnos aequabunt ista Camillos iudicia. OV. am. 2, 4, 33 tu, quia tam longa es, veteres heroidas aequas. met. 15, 857 ut exemplis ipsos (*vulgo*, divis *cod. Haun.*) aequantibus utar. trist. 4, 5, 27 sic aequet tua nupta virum bonitate perenni. LIV. 1, 53, 1 ea arte ... superiores reges. 23, 46, 12 unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equestri. 33, 44, 8 fama. 35, 48, 6 quas gentes nullae umquam ... virtute navali aequassent. 45, 32, 5 fortuna (*ibid.* his sumptibus pares). 35, 26, 3. VELL. 1, 17, 7 (*ibid.* praeteriri). SEN. dial. 6, 24, 2 excellentis ingeni et aequaturi avum benef. 1, 4, 3 animo (*ibid.* vincere). 5, 4, 1. CVRT. 7, 9, 19 specie corporis. 9, 4, 23 gloria (9, 6, 23). 9, 2, 29. COLVM. 1 praef. 32 si usu Tremellios ... nostros aequaverit *agricola*. LVCAN. 1, 641. SIL. 12, 307 nec femina cessat mentem aequare viros. 2, 696. 6, 640. 8, 465. 11, 73. 13, 789. STAT. Theb. 3, 200 gemitu. 11, 35. silv. 2, 3, 73. 3, 2, 113. 3, 5, 45 fides ... qua veteres, Latias Graias, heroidas aequas. 5, 3, 256. QVINT. inst. 10, 2, 10 (*opp.* transierit). TAC. hist. 2, 95 Asiaticus Polyclitos et vetera odiorum nomina. ann. 1, 9. FLOR. 1, 24, 13 in Aemilio Alcibiaden aequavimus, Epheso Salamina pensavimus. TERT. apol. 46 neque de scientia neque de disciplina aequamur. VEG. mil. 3, 26. HIER. epist. 34, 1 Pisistratum in sacrae bibliothecae studio. *superos*: OV. trist. 4, 8, 52 aequantem superos emeruisse virum (SIL. 1, 611 virtute. 13, 722 laude). SEN. epist. 92, 30 hic deos aequat. *cf.* OV. met. 2, 537 fuit haec (*corvus*) quondam niveis argentea pennis ales, ut aequaret totas sine labe columbas. MANIL. 3, 574 Scorpios aequabit tribuentem dona Leonem. SEN. benef. 2, 29, 1 quod non magnitudine corporum aequemus elephantos.

cum ad (*cf. p. 1019, 52*): FAVSTIN. 24 (Migne 13 p. 100 A Avell. p. 31, 25) Athanasius non aequat ad meriti eius praeconium. OROS. hist. 6, 11, 25 cuius (*turris*) vertex aequare ad fontis locum possit. *cum dat.*: SCHOL. Pers. 6, 16 ut opes maiores (*corr.* maiorum) sequantur, si eis aequare non possint. AVG. civ. 12, 11 nec *hi numeri annorum* eis (*Aegyptiis*), etiamsi ter tantum computarentur, aequarent.

absolute: LIV. 39, 39, 3 postquam primo aequare, mox superare etiam est visus (*ag. de candidato praetorio*). COLVM. 2, 2, 19 cum aequaverit *humus* (*scrobibus egesta atque denuo recondita*) *cf.* PALLAD. 1, 5, 3. VAL. FL. 6, 95 ubi Sidonicas inter pedes aequat habenas. CLAVD. 24, 361 terrena ... Nereus confert monstra suis et non aequare fatetur. BOET. mus. 2, 29 p. 262 nullo modo aequabunt ... supervadent. LIV. 26, 37, 9 aequante fortuna. MANIL. 1, 336 quia viribus aequant.

participium aequatus *saepius, ut p. 1018, 27. 32. nota*: AVSON. 382, 6 Iunius aequatos caelo videt ire Laconas. *? adv.* aequate (*nisi imperativus est*): GLOSS. V 262, 72 planate. IV 474, 6 planate, temperate.

synonyma: exaequo, adaequo, par sum, penso. *opposita et coniuncta*: excello, antecedo, supero, vinco, praetereo, transeo, dissimilis sum. *composita*: adaequo, coaequo, exaequo, inaequo, peraequo, praeaequo (?). *v. Mess.*

aequor, -ris *n.* [*cf. c.* aequus. *Th.*] *vox poetarum, nisi quod pedestris sermonis scriptores* (*inde a* CIC.) *sensu primario pro planitie qualibet ponunt et postea pro mari a poetis accipiunt* (*inde a* SEN. *patre*), *sed caute utuntur. deest apud* PLAVT. TER. *dat. sing. non vidi nisi semel* STAT. silv. 4, 3, 2 aequori[s] *in hendecasyllabis, potest eius vice haberi* aequore *apud* SIL. 3, 6 citus aequore Bostar vela dare ... iubetur. *gen. plur. rarus est*: PRIAP. 75, 3 *in phalaeciis,* SEN. Phaedr. 1202 *in trochaeis*, PLIN. nat. 2, 222. 3, 4. 4, 9. 6, 206. 9, 42. 9, 88, MART. 10, 87, 18 *in phalaeciis*, AMM. 22, 8, 46. 26, 10, 18 MART. CAP. 6, 703. *neque abl. plur.* (*adest iam apud* CIC., HOR. *bis*, TIB. PROP. *bis*) *in hexametro legitur ante* OV. met. 4, 366. 13, 804, *deinde* LVCAN. 6, 678 SIL. 3, 539. 653 *al., in soluta oratione* MELA 1, 9. *dat. plur. rarissimus est*: PROP. 1, 15, 10 OV. met. 4, 525. 13, 921 STAT. Ach. 2, 13. *pluralis plerumque est poeticus qui dicitur, nota* multa aequora CAT., diversa VERG. MART. CAP., aequora bina OV., tot aequora VAL. FL. *similia*. VARRO ling. 7, 23 mare ⟨aequor⟩ appellatum, quod aequatum cum commotum vento non est. NON. 65 aequor ab aequo et plano. Cicero academicorum lib. II (frg. 3) vocabulum accepisse confirmat: 'quid tam planum videtur quam mare? e quo etiam aequor illud poetae vocant'. NON. 246 aequor campus, Vergilius lib. XII (333) ..., aequor mare, Vergilius lib. I (146) ..., aequor fluvius, Vergilius lib. VIII (96) .... SERV. georg. 1, 50 aequor autem modo terram accipe ab aequalitate dictam ..., unde et maria aequora dicuntur (*similia ad* Aen. 2, 69. 3, 202. 8, 89 AMBR. exam. 3, 2, 8 ISID. diff. 66 orig. 13, 12, 1 GLOSS.). SERV. georg. 1, 469 'aequora ponti': non sine causa addidit 'ponti', quia sunt et campi aequora. o *brevem esse affirmat* PROB. gramm. IV 12, 18. 13, 36 *passim. doctrina recentissima*: ALBIN. gramm. VII 300, 29 aequor per ae dipthongon scribendum, quia ab aqua est nomen factum (*cf.* ISID. orig. 13, 12, 1). *adscripsi locos pedestrium omnes, item poetarum usque ad* PROP., *inde ab* OV. *selectos.*

I ***planum, planities***: *de agro campo harena* (*proprie*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et translate): ENN. ann. 137 tractatus per aequora campi. VARRO Men. 288 nemini Fortuna currum a carcere intimo missum labi (levi *codd.*) inoffensum per aecor candidum ad calcem sivit. CIC. div. 1, 93 Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes. LVCR. 3, 1002 saxum . . . volvitur et plani raptim petit aequora campi. VERG. ecl. 9, 57 stratum silet aequor (SCHOL. spatium campi). georg. 1, 50 ferro . . . scindimus aequor. 1, 97 proscisso quae suscitat aequore terga *arator*. 2, 105 Libyci . . . aequoris . . . harenae (*deserti; de innumerabilibus*). 2, 205 ex aequore . . . domum . . . decedere plaustra. 2, 541 sed nos immensum spatiis confecimus aequor (*de circo translatum*). 3, 194 per aperta volans . . . aequora *equus*. Aen. 5, 456 Daren ardens agit aequore toto. 7, 728 Sidicina . . . aequora (*opp.* collibus altis). 7, 738 quae rigat aequora Sarnus. 7, 781 aequore campi exercebat equos. 10, 443 socii cesserunt aequore iusso. 10, 450 medium procedit in aequor. 10, 568 toto Aeneas desaevit in aequore victor. 11, 599 fremit aequore toto (12, 501) insultans sonipes. 11, 746 volat igneus aequore Tarchon. 12, 333 *Martis equi* aequore aperto ante notos zephyrumque volant. 12, 524 de montibus altis . . . amnes . . . in aequora (πεδίονδε) currunt (OV. met. 1, 282 *syn.* apertos . . . campos). 12, 614 extremo . . . in aequore. 12, 710 vacuo patuerunt aequore campi. 12, 742 diversa fuga petit aequora Turnus. COLVM. 10, 87 durataque summa pruinis aequora dulcis humi. 270 aequoris Hennaei vernantia lilia. VAL. FL. 3, 107 compressa . . . mandens aequora *moribundus* (*v. Langen ad l.*). 4, 280. 6, 30. 88. 6, 105 deserta. 6, 239. 6, 569. 7, 469 hanc iace per medias, cum verteris aequora, messes. 7, 548. 553. SIL. 1, 267. 2, 172 averso rapitur sinuata per aequora curru. 3, 378 aequore aperto (16, 413 STAT. Theb. 11, 203). 4, 143. 243. 4, 274 medio stetit aequore pugna. 4, 401 toto palantes aequore turmas. 4, 519 aequore fertur *consul*. 5, 328 iacet aequore . . . *mortuus* Appius. 5, 376 aequore campi. 7, 716 donec . . . decederet aequore *Hannibal*. 9, 487 fusos . . . per aequor *fugientes*. 9, 557 ruit aequore ab imo *Hannibal*. 10, 155. 12, 167. 13, 157 patulum. 226. 14, 128. 16, 346. 366. 389. 484. 510. 17, 585. HOMER. 476 deiectus in aequora curru proteritur. STAT. Theb. 6, 847. 10, 739 aequore campi. 11, 403 in pulvereum . . . aequor prosiliunt. IVV. 8, 61 primus in aequore pulvis. CARM. epigr. 1347[b], 1 ex⟨uv⟩iis resolutus in aetheris aequore tutum currus iter. 1526[a], 1 aequora conclusit campi divisque dicavit. 1526[c], 3 *cervos* vicit in parami aequore (*vide notam Bücheleri*). APVL. mund. 4 altitudine montium, camporum aequore. NEM. cyn. 269 spatiosa per aequora campi. ITIN. Alex. 24 erat id aequor inoffensius equitabile. IVL. VAL. 1, 24 ad id loci transit, quem extensum . . . magni et uberis aequoris pulchritudine miratur. *ibid. flumina exsiccata* quamvis congestu postea sint ad aequoris uniti faciem exaequata. 1, 29 *eminentiis* in cetero aequore extuberascentibus. 1, 43 in aequore . . . aciem extendit. IVVENC. 3, 155 consevit in aequore ruris. AVIEN. orb. terr. 1239 aequora terrarum gravibus componere rastris. PRVD. psych. 258 cadit in foveam praeceps, quam callida forte fraus interciso suffoderat aequore furtim. CLAVD. 5, 172 nec multo spatii distantibus aequore vallis. 21, 22 magnum mihi panditur aequor (*de cursu transfertur*). PAVL. NOL. carm. 19, 557 seque latere putans extabat in aequore claro. 28, 54 area . . . cultu minor, aequore maior. 29, 12 mihi non isto fundendus in aequore sermo est, ut per . . . miracula curram. MART. CAP. 7, 725 tegmine glauco pandere pulvereum formarum ductibus aequor. OROS. hist. 5, 16, 9 si quo pacto eos excuterent vallo atque in aequor effunderent. PROSP. epigr. 19, 6 et tamen hi calles (*virtutis*) . . . quaedam magnificis aequora sunt animis. SIDON. epist. 3, 3, 3 interiectis aequoribus . . . perambulatis. 4, 8, 3 virens aequor campi patentis. 4, 21, 5 illud aequor agrorum (*ludendo comparatur mare*). ALC. AVIT. epist. 96 ut . . . ad patentium locorum aequora pervenirem. *de variis rebus*: ACC. trag. 224 sed quid tonitru turbida torvo concussa repente aequora caeli sensimus sonere? LVCR. 6, 108 *nubes* dant etiam sonitum patuli super aequora mundi. 3, 892 summo gelidi cubat aequore saxi. 4, 107 speculorum ex aequore (4, 290, *cf.* 294 planitiem ad speculi). ANTH. 521, 2 leve . . . speculi . . . aequor (525, 2). GELL. 12, 1, 8 ne aequor illud ventris inrugetur *partu* (*cf.* OV. am. 2, 14, 7). NEM. cyn. 243 illis (*equis*) ampla satis levi sunt aequora dorso. AVSON. 146, 13 dextera volat per aequor cereum. PRVD. perist. 11, 185 tabulas . . . aequore levi candentes, recavum quale nitet speculum. BOET. cons. 5, 4 carm. 7 celeri stilo mos est aequore paginae . . . pressas figere litteras.

II ***planum mare, mare*** (*saepe cum variis additamentis quae mare denotent; hic illic ipsa superficies maris intellegitur*): GLOSS. πέλαγος, ἅλα, θάλαττα. ENN. praetext. 4 et aequora salsa veges ingentibus ventis (LVCR. 3, 493. 5, 128. 6, 634. 925 aequore salso). ann. 566 aequora cana. 59 aequore in alto (LVCR. 3, 784 VERG. georg. 4, 528, OV. epist. 10, 28 *plur., et passim*). CIC. Arat. 67 ut validis aequor pulsabit viribus auster. 90 perturbans aequora signum *aquila*. CAT. 4, 17 tuo imbuisse palmulas in aequore *phaselum*. 11, 8 colorat aequora Nilus (11, 11?). 64, 7 caerula . . . aequora. 64, 12 ventosum (VERG. georg. 1, 206 ventosa. Aen. 6, 335 OV. epist. 16, 5). 64, 170 truculentum. 205 tellus atque horrida contremuerunt aequora. 68, 3 spumantibus aequoris undis (LVCR. 4, 220. 5, 374 OV. am. 2, 11, 1 ars 1, 723 met. 1, 341. 5, 498 *passim*). 101, 1 multa per aequora. LVCR. 1, 8 tibi rident aequora ponti (2, 772. 5, 1001. 6, 440 VERG. georg. 1, 469. OV. met. 2, 872 *passim*. LVCR. 2, 781 in aequore [-ra *codd.*] ponti. 6, 628 ex aequore ponti). LVCR. 1, 718 aequor Ionium (OV. met. 15, 49. 699). 2, 1 mari magno turbantibus aequora ventis. 2, 376 mollibus undis . . . parit aequor harenam. 766 ut mare, cum magni commorunt aequora venti, vertitur in canos candenti marmore fluctus. 4, 410 immania ponti aequora. 5, 266 verrentes aequora venti (5, 388. 6, 624 VERG. georg. 3, 201). 6, 621 sol umoris parvam delibet ab aequore partem (*praecedit* pelage). 6, 892 aequor (*ante* endo marist). VERG. georg. 1, 246 arctos oceani mergentes aequore tingui **(3, 359. Aen. 7, 811 OV. met. 2, 172. *et passim*. 11, 455 pinum). 1, 327** fervetque fretis spirantibus (spum- *Rom.*) aequor. 1, 361 medio celeres revolant ex aequore mergi. 2, 162. 3, 262 scopulis inlisa . . . aequora. 3, 470. 4, 388 magnum. 8, 7 Illyrici. Aen. 1, 29 iactatos aequore toto Troas (1, 128). 1, 43 evertitque aequora ventis. 1, 67 gens inimica mihi Tyrrhenum (HOR. carm. 4, 15, 3, OV. met. 14, 8 *plur.*) navigat aequor. 1, 117 *navem* vorat aequore vertex. 1, 142 tumida aequora placat. 1, 146 temperat aequor. 1, 154. 1, 164 tuta silent. 1, 376 diversa. 1, 511. 2, 69. 176. 419. 2, 780 vastum maris aequor (CLAVD. 35, 295). 3, 126. 3, 157 tumidum (OV. epist. 17, 35. 193 met. 14, 544 *passim*). 3, 191 vastum. 3, 196 magnaque surgunt aequora. 3, 290 mare et aequora (3, 668. 5, 778). 3, 378. 385 salis Ausonii . . . aequor. 3, 397 nostri . . . aequoris aestu. 403. 413 laeva. 662. 665 medium. 4, 240. 255. 313 undosum. 411 totum . . . misceri . . . clamoribus aequor. 524 saeva quierunt aequora. 582 latet sub classibus aequor. 5, 143 dehiscit. 5, 171. 219 ultima. 235 di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora (-re *Rom.*) curro. 5, 715 fessas aequore matres. 5, 763 placidi straverunt aequora venti. 5, 819 caeruleo per summa levis volat aequora curru *Neptunus*. 5, 821 sternitur aequor aquis (*cf.* 8, 89 *infra p. 1027, 32*). 6, 171 personat aequora concha. 6, 342 medioque sub aequore mersit (*hoc passim*) *Palinurum*. 6, 348. 6, 355 inmensa per aequora . . . vexit me *notus*. 6, 692. 6, 729 marmoreo fert monstra sub aequore pontus. 7, 7 alta quierunt aequora. 7, 29 ex aequore lucum prospicit. 7, 196 advertitis aequore cursum. 8, 674 delphines . . . aequora verrebant caudis. 9, 101 magni . . . aequoris . . . deas. 9, 118 delphinumque modo demersis aequora rostris ima petunt. 10, 103 premit placida aequora pontus. 10, 206 quos . . . Mincius . . . ducebat in aequora pinu (*i. navi*). 10, 233 teque per aequor quaerimus. 10, 269 totumque adlabi classibus aequor. 10, 659. 10, 664 Turnum medio . . . fert aequore turbo. 10, 692 rupes, vastum quae prodit in aequor. CIRIS 394 magnum . . . curru metitur. 480 hiberno bacchatur in aequore turbo. 493 liquido Scyllae circumfusum aequore corpus. 516 dispersit in aequora rorem *ciris evolans*. HOR. carm. 1, 2, 12 superiecto pavidae natarunt aequore dammae. 1, 5, 7 aspera nigris aequora ventis (GERM. frg. 3, 20). 1, 7, 32 ingens. 1, 9, 10 ventos aequore fervido deproeliantes. 1, 14, 9 imperiosus. 1, 14, 20 interfusa nitentis vites aequora Cycladas. 1, 31, 14 Atlanticum (MELA 3, 3). 1, 35, 6 dominam aequoris. 3, 1, 33 contracta pisces aequora sentiunt (*cf.* SIDON. carm. 2, 57). 3, 6, 34 infecit aequor sanguine Punico. 3, 24, 40 horrida callidi vincunt aequora navitae. 3, 27, 23 aequoris nigri fremitum. 4, 4, 54 iactata Tuscis aequoribus sacra. 4, 5, 10 Carpathii trans maris aequora. 4, 8, 31 Tyndaridae . . . ab infimis quassas eripiunt aequoribus rates (OV. trist. 2, 99 imoque sub aequore mergit). epod. 10, 11 quietiore . . . feratur aequore. sat. 2, 2, 48 rhombos . . . aequor alebat. 2, 3, 235 piscis hiberno ex aequore. epist. 1, 15, 23 utra magis piscis et echinos aequora celent. 2, 2, 20 latumque per aequor . . . reditum parat. TIB. 1, 7, 19 maris vastum prospectet turribus aequor. 2, 5, 80 prodigia indomitis merge sub aequoribus. 2, 6, 3 seu longa virum terrae via seu vaga ducent aequora. PRIAP. 75 aequorumque regi *Neptuno*. PROP. 1, 8, 20 placidis. 1, 11, 4 proxima Misenis aequora. 1, 14, 12 legitur rubris gemma sub aequoribus. 1, 15, 10 Calypso desertis olim fleverat aequoribus (*dat.*). 2, 16, 38 Actia. 3, 5, 37 curve suos fines altum non exeat aequor. 3, 7, 57 di, maris Aegaei quos sunt penes aequora venti . . . unda (OV. met. 11, 663 Aegaeo . . . in aequore). 3, 15, 31 magnos cum ponunt aequora motus. 3, 21, 11 propellite in aequora (-re *Neap.*) navem. 3, 21, 17 rudis Adriaci vehar aequoris hospes. 4, 6, 19 stetit aequore moles pinea. OV. epist. 2, 128 mobile qua primas porrigit aequor aquas. 4, 105 aequora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon. 5, 77 aperta (met. 4, 527 *sing.*, 11, 555 *item, passim*). fast. 3, 589 patens. met. 11, 478 medium. 11, 505 curvum. fast. 5, 547 liquido (MANIL. 5, 563). met. 3, 538 longa (13, 911. 961). epist. 17, 173 lato (met. 4, 690. 6, 705 *passim*). 10, 65 pacata. 18, 155 evicta. met. 11, 432 aequora placet (15, 723). 12, 94 totum temperat aequor. epist. 18, 22 concita. 18, 86 saevum . . . minaxque. 20, 67 difficili. Ibis 593 ventosum (EPICED. Drusi 107 *plur.*). met. 6, 399 rapidum (*v. adn.*). trist. 1, 10, 11 concita ventis. 1, 11, 33 agitatum fluctibus. 4, 4, 57 iactantur aequora ventis. epist. 17, 104 madidam siccas aequoris imbre comam. 18, 117 virginis aequor (*Hellespontum*; 137 Athamantidos aequora). 18, 160 sternet et aequoreas aequore nata (*Venus*) vias. 3, 11, 30 aequoris . . . aquas (Ibis 410). ars 2, 469 humus aequore cincta est. met. 2, 6 aequora . . . medias cingentia terras. 2, 265 nec se super aequora . . . tollere . . . audent delphines. 2, 291 *Neptuno* tradita sorte aequora. 2, 509 ad canam descendit in aequora Thetyn. 3, 684 emergunt iterum redeuntque sub aequora rursus. 4, 135 exhorruit aequoris instar, quod tremit (fremit *codd.*), exigua cum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

summum stringitur unda. 4, 562 aequora destringunt ... alis. 4, 712 in aequore summo (14, 50) umbra viri visa est. 4, 742 natas ... sub aequore virgas (752 in aequore, *opp.* super aequora). 11, 231 summis inductum est aequor harenis. 11, 247 deos pelagi vino super aequora fuso ... adorat. 11, 485 fragor aequoris. 11, 792 aequoris iras. 13, 293 immunemque aequoris arcton. 727 arctos aequoris expertes (trist. 3, 10, 3 stellis numquam tangentibus aequor). 13, 792 adsiduo detritis aequore conchis. 15, 263 factas ex aequore terras. Pont. 3, 1, 15 in aequore piscis inclusus *glacie.* 4, 10, 60 *in Danubio* copia tot laticum quas auget, adulterat undas nec patitur vires aequor habere suas. fast. 5, 13 pondere terra suo subsedit et aequora traxit. trist. 1, 2, 21 quantae diducto subsidunt aequore valles. 1, 10, 8 fert ... assilientia ... aequora *navis.* 3, 10, 39 durum *gelu* calcavimus aequor (SEN. Herc. O. 537. VAL. FL. 8, 201 adsuetum ... plaustris ... aequor). 5, 2, 64 Euxini ... aequoris. MANIL. 1, 164 fluidum. 1, 623 Ratis, quae vicerat aequor. 2, 237 partu complentes aequora pisces. 4, 285 placidum ductis everrere retibus aequor. 5, 54 caeco (5, 398) ducuntur in aequore classes. 5, 377 novo *Argo navi.* 5, 427 et vada mentitus reddet super aequore campum *delphinus.* 5, 661 in laxo. SEN. suas. 3, 1 non in aliam condicionem deus fudit aequora quam ne omnis ex voto iret dies. SEN. nat. 3, 28, 3 a tergo ventis surgentibus ingens aequor evolvunt *maria.* 3, 29, 7 Siculi aequoris fauces. CVRT. 4, 7, 9 ut aperuere se campi alto obruti sabulo, haud secus quam profundum aequor ingressi terram oculis requirebant. 7, 5, 4. 10, 1, 12. MELA 1, 9 *Asia* media nostris aequoribus excipitur. 3, 45 ex Indicis aequoribus. LVCAN. 1, 421 littore curvo molliter admissum claudit Tarbellicus aequor (2, 616 inmissum). 2, 640 aequore denso pigra palus Scythici patiens Maeotia plaustri. 4, 257 Phario. 5, 338 non magis ablatis umquam descenderit aequor quam nunc crescit aquis. 5, 448 inertia. 5, 602 dubium pendet, vento cui concidat aequor. 8, 722 cano ... discolor aequore *truncus Pompei.* 9, 374 hiems, quae clauserat aequor. 9, 955 amore *Leandri* notatum aequor. 10, 513 abstulit excursus et fauces aequoris hosti Caesar. PETRON. 89 v. 39 *serpentum* iubar incendit aequor. PLIN. nat. 2, 222 summam aequorum aquam dulciorem profunda. 3, 4 tam immensa aequorum vastitas. 3, 44 Tuscum (*antecedit* Hadriatici maris). 4, 4 Ambracius sinus, D passuum faucibus spatiosum aequor accipiens. 4, 9 incursu tantorum aequorum (4, 22). 4, 76 inde exspatiatur aequor rursusque in artum coit. 5, 97 aequora ... hinc Phoenicium, hinc Ponticum *eqs.* 6, 206 mensura aequorum (MART. CAP. 6, 703). 9, 1 aequorum, amnium stagnorumque *animalia.* 9, 25 per magnum aequor. 9, 42 pelles *vitulorum marinorum* etiam detractas corpori sensum aequorum retinere. 9, 88 in summa aequorum pervenit *nautilos* (9, 103). VAL. FL. 1, 131 aequora delphin corripit. 1, 303 aequora tecum ingredior (*Argo ad Iasona*). 1, 324 trepidis placabile matribus aequor. 1, 608 aequora venti poscere. 2, 37 rupto sonuit sacer aequore Titan *cadens.* 2, 63 irato iam stridet in aequore Perseus. 2, 295 soporiferas quae nunc trahis aequore bigas. 2, 513 motumque a sedibus aequor horruit. 2, 586 Phrixea. 3, 277 sinuosa. 3, 621 procellosum. 3, 661 vacuos cur lassant aequora visus? 3, 732 tacet (iacet *codd.*) cum flatibus aequor. 4, 488 simul aequora servant (*i.* obs.), astra simul. 4, 541 tantum aequor (*cf. l. 57*) adorti tendimus. 4, 721 Maeotia. 5, 77 rubri. 5, 167 recusso aequore Cyaneas ... relictas (SIL. 2, 307 refluo *de Scylla*). 5, 228 Aries ... aequora cuncta movens. 6, 390 exosus Pyrrhae genus aequora rursus Iuppiter ... si fundat. 6, 412 fractas involvunt aequora puppes. 6, 592 Aesoniden ..., aequore tanto (*fere i. q. navigatione. cf. l. 52*) ... repetit qui vellera Phrixi. 8, 50 tecum aequora, tecum experiar quascumque vias. SIL. 1, 200 obsidet aequor ... Atlas. 2, 459 aequore vano (*quod eos decepit*) avertunt oculos. 2, 664 resplendet imagine flammae aequor. 4, 481 ab aequore Eoo surgebant roseae media inter caerula flammae. 5, 248 aequoris olim victores *Romani.* 6, 1 Tartessiaco (*i. occidentali*). 7, 572 diversa ad litora volvunt aequor quisque suum *Boreas et Africus.* 11, 510 *Aufidus* fluctus ferit Hadriacos magnoque fragore cedentem impellit retrorsus in aequora pontum. 12, 118 qua discidit aequor *Hercules.* 16, 248 nec me aequore saevus tardavit medio pontus. 17, 49 Scipio ... abscondit late propulsis puppibus aequor. 17, 270 puppimque sub atris aequoris aggeribus tenuit. STAT. Theb. 1, 6 scrutantemque aequora Cadmum. 1, 479 ventis ut decertata residunt aequora. 2, 107 versantis ... aequora clavi. 3, 255 longa ventorum pace solutum aequor. 5, 368 totumque notis certantibus aequor pendet. 5, 485 lux ... longum ... polo contexere visa est aequor. 6, 543 contemptor ephebus aequoris. 6, 799 longa vagos lassarunt aequora nautas. 7, 473 late ... novo Titane reclusum aequor. 7, 561 obvius adversum Boreae Notus abstulit aequor. 9, 336 extremis adludunt aequora plantis. 9, 525 ab infestis descendunt aequora saxis. silv. 2, 1, 213 hos bella, hos aequora poscunt *in mortem.* 2, 1, 179 in Isthmiacos prolatus ab aequore portus. 3, 1, 129 terris ingens redit aequoris echo. 3, 2, 43 per aequora mundi. 3, 2, 61 quis rude et abscisum miseris animantibus aequor fecit iter? 3, 2, 73 ante rates pigro torpebant aequora somno. 3, 3, 102 propugnacula ... aequoris. 4, 3, 2 aequori[s] propinquum saxosae latus Appiae. 5, 1, 246 in eodem ... aequore. 5, 3, 211 sidera ... aequoraque et terras *i. vitam.* 5, 4, 6 occidit horror aequoris. Ach. 1, 44 attollere magnum aequor. 1, 63 aspicis, in qualis miserum patefeceris usus aequor? 1, 242 humili ... ex aequore Titan rorantes evolvit equos. 1, 273 cognata per aequora iurā (*verba Thetidis.* 2, 8). MART. epigr. 16ᵇ, 1 vexerat Europen fraterna per aequora taurus. 24, 5 specta, dum lassant aequora Martem: parva mora est, dices: hic modo pontus erat. 10, 87, 18 piscator ferat aequorum rapinas. TAC. hist. 5, 23 spatium velut aequoris electum, quo Mosae fluminis os amnem Rhenum Oceano adfundit. ann. 2, 23 placidum aequor mille navium remis strepere aut velis inpelli. FLOR. 1, 41, 11 per omnis aequoris portus sinus latebras recessus *eqs.* CARM. epigr. 1552, 85 perspicuis aperit Pharos aequora flammis. TERT. orat. 17 per tantam aequoris molem. COMM. apol. 640. ANTH. 415 feta procellis (sęda procellas *cod.*) aequora. SOL. 3, 3 Ligustici sinus aequor. 12, 2 aequore patentissimo. 23, 14 limen interni aequoris (PLIN. maris). 24, 5 insula ... in quibusdam aequoris spiris sita. 24, 6 planities manet sicca, quamvis prona aequora (PLIN. aestus maris) superveniant. AMM. *passim, velut* 22, 8, 46 Pontus dulcior aequorum ceteris. 26, 10, 18 relapsa ... aequorum magnitudo. CARM. frg. Mar. Victor. gramm. VI 76, 3 mare non amo, quod modo cum placido stetit aequore, litora caedit. HIER. epist. 3, 4 (*ex Verg.*). 14, 6 in morem stagni fusum aequor. 108, 27 crispantia maris aequora labens carina sulcavit. CLAVD. carm. min. 27, 1 oceani. PRISC. perieg. 8 oceanum, tellus quo cingitur aequore tota. 68 frangitur aequore pontus. 121. COD. Theod. 7, 4, 33 ne interiecti aequoris tractus querelae provincialium pereant (*i. transeant*). SVLP. SEV. dial. 3, 14, 2 cum summa placati aequoris quiete. MART. CAP. 6, 591 supra terras et aequora. 6, 623 per diversa aequora. 6, 651. CYPR. GALL. Ios. 564 maris patuerunt aequora rubri. RVT. NAM. 2, 13. ARATOR 1, 129 aequoris ... aquas. CORIPP. Ioh. 1, 166.

verba ob imagines notabiliora pro navigare: ENN. ann. 563 ratibus repentibus aequore in alto. 566 labitur ... carina per aequora cana (OV. epist. 10, 65. 18, 155). CAT. 64, 7 caerula verrentes abiegnis aequora palmis. VERG. Aen. 3, 290 certatim socii feriunt mare et aequora verrunt (5, 778). 5, 143 convulsum remis rostrisque ... aequor (8, 690). OV. epist. 2, 87 spumescant aequora remo (3, 65 canescant). met. 3, 657 impellit ... aequora remis (SIL. 14, 359 fodit). Pont. 3, 1, 1 pulsatum remige. LVCAN. 5, 449 tonsis aequora moturae *classes* (VAL. FL. 5, 45 movebimus). HOMER. 181 pulsarunt aequora proris. STAT. Theb. 5, 141 spumant eversa lacertis aequora.

CAT. 64, 12 rostro ... proscidit aequor *Argo.* VERG. Aen. 5, 219 secat *navis* ... aequora (10, 166 LVCAN. 8, 169 VAL. FL. 4, 270 HOMER. 195, *passim de navi vel nauta*). VAL. FL. 1, 363 patrium frangit Neptunius aequor ... Euphemus. 1, 600 domat aequora velo. 3, 472 adque aequora pectore tollunt (*cum tmesi*). STAT. Theb. 5, 335 dispellens aequora prora. VERG. Aen. 2, 780 vastum maris aequor arandum (3, 495 OV. am. 2, 10, 34 *passim*). OV. Pont. 1, 4, 35 ligno vastum sulcavimus aequor (*cf.* hal. 100; GERM. 45 SEN. Ag. 440 LVCAN. 2, 703 VAL. FL. 3, 32 HOMER. 219). trist. 1, 4, 3 findimus. CAT. 101, 1 per aequora vectus (VERG. georg. 1, 206 Aen. 1, 376. 3, 325. 6, 335. 7, 228 OV. epist. 16, 5; met. 5, 499 advehar). VERG. Aen. 6, 355 notus ... per aequora ... vexit me. 3, 157 permensi classibus aequor. LVCAN. 5, 492 ire per aequor. STAT. Theb. 4, 24 longum super aequor ituris. VERG. Aen. 3, 191 cava trabe currimus aequor (5, 235. VAL. FL. 1, 306 aequore). VERG. Aen. 3, 377 quo tutior hospita lustres aequora (3, 385 LVCAN. 5, 347. 9, 1057 VAL. FL. 3, 388). OV. epist. 7, 57 temptantibus aequor (LVCAN. 9, 321). fast. 4, 289 legit.

LVCR. 5, 1227 vis ... venti induperatorem classis super aequora verrit. VERG. Aen. 1, 29 iactatos aequore toto (HOR. carm. 4, 4, 54 STAT. Theb. 12, 12). 3, 403 transmissae ... trans aequora classes. HOR. epod. 10, 11 feratur aequore (OV. met. 11, 443 super aequora. 13, 267 per aequora classe. VAL. FL. 4, 56). OV. met. 14, 470 ventis per aequora rapti. FVR. ANT. carm. frg. 4 sicut fulca levis volitat super aequora classis. MANIL. 5, 51 fluitabunt aequore rostra. TIB. 2, 6, 4 virum ducent aequora. OV. epist. 20, 67 difficili deducta est aequore navis. LVCAN. 8, 272 volvuntur in aequore puppes. HOR. carm. 3, 24, 41 vincunt aequora navitae (VAL. FL. 5, 511). OV. Ibis 593 superaris naufragus aequor. VERG. Aen. 1, 389 conscendi navibus aequor (CARM. frg. Spart. Pesc. 8, 6). VAL. FL. 4, 345 rursus ... capessunt aequora. *cf.* 4, 541 adorti. HOR. carm. 1, 7, 32 iterabimus aequor. OV. epist. 17, 117 repeto (LVCAN. 4, 436).

notabilia *varia*: *technice*: maris aequor: COLVM. 8, 17, 3 si loci situs ita competit, ut in solo piscinae posita libella septem pedibus sublimius esse maris aequor ostendat. 8, 17, 4 pari libra cum aequore maris est. *maris aqua quasi materies* (*cf. epitheton* salsum *inde ab* ENNIO *lectum,* aequore tingui *inde a* VERG.): OV. am. 2, 10, 34 quae lassarit arando, aequora periuro naufragus ore bibat. met. 11, 488 egerit hic fluctus *ex navi* aequorque refundit in aequor (*cf.* VAL. FL. 3, 474 mittitur in puppem remo mare). LVCAN. 2, 627 spumoso Calaber perfunditur aequore Sason. 3, 687 restinguat ut aequore flammas. 4, 82 arcus ... oceanum ... bibit ... et caelo defusum reddidit aequor. VAL. FL. 4, 666 effluit *a Cyaneis* imber spumeus et magno puppem procul aequore vestit. SIL. 3, 48 infuso stagnantes aequore campos. 10, 325 revomentes aequora nautae. 15, 788 *belua* absorbet late permixtum piscibus aequor. STAT. Theb. 5, 382 pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo egerere. MART.

13, 79 spirat in advecto, sed iam piger, aequore mullus; languescit: vivum da mare, fortis erit. AVSON. epigr. 106, 3 madidos salis aequore crines. *pro magna aquae copia*: VAL. MAX. 9, 1, 1 *balineorum* inpensa levibus initiis coepta ad suspensae caldae aquae tantum non aequora penetravit. SEDVL. carm. pasch. 2, 130 misceri ... plangoribus aequor (pasch. op. 2, 10 p. 211, 3 vastum pelagus lacrimarum). CASSIOD. var. 7, 6, 3 thermarum ... pulcritudo quid esset, si dulcissima quaedam aequora non haberet. *proverbialiter dicta*: VERG. ecl. 1, 59 ante leves ergo pascentur in aequore (aethere *codd.*) cervi. HOR. epod. 16, 34 ametque salsa levis hircus aequora. OV. met. 14, 37 prius ... in aequore frondes ... nascentur. ANTH. 440, 1 ante rates Siculo discurrent aequore siccae. OV. trist. 1, 8, 1 in caput alta suum labentur ab aequore retro flumina. LYGD. 3, 4, 85 nam te nec vasti genuerunt aequora ponti, *ut sis immitis*. OV. met. 13, 804 truculentior ursa, saevior aequoribus. fast. 3, 580 asperior quovis aequore frater erat. SIL. 8, 257 Graio funestior aequore Campus *Martius* (*ob ambitum*). OV. ars 1, 58 aequore quot pisces ... teguntur. Pont. 2, 7, 28 quot ... natent pisces aequore. fast. 1, 493 omne solum forti patria est, ut piscibus aequor. MANIL. 5, 731 quot eant semper nascentes aequore fluctus (VAL. FL. 6, 163). HOR. carm. 4, 15, 3 ne parva Tyrrhenum per aequor vela darem. ALBINOV. carm. frg. 21 aliena quid aequora remis et sacras violamus aquas? BVCOL. Eins. 2, 8 atqui[n] turbari sine ventis non solet aequor. *translate*: PROP. 3, 9, 3 quid me scribendi tam vastum mittis in aequor? OV. met. 15, 176 magno feror aequore plenaque ventis vela dedi. STAT. Theb. 12, 809 et mea iam longo meruit ratis aequore portum. PROSP. de provid. 98 legis in aequore aperto ... ventis dare ... vela. ENNOD. dict. 8 p. 449, 2 quodlibet scientiae fuerit aequor ingressus. IVVENC. 3, 605 tranquillior aequora vitae concordi sternit mitis moderatio pace. LICENT. carm. 77 turbata per aequora vitae.

de **aliis aquis**: VERG. Aen. 8, 89 mitis ut in morem stagni placidaeque paludis sterneret aequor aquis *Thybris*. 8, 96 viridisque secant placido aequore silvas *navigantes Thybrim*. OV. met. 13, 955 diversis lapsi de partibus amnes totaque vertuntur supra caput aequora nostrum. SEN. Herc. O. 1073 inferni ratis aequoris nullo remigio venit. SIL. 3, 258 Tingim (*ducem*) rapido mittebat ab aequore Lixus *fluvius*. 4, 597 fessum ... sub aequora *Trebiae* mergit *equus*. STAT. Theb. 1, 290 Stygia aequora fratris obtestor. IVL. VAL. 2, 27 p. 95, 13 cessit aequoris facies (*in fluvio gelato*) ad pondus equitantis. AVIEN. or. mar. 546 sonorus volvit aequor spumeum Anystus amnis (orb. terr. 1030). 684 stagni. orb. terr. 335 intenti prolabitur aequoris unda (*de Nilo*). 342 vagis anfractibus aequor proserit *Nilus*. 424 extento patulos premit aequore terras interceptus habes. CLAVD. carm. m. 26, 44 *de Apono*. SIDON. epist. 2, 2, 18 ANTH. 528, 1 PAVL. PETR. Mart. 5, 626. 6, 75. CASSIOD. var. 11, 14, 2 *lacus Larii*.

synonyma: *ad I*: planities, campus apertus. *ad II*: mare, pontus, pelagus, oceanus, freta, sal, fluctus, aquae, unda, vada. *opposita*: *ad I*: collis, mons, altitudo, eminentia, vallum. callis. *ad II*: tellus, terra, scopuli, rupes, insula. fluvius, amnis, stagnum.

aequorātus qui iurat in mare GLOSS. II 565, 19. *cf.* GLOSS. Mai VI 505[a] aequorandum navigandum. *legendum* ibat *vel* iverat *cum Goetzio (Löwe, Gloss. nom. p. VII, 1).*

aequoreus, -a, -um. *ab* aequor. *adi. a neotericis formatum, quo maxime delectabatur* OV., *quarto demum saeculo receptum pedestribus.* aequorium NOT. Tir. 110, 82, -ius GLOSS.

GLOSS. II 568, 18 aequorius (-eus *frg. Deycks.*) marinus. CAT. 64, 15 Nereides (OV. am. 2, 17, 17). VERG. georg. 3, 243 genus *i. pisces* (CARM. de resurr. 69). CVLEX 357 fluctu (OV. met. 15, 605 OREST. 106). CIRIS 451 pristes (pestes *Helmst.*, pisces *rell.*). PRIAP. 9, 4 deo (OV. met. 12, 197 fast. 5, 512 Pont. 2, 10, 40 SEN. Ag. 215. VAL. Fl. 1, 138 divos. 1, 212 deos). PROP. 1, 17, 25 aequoreae formosa Doride natae. 3, 7, 67 o centum aequoreae Nereo genitore puellae. OV. epist. 5, 62 aquis (7, 62. 15, 108 ars. 1, 410. 528. 2, 62. 3, 402 rem. 692. Ibis 464 met. 11, 520 fast. 1, 340. 2, 68. 116. 4, 498. 578 Pont. 2, 10, 28. 3, 1, 22 trist. 1, 1, 90. 1, 4, 2. 5, 7, 2 LVCAN. 8, 788). epist. 18, 126 deam *Leucotheam* (ars 2, 124 deas. Pont. 4, 10, 14 *Circae*). 18, 160 vias. EPIST. Sapph. 199 Lesbides. OV. rem. 257 undas (met. 12, 580 fast. 2, 149 LVCAN. 1, 401 VAL. FL. 3, 421 MART. 13, 84, 1 AVIEN. Arat. 800 AMBR. serm. 55, 7 PAVL. NOL. carm. 5, 48). met. 10, 78 piscibus (trist. 1, 2, 56). 10, 617 origine *Hippomenis*. 11, 212 monstro (VAL. FL. 4, 750 STAT. Theb. 9, 300 MART. epigr. 27, 9). 11, 226 Thetidis. 14, 557 naides. 15, 752 Britannos (PROSP. epigr. in obtr. Aug. 2, 5). fast. 1, 372 senis *Protei* (GERM. 665). Pont. 1, 1, 70 salis (2, 7, 74. LVCAN. 10, 257 sales. MART. 13, 89, 2 AVSON. 344, 2). 4, 1, 30 imbre. trist. 1, 8, 35 ventos. MANIL. 2, 194 astris (*Piscibus*). 2, 558 iuvenem (*Aquarium*. 5, 505). 5, 408 mercis. 5, 433 nymphas. ALBINOV. carm. frg. 7 canes. GERM. 371 pristis. SEN. Phaedr. 957 vulgus (*i. undas*). 942 genitor (COLVM. 10, 200 pater. VAL. FL. 1, 193 STAT. Theb. 6, 529). OCTAVIA 7 Alcyonas. LVCAN. 4, 111 tridentis (6, 396 cuspide. MART. 5, 24, 12 tridente. AVSON. 334, 81). 5, 800 harenas. 6, 15 limite (litore *V*). 6, 350 Achillis. 6, 422 triumphos. 9, 233 rapinas *Cilicum*. 9, 447 metus (*quales metuunt nautae*). 9, 757 umor. CALP. ecl. 7, 65 vitulos. VAL. FL. 1, 483 cursus. 2, 127 Lemnon. 4, 249 rege. 5, 91 busti (*ad mare siti*). SIL. 3, 320 aequoreus Nasamon, invadere fluctu audax naufragia et praedas avellere ponto. 5, 132 iuvenci (*phocae*). 6, 663 aequoreum iuxta decus et navale tropaeum. 7, 414 sorores. 11, 448 aequoreo portavit Ariona dorso. 12, 446 puppim. 13, 731 aequoreis victor cum classe Lutatius armis. 14, 32 tropaeis. 14, 449 ope aequorei funis delapsus in undas. 15, 259 aequorei certaminis alto donatur titulo. 16, 627 aequoreis Libyae ... oris. 17, 54 vias (RVT. NAM. 1, 156). HOMER. 81 matris (*Thetidis*). STAT. Theb. 3, 694 cautes. 5, 475 Phrixi. 6, 447 sonipes (*Arion, Neptuno progenitus*). 12, 730 Theseus. Ach. 1, 53 nectare (*apud Oceanum poto*). MART. epigr. 28, 5 pulvere (*naumachiae*). 10, 58, 1 Anxuris. 13, 21 Ravenna. 14, 209 concha. (SOL.) Pont. 2 catervas (*pisces*). ALEX. c. Dind. p. 172, 19 aequoreas animantes (*pisces*). AVSON. 334, 135 pecus (*silurus*. VITA Desid. 13). 298, 11 amnes, quorum ... fervent aequoreos imitata fluenta meatus. AMM. 22, 8, 9 *Bosphoros* in aequoream panditur faciem. 23, 6, 26 fluvii multi ... aequoream multitudinem inundantes. HEGES. 5, 41 viatores (*Iudaeos per mare rubrum*). 5, 46 iter. CLAVD. 5, 378 populator (*i. piscator*). 17, 282 Iovis. 8, 422 habenas. 9, 3 socer (*Nereus*). carm. min. 30, 124 patrui (*Neptuni*). rapt. Pros. 3, 11 proceres. PAVL. NOL. carm. 2, 9 nectare (*i. aqua*). SEDVL. pasch. op. 1, 9 undis ... aequorea divinitus aedificatione suspensis (*in mari rubro*). PROBI app. gramm. IV 203, 19 mare ... elementum aequoreum esse. ENNOD. carm. 1, 6, 18 militis (*i. nautae*). CORIPP. Ioh. 2, 433 erravit navita campis aequoreis. *de fluvio*: STAT. Theb. 9, 462 salo *i. quasi maris*. MART. 10, 51, 8 aequoreis splendidus Anxur aquis. CYPR. GALL. deut. 48 Iordanis. AVSON. 293, 2 amnis (*Baetis*). 334, 483 Garumnae (403, 1). PROSP. de provid. 36 amnibus. *ab aequore campi*: SIL. 16, 314 fluctuat aequoreo fremitu rabieque faventum, carceribus nondum reseratis, mobile vulgus. ITIN. Alex. 45 petram superne aequoream virentemque.

Aequoreus *cogn. vir.* CORP. VI 1057 (*a. 210*) 2, 9 L. Septim(ius) Aequoreu(s). X 1927 (*Puteolis*) Aequoreo retiario. *V*

Aequorna *dea barbara.* CORP. III 3776 (*in vico Nauporti, liberae rei publicae aetate*) aedem Aequor. 3832 (*Emonae*) Auctus Aecornae v. s. l. 3833 G. Cl. Priam. Aec. v. s. l. m. 3831 C. Aemilius Felix Aecur. v. s. l. m. *cf. Wissowa, PW. I 605.* *Diehl.*

Aequum, -ī, *Αἰκοῦον κολωνία Ptol., municipium Delmatiae non longe a Salona, colonia Claudia tribu Tromentina. cf. Mommsen Corp. III p. 360; Tomaschek, PW. I 605.* CORP. III 1323 P. Celsenio Constanti dec(urioni) col(oniae) Delmatiae Cl(audiae) Aequo. 2026 dec(urioni) col(oniae) Aequitatis. 1108 dec(urioni) col(oniae) Aequens(is). 9783 dec. col. Aequensi. 8721 IIviro col. Aequensium. 1596 (*ex schedis, corrupte*). 4376 (*item*) col. Aequ. 1223 domi Aequo. 1262 domo Aeq. 3016 domo Aequo. 15004 (*Burni*) M. Valerius Liberalis m. leg. XI Cl. ... domu Cl. Aequo. XI 3 (*Ravennae*) T. Plotius Tromentina Rufinus Aequo. XIII 6828 Aequ(o). 6831. 6833. 5982. TAB. Peut. 6, 3 Aequo (ITIN. Anton. 269, 6). RAVENN. 210, 14 Aequon.

Aequēnsēs, -ium *incolae.* CORP. III 2732 Aequenses municipes. *alia v. supra.*

Aequum Tuticum (*Τούτικον Ptol.*), *si recte sic scribitur, statio regionis II ad viam Traianam prope Beneventum. cf. Mommsen, Corp. IX p. 122; Hülsen, PW. I 605.* CIC. Att. 6, 1, 1 Equo tutico. SERV. Aen. 8, 9 et Beneventum et Equumtuticum (ecumtuticum *Sang. Floriac.*) ipse condidit *Diomedes*. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 87 *ad verba* mansuri oppidulo quod versu dicere non est, signis perfacile est *notat* Aequum Tuticum significat, cuius nomen hexametro versu compleri non potest. TAB. Peut. 6, 4 Aequo tutico. ITIN. Anton. 103, 2 ad Equum tuticum (tutium *vel* tucium *aliquot codd.*). 111, 7 Equo tutico (tutio *pars codd.*). 112, 3 ab Equo tutico (*item*). 115, 7 (tudico *unus cod.*). RAVENN. 281, 8 Egotantico. ITIN. Burdig. 29, 19 mansio ad Equum Magnum. *V.*

aequus, -a, -um. [*cf. c.* aequor, *fortasse c. ind.* ēkaḥ *'unus'*. *Th.*] CHAR. gramm. I 93, 3 'ad aequas' an 'ad aquas vocare' dici debeat, quaesitum est ... sed melius 'ad aequas', quod olim greges equorum in circum inducebantur ibique per populum cursu aequabantur. PAVL. FEST. 21 ab aequo iniquum. PRISC. gramm. III 219, 26 aequus *et dativum et genetivum asciscit.* SERV. Aen. 2, 426 'iustum' secundum leges vel aliqua ratione constrictum, 'aequum' iuxta naturam accipiunt. *cf.* ISID. diff. 68 orig. 10, 7. DION. HAL. ant. 12, 4 *αἶκον ... ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ μηδεμίαν ἔχον ἐξοχὴν καλεῖται. v. sub III subst.* QVINT. inst. 12, 10, 30 'equos' et 'aequum' scribimus (aecum *Bambergens. et Bernens. codd.*), *cf.* GRAMM. suppl. 298, 23.
formae: S. C. de Bacch. 27 senatus aiquom censuit. CORP. I 201, 4 utei aequom fuit. *cf.* III 355. *sic saepissime in codd. praecipue apud* PLAVT. TER. LIV. VAL. FL. 4, 621 PLIN. epist. 5, 10, 3 FRONTO p. 86, 25 N. *nom. sing. masc.* aequos, *cf.* PLAVT. Poen. 359 VERG. georg. 2, 225 SEN. contr. 7, 5 (20), 12 apocol. 10 TER. Haut. 27. *gen. plur. masc.* aequom oratio. *passim variant codd. inter* aequum *et* aecum, *cf.* NOT. Tir. 1, 70 ENN. trag. 161 PACVV. trag. 32 TITIN. com. 134. *passim ap.* PLAVT., *cf. Studemund cod. rescript. Ambrosian. apograph. ind. s. v.* aecum. *praeterea saepius in codd.* TER. CIC. LVCR. LIV. *al.* *legitur inde a* PLAVTO.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *de loco*: **A** ***proprie*** *i. q. planus*: VARRO ling. 5,123 aqua, quod aequa summa. rust. 1, 6, 6 campester locus is melior, qui totus aequabiliter in unam partem verget, quam is, qui est ad libellam aequos. 1, 20, 2 primum in aequo loco et sine aratro, tum eo levi ... (*de domando iuvencos*). CIC. Caecin. 50 illud vero nullo modo potest, deiectus esse quisquam, non modo qui tactus non sit, sed ne in aequo quidem et plano loco (*opp.* de superiore loco in inferiorem). de orat. 3, 23 sive de divina vi sive de humana sive ex inferiore loco sive ex aequo sive ex superiore ... *loquitur*, rivis est diducta oratio. epist. 3, 8, 2 scio meos multos et inlustris et ex superiore et ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude ... ad te vere potuisse deferri (*cf. Munro ad* LVCR. 1, 411 hoc tibi de plano possum promittere). *praecipue in re militari*: CAES. Gall. 7, 28, 2 ubi neminem in aequum locum sese demittere, sed toto undique muro circumfundi viderunt. 7, 44, 3 constabat inter omnes dorsum esse eius iugi prope aequum. 7, 51, 1 legio decima ..., quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat. 7, 53, 2 cum ... in aequum locum descenderet *Vercingetorix* (*cf.* BELL. Afr. 79, 1 BELL. Hisp. 25, 3 LVCAN. 4, 703). 7, 74, 1 regiones secutus quam potuit aequissimas. civ. 1, 41, 2 ibi paulisper sub armis moratus facit aequo loco pugnandi potestatem (*cf.* BELL. Hisp. 24, 2 neque tamen aequo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo ... excelsum tumulum capiebant. *cf.* 26, 3). 1, 71, 1 cum in loco aequo atque aperto confligeretur. 3, 45, 3 cum una ex parte prope aequum aditum haberet (*cf.* LIV. 38, 20, 7). 3, 55, 1 Caesar exercitum in aciem aequum in locum produxit. BELL. Alex. 18, 3 qui se in aequo loco ac plano pares esse confidebant. 17, 5 in eos, qui in litore aequo institerant, impetum fecerunt (*cf.* LIV. 9, 31, 15). BELL. Hisp. 5, 7 in aequum locum deducere (*cf.* SALL. Cat. 59, 1 Iug. 52, 5. LIV. 7, 34, 8 spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo constitit vertice). BELL. Hisp. 25, 1 loco aequo se committere audebant (*cf.* LIV. 5, 18, 8). 38, 6 ex celeri festinatione circummunitiones iugo derigunt, ut aequo pede cum adversariis congredi possent. SALL. Cat. 57, 4 locis aequioribus expeditus ... sequeretur. VERG. Aen. 9, 56 non aequo dare se campo. 11, 706 dimitte fugam et te comminus aequo mecum crede solo. PROP. 3, 9, 8 palma nec ex aequo ducitur una iugo. OV. ars 2, 71 monte minor collis, campis erat altior aequis. LIV. 2, 50, 1 aequo campo conlatisque signis. *inde saepius.* 7, 23, 8 ut pila omnia hastaeque non tamquam ex aequo missa vana ... caderent. 9, 3, 2 omnia aequa et plana erunt Romano in perfidum Samnitem pugnanti. 21, 5, 11 si aequo dimicaretur campo. 25, 14, 9 itaque pro se quisque omnes per aequa atque iniqua loca ... pervadunt inrumpuntque. 44, 5, 7 ad aequiorem vallem perventum est. *passim apud* LIV. SEN. epist. 41, 4 ex superiore loco homines videntem, ex aequo deos. COLVM. 2, 2, 1 campum non aequissima situm planitie nec perlibrata, sed exigue prona. SIL. 4, 551 quantumque interiacet aequi ad ripas campi, tantum vibrantia condunt tela. *cf.* TAC. hist. 2, 14. 4, 71 aequioribus iugis. ann. 4, 49 *saepius.* COLVM. 10, 21 nec cruribus aequa terga rubi, spinisque ferat paliuron acutis.

B ***translate*** *fere i. q. secundus, opportunus, idoneus*: CAES. civ. 3, 73, 5 locum se aecum ad dimicandum dedisse (*cf.* 1, 71, 4. 2, 33, 5 Gall. 3, 17, 7). 1, 85, 2 qui etiam bona condicione, et loco et tempore aequo, confligere noluerit (*cf.* LIV. 26, 3, 1 et tempore et loco aequo instructos. 38, 45, 11 loco aequo, tempore tuo pugnasti? SVET. Iul. 35 neque loco neque tempore aequo). civ. 2, 34, 1 hanc (*vallem*) uterque si ... transire conarentur exspectabat, quo aequiore loco proelium committeret. Gall. 5, 49, 6 quam aequissimo loco potest, castra communit. *cf.* BELL. Alex. 38, 3 facillimum accessum et aequissimum ad dimicandum locum. BELL. Afr. 73, 4 aequo loco invitat ad dimicandum. BELL. Hisp. 14, 4. NEP. Milt. 5, 4 Datis etsi non aequum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum ... confligere cupiebat. LIV. 5, 47, 2 animadverso ... saxo ascensu aequo. 9, 4, 9 aequo aut iniquo loco dimicandi ... copia esset. 21, 7, 6 locus ... satis aecus agendis vineis fuit. 33, 4, 3 Macedonum vero phalangem et tunc stetisse et loco aequo iustaque pugna semper mansuram invictam. 38, 40, 14 prout locus iniquus aequusve his aut illis. 38, 49, 1 iniquo loco dimicavi. dic igitur, quo aequiore potuerim dimicare. *saepius apud* LIV. CVRT. 6, 1, 6 ut primum sibi quam hosti aequiorem locum capere potuerunt. TAC. hist. 3, 20. 4, 30. ann. 1, 68 non hic silvas ac paludes, sed aequis locis aequos deos. VVLG. Ezech. 18, 25 dixistis: non est aequa via domini. *cf.* 29. 33, 17 non est aequi ponderis via domini (εὐθεῖα).

subst. neutr. **aequum,** -ī *locus aequus*: BELL. Alex. 60, 3 cum Cassium ... aciem instruxisse loco superiore videret, causa interposita, quod is in aequum non descenderet, Marcellus ... persuadet (*cf.* OV. fast. 3, 835 Caelius ex alto qua mons descendit in aequum. LIV. 1, 12, 1. 7, 14, 10. 10, 14, 8. 22, 14, 11. 14. STAT. Theb. 6, 929 ex aggere in aequum ... descendit. *inde de pugnando in universum*: STAT. Theb. 11, 393 tandem ... scis ... fidem, descendis in aequum?). BELL. Hisp. 5, 7 in aequum deducere (*cf.* 6, 1). 29, 3 non habuit dubium, quin media planitie in aequum ad dimicandum adversarii procederent (*cf.* FRONTIN. strat. 2, 3, 14). VERG. Aen. 9, 67 excutiat Teucros vallo (*clausos*) atque effundat in aequum. LIV. 5, 38, 4 haud dubius facilem in aequo campi tantum superanti multitudine victoriam fore. 7, 23, 6 in aequum demitti agmen vidit. 22, 12, 7 si excipere degressum in aequom possit. STAT. Theb. 4, 379 decurrit in aequum vertice ab Ogygio. 6, 690 maiorque manus speratur in aequo. STAT. Theb. 6, 851 iam tunc astu deducit in aequum callidus et celsum procurvat Agyllea Tydeus. *alia translatione*: SEN. benef. 2, 13, 2 quam potuit benignissimus fuit descenditque in aequum et detraxit muneri suo pompam. SEN. nat. 4, 13, 4 unum hoc erat, quod divites in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pauperrimum. SEN. epist. 51, 9 quae sit libertas, quaeris? nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in aequum deducere.

II *de relatione pari*: *aequalis, idem, similis, par, de rebus et de hominibus*: GLOSS. ἴσος. **A** *addita comparatione* (*sequitur cum vel* atque, *et vel dat.*): PLAVT. Cist. 532 quando aequa lege pauperi cum divite non licet, perdam operam potius quam carebo filia. Trin. 452 cum vostra nostra non est aequa factio. TER. Eun. 91 utinam esset mihi pars aequa amoris tecum ac pariter fieret. CORP. I 1230 (= IX 1140) IIIIvir. d(e) s(enatus) s(ententia) portas, turreis, moiros turreisque aequas qum moiro faciundum coiraverunt. CIC. Mur. 31 aequa parta cum P. fratre gloria. LIV. 10, 24, 16 ut ita sortem aequam sibi cum collega dent. *cf.* 21, 3, 6. 26, 24, 3 FEST. 246 VELL. 2, 31, 2. PLAVT. Trin. 493 aequo mendicus atque ille opulentissimus censetur censu ad Acheruntem mortuos. VARRO ling. 6, 8 dies aequus fit ac nox. CIC. top. 71 si consilio iuvare cives et auxilio aequa in laude ponendum est, pari gloria debent esse ii, qui consulunt, et ii, qui defendunt. CAES. civ. 2, 15, 1 aggerem ... facere instituerunt aequa fere altitudine atque ille congesticius ex materia fuerat agger. Gall. 1, 43, 1. *cf.* HOR. carm. 1, 4, 13 pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumque turris. 2, 18, 32 aequa tellus pauperi recluditur regumque pueris. 3, 1, 14 aequa lege Necessitas sortitur insignes et imos. OV. met. 2, 134 ferant aequos et caelum et terra calores. LIV. 9, 4, 3 alias condiciones pacis aequas victis ac victoribus fore: si agro Samnitium decederetur, coloniae abducerentur, suis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere victurum. MANIL. 3, 446 aequum lucis ... et umbras ferre iugum. STAT. Theb. 12, 758 aequa notavit hinc atque hinc odia. *saepius.* TER. Ad. 183 libertatem aiunt esse aequam omnibus (*cf.* QVINT. decl. 301 p. 185). VERG. georg. 2, 286 vires dabit omnibus aequas terra. OV. met. 9, 720 tetigit rude pectus et aequum vulnus utrique dedit. LIV. 3, 41, 10 Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad urbem tuendam aequo omnium decemvirorum imperio decernunt. 4, 5, 1 regibus exactis utrum vobis dominatio an omnibus aequa libertas parta est? 8, 5, 4 condiciones pacis feramus aequas utrisque. MASVR. SABIN. libr. iur. civ. Gell. 5, 13, 5 aequa causa feminae viris potiores habitae pupillarisque tutela muliebri praelata. SEN. epist. 86, 2 aequum inter omnes cives ius sit. HOMER. 135 gratesque agit omnibus aequas. QVINT. decl. 336 p. 322 aequum utrique ius. VERG. Aen. 9, 671 abietibus iuvenes patriis et montibus aequos. 12, 569 aequa solo fumantia culmina ponam. HOR. sat. 1, 3, 118 regula, peccatis quae poenas inroget aequas. ars 38 sumite materiem vestris, qui scribitis, aequam viribus. PROP. 2, 3, 22 carminaque Erinnes non putat aequa suis. OV. met. 6, 11 et haec de plebe suoque aequa viro fuerat. trist. 3, 12, 4 tempora nocturnis aequa diurna facit (*cf.* fast. 3, 878). 5, 5, 43 mores illis heroisin aequos. Pont. 2, 9, 13 fortunam decet hoc istam: quae maxima cum sit, esse potest animo vix tamen aequa tuo. fast. 1, 459 postera lux hiemem medio discrimine signat aequaque praeteritae ... erit. EPICED. Drusi 83 par illud ubi est totidem virtutibus aequum. 331 aequa paternis gloria. LIV. 27, 49, 5 aequa Cannensi clades. SEN. dial. 2, 6, 8 illa, quae sapientem tuentur, et a flamma et ab incursu tuta sunt ... excelsa ... dis aequa. 7, 16, 2 ingentia et aequa divinis. 10, 17, 6 dis aequos honores. nat. 3, 28, 4 nec id aquis arduum est, quoniam aequo terris fastigio adscendet *mare.* epist. 94, 61 aequum arcibus aggerem. VAL. FL. 1, 434 umeros fortes spatiumque superbi pectoris Herculeis aequum ... lacertis. SIL. 5, 99 cui par imperium et vires legionibus aequae. STAT. Ach. 1, 173 iam gravis amplexu iamque aequus vertice matri. 1, 471 aequum moenibus orbem. 1, 808 caris ... para conubia natis, quas tibi sidereis divarum vultibus aequas fors dedit. Theb. 1, 535 ora Dianae aequa. 2, 426 haec mea regi Argolico, nondum aequa tuis, vice dicta reporta. 3, 13 nostris turribus aequi Thespiadae. 6, 119 superis aequus labor. 7, 448 in vallum elatae rupes devexaque fossis aequa. 9, 124 iacit ipse trabem, volat illa sagittis aequa. 9, 837 huic aequam nosces nec Pallada dextrae. IVV. 4, 71 dis aequa potestas. 6, 323 palma inter dominas, virtus natalibus aequa. *saepius.* BOET. mus. 4, 2 p. 306, 4 Fr. tres B aequi erant duobus A. duo igitur A aequi sunt ad quattuor C. *saepius.* **B** *absolute*: ENN. trag. 349 Areopagitae qui dedere aequam pilam (*cf.* CIC. epist. 8, 8, 3 cum aequo numero sententiae fuerunt. SEN. contr. exc. 3, 2 aequis sententiis absolutus. QVINT. decl. 254 p. 38). PLAVT. Pers. 72 ut aequa parti prodeant ad tris viros. *cf.* Rud. 552 aequas habemus partes. TER. Ad. 130. CATO agr. 93 amurcam cum aqua commisceto aequas partes. CIC. Arat. 359. LVCR. 3, 124. 4, 1231 plus parte aequa. 5, 684 in partes non aequas dividit orbem. CAES. civ. 3, 10, 7 aequa parte contentum. VERG. Aen. 9, 751 sternit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humi moriens atque illi partibus aequis huc caput atque illuc umero ex utroque pependit. LIV. 8,5,5. MANIL. 2,214 *saepius.* VITR. 10,3,7 GERM. 453 SEN. epist. 65,22 COLVM. 12,10,3 SCRIB. LARG. 68. PLIN. nat. 2,81 cum pars aequa (*i. q. dimidium*) mundi super subterque terras omnibus fiat momentis. 6,162. 7,167. 26,23 *saepius.* STAT. Theb. 1,29 magni cedat tibi Iupiter aequa parte poli. SVET. Tib. 50 partes ... aequas potentiae. 76 GAIVS inst. 3,150. *saepius ap.* ICTOS. CORP. II 6278,39 numerus universae familiae aequis partibus in singulos dies dispartiatur. PLAVT. Asin. 303 ad pedes ... adligatumst aequom centumpondium. *cf.* LVCR. 2,239 ponderibus non aequis. VITR. 6,1,8 calices duo in una fornace aeque cocti aequoque pondere ... sumantur. *saepius.* GERM. 364 equos non aequo pondere rexit. COLVM. 6,14,5 *saepius.* SCRIB. LARG. 46 *saepius.* PLIN. nat. 25,138. *inde saepius.* LVCIL. 274 pedibus cercurum roboret aequis. CIC. Att. 16,6,1 utrumque pedibus aequis tramisimus (*de nave*). VERG. Aen. 12,465 *cf. p. 1032, 18.* OV. Pont. 4,5,3 nec vos pedibus proceditis aequis. fast. 3,565 nancta ratem comitesque fugae pede labitur aequo moenia respiciens. VERG. Aen. 2,724 sequiturque patrem non passibus aequis. CIC. Arat. 296 hosce (*orbes*) aequo spatio devinctos sustinet axis. *cf.* CAES. Gall. 1,43,1 hic locus aequo fere spatio ab castris Ariovisti et Caesaris aberat. MANIL. 3,606 spatio sub aequo. GERM. 209 SEN. Phaedr. 1078. VITR. 9,8,12 aequis intervallis. VERG. Aen. 5,154 post hos aequo discrimine Pristis Centaurusque locum tendunt superare priorem. *cf.* MORET. 48 notat inpressis aequo discrimine quadris. OV. medic. 71 sex habeant aequo discrimine libras. MANIL. 3,620 MART. epigr. 29,7.

OV. Pont. 4,16,11 quique vel imparibus numeris ... vel aequis sufficis. LIV. 6,35,4 id quod superesset, triennio aequis portionibus persolveretur. *cf.* CELS. 5,28,6 p. 210 D. alumen aequa portione cum ture contritum. 5,28,11. 16 SEN. nat. 7,25,4 COLVM. 4,24,9. 6,5,3. 7,5,7 MELA 3,73 PLIN. nat. 2,42. 3,5 non tertiam portionem fecere, verum aequam. 17,263 portione aequa. *inde saepius.* LIV. 7,27,3 in pensiones aequas ... solutio aeris alieni dispensata est. *cf.* 30,37,5. 38,9,9. 38,20,9. 38,38,13 VLP. dig. 33,1,3 *saepius.* SEN. Herc. f. 844 libra Phoebeos tenet aequa currus. *cf.* LVCAN. 8,467 tempus erat, quo Libra pares examinat horas, non uno plus aequa die. PLIN. nat. 10,98 aequa utrimque libra. VVLG. Ezech. 45,11 iuxta mensuram cori erit aequa libratio (ὁμοίως μία). PLIN. nat. 7,44 aequa lance pensitabit. *cf.* MODESTIN. (Trib.) dig. 42,1,20 CYPR. GALL. exod. 1059. *cf.* GLOSS. *Gallé, Altsächs. Sprachdenkm.* p. 340 equa lance equa divisio. SVET. Vesp. 25 stateram ... examine aequo. *v. p. 996, 83.* HIER. epist. 125,11 areolae aequo limite dividantur. QVINT. inst. 1,10,41 triangula ipsa plus aequis lateribus quam inaequalibus. 1,10,3 VVLG. Ezech. 43,16. FRONTO p. 68,18 N. quod mihi ille ... aequa divisione impertiat. *cf.* DIOM. gramm. I 480,4 in aliis enim *syllabis* aequa divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla. *inde saepius apud* GRAMM. APVL. met. 10,14 aequam vindicare divisionem. mund. 21 specierum ipsarum aequa partitio.

sic varie coniunctum: VARRO rust. 1,45,1 item milium ... et cetera ... aequis fere diebus. LVCR. 4,346 omnia quandoquidem cogit natura referri ac resilire ab rebus ad aequos reddita flexus. VERG. Aen. 5,424 caestus pater extulit aequos. 12,230 numerone an viribus aequi non sumus? (*cf.* VAL. FL. 8,320 nec numero quoniam Colchis nec puppibus aequos). HOR. sat. 2,3,233 accipe, quid contra iuvenis responderit aequus. PROP. 4,6,20 nec remis aequa favebat avis. OV. epist. 9,78 aequaque formosae pensa rependis erae. am. 3,2,66 quadriiugos aequo carcere misit equos. LIV. 1,17,2 in societate aequa possessionem imperii amitterent. 38,23,10 praedam ... cum cura, ut quam aequissima esset, per milites divisit. MANIL. 1,607 tempora signantes anni caelumque per astra quattuor in partes divisum mensibus aequis. 3,254 tunc etenim solum bis senas tempora in horas aequa patent. 3,669 sed non per totas aequa est versura figuras. VITR. 2,8,6 aequa crassitudine. 2,9,12 aequam mixtionem. 3,1,7 asses aequos sex. 9 praef. 5 duo trigona aequa magnitudine. 9,7,3 ut aequa duo hemicyclia sint divisa. GERM. 501 signa Aries Taurusque aequo tanguntur ab orbe. LVCAN. 4,5 concordia duxit in aequas imperium commune vices (*cf.* TERT. nat. 2,5 omnia super nos ... propriis spatiis, aequis vicibus ... occurrere). 8,193 iusto vela modo pendentia cornibus aequis torsit. PLIN. nat. 6,211 aequa mundi convexitas. VAL. FL. 3,675 aequo ... ordine (*cf.* SIL. 4,31) 6,97 quos ... crudi mora corticis armat aequaque nec ferro brevior nec rumpia ligno. SIL. 3,192 non aequas perlustrat flexibus Arctos. 12,497 rursusne pericula sumam, non aequus regione loci? 13,206 hos ubi non aequis variantes proelia consul conspexit telis ... concitat. STAT. Ach. 1,206 Lemnos non aequa viris atque hospita Delos gentibus. silv. 4,9,46 sed certa velut aequus in statera nil mutas. Theb. 3,605 inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres. 6,593 ut ruit atque aequum submisit regula limen, corripuere leves spatium. 7,292 sic certe paria arma viris, sic exit in auras cassidis aequus apex. 11,321 non comites, non ferre piae vestigia natae aequa valent. 11,721 opem miseris et iura potentibus aequus supplicibusque dabat. TAC. ann. 16,4 aequum adversum aemulos. LACT. inst. 5,14,16 omnes aequos id est pares esse noluit *deus.* CARM. epigr. 493,1 non aequos (?) Parcae statuistis stamina vitae. *in re militari potissimum*: ENN. ann. 513 bellum aequis manibus nox intempesta diremit. SALL. Cat. 39,4 si ... superior aut aequa manu discessisset (*cf.* VERG. Aen. 11,861). LIV. 27,13,5 aequis manibus ... diremistis pugnam. TAC. ann. 1,63 manibus aequis abscessum. AMM. 24,4,18 aequis manibus et pari fortuna discedunt. CATO orig. 99 p. 61 Pet. postridie signis conlatis aequa fronte peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavimus. *cf.* LIV. 36,44,1 aequa fronte ad pugnam procedebat (*cf.* CLAVD. 36,374 germanas adeo credas; sic frontibus aequis astant). CIC. Verr. 3,177 aequa enim contentio, aequum certamen proponitur. LVCR. 5,392 tantum spirantes aequo certamine bellum magnis ... de rebus cernere certant. 2,573 LIV. 3, 42,4. 22,13,1. FRONTO p. 42,3 N. non aequa mihi cum eo certatio.

CAES. civ. 3,112,7 sic est pugnatum, ut aequo proelio discederetur. *cf.* LIV. 3,7,5. 37,38,7. LIV. 9,12,6 lux pugnae initium fuit, quam aliquamdiu aequam ... sustinuerunt. 31,43,2 aequa pugna iusto proelio erat. *cf.* 36,44,11. HOMER. 522 quem contra infelix non aequis dimicat armis. CAES. Gall. 7,48,4 erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio. VERG. Aen. 12,465 nec pede congressos aequo nec tela ferentis insequitur (*cf.* SERV. *ibid.* pedestris, quae est pugna aequa: at ubi inter equitem et peditem pugna est ... iniqua). *inde* HIER. epist. 6 aequo gradu certamina concitare. HIER. epist. 107,2 contra nos aequa pugnavit acie.

CAES. Gall. 7,19,3 paratos prope aequo Marte ad dimicandum existimaret. VERG. Aen. 7,540 atque ea per campos aequo dum Marte geruntur (*cf.* SERV. *ibid.*). LIV. 2,6,10 velut aequo Marte pugnatum est. *saepius.* CVRT. 4,1,8 de regno aequo, si vellet, Marte contenderet. 4,15,29 LVCAN. 3,585 SIL. 5,233. 12,422 verterat (*arma*) ad miseras non aequi Martis Acerras. *inde saepius.* VERG. Aen. 5,809 congressum Aenean nec dis nec viribus aequis (*cf.* AVSON. 235,1). 10,356 proelia ceu tollunt animis et viribus aequis *venti.* 430 agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis. 12,218. LIV. 7,33,5 pari spe utrimque, aequis viribus. 8,9,3 *saepius.* CVRT. 6,1,2 aequis viribus dimicatum est. 7,4,33 LVCAN. 4,665 PLIN. nat. 7,77 VAL. FL. 5,284 HOMER. 896. STAT. Theb. 1,135 in diversa trahunt atque aequis vincula laxant viribus. *inde saepius.* *inde similibus relationibus*: ENN. trag. 167 eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet (*Eurip. Hec. 295 αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει*). CIC. Verr. 6,49 an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio varium ius et disparem condicionem fuisse? Cluent. 94 quod accusantes tribuno plebis condicione aequa disceptari posse non putarunt. Verr. 4,118 in decumis, cum aequa lege et condicione venibant (*cf.* VEG. mil. 3,18 aequa condicione pugnatur). CIC. Arch. 6 quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere. Balb. 46 cum Camertinum foederum sanctissimum atque aequissimum sciret esse. VERG. Aen. 4,520 tum si quod non aequo foedere amantis curae numen habet iustumque memorque, precatur. LIV. 39,37,13 specie, inquis, aequum est foedus, re apud Achaeos precaria libertas, apud Romanos etiam imperium est. *saepius apud* LIV. MANIL. 3,310 aequo stat foedere tempus. PROCVL. dig. 49,15,7,1 sive is foederatus est item, sive aequo foedere in amicitiam venit .... CIC. Quinct. 45 quis tandem nobis ista iura tam aequa describit? Verr. 2,118 utrum digniores homines esse existimasti eos, qui habitant in provincia, quam nos, qui aequo iure uterentur; an aliud Romae aequum est, aliud in Sicilia? 3,38 postulat, ut sibi cum palaestritis ... aequo iure disceptare liceat. 4,6 qui iure aequo omnis putat esse oportere. 27 Phil. 1,27 off. 1,124 *cf. sub III p. 1037, 70 sqq.* rep. 3,16 Lycurgus ... ille legum optumarum et aequissimi iuris inventor. LIV. 3,53,9 satis superque humilis est, qui iure aequo in civitate vivit nec inferendo iniuriam nec patiendo. 6,37,4 non posse aequo iure agi, ubi imperium penes illos, penes se auxilium tantum sit. VELL. 2,121,1 ut aequum ei ius in omnibus provinciis exercitibusque esset. SEN. dial. 6,20,2 aequo iure genitos. 12,14,4 quam impatiens iuris aequi pietas Africani fuerit. epist. 90,6 Solon, qui Athenas aequo iure fundavit. 107,6 aequum autem ius est, non quo omnes usi sunt, sed quod omnibus latum est. *cf.* 123,16. ASCON. tog. cand. p. 84 B. TAC. ann. 2,82. 3,27 TRYPH. dig. 29,1,18,1 PAVL. dig. 46,1,55 *saepius.* CIC. or. frg. A IX 2 M. qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse. *cf.* Q. CIC. pet. 8 vocem denique audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine Graeco certare non posse. PS. SALL. rep. 2,3,2 ne aequeis quidem legibus. VERG. Aen. 11,321 foederis aequas dicamus leges (SERV. *ibid.* ut pari inter nos societate versemur). LVCR. 5,1148 acrius ex ira quod enim se quisque parabat ulcisci, quam nunc concessumst legibus aequis. PHAEDR. 2,1 Athenae cum florerent aequis legibus. CIC. rep. 1,47 quae (*libertas*), si aequa non est, ne libertas quidem est. qui autem aequa potest esse in istis civitatibus, in quibus ...? LIV. 4,5,5 si, quod aequae libertatis est, invicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet. 34,54,5 omnia discrimina talia, quibus ordines discernerentur, et concordiae et libertatis aequae minuendae esse. 45,32,5 nulli civilis animus, neque legum neque libertatis aequae patiens. SEN. nat. 4,3,6 inter nullos magis quam inter philosophos esse debet aequa libertas. IVV. 8,177 aequa ibi libertas, communia pocula, lectus non alius cuiquam.

LVCR. 1,704 aequa videtur enim dementia dicere utrumque. 3,1083

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

post aliud, cum contigit illud, avemus, et sitis aequa tenet vitai semper hiantis (*cf.* STAT. Theb. 4, 811). 4, 498 aequa fides quoniam debebit semper haberi. VERG. georg. 3, 118 aequus uterque labor, aeque iuvenemque magistri exquirunt calidumque animis et cursibus acrem. HOR. ars 9 pictoribus atque poetis audendi semper fuit aequa potestas. OV. epist. 19, 166 nec spes par nobis nec timor aequus adest. LIV. 6, 32, 7 aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae maxime legiones longa societate militiam Romanam edoctae restabant (*cf.* VAL. FL. 4, 151 aequae virtutis egentes). 33, 18, 14 animis quoque paribus et aequa spe pugnarunt. GRATT. 292 iamque illum impatiens aequae vehementia sortis extulit (*cf.* STAT. Ach. 1, 252 si mihi ... thalamos sors aequa tulisset, quos dabat .... Theb. 11, 282 illos ... aequa duelli sors tulit ad Manes. PAVL. sent. 4, 9, 10). SEN. Herc. O. 216 quos (*parentes*) in tutum mors aequa tulit. *cf.* Troad. 434 certe aequa mors est. epist. 30, 11 mors necessitatem habet aequam et invictam. PLIN. nat. 8, 156 aequa ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus (*cf.* NON. 4 hostimentum est aequamentum, unde et hostes dicti sunt, qui ex aequa causa pugnam ineunt). SEN. Herc. O. 589 *cum* gracilis ... gradu serperet aequo nec praecipitem volveret amnem flavus rupto fonte Lycormas (*cf.* VAL. FL. 1, 505 non fluctibus aequis nubiferi venit unda Noti. SIL. 3, 260 quaeque procul cavit non aequos Ruspina fluctus. STAT. Theb. 4, 713 numquam in ripis audax Erasinus et aequus fluctibus Asterion). SIL. 11, 424 altera iam patria atque aequo sub honore vocatur altera Carthago Capua (*cf.* HIER. epist. 92, 2 aequo honore decorabitur *diabolus*. SEDVL. carm. pasch. 1, 33 aequus honor, virtus eadem). 13, 268 nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos portaret fasces nostro de nomine consul. STAT. Theb. 3, 191 una dies similis fato specieque malorum aequa fuit. 6, 172 sic aequa gerant mihi funera matres Ogygiae. 391 terrarum decora ampla viri, decora aequa iugales. QVINT. inst. 11, 3, 159 status sit rectus, aequi et diducti paulum pedes. *cf.* 11, 3, 125 in dextrum incumbere interim datur, sed aequo pectore. VLP. dig. 17, 2, 5, 1 valet societas etiam inter eos, qui non sunt aequis facultatibus. 34, 5, 10 duo sint aequa caritate coniuncti. CAPITOL. Gord. 32, 6 ita ut ab altera parte aequa mille pedum porticus fieret. AVIEN. Arat. 997 nox aequa diem subit aemula. VVLG. exod. 37, 19 aequum erat opus sex calamorum (ἐξισούμενον). CARM. epigr. 1284, 1 aequas optavi sedes, iucunda marito perveni. RHET. Her. 4, 52 in superiores contumax, in aequos et pares fastidiosus, in inferiores crudelis. *nota*: BOET. herm. sec. 5, 11 p. 354, 19 M. si idem et aequum est dicere hominem quod animal bipes mansuetum. 6, 14 p. 469, 18 non aequum est dicere quem libet illum esse malum et rursus non esse bonum. 6, 13 p. 448, 19 illa quae secundum rationem fiunt, ad oppositorum aecum actum potuerunt retineri. SIDON. epist. 4, 18 v. 4 *machina* confessori non erat aequa suo *i. q. digna.*

subst. n. **aequum,** -ī. CATO agr. 146, 3 si non reddet, aequom solvito. HOR. epist. 1, 18, 10 alter in obsequium plus aequo pronus. LIV. 38, 21, 4 procedente certamine nihil iam aequi erat. MANIL. 4, 173 et celeris optando sortibus annos dulcibus usuris, aequo quoque tempora vendit. PETRON. 34 aequum ... Mars amat. EPIPHAN. de mensur. 20 emina sextarius in duo aequa inciditur. BOET. arithm. 1, 27 p. 56, 28 Frdl. duo angularium tetragonorum anguli aequum faciunt. *adverbialiter.* **ex aequō:** GLOSS. aequaliter. AFRAN. com. 289 quanto facilius ego, qui ex aequo venio, adducor ferre humana humanitus (*cf.* OV. am. 1, 10, 33 quae Venus ex aequo venturast grata duobus. LIV. 7, 30, 2 ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus. SEN. epist. 121, 23). LVCR. 1, 854 nil ... ubi ex aequo res funditus omnis tam mortalis erit quam .... 3, 124 noscere ut hinc possis non aequas omnia partis corpora habere neque ex aequo fulcire salutem. LYGD. 6, 19 convenit ex aequo. OV. met. 3, 144 dies medius rerum contraxerat umbras, et sol ex aequo meta distabat utraque. 4, 62 ex aequo captis ardebant mentibus ambo. 5, 565 Iuppiter ex aequo volventem dividit annum (*cf.* SEN. contr. 9, 3 (26), 3 si ex aequo dividimus. SEN. dial. 6, 16, 6 LVCAN. 5, 495). epist. 15, 87 ex aequo donis formaque probata. 19, 123 torqueor ex aequo vel te nubente vel aegra. ars 2, 682 ex aequo femina virque ferant (*cf.* SEN. dial. 6, 16, 1 dolorem laboremque ex aequo ... patiuntur. benef. 4, 28, 2 TAC. hist. 2, 77). ars 3, 794 ex aequo res iuvet illa duos. LIV. 10, 43, 6 in hostem imparem ex aequo pugnabant. 10, 45, 12 bellum ex aequo erat. 35, 16, 6 si ex aequo disceptatur (*cf.* 37, 36, 5 disceptatio ex aequo. *saepius*). 39, 37, 10 societas et amicitia ex aequo observatur. 42, 25, 11 ex aequo foedus fieret. 42, 30, 6 pacem ex aequo manere. SEN. Med. 432 cum saevit et cum parcit ex aequo malam. Phaedr. 659 pars aliqua matris miscet ex aequo decus (*cf.* COLVM. 6, 31, 2 ex aequo miscentur). SEN. dial. 7, 15, 3. 11, 8, 5. benef. 2, 34, 1 ex aequo posuit. 4, 4, 3. 6, 22, 1. epist. 66, 6 ex aequo magnus ac vehemens. epist. 66, 22 aves ex aequo partiuntur cibos. 88, 43 in utramque partem disputari ... ex aequo. LVCAN. 8, 231 solusque e numero regum telluris eoae ex aequo me Parthus adit. PETRON. 74 ex aequo ius firmum *approbare.* LAVS Pis. 113 diligis ex aequo. 125 quem regat ex aequo. PLIN. nat. praef. 2 sciant ... omnes, quam ex aequo tecum vivat imperium. 5, 73 in diem ex aequo convenarum turba renascitur. 6, 112 pertinent *Parthi* ad Scythas, cum quibus ex aequo degunt (*cf.* 6, 50). 17, 46 ex aequo fertilis. SIL. 6, 486 pari libeat si pendere bellum foedere et ex aequo geminas conscribere leges. QVINT. inst. 6, 1, 8 haec pars perorationis accusatori patronoque ex aequo communis est. decl. 251 p. 27 ii, qui nuptias ex aequo fecerunt. 267 p. 91 quod ex aequo vivam. 301 p. 190 erecta ex aequo cervix. TAC. Germ. 36 tracti ruina Cheruscorum et Fosi ... adversarum rerum ex aequo socii sunt, cum in secundis minores fuissent. Agr. 20 multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere (*cf.* hist. 4, 64 sincerus et integer et servitutis oblitus populus aut ex aequo agetis aut aliis imperabitis). hist. 2, 97 adversam ... fortunam ex aequo detrectabant. 3, 9 temptatis levi proelio animis ex aequo discessum. 4, 74 laudatorum principum usus ex aequo vobis est. ann. 13, 2 rectores ... diversa arte ex aequo pollebant. 15, 13 pacem ex aequo utilem. PLIN. paneg. 2 quam commune, quam ex aequo, quod felices nos, felicem illum praedicamus. 83 idem estis invicem, quod fuistis, probati ex aequo. SVET. Tib. 11 mutuaque cum Graeculis officia usurpans prope ex aequo. PAVL. dig. 50, 1, 5 qui pluribus locis ex aequo negotietur, nusquam domicilium habere. APVL. Plat. 2, 28 ut ex aequo liceat omnibus honores capessere. TERT. nat. 1, 16 non ... mortuis ... ex aequo praebeatis. bapt. 17 quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. *saepius.* CORP. XI 6146, 9 ex aequo mecum coniuncta fecit (*sic*) an(nos) XVIIII. **in aequō:** LIV. 39, 50, 11 adeo in aequo eum duobus duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt (*cf.* VAL. MAX. 6, 9, 5 ext. velle ac posse in aequo positum erat. 7, 2, 3 in aequo igitur malorum posuit uri tecta, vastari agros. SEN. dial. 5, 28, 4 in aequo ponimus, utrum aliquis auferat an neget. benef. 5, 6, 7 in aequo utramque ponit repulsam). SEN. Phoen. 98 qui cogit mori nolentem, in aequo est, quique properantem impedit; *cf.* 101. SEN. dial. 7, 2, 4 omnes aut sunt hostes aut, quod in aequo est, esse possunt. 12, 13, 3 utrumque in aequo mihi eius beneficium erit. nat. 6, 1, 8 omnes in aequo sumus. epist. 66, 29 tria genera bonorum in aequo sunt. 85, 22. 98, 6. 99, 31. PLIN. nat. 35, 127 in aequo extantia. TAC. ann. 2, 44 virtus ducum in aequo erat. hist. 2, 20. SEN. clem. 1, 26, 4 horum ne a necessariis quidem sibi rabies temperat, sed externa suaque in aequo habet, quo plus se exercitat. benef. 2, 29, 2 naturam oderint, quod infra deos sumus, quod non in aequo illis stetimus. *cum aliis praep.*: VLP. dig. 47, 10, 11, 1 ubicunque contra aequum quis venit. IVL. TOL. gramm. V 323, 27 quia duplo unum superhabet, ab aequo unum minus habet.

III ***de consilio*****:** **A** *de hominibus, deis aliisque effigurationibus*: *i. q. propitius, benignus, tranquillus, iustus*: PLAVT. Amph. prol. 16 itaque aequi et iusti hic eritis omnes arbitri (*cf.* Cas. 966 Truc. 629). Cas. prol. 4 ut vos mi esse aequos iam inde a principio sciam (*cf.* TER. Haut. prol. 28). Trin. 306 itane esse mavelit, ut eum animus aequom censeat? Poen. 359 non aequos in me es, sed morare et male facis. TER. Andr. 429 quo aequior sum Pamphilo (*cf.* DON. *ibid.* benevolentior, non iratus vel minus iniquus). CIC. Verr. 2, 72 erat in consilio etiam aequissimus iudex; *cf.* 4, 164 Font. 21 Rab. perd. 7. Deiot. 4 nemo enim fere est, qui sui periculi iudex non sibi se aequiorem quam reo praebeat. *saepius ap.* CIC. OV. trist. 1, 1, 45 iudex mirabitur aequus. LIV. 21, 10, 9. 42, 41, 1 eventus belli velut aecus iudex. SEN. dial. 3, 14, 2 *saepius.* HOMER. 878 QVINT. inst. 12, 7, 7 decl. 249 p. 22 SVET. Claud. 15. CORP. XI 6173, 15 non aequo iudice Fato. *saepius.* CIC. Scaur. 40 testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur. Font. 32 an dignitatem testium *secuti* potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis ... anteferre? div. in Caec. 56 quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo. Verr. 3, 91 iste, homo omnium aequissimus atque a cupiditate ... remotissimus. 4, 68. nat. deor. 1, 17 aequus *auditor.* fin. 3, 6 existimator. rep. 1, 42 rex. *saepius in orat. et script. philosoph.* orat. 34 ut eos ... aequos placatosque dimittas. Q. CIC. pet. 46 placati aequique discedere. Att. 1, 4, 2 cui cum aequi fuissemus. ad Q. fr. 2, 3, 4 ne opprimatur contionario illo populo a se prope alienato, nobilitate inimica, non aequo senatu, iuventute improba. epist. 8, 12, 2 homini alienissimo mihi et propter amicitiam tuam non aequissimo. PVBLIL. E 15 etiam hosti est aequus, qui habet in consilio fidem. A 8. BELL. Alex. 70, 1 Caesar respondit se fore aequissimum Pharnaci. VERG. Aen. 7, 203 gentem haud vinclo nec legibus aequam. 10, 449 sorti pater aequus utrique est; *cf.* HOR. carm. 3, 29, 32 quod adest, memento componere aequos (PORPH. *ibid.* aequus mente). epist. 1, 17, 24 praesentibus aequum. OV. trist. 3, 14, 29 siquis leget *haec* ... aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse exilium tempus. SEN. Tro. 1029 aequior casum tulit et procellas. dial. 4, 10, 7 placidus itaque sapiens et aequus erroribus. epist. 120, 13 placidus et lenis, humanis divinisque rebus pariter aequus. 123, 5. TAC. ann. 5, 8 adversam fortunam aequus tolerat. HOR. carm. 1, 12, 57 laetum reget aequus orbem. sat. 2, 1, 70 uni aequus virtuti atque eius amicis. PROP. 3, 19, 28 aequus in hoste fuit *Minos.* 4, 1, 120 incipe tu lacrimis aequus adesse novis (*poeta verbis horoscopi*). OV. epist. 3, 78 quae (*uxor*) mihi nescio quo non erit aequa modo. LIV. 5, 6, 15 adsuestis aequi audire. 38, 55, 4 ceterum ad hunc nimis aequum aut iniquum praetorem reus extemplo factus L. Scipio. 39, 35, 6. 42, 42, 4. MANIL. 2, 76 nec staret summa per omnis par semper partis aequo digesta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parente. VITR. 1, 1, 7 philosophia vero perficit architectum animo magno, et uti non sit adrogans, sed potius facilis, aequus, fidelis, sine avaritia. SEN. contr. exc. 4, 4 aequos esse nos convenit. contr. 7, 5 (20), 12. VELL. 2, 25, 3 adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac victor, ut, dum vincit, aequissimo lenior, post victoriam audito fuerit crudelior. 2, 76, 3 SEN. Med. 200. dial. 4, 28, 4 hoc cogitantes aequiores simus delinquentibus. benef. 6, 40, 1. epist. 93, 1 multos inveni aequos adversus homines, adversus deos neminem. PLIN. nat. 18, 320 civilis, aequi patris familias modus est annona cuiusque anni uti. SIL. 1, 106 gens recidiva Phrygum Cadmeae stirpis alumnos foederibus non aequa premit. 5, 477 non aequus in artis nimirum rebus suasor metus. 15, 596 mox falso laesus non aequi crimine vulgi. STAT. Theb. 2, 575 Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo, Bacche, genus. 12, 154 dabit aequus honorem luctibus. TAC. ann. 3, 8 Drusum remoto aemulo aequiorem sibi sperabat. 4, 4 Drusus aequus adulescentibus aut certe non adversus habebatur. 6, 36 Parthos absentium aequos praesentibus mobiles. Germ. 36 boni aequique Cherusci nunc inertes ac stulti vocantur. SVET. Aug. 53 o dominum aequum et bonum! *cf.* Tib. 29. MACR. sat. praef. 1, 12 ut aequi bonique consulant, si ... Romani oris elegantia desideretur. *v. p. 1041, 9 sqq. et l. 64.* APVL. apol. 102 virum aequum et iustitiae pertinacem. met. 10, 8. *saepius.* *de deis*: VERG. Aen. 1, 479 interea ad templum non aequae Palladis ibant. 5, 809 nec dis nec viribus aequis (*cf.* AVSON. 235, 1). 6, 129 pauci, quos aequus amavit Iuppiter. HOR. carm. 1, 28, 28 unde potest, tibi defluat aequo ab Iove Neptunoque sacri custode Tarenti. 3, 18, 1 Faune, ... lenis incedas abeasque parvis aequus alumnis. carm. saec. 65 si Palatinas videt aequus aras *Apollo.* sat. 2, 3, 164 inmolet aequis hic porcum Laribus. epist. 2, 1, 68 Iove iudicat aequo. OV. am. 2, 11, 34 aequa tamen puppi sit Galatea tuae. epist. 1, 23 sed bene consuluit casto deus aequus amori. ars 2, 310 fiet amatori lenis et aequa suo. trist. 2, 6 aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. Pont. 4, 4, 33 quos (*deos*) inpensius aequos esse tibi cupias. 4, 9, 39 non ita caelitibus visum est et forsitan aequis. fast. 6, 548. 766. trist. 4, 1, 25 *Musa* hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante. SEN. Phaedr. 629 aequi caelites. apocol. 10 Iuppiter ... si aequos futurus es. clem. 1, 7, 2 quod si di placabiles et aequi delicta ... non statim fulminibus persequuntur. SIL. 2, 5 Fors non aequa labori. 2, 364 Iove non aequo. 3, 2 non aequo superum genitore. 6, 16 non aequum ... Martem. 12, 21. 14, 55. 16, 257 STAT. Theb. 1, 286. 2, 182. 10, 884. 11, 272 MART. 4, 13, 8 FRONTO p. 166, 22 N. *de flumine, numine, sidere aliisque effigurationibus*: VERG. georg. 2, 225 vacuis Clanius non aequos Acerris (*cf.* SIL. 3, 473 non pediti fidus, patulis non puppibus aequus *Druentia.* LVCAN. 10, 291 Libycis nunc aequus harenis *Nilus*). 3, 546 ipsis est aër avibus non aequus. OV. met. 11, 344 accipiter, nulli satis aequus, in omnes saevit aves. 13, 131 quem quoniam non aequa mihi vobisque negarunt fata. SEN. dial. 12, 3, 3 o dura fata et nullis aequa virtutibus. DOM. MARS. carm. frg. 7 te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle, mors iuvenem campos misit ad Elysios. OV. am. 2, 16, 22 dare non aequis vela ferenda Notis. Ib. 514 stella Leoprepidae cum fuit aequa viro. SEN. dial. 6, 18, 3 prout aequum iniquumve sidus incessit (*cf.* LVCAN. 10, 89 tu gentibus aequum sidus ades nostris. STAT. Theb. 2, 159 aequo pubescunt sidere natae). VAL. FL. 2, 606 haec numine tradidit aequo regna. SIL. 2, 699 cui vero non aequa dedit victoria nomen. STAT. Theb. 1, 661 sors aequa merentes respicit. TAC. hist. 3, 23 sed Flavianis aequior (*luna*) a tergo. Agr. 36 minime aequa nostris iam pugnae facies erat.

subst. m. **aequus**, -ī. TER. Haut. 26 qua re omnes vos oratos volo, ne plus iniquom possit quam aequom oratio. CIC. Rab. Post. 25 in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui. *cf.* Verr. 4, 140 Sulla 54. ad Q. fr. 2, 15, 1 ut ... ab aequis vero aut etiam a propensis in hanc partem vehementer et colamur et amemur. epist. 3, 6, 6 ut me tibi amicissimum esse et aequi et iniqui intellegant, curabo. SALL. Iug. 85, 5 omnium ora in me conversa esse, aequos bonosque favere. *v. p. 1041, 9 sqq. et l. 20.* HOR. epist. 1, 6, 15 insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui. LIV. 5, 45, 1 aequis iniquisque persuasum erat. 22, 26, 5 PLIN. epist. 9, 1, 3 FRONTO p. 41, 27 N. *semper opponuntur* aequi iniquis *excepto* ad Q. fr. 2, 15, 1 *v. l. 61 et* SALL. Iug. 85, 5.

B *de aequitate animi*: *cf. sub* animus *II 1 p. 100, 8.* PLAVT. Aul. 187 pol si est animus aequos tibi, sat habes, qui bene vitam colas. Rud. 402 animus aequos optimum est aerumnae condimentum. *cf.* TER. Ad. 837. CIC. S. Rosc. 145 concedo, et quod animus aequus est, et quia necesse est. Att. 15, 25 meus animus est aequus, sic tamen, ut si nihil offensionis sit. LABER. mim. 65 aequum animum indigna iniquat contumelia. HOR. epist. 1, 11, 30. 1, 18, 112. LIV. 44, 29, 8 reges aequos adhiberent animos ad pacem accipiendam. VAL. MAX. 7, 6, 3 aequi animi vir. SEN. dial. 9, 10, 4 nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solacium inveniat. FRONTO p. 80, 13 N. deis iuvantibus aequiorem animum mihi facit ipsa (*Faustina*). GLOSS. εὐψύχως. NOT. Tir. 27, 64. *de positione* aequo animo *et* animo aequo *cf. Thes. II 1 p. 100, 8.* PLAVT. Asin. 375 quaeso, aequo animo patitor. *cf.* PLAVT. Capt. 196 decet id pati animo aequo. Cas. 377 patiemur animis aequis. *inde passim haec structura.* PLIN. nat. 37, 31 aequo perpetiantur animo. *v.* FRONTO p. 4, 9 N. EDICT. Diocl. I 6. PLAVT. Mil. 1343 fer aequo animo. TER. Ad. 738 animo aequo fero; *cf.* Hec. 685 *saepius.* LVCIL. 656 ferre aequo animo ac fortiter. CIC. agr. 2, 6 ferrem ... animo aequiore. *passim.* CAES. civ. 1, 75, 1 quieto et aequo animo ferret. 3, 15, 5 patienter atque aequo animo ferebant. LIV. 21, 52, 4 id Romani ... aequo satis, Poenus periniquo animo ferebat. *passim.* SEN. Med. 152 patiente et aequo mutus animo pertulit. *v.* AVG. civ. 19, 5 *passim.* SALL. Iug. 31, 11 aequo animo servitutem toleratis. *similia apud* VAL. MAX. SEN. APVL. VAL. MAX. 2, 6, 16 amissionem aequiore animo sustinerent. *cf.* 7, 8, 2. 9, 1 ext. 7 CELS. 3, 21 p. 106 D. SEN. epist. 76, 23 HIER. epist. 51, 4. CIC. Sest. 63 is aequo animo tum ... in hac urbe esse potest. Caecin. 3 nunc sum animo aequissimo. Ligar. 5 Att. 6, 8, 5. SEN. epist. 99, 6 eo itaque aequiore animo esse debemus. CVRT. 8, 1, 25 GELL. 4, 1, 16. VVLG. *saepius.* AVG. civ. 22, 8. RHET. Her. 3, 10, 17 si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere, ut nemo aequo animo principium possit audire (*cf.* CIC. Verr. 4, 184 Phil. 8, 18 LIV. 23, 22, 6. 28, 45, 1 SEN. epist. 76, 4 FRONTO p. 74, 14 N. RVT. LVP. 2, 19). CIC. Verr. 4, 6 pudorem ac pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius cotidiana adulteria videre? *cf.* 6, 152 prov. 17 Phil. 5, 29. 8, 32. 12, 20 fin. 3, 38 de orat. 1, 18 Att. 12, 21, 5. epist. 12, 18, 2 animo aequissimo. LIV. 44, 25, 2 SEN. epist. 73, 14. NEP. Chabr. 3, 3 neque animo aequo pauperes alienam opulentiam intueantur. SEN. dial. 5, 35, 5 aequissimo animo foris et scabras lutosasque semitas spectant. PLAVT. Aul. 739 id adeo te oratum advenio, ut animo aequo ignoscas mihi. Poen. 21 diu qui domi otiosi dormierunt, decet animo aequo nunc stent. 123 vos aequo animo noscite. *cf.* TER. Andr. prol. 24 favete, adeste aequo animo et rem cognoscite. Haut. 35 Phorm. 30. Ad. 503 aequiore animo noscere oportet. Hec. 28 aequo animo attendite. CATO agr. 2, 5 ubi ea cognita aequo animo sint. CIC. Att. 12, 4, 2 aequo animo legere. LIV. 10, 7, 11. SALL. Cat. 3, 2 aequo animo accipit. HOR. ars 250 aequis accipiunt animis. SEN. dial. 2, 8, 3 aequo placidoque animo accipimus (*cf.* TAC. hist. 3, 80). VELL. 2, 13, 3 iniurias ... aequo animo reciperet. 2, 48, 4 condiciones pacis, quas et Caesar iustissimo animo postulabat et Pompeius aequo recipiebat. SEN. epist. 99, 22 aequo animo excipe necessaria. PLAVT. Truc. 233 aequo animo, ipse si nihil habeat, aliis qui habent, det locum. CATO agr. 5, 5 illi animo aequiore facient (*cf.* LVCR. 1, 41 nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo possumus aequo animo. CAES. civ. 3, 6, 2 quodcunque imperavisset, se aequo animo esse facturos). VARRO rust. 2, 10, 2 animo aequiore reliqui parent (*cf.* CIC. rep. 2, 4 PVBLIL. N 6). CIC. dom. 97 siquidem ea ... reliquissem, quibus aequo animo carerem. *sic passim ap.* CIC. CIC. Phil. 1, 31 hanc tu ... potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? 13, 11 argentum, vestem, supellectilem, vinum amittet aequo animo. inv. 2, 43 quod illum tam familiarem tam aequo animo reliquerit. CAES. civ. 3, 6, 1 aequo animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent. SEN. contr. 1, 1, 9 reliquit aequo animo beatam domum. SEN. epist. 4, 5 aequo animo vitam relinquere. CIC. dom. 98 deserit. VAL. MAX. 7, 4 ext. 1. SEN. epist. 98, 10 aequo animo perdere. QVINT. inst. 8 pr. 28. SEN. epist. 102, 27 dimittere. CIC. Ligar. 5 *cedere* aequo animo legibus. VAL. MAX. 5, 6 pr. CIC. Phil. 6, 14 possessores animo aequiore discedent. LIV. 3, 48, 4. SVET. Nero 23 aequiore animo recedebat. CIC. fin. 1, 49 ut ... animo aequo e vita ... tamquam e theatro exeamus. SEN. epist. 36, 11. 92, 34. 30, 4 abire. TAC. ann. 3, 34 alias ad gentes iturum haud semper aequo animo. CIC. Sest. 47 mihi ... fuit mors aequo animo oppetenda. 48. Cat. 1, 20 emori aequo animo non potes. *saepius ap.* CIC. CIC. Verr. 3, 56 Volcatius animo aequissimo nummos adfert. Cluent. 6 ne repugnetis eamque (*opinionem*) animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis. CIC. Phil. 6, 15 ut legatorum reditum exspectetis animo aequo. *cf.* HOR. sat. 1, 5, 8 haud animo aequo exspectans comites. SVET. Tib. 25 quo aequiore animo Germanicus celerem successionem ... opperiretur. CIC. Tusc. 5, 108 T. Albucius nonne animo aequissimo Athenis philosophabatur? Att. 2, 4, 2 interea quidem cum Musis nos delectabimus animo aequo. 7, 4, 1 Dionysium ... misi ad te, nec mehercule aequo animo. 8, 3, 6 maxima de re aequo animo deliberanti. 9, 6, 5 id animo aequissimo sequebatur. epist. 7, 31, 1 quibus aequo animo vel vincam vel vincar aps te (*cf.* LIV. 37, 53, 7). 10, 24, 4 aequo animo summam rem publicam in discrimen deduceremus. ad Q. fr. 1, 1, 34 aequo animo ... pacem sibi sempiternam redimat. LVCR. 3, 339 aequo animoque capis securam ... quietem. 3, 962 aequo animoque agedum magnis concede. 5, 1118 divitiae grandes homini sunt vivere parce aequo animo. CAES. civ. 1, 58, 4 aequo animo singulas binis navibus obiciebant. Gall. 5, 49, 6 aequo animo remittendum de celeritate existimabat. 7, 64, 3 aequo modo animo sua ipsi frumenta corrumpant. HOR. sat. 2, 3, 15 quidquid vita meliora parasti ponendum aequo animo. LIV. 3, 67, 10 victi nos aequiore animo quiescimus quam vos victores. VELL. 2, 33, 3 in adpetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo. VAL. MAX. 3, 2, 15 quam aequo animo me ferro essem interemptura. 9, 4, 2 iugulum quoque suum aequo animo illis fuisse praebiturum. SEN. dial. 5, 25, 1 aequiore animo filium in angulo flevit. 6, 5, 6 nulla re

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maior invidia fortunae fit quam aequo animo. benef. 3, 11, 1 ut aequiore animo adirent aleam, danda aliqua illis potestas fuit. epist. 36, 9 nemo discit, ut si necesse fuerit, aequo animo in rosa iaceat. 81, 20 aequissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam tendam. (SEN.) mon. 44 qui aequo animo miscetur malis, malus est. CVRT. 4, 6, 4 Bessus ... haud sane aequo animo in secundo se continens gradu. 4, 14, 23 an creditis aequo animo iis servire, quorum reges esse fastidiunt? 6, 8, 7 scio non aequo animo salutem filii sui debiturum tibi. QVINT. inst. 12, 8, 4 interpres impendit aequo animo laborem in alienas actiones. PLIN. epist. 2, 18, 5 oportet me non modo offensas, verum etiam simultates pro fratris tui filiis tam aequo animo subire quam parentes pro suis. paneg. 9 quodcumque imperator munus iniungeret aequo animo paratoque subeundi? SVET. Iul. 33 anulum quoque aequo animo detracturum sibi. FRONTO p. 199, 18 N. sententiae tuae Baburiana non aequo animo, sed prompto etiam et paene ... (*corruptum*). *inde saepius*.

C *varia*: VERG. Aen. 9, 234 audite o mentibus aequis. HOR. carm. 2, 3, 1 aequam memento rebus in arduis servare mentem. OV. epist. 10 *initium* (*quod deest in bonis codd.*): haec aequa mente tulisse velis. ars 2, 438 nec facilest aequa commoda mente pati. Pont. 4, 14, 39 falsa tamen passa est aequa convicia mente. SEN. Oed. 578 mente non aequa tulit. LVCAN. 5, 727 heu quantum mentes dominatur in aequas. STAT. Theb. 3, 678 aequo corde ferens. 7, 2. CIC. epist. 7, 33, 2 studiis eiusdem tenentur et meis aequissimis utuntur auribus. LIV. 2, 61, 9 laudationem tam aequis auribus mortui audivit quam vivi accusationem audierat. 22, 25, 12 satis aequis auribus audiebatur. 35, 50, 1 orationem ... aequis auribus accipi. SEN. contr. 7, 1 (16), 4 aequas mihi praebete aures. dial. 2, 9, 4 aequisque et animis et auribus adsimus. CVRT. 8, 5, 20 TAC. hist. 1, 66 PLIN. epist. 1, 8, 6 AMM. 14, 10, 13 SVLP. SEV. chron. 2, 39, 5.

VERG. Aen. 4, 372 nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis. *cf.* 9, 207. SEN. dial. 5, 37, 5 non aequis quendam oculis vidisti. 9, 9, 2 paupertatem aequis oculis aspicere. CVRT. 8, 2, 9 omnibus eius unus supersum, quem solum aequis oculis videre non poterit. VAL. FL. 1, 795 terras oculis quae prospicis aequis. 4, 1. SIL. 6, 106 aequos ... oculos *adverte*. HIER. epist. 54, 15. 66, 1. ACC. trag. 476 ubi nihil contra orationem aequam habuit. LIV. 5, 4, 2. CIC. fin. 2, 37 aequam ... pronuntiabit sententiam ratio. VAL. MAX. 9, 15, 4 iustis et aequis sententiis. VLP. dig. 4, 8, 27, 2 sive aequa sive iniqua sit *sententia*. 38, 17, 2, 8 quae sententia aequior est. SEN. dial. 5, 35, 5 opinio illic aequa et patiens, domi morosa et querula.

benef. 3, 14, 3 aequissima vox est et ius gentium prae se ferens. CIC. Verr. 4, 202 si est aequa et ferenda aestimatio. *cf.* 4, 203 CAES. civ. 1, 87, 1. VELL. 2, 97, 3 adversus amicos aequa ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse dicitur. LIV. 26, 35, 9 aequa plebis recusatio. 32, 10, 3 aequo arbitrio aestimatio fieret. CIC. S. Rosc. 7 si vobis aequa et honesta postulatio videtur. Verr. 2, 125 QVINT. inst. 7, 1, 47 HIER. epist. 82, 10. CIC. Verr. 2, 106 quam aequum edictum conscripserit ..., cognoscite. VLP. dig. 37, 8, 1, 1 hoc edictum aequissimum est. CIC. Verr. 4, 54 Nympho cum se aequo vellet iudicio defendere. Cluent. 5 illa definitio iudiciorum aequorum ... retineatur. *cf.* 7. Planc. 36 quod genus iudiciorum, si est aequum ulla in re nisi in hac tribuaria. or. frg. A IX 2 M. 8, 2 AMM. 25, 3, 19. VVLG. Iob 19, 6 deus non aequo iudicio afflixerit. *cf. p. 1032, 68 sqq.* CIC. Vat. 27 cum lex esset aequa promulgata initio magistratus, multas iam alias tulisses, exspectarisne, dum C. Antonius reus fieret ...? *cf. p. 1032, 70 sqq.* Balb. 60 et erat aequa lex et nobis, iudices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis. *cf.* Verr. 4, 118. OV. ars 1, 655 neque enim lex aequior ullast, quam necis artifices arte perire sua. LIV. 24, 1, 9 ut foedus extemplo aequis legibus fieret. 28, 34, 7. SEN. contr. 2, 2, 12 aequa lex visa est. MART. 10, 37, 1 iuris et aequarum cultor sanctissime legum. CIC. Quinct. 46 qui ... condicionem aequissimam repudiet. 71 Phil. 13, 36. 37 Verr. 4, 118. CAES. civ. 1, 26, 4 aequis condicionibus ab armis *discedere*. SALL. Iug. 79, 8 aliam condicionem, tantum modo aequam peterent. NEP. Att. 2, 4. LIV. 38, 7, 15 si modo aequa et honesta condicione liceat. 38, 8, 3 ut pax, si posset, aequis, si minus, tolerandis condicionibus peteretur. SEN. contr. 2, 2, 4. VELL. 2, 25, 1 iustis legibus et aequis condicionibus bellum componere. PLIN. paneg. 11 TAC. ann. 2, 46. SALL. hist. frg. 1, 11 dissensiones domi fuere iam inde a principio neque amplius quam regibus exactis ... aequo et modesto *iure* agitatum. AVG. civ. 2, 18. 3, 16 *saepius*. LIV. 38, 50, 9 qui ius aequum pati non possit, in eum vim haud iniustam esse. VITR. 9 praef. 2 optimos habentes sapientiae sensus instituunt civitatibus humanitatis mores, aequa iura, leges, quibus absentibus nulla potest esse civitas incolumis. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 quantam ergo reprehensionem merentur, qui, cum aequissima iura, sed iniquissima ingenia haberent, moribus suis quam legibus uti maluerunt? CORP. XI 5631. *cf.* ius aequum *et* foedus aequum *p. 1032, 43 sqq.* STAT. Theb. 3, 350 nusquam pietas, non gentibus aequum fas. CIC. Phil. 10, 15 etsi est enim Brutorum commune factum et laudis societas aequa. Verr. 2, 126 quod facile homini ingenioso fuit in causa aequissima. off. 3, 88 male etiam Curio, cum causam Transpadanorum aequam esse dicebat, semper autem addebat: 'vincat utilitas!' potius doceret non esse aequam, quia non esset utilis rei publicae, quam, cum utilem non esse diceret, esse aequam fateretur. *cf.* LVCAN. 4, 230 pro causa pugnantibus aequa et veniam sperare licet. CIC. fin. 4, 75 nec ... omnes avaritias si aeque avaritias esse dixerimus, sequetur, ut etiam aequas esse dicamus. CIC. off. 2, 15 iuris aequa discriptio certaque vivendi disciplina. CIC. part. 105 rem gratam et aequam per vim egerit. 140 de bonis vero rebus et malis, aequis iniquis, utilibus inutilibus, honestis turpibus quam potest habere orator sine illis maximarum rerum artibus facultatem aut copiam? HOR. sat. 2, 3, 188 aequam rem imperito. SEN. benef. 6, 12, 1 rem aequam ab iniqua separabo. VAL. MAX. 6, 5 pr. aequi ac probi facti respectus. CAES. Gall. 6, 12, 6 meliore condicione et aequiore imperio se uti videbant. HOR. carm. 3, 4, 48 imperio regit unus aequo. SEN. Med. 195. Ag. 270 aequi sibi id esse regni maximum pignus putant. HOR. epist. 2, 1, 94 coepit et in vitium fortuna labier aequa. VAL. FL. 4, 113 haec miseris sors est aequissima leti. AVIEN. Arat. 375 sortem lacrimis efflagitat aequam. AMM. 19, 12, 13 aequa sors veritatis adiutrix. SIL. 11, 188 quod patet et vita non aequa exire potestas. ELEG. Maec. 2, 15 hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa. OV. epist. 2, 62 quaecunque ex merito spes venit, aequa venit. LIV. 9, 4, 2 qui primum pacem aequam peterent. 21, 13, 4 pacem ... magis necessariam quam aequam. 23, 12, 11. LIV. 7, 21, 8 aestimatio aequis rerum pretiis liberavit. GAIVS dig. 30, 66 aequo pretio emere. VLP. dig. 47, 11, 6 aequis pretiis vendere. SEN. Herc. f. 525 quam non aequa bonis praemia dividis (*Fortuna*). clem. 1, 13, 4 aequis desideriis. SIL. 16, 39 fundere non aequam ... umbram. 17, 34 non aequa ... fama. STAT. Ach. 1, 110 at intra centauri stabula alta patent non aequa nefandis fratribus. Theb. 9, 519 non spernit coniugis aequas ille preces. QVINT. inst. 9, 4, 57 verum ea, quae efficitur e pedibus aequa conclusio, nomen aliquid desiderat. decl. 311 p. 225 quid aequius (*i. quae aequior lex*) constitui potest aut quo alio custodiri patrimonia vestra? IVV. 14, 15 mitem animum et mores modicis erroribus aequos praecipit. *cf.* CLAVD. 28, 63. AVG. civ. 3, 13 bono et aequo more coniugia mererentur. IVV. 16, 56 hunc favor aequus provehit. SVLPICIA sat. 65 pone metus aequos. VLP. dig. 2, 13, 4, 1 edicti ratio aequissima. 19, 2, 13, 8 si aequae sunt mensurae. 37, 11, 2 aequissimum ordinem. RVT. LVP. 2, 23 item Hyperidis: non enim simile est vivere in aequa civitate. EMPOR. rhet. p. 571, 9 *inter duodecim elementa suadendi et dissuadendi. cf.* p. 571, 14. HIL. in psalm. 67, 4 aequa ... iudicii caelestis et iusta moderatio est. AMM. 15, 2, 2 ad suscipiendas defensiones aequas et probabiles. HIER. epist. 66, 12 non est aequa partitio. VVLG. lev. 19, 36 statera iusta et aequa sint pondera (δίκαιος), iustus modius, aequusque sextarius. prov. 11, 1 statera dolosa, abominatio apud dominum, et pondus aequum, voluntas eius. Iob 35, 2 cogitatio. AVG. civ. 19, 13 pacto aequissimo. COD. Iust. 2, 19, 6 constitutionem tam aequissimam quam nobilem.

D aequum est: *inde a* PLAVTO *apud omnes fere scriptores passim legitur*: **a** *cum pronomine subiecti loco*: PLAVT. Aul. 424 an quia minus, quam aequum erat, feci? Rud. 1029 hoc optimum atque aequissimum est. PACVV. trag. 32 at aecum et rectum sit, quod postulas. TER. Phorm. 539 scio equidem hoc esse aequom. Andr. 190 dehinc postulo, sive aequomst, te oro. CIC. Quinct. 45 quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? (*cf.* Deiot. 4 re enim iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum. off. 1, 30. SEN. benef. 3, 38, 2 sive aequum sive iniquum ac durum fuit. epist. 24, 12 PROCVL. dig. 17, 2, 76). CIC. Verr. 3, 95 quia ... omnia ... habuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris. Tusc. 3, 68 rectum esse et aequum et ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non sis. fin. 3, 71 quicquid aequum iustumque esset, id etiam honestum, vicissimque quicquid esset honestum, id iustum etiam atque aequum fore. inv. 1, 96 cum aliquid, quod contra dicatur, aequum esse concedimus, sed id, quod nos defendimus, necessarium esse demonstramus; aut cum id, quod illi defendant, utile esse fatemur, quod nos dicamus, honestum esse demonstramus (*cf.* 2, 12 top. 82 SEN. dial. 6, 3, 2). top. 83 notio sic quaeritur: sitne id aequum, quod ei, qui plus potest, utilest. part. 66 non enim simpliciter solum quaeritur, quid honestum sit, quid utile, quid aequum, sed etiam ex comparatione, quid honestius ... aequius ... aequissimum. epist. 13, 59 ut quam facillimos ad te aditus habeat, quae erunt aequa, lubente te impetret. LIV. 10, 24, 17 certe id et natura aequum et exemplo utile esse et ad famam populi Romani pertinere. *cf. p. 1039, 35 sqq.* QVINT. inst. 3, 6, 84 aliquid aequum, sed prohibitum iure, ut libertas testamentorum. 6 pr. 1 quod aequum et optabile fuit. decl. 264 p. 80 nam si apud iudicium hoc semper quaeri de legibus oportet, quid in his iustum, quid aequum, quid conveniens sit civitati. 331 p. 304 non de eo quaeritur apud hos, an aequum sit; nos venimus in iudicium quaesituri hoc solum, an ego ista lege tenear. at oportet et iustum est ea, quae similia sunt, simili poena contineri. FRONTO p. 232, 21 N. hoccine ullo modo aequum aut iustum fuit? CAPITOL. Gord. 8, 4 tunc adclamatum est: 'aequum et iustum est, Gordiane Auguste ...'. *cf.* Max. Balb. 2, 9. VVLG. Coloss. 4, 1 quod iustum est et aequum.

ut aequum est: PLAVT. Curc. 637 is, prius quam moritur, mihi dedit tamquam suo, ut aequom fuerat, filio. *inde saepius apud* PLAVT.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Corp. I 201 utei aequom fuit. Ter. Cic. Lvcr. Hor. Fronto Ictos Apvl. aequum videtur, aequum esse videtur (putat, iudicat, censet): Cic. div. in Caec. 65 an, quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo videri debet aequius? *saepius ap.* Plavt. Cic. Val. Max. Sen. Mart. Qvint. Frontin. Ictos. Plavt. Amph. 172 aequum esse putat, non reputat, laboris quid sit (*cf.* Bacch. 1083 Cic. S. Rosc. 119 epist. 8, 11, 3 Gaivs dig. 18, 1, 35, 1). Plavt. Cas. 375 optimum atque aequissimum istud esse iudico. Plavt. Stich. 112 ut ego aequom censeo (*cf.* 113 Trin. 392. 713 Ter. Ad. 601. S. C. de Bacchanal. Corp. I 196, 27 senatus aequom censuit. Liv. *saepius*). Cels. dig. 38, 1, 30 si aequum arbitratus sit.
b aequum, aequius, aequissimum est, *sequente enuntiato*: *α acc. c. inf.*: Plavt. (*59ies*), *cf. sub γ*. Amph. 851 quid tibi aequom est fieri? 921 non aequom est id te serio praevortier. Cas. 265 illum mi aequiust quam me illi ... concedere. Enn. trag. 138 nos quiescere aequom est. Ter. *16ies*. Titin. com. 134 aecum est me habere. Tvrp. com. 56 quam legere te optimum esset atque aequissimum. Trag. inc. 52 Cato orig. 95 f Gell. 6 (7) 3, 38 Metell. Macedonic. or. frg. Gell. 1, 6, 2 Varro rust. 1, 69, 3 Cic. *25ies fere*, Cat. 68, 141 Lvcr. *bis*, Caes. Gall. 7, 29, 7 Nep. Them. 7, 2 Verg. *ter*, Hor. *bis*, Tib. 1, 9, 5 Ov. ars 3, 5 Liv. *20ies*. *inde saepius apud* Sen. contr. Val. Max. Cels. Sen. philos. Petron. Plin. nat. Val. Fl. Qvint. Tac. Plin. epist. Flor. Front. Ictos Apvl. *al.* Plavt. Mil. 517 me expurigare [haec] tibi videtur aequius. *v.* Trin. 552 Cic. fin. 4, 45 Svet. Tib. 24 Gaivs inst. 8, 7. *saepius apud* Ictos. aequum censere: Gloss. δικαιῶ. Plavt. Asin. 229 dic, quid me aequom censes pro illa tibi dare. *cf.* Aul. 597 Capt. 301 Epid. 552 Merc. 569 Poen. 795 Stich. 243 Trin. 304 Ter. Haut. 214 Cato frg. orat. 57, 1 Corp. I 203, 11 Rhet. Her. 2, 14, 22 Cic. div. 1, 36 inv. 2, 132 Nep. Thras. 2, 6 Liv. *42ies*. *saepius de senatu*; *velut* 39, 21, 4 senatum aequum censere. Ter. Ad. 960 iudico Syrum fieri esse aequom liberum. Cic. dom. 101 Phil. 11, 39 Sen. epist. 93, 2. Caes. Gall. 4, 16, 4 si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret. *saepius apud* Ictos. Cic. off. 2, 81 quod ... quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis aequius putabat. *saepius apud* Ictos. Liv. 10, 24, 17 *v. p. 1038, 71.* Pomp. dig. 12, 6, 14 nam hoc natura aequum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. Vlp. dig. 15, 1, 11, 2. 43, 26, 2, 2. Pomp. dig. 50, 17, 206 iure naturae aequum est.
β c. inf., cf. sub γ: Plavt. Amph. prol. 29 mirari non est aequom. Bacch. 924 aequomst tabellis consignatis credere. *cf.* Capt. 868 Cas. 896 Merc. 81 Poen. 466 Pseud. 269 Ter. Hec. 620. 840 Ad. 968. Cic. p. red. 2, 23 neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire. de orat. 3, 116 part. 66 Tusc. 3, 65 (Il. 19, 228 χρή) Cat. 62, 60 Lvcr. 3, 513 Qvint. inst. 6 pr. 16 Plin. epist. 6, 29, 3. 8, 2, 2. *saepius apud* Ictos. Apvl. met. 10, 14. Cic. Phil. 7, 12 aequum, credo, putavit vitam ... in discrimen adducere. *cf.* Vlp. dig. 2, 10, 1 aequissimum putavit praetor dolum eius coercere. Cato orig. 95 p. 60 Pet. ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad sese attineat, aequum censeat poenas dare ...? Liv. 6, 18, 11. 9, 14, 5. 42, 39, 6 Vell. 2, 64, 2 Colvm. 1 praef. 7. Vlp. dig. 7, 9, 1 aequissimum praetori visum est de utroque legatorum cavere. *saepius apud* Ictos. *γ per ellipsin*: Plavt. Amph. 1003 arguet, quae ego fecero hic. quid mea? meo me aequomst morigerum patri; eius studio servire addecet. Asin. 82 quom me adiit, ut pudentem gnatum aequomst patrem. 836 pol ego utrumque facio, ut aequum est filium. *cf.* Aul. 122. 306 Bacch. 488. 1159 cor stimulo foditur, pol tibi multo aequius est coxendicem. Capt. 995 Rud. 47. 312. Ter. Haut. 156. 949. 977. 1055 Ad. 454. Liv. 29, 8, 3 quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros. 39, 28, 5 pro non dubio paulo ante, si diis placet, legati Eumenis sumebant, quae Antiochi fuerunt, Eumenem aequius esse quam me habere. *δ cum* ut: Plavt. Rud. 1230 aequum videtur tibi, ut ego, alienum quod est, meum esse dicam. Cic. epist. 13, 4, 2 ut negotium conficiendum cures ... operamque des, quoad tibi aecum et rectum videbitur, ut quam commodissima condicione libertus Strabonis ... negotium conficiat ad nummosque perveniat. Sen. contr. 9, 3 (26), 1 aecum est, ut ... dividamus. Mart. 1, 114, 5 ad Stygias aequum fuerat pater isset ut umbras. Qvint. decl. 339 p. 340 aequissimum quidem ac iustissimum esse, ut populo detur summa rerum potestas. Pomp. gramm. V 292, 33 primo aequum est, ut vitiis careamus. Vlp. dig. 6, 1, 72 aequius est, ut tu potior sis. *inde 7ies apud* Ictos. Capitol. Aur. 22, 4 aequius est, ut ego ... consilium consequar. *nota*: Lvcif. de non conv. 13 non aequum nobis visum est, ut ... fuissemus, quandoquidem nec sit aequum homines morari *eqs.* Carm. epigr. 984, 6 neimis(?) ut faceret, aequius hoc fuerat. Symm. epist. 2, 12, 2 *saepius.* Carm. epigr. 176, 2 quod aequom fuerat, filia hoc faceret mihi. Plavt. Trin. 588 nullo modo aequum videtur, quin, quod peccarim mihi id opsit. Lvcif. de reg. apost. 7 fuisset aequum, tandem corrigeret errores suos.

varia: PLIN. nat. 34, 112 adulterant marmore trito maxime Rhodiam aeruginem, alii pumice et cummi. praecipue autem fallit atramento sutorio adulterata; *sequitur, quomodo experimenta fiant* (DIOSC. 5, 102). 34, 113 lavatur . . . sicut cadmea. GALEN. alfab. 67 erugine similis.
aerugo *nummorum, aliorum metallorum*: PLIN. nat. 33, 62 non robigo ulla, non aerugo, non aliud ex ipso, quod consumat bonitatem (*i. auri*). IVVENC. 1, 612 illic aerugo et tineae dominantur edaces (*in thesauris terra absconditis*). 1, 615 VVLG. Bar. 6, 11 Matth. 6, 19. 20). VVLG. Bar. 6, 23 nisi aliquis exterserit aeruginem (*ag. de auro*). Iac. 5, 3 eorum (*auri et argenti*). PRVD. psych. 601 virides obducta aerugine nummos. DIOSC. 5, 104 de ferri erugine. erugine ferri aut scove eius (ISID. orig. 16, 21, 5 aerugo ab erodendo . . . . est vitium ferri, ab erodendo dicta, non ab aeramento. *ibid.* robigo. *cf.* GLOSS. V 20, 3. GLOSS. aerugo ferri: ἰὸς σιδήρου, λεπίδες στομώματος, μελαντήρια). *de pecuniae aerugine vel de ipsa pecunia*: IVV. 13, 61 si reddat veterem cum tota aerugine follem. APVL. met. 1, 21 exiguo lare inclusus et aerugini semper intentus. AMBR. in psalm. 43, 4 quibus . . . aerugo pecuniae aurem obstruit audiendi.

II *translate*: A *in imagine*: HOR. sat. 1, 4, 101 hic nigrae sucus lolliginis, haec est aerugo mera. MART. 2, 61, 5 nimiaque aerugine captus allatras nomen quod tibi cumque datur. 10, 33, 5 viridi tinctos aerugine versus. HOR. ars 330 haec animos aerugo et cura peculi cum semel imbuerit. CASSIAN. conl. 1, 22, 2 edaci cenodoxiae aerugine.
B *frumenti*: VVLG. III reg. 8, 37 *si oborta fuerit* aerugo aut locusta vel rubigo (II par. 6, 28 aerugo et aurugo). psalm. 77, 46 dedit aerugini fructus eorum. EVCHERIVS instr. 2 p. 148, 15 erisybe . . . aerugo, id est rubigo messium. *cf.* aurugo (*Traube, Byz. Zeitschr. 3, 1894, 604*). *dentium*: DIOSC. 2, 4 triti (*cortices*) eruginem dentibus tollent. *v. Mess.*

Aerulī *v.* Heruli. **Aerullius,** -a *v. sub* 2. Aerius.

? **aerumaeruma** utensilia ampliora PAVL. FEST. 26 *ubi* aeruma *Müller*, aeramina *vel* aeramenta *Scaliger.* *V.*

aerumna, -ae *f.* [*inc. orig., cf. c.* aerumnula. *Th.*] PAVL. FEST. 24 itaque (*i. ab aerumnulis quibus sarcinae portabantur, v. p. 1071, 7*) aerumnae labores onerosos significant; sive a graeco sermone deducuntur; nam αἴρειν graece, latine tollere dicitur. CHAR. gramm. I 98, 12 (*ex Ennio*) erumnam Ennius ait per 'e' solum scribi posse, quod mentem eruat, et per 'a', quod maerorem nutriat. *per* ae- *scribi iubet* ALBIN. gramm. VII 297, 8 GRAMM. suppl. 298, 8. *inter* ae- *ponit* PAVL. FEST. 24 (aerumnula) GLOSS. II 12, 26. IV 11, 31. 12, 14. 204, 22. 306, 16. 475, 39 (*inter* a-). V 262, 42 NOT. Tir. 101, 43 (*ante* aerumnosum *inter nomina ab* aes *descendentia* 36 — 49). *inter* e- *ponit* CAPER gramm. VII 109, 10 GLOSS. IV 65, 1. 31 (*in capite*: de e et r). 232, 49. 233, 4. 337, 7. 509, 7. 515, 23. 24. V 290, 44. *in codicibus rarius, quantum editorum adnotationibus cognosci potest,* e- *legitur, velut* PLAVT. *P de* e- *et* ae- *variant, A ubi legitur praebet* ae- Capt. 929 Epid. 179 Mil. 33 Persa 2 Rud. 257 Trin. 839, *item* TER. *Bemb.* (*sed* Hec. 288 er-), FRONTONIS *cod. rescr.* *inter* he- *ponitur* GLOSS. IV 86, 9. V 300, 13. *sic pars codd.* NON. 147, 2 (Caecil. com. 86). 292, 9 (Enn. trag. 90) AMBR. exam. 6, 4, 24. *per* -mpn- *scribitur* PLAVT. Pseud. 770 *CDB* Epid. 179 *et* 529 *E* Amph. 488 *EJ* Capt. 195. 404. 929. 1009 Curc. 142 *ubique J* CIRIS 58 *Helmst.* PETRON. 48 GELL. 7, 16, 9 (Enn. trag. 128) *V* RVT. LVP. 1, 12 *Vindob.* CAPER gramm. VII 109, 10 erumna, non eramna *cf.* GLOSS. IV 65, 7 ermana. 232, 49 (*b* erumna). 509, 7. *ad orthographiam vel pronuntiationem spectare videtur* LVCIL. 842 quo facetior videare et scire plus quam ceteri pertisum hominem non pertaesum dicere aerumnam (*Lachm.*; ferum nam FEST. 273, 9) genus. *prima syllaba corripitur in fine hexametri* CYPR. GALL. exod. 446 PAVL. PETR. Mart. 5ies. *verbum derivandum deest, circumscribitur* CIC. Tusc. 3, 83 nam et invidere aegritudinis est et aemulari . . . et angi lugere maerere aerumna adfici lamentari . . . . *vocabulum inde ab* ENNIO *tragicae gravisve dictionis proprium* (*cf.* CIC. fin. 2, 118 QVINT. inst. 8, 3, 26? RVT. LVP. 2, 10) *etiam in comoediis* (*v. sub II A*); *inde a* CIC. *in pedestri sermone servato colore poetico adhibetur, a* VERG. *alienum est. inde ab altero p. Chr. saeculo rarescit in carminibus, crebrescit in sermone pedestri.*
laboris significatus (I) a miseriae (II) non magis distingui potest quam in laboris vocabulo.

I PAVL. FEST. 24, 1 aerumnae labores onerosos significant. GLOSS. labor. PLAVT. Amph. 488 uno ut labore absolvat (*codd.*; NON. 57 exsolvat) aerumnas duas (*cf.* 1138. 487). MACR. sat. 7, 2, 9 aerumnas penitus absolutas. CIC. fin. 2, 118 sic enim maiores nostri labores non fugiendos tristissimo tamen verbo aerumnas etiam in deo *i. e. Hercule* nominaverunt. PLAVT. Epid. 179 neque sexta aerumna acerbior Herculi, quam illa mihi obiectast (*cf.* TER. Hec. 286). FRONTO p. 158, 2 N. sexta haec Herculis aerumna. PLAVT. Persa 2 superavit aerumnis suis aerumnas Herculi. CIC. fin. 2, 118 vel Herculis *perpeti* (*cf. p. 1068, 6*) aerumnas. *sprevit idem hunc vocis usum* dom. 134 quem . . . credo, si est ortus ab illis quos memoriae proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam laboribus sacra didicisse, in viri fortis aerumnis non ita crudelem fuisse. SEN. Herc. O. 1269 siccus aerumnas *tuli. cf. p. 1067, 45. etiam* Herc. f. 206 *ad Herculis labores spectat.*
PETRON. 48 numquid duodecim aerumnas Herculis tenes? IVV. 10, 361 qui . . . potiores Herculis aerumnas credat saevosque labores et venere et cenis et pluma Sardanapalli.

II GLOSS. calamitas (CIC. prov. 17 SEN. dial. 9, 10, 2 RVT. LVP. 2, 10 IORD. Rom. 4). clades (CIC. carm. frg. 34, 2 SEN. Herc. f. 206 *sq.* Phaedr. 993 *sq.* Ag. 661 AMM. 17, 7, 1. *praeterea* AMM. HEGES. *utuntur haud raro de exercituum cladibus*). infelicitas (*cf.* IVV. 3, 209 *sq.* APVL. met. 7, 2. 10, 5 LACT. inst. 1, 17, 6). inopia (*cf.* SALL. Iug. 14, 7 RVT. LVP. 2, 4). labor (*passim synonymum est cf. I*). luctus (ACC. trag. 352 CIC. epist. 14, 1, 1 Att. 3, 8, 2 SALL. Cat. 51, 20 RVRIC. epist. 2, 4 p. 378, 15 *cf.* CIC. Tusc. 4, 16 PERS. 1, 78). miseria (*passim*). pestilentia (*fort. ex* GLOSS. calamitas *petitum*). calamitas miseria ἄτη δυστυχία (*cf. fort.* HEGES. 1, 32, 6 *et Ioseph. bell.* 1, 19, 14) ταλαιπωρία (VVLG. psalm. 31, 4): aerumna.

A *in poetarum usu* (*comparantur aliorum generum scriptores consentientes cum illis de locutionibus*). PLAVT. 18ies (*quater sub I*). TER. *quater.* CAECIL. com. *quater.* ENN. trag. *bis.* PACVV. *bis.* ACC. *semel.* TRAG. inc. *semel.* CIC. *in tragoediae versione semel.* SEN. trag.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

22ies. ENN. ann. *bis.* LVCIL. 5ies (*cf. p. 1066, 40*). LVCR. *ter.* CIRIS HOR. sat. OV. trist. PERS. CYPR. GALL. AVSON. *singulis locis.* IVV. *bis* (*semel sub I*). PAVL. PETR. Mart. 5ies. PLAVT. Curc. 142 qui amat, si eget, misera adficitur aerumna. CIC. Tusc. 3, 83. LVCR. 3, 50 omnibus aerumnis adfecti. PLAVT. Capt. 195 hanc aerumnam exsequi. *cf.* 196. PLAVT. Epid. 557 per voluptatem tuam in me (mea *codd.*) aerumnam (-na *codd.*) obsevisti (*cf.* 179) gravem. PACVV. trag. 356 aerumnis obruta. LVCIL. 603 homines ipsi hanc (*v.* 604) sibi molestiam ultro atque aerumnam offerunt. PLAVT. Epid. 529 multiplex aerumna (-am *codd.*) me exercitam habet. APVL. met. 6, 12 tantis aerumnis exercita. ARNOB. nat. 1, 24. PLAVT. Trin. 839 quibus (cum hisce NON. 468) aerumnis deluctavi. MACR. sat. 1, 11, 45. PLAVT. Capt. 404 beneque ero gessisse morem in tantis aerumnis tamen. LVCIL. 562 summa in aerumna. CIC. Att. 3, 8, 2 dom. 134. SEN. dial. 6, 3, 4 non eris in aerumnis (*cf.* epist. 80, 6 Herc. O. 393). APVL. met. 8, 12 RVT. LVP. 1, 11 AMM. 21, 1, 2. AMBR. Iac. 1, 7, 28 etiam in aerumnis beatus manet. VVLG. eccles. 5, 16 in aerumna (חֳלִי *ἀρρωστία*) atque tristitia. II Cor. 11, 27 in labore et aerumna (*μόχθῳ*) . . . fui. AVG. civ. 11, 27. *cf. p. 1069, 71.* PLAVT. Rud. 257 ut nos ex hac aerumna eximat (exigat *A*). TER. Hec. 288 qui te expedias (DON. absolvas *ut* APVL. met. 11, 15 *cf.* PLAVT. Amph. 488 *sub I*) his aerumnis. 876 ex quanta aerumna extraxeris *me.* APVL. met. 3, 29 aerumnis . . . liberare. HYG. fab. 2 p. 38 *cf.* IORD. Rom. 4. PLAVT. Capt. 929 audivi tuas aerumnas ad portum mihi quas memorasti. MACR. sat. 5, 11, 7 Vlixes ad socios unam commemoravit aerumnam (*μ* 209 *κακόν*). AVG. civ. 20, 3. SEN. Herc. O. 1423 quis . . . poterit aerumnas senex referre tantas? MACR. sat. 7, 2, 9 APVL. met. 11, 19 TERT. nat. 1, 10. APVL. met. 6, 32 ceteras eius aerumnas . . . numerate. 8, 12 FRONTO p. 98, 8 N.

PLAVT. Bacch. 1105 socium aerumnae et mei mali video. SEN. Ag. 661 aerumnae meae socium. HEGES. 1, 1, 9 ferentem adiumenta aerumnae societati inplicavere. PLAVT. Rud. 402 animus aequos optimum est aerumnae condimentum. PLAVT. Capt. 1009 quoius causa hanc aerumnam exigo *tamquam aetatem miseram.* PLAVT. Mil. 33 venter creat omnis hasce aerumnas. PLAVT. Pseud. 770 malam rem magnam multasque aerumnas danunt *di*, velut haec mi evenit servitus (*scaena suspecta*). Merc. 25 sed amori accedunt . . . insomnia, aerumna, error, terror et fuga; *retractatio est versus* 18 *et* 19 amori . . . sectari solent cura aegritudo. PLAVT. Epid. 559 aerumnarum (NON. 456; aerumnosam *codd. Plaut.*) et miseriarum compotem mulierem. ENN. trag. 128 quibus (*qui codd.* GELL. 7, 16, 9; quis *Mercier*) nunc aerumna mea libertatem paro (*cf.* 129 *et Ribbeck, Röm. Trag. p. 183*). *sim.* CIC. Sest. 49 *v. sub II B 1.* AVSON. 195, 32 donatus (*i. q. crimine absolutus*) aerumnis patris.

ENN. trag. 90 quantis cum aerumnis illum exanclavi diem. APVL. Plat. 2, 18. ENN. ann. 39 tibi sunt ante ferendae (ger- *codd.* Cic. div. 1, 41) aerumnae. *ibid.* 47. TER. Phorm. 242 quo pacto advorsam aerumnam ferant (DON. abundat adversam). *opp.* 241 secundae res. CAECIL. com. 75 aerumnam pariter tetulisti meam. *ibid.* 47. 143. SEN. epist. 117, 21 *cf. p. 1066, 66.* HYG. fab. 145 p. 24. LVCIL. 925 quantas quoque modo aerumnas quantosque labores exanclaris. APVL. met. 1, 16. 8, 1. 7, 6 aerumnas adsiduas . . . sustinebat. *cf.* CIC. Sest. 7.

CAECIL. com. 86 obsurduit (obsorduit NON. p. 147) iam haec in me aerumna miseria. TER. Andr. 655 quo tu minus scis aerumnas meas. PACVV. trag. 276 lapit cor cura, aerumna corpus conficit. SEN. epist. 80, 6 inter aerumnas cor ipsum exedentes. LVCIL. 703 ne hoc faciat atque ex hac aerumna exeat is (*codd.*, is ex- *Iunius*). ACC. trag. 352 ut etiam [haec] aerumna haec mihi luctum addit luctibus. TRAG. inc. (Quint. inst. 9, 3, 15) 160 quam magis aerumna urget, tam magis ad male faciendum viget (*animus sc.*). AMM. 25, 5, 3 militem instantibus aerumnis belli eriperetis. 29, 5, 54 impendentis aerumnae terrore. 25, 8, 4. CIC. carm. frg. 34, 2 aliorum aerumnam dictis adlevans (SOPH. trag. Graec. fr. 666 *καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι*), *opp.* clades sua. SEN. Tro. 765 fletus aerumnas levat. Thy. 305 tempus . . . fecit aerumnas leves. Ag. 491 levamen . . . aerumnis datur. AMBR. Ioseph. 5, 27 alios quoque carceris levabat aerumnā. LVCR. 4, 1069 furor atque aerumna gravescit *amantis.* 1, 108 certam finem . . . aerumnarum. AVG. civ. 11, 27 eam morte finire. *cf.* SEN. Herc. f. 206 statue tandem gravibus aerumnis modum (HYG. fab. 120 p. 103) finemque cladi. Tro. 421 tempus aerumnae addidit *Astyanax matrem vivere cogens. cf.* SALL. Iug. 49, 3 *sub II B 1.* CIRIS 58 aerumnis quam (*Scyllam*) . . . legamus Vlixi . . . vexasse rates. AMM. 26, 4, 5. HOR. epist. 2, 2, 27 multis aerumnis lassus *miles.* AMM. 16, 12, 51 fessi tot aerumnis. 29, 5, 15. 26, 6, 12 aerumnis diuturnis adtritus. *cf.* SALL. Iug. 14, 7. OV. trist. 4, 6, 25 tristior est etiam praesens aerumna priore. SEN. Tro. 1066 gaudet magnus aerumnas dolor tractare totas. Herc. O. 1374 aerumnas doma (*cf.* 1375). 1331 vincite aerumnas meas (*i. q. finite interficientes me*). Phoen. 78. Thy. 426 aerumnas fugis bene collocatas. *cf.* 425. SEN. Phoen. 369 derat aerumnis meis ut. SEN. Phaedr. 994 non imparatum pectus aerumnis fero. Ag. 305 pectus aerumnis grave. Herc. O. 1000 plenum pectus aerumnis. *cf.* LACT. inst. 5, 17, 16 AMBR. bon. mort. 2, 4 VVLG. eccles. 2, 23 AVG. civ. 19, 8. 20, 1 RVRIC. epist. 2, 4 p. 378, 15. SEN. Herc. O. 1021 mors sola portus dabitur aerumnis meis. Ag. 790. SEN. Herc. O. 361 ipsas . . . aerumnas amat *Hercules. cf.* 362 captas amat. 1494 penset aerumnas suas. PERS. 1, 78 (*Pacuvii fortasse verba sunt, cf.* 77) Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta (*cf.* PLAVT. Pseud. 772). IVV. 3, 210 ultimus autem aerumnae est cumulus, quod (*agitur de Codro tragoedo*). AMM. 28, 1, 24 acervi aerumnarum. CYPR. GALL. exod. 446 tristes Pharaonis aerumnas funestasque pati leges. *cf.* CIC. fin. 2, 118 SCHOL. Cic. Bob. *sub II B 1.* AVSON. *v. p. 1067, 43.*

PAVL. PETR. 2, 506 deflet aerumnam *puellae aegrotae.* AMM. 28, 6, 1. 31, 7, 16 AMBR. exam. 6, 4, 24 COD. Theod. 9, 42, 13 *cf.* AMM. 22, 9, 4. 14, 5, 7 LIV. 29, 16, 7 HEGES. prol. PAVL. PETR. 2, 24 coniugis infirmae tristem miseratus erumnam (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 9, 1 uxoris languore). APVL. met. 7, 27 RVT. LVP. 2, 4. PAVL. PETR. Mart. 4, 33 dissimulare (*i. q.* neglegere) istam miseri . . . erumnam. 4, 43 miseri quos cogit erumna . . . vulgare pudorem. 1, 66 linguae partes proclamat erumna (*tam aperta, ut verbis non opus sit*).

B *in sermone pedestri a. et p. Chr. n. saeculi primi:* **1** *in oratorum usu:* CIC. inv. *semel*, 5ies *in orationibus* (*semel sub I*) (PANEG. 10 *semel*, RVT. LVP. *quater, semel fort.* IMP. AVR. ad Front.); *accedunt* SALL. *in orationibus* Catil. *semel*, Iug. *ter et semel in epistula.* LIV. *semel in oratione. vetatur ut videtur a* QVINT. inst. 8, 3, 26 aerumna (erumnas *codd.*) quid opus est, tamquam parum sit, si dicatur (?) quod horridum? CIC. inv. 2, 102 in quibus omnibus conquestionem suarum aerumnarum . . . inesse oportebit. CIC. p. red. 1, 34 quod si mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer (*ibid.* sempiterno dolore) *de exilio suo ut sub II B 2, sim.* Sest. 49 (*fort. ad exemplum* ENNI trag. 128) unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 300, 4 Or. notabiliter singulari numero, non plurativo 'aerumnam' dixit, referens ad exilium scilicet, cuius patientiam (*cf. supra l. 6*) inter glorias suas computat. CIC. Sest. 7 maximis praeterea assiduisque (praeterea esse sed iis et *codd.*, *corr. Mommsen*) et illius aerumnam . . . et filiae solitudinem sustentavit *de L. Scipionis exilio.* CIC. prov. 17 quo *anno* interiecto civium calamitas, sociorum aerumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagetur. SALL. Cat. 51, 20 (*oratio Caesaris*) in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse. *sim.* AVG. civ. 9, 10. SALL. Iug. 14, 7 (*oratio Adherbalis*) deformatus aerumnis, inops. *ibid.* 14, 23 omnis has quae me premunt (CIC. parad. 18) aerumnas cum anima simul amisisti. 24, 10 (*epistula Adherbalis*) non iam mortem neque aerumnas . . . deprecor. 49, 3 (*oratio Iugurthae*) illum diem aut omnis labores . . . confirmaturum aut maxumarum aerumnarum initium fore. LIV. 29, 16, 7 (*oratio legatorum Locrensium*) patres adeundi deplorandique (*v. supra l. 8*) aerumnas suas potestatem. *huc pertinet, si verba ex Antonini oratione sumpta sunt,* FRONTO p. 98, 8 N. *sub II C 1.* PANEG. 10, 6 quod *bellum* tibi . . . eiusdem *urbis* aerumna persuasit. RVT. LVP. 2, 10 *exemplum ἀπορίας ex Hegesiae oratione sumptum:* non haec est, ut vulgari verbo appellatur, calamitas. quid igitur? quod proprium ⟨nomen⟩ imponam, nescio, nisi illud unum, tantam esse aerumnae magnitudinem, ut omnem fortunae superbissimam crudelitatem ingenti (-nii *codd.*) miseria superarit. *in exemplis aliam ob causam allatis* 1, 11 (*ex incerti oratione*) at ego in his aerumnis (*cf. p. 1067, 13*) amicis sum spoliatus omnibus. 1, 12 (*ex incerti oratione*) hunc . . . in hac fortuna deserere potuisti, cuius aerumnae quemvis etiam (quamvis enim *codd.*) . . . commovere possent. 2, 4 (*ex Lysiae oratione*) orabat, ut suarum aerumnarum misererer (*cf. supra l. 11*), inopiae subvenirem. **2** *in epistulis utitur* CIC. *quater a. 696 de suo exilio (cf. II B 1) Terentiaeque miseria inde orta,* FRONTO *ter (II C 1); de* SEN. epist. *v. II B 3.* CIC. Att. 3, 8, 2 miser in maximis meis aerumnis et luctibus *cf. p. 1067, 13.* 3, 11, 2 quem ita adfectum mea aerumna esse arbitror. CIC. Att. 3, 14, 1 nos . . . in hanc aerumnam *incidisse.* epist. 14, 1, 1 (APVL. met. 1, 7). **3** *in philosophorum libris legitur* CIC. 11ies, *sed singulis locis de Herculis aerumnis (sub I), ex* ENN., TER., *in Sophoclis versione (sub II A).* LVCR. *ter* (*sub II A*). SEN. dial. 5ies, epist. *bis.* APVL. Plat. *semel* (*v. II A*). CIC. Tusc. 4, 16 singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiciuntur, ut aegritudini . . . aerumna. 4, 18 aerumna, aegritudo laboriosa, *distinguitur a ceteris aegritudinis generibus.* 3, 83 sed ratio una omnium est aegritudinum, plura nomina; nam et invidere aegritudinis est . . . et angi, lugere, maerere, aerumna adfici. CIC. parad. 18 te miseriae, te aerumnae premunt (*cf. supra l. 37*) omnes, qui te beatum . . . putas. CIC. fin. 5, 95 ut, ubi virtus sit resque magnae et summe laudabiles virtute gestae, ibi esse miseria et aerumna non possit, tamen labor possit, possit molestia.

CIC. phil. frg. V 95 M. (Aug. c. Iul. 4, 15, 78) ex quibus humanae vitae erroribus et aerumnis fit, ut. *sim.* AVG. civ. 19, 8. 9. 20, 1. 3. *et sim. sub II C 2.* SEN. dial. 6, 1, 6 naturale remedium temporis, quod maximas quoque aerumnas componit. AMM. 15, 8, 21 communiumque remedium aerumnarum. *cf.* 14, 7, 5. SEN. dial. 9, 8, 1 patrimonia, maximam humanarum aerumnarum materiam (*ibid.* quae nobis mala pecunia nostra exhibet). AMM. 30, 2, 1 perpetuam aerumnarum causam. HEGES. prol. *sim.* AMM. 29, 2, 1 Palladius, coagulum omnium aerumnarum. SEN. dial. 9, 10, 2 cum sciret *natura*, quibus aerumnis (*i. q.* ad quas -as) nasceremur. SEN. dial. 11, 2, 2 in omnium aerumnarum suarum (*animi*) conspectu. **4** *in rerum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scriptorum usu: SALL. hist. frg. 2, 64 Saguntini fide atque aerumnis incliti. *inde* MELA 2, 92 AMM. 15, 10, 10. MIN. FEL. 36, 8 vestri viri fortes ... aerumnis suis inclyti floruerunt. AMM. 23, 3, 1 Carras antiquum oppidum, Crassorum et Romani exercitus aerumnis insigne. *praeterea utitur* SALL. *in orationibus Adherbalisque epistula quater, in oratione* LIV. (*v. II B 1*), *in prooemiis* HEGES. HYDAT. IORD., *liberius idem* HEGES. AMM. 5 AVCTOR inc. Fest. 162, 30 cum ait: nemut ⟨...⟩ aerumnas. GLOSS. V 33, 9. 85, 7. 119, 2 mulcantem erumnas: misere viventem; erumna est miseria. *confertur* PLAVT. Stich. 420 quam multas tecum miserias mulcaverim.

C *in usu pedestris sermonis recenti. legitur in scriptis, quorum pleni indices praesto sunt,* APVL. met. *21^{ies}*, Plat. *semel* (*v. II B 3*). TERT. nat. *semel.* VVLG. *6^{ies}.* AVG. civ. *12^{ies}, affertur ex nonnullis aliis locis singulis, ex* LACT. IORD. *binis.* FRONTO *ter* (*semel sub I*). AMBR. *14^{ies}.* HEGES. *7^{ies}.* MACR. *ter.* AMM. *43^{ies}.* 1 FRONTO p. 98, 8 N. (*v. II B 1*) sociorum graves aerumnas (*cf.* CIC. prov. 17) non ... exaggerandas, indicandas tamen esse (*cf.* AMM. 28, 6, 18). p. 217, 14 N. aerumnas adoris ... commutavit *Mars.* APVL. met. 1, 6 nec ... perpessus ... tam miserum aerumnae spectaculum. 6, 5 possunt ... aerumnis temptari vel adhiberi subsidia. 11, 2 meis ... extremis aerumnis subsiste. 6, 15 nec Providentiae bonae ... oculos ... animae latuit aerumna. 7, 16 talibus aerumnis edomitum (*cf.* SEN. Herc. O. 1374 *sq.*). 7, 2 veteris fortunae ... praesentisque aerumnae ... facta comparatione. 8, 26 meas futuras nos cogitabam aerumnas. 10, 5 aerumnā funeris commota (AMM. 31, 1, 4). 10, 5 infelix ... magnis aerumnarum procellis aestuat. IMP. Diocl. et Maxim. coll. Mos. 15, 3, 5 aerumnas atque poenas debitas et condignas illi statuimus. COD. Theod. 9, 42, 13 aerumnas suas ... fleverunt. *cf. p. 1068, 8.* AMM. 15, 8, 1 propulsaret aerumnas (*sc. barbaros vastantes*). 19, 1, 4 ut Romanae rei totius aerumnas intra unius regionis concluderet ambitum. 21, 12, 19 crimina ... et urbis aerumnas expiari. 28, 1, 12 altiores consarcinaret aerumnas. 18, 10, 2 graves aerumnas experti (AVG. c. Iul. op. imp. 6, 29). 29, 6, 8 caesorumque incolentium exultantes aerumnis. 21, 16, 9 addebatur miserorum aerumnis ... acerbitas *imperatoris.* 19, 2, 14 satias aerumnarum. 23, 6, 7 gentem ... aerumnis maximis imminutam (*sim.* 31, 10, 12). 17, 13, 19 quos tutiores fecere sociorum aerumnae ... compertae. 15, 4, 10 recentis aerumnae (*i. e. cladis*) documenta terrerent (*sim.* 17, 7, 1). 15, 3, 1 per aerumnas ... multiplices (14, 6, 4. 20, 7, 7. 27, 4, 4). *addito genetivo vel adiectivo explicante: cf. supra l. 25 et infra l. 60. 70.* AMM. 14, 2, 19 inediae ... aerumnas exitiales horrebant. 14, 6, 4 post multiplices bellorum aerumnas. 27, 4, 4. 18, 6, 11 obsidionales aerumnae. 31, 6, 3. 31, 15, 15. 21, 1, 2 in aerumnis civilibus saepe victorem. 29, 2, 21 per intestinas ... aerumnas. HEGES. 1, 32, 6 nec prosperitas diuturna nec aerumna est pertinax. *de cladibus* 1, 9, 4 aerumnae eius occasione (*Ioseph. bell. Iud.* 1, 4, 4 τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς). 1, 32, 5 ultus aerumnam. 2, 16, 1 post illam non pugnam Cestii sed aerumnam (μετὰ δὲ τὴν Κεστίου συμφοράν).

2 *ecclesiasticorum usus*: MIN. FEL. *v. II B 4.* TERT. nat. 1, 10 ut non aerumnas ac poenas dei praeferentur *iragici comicique.* LACT. inst. 1, 17, 6. ARNOB. nat. 1, 24 laborum excruciatur aerumnis *genus humanum* (*cf.* AVG. civ. 20, 21 post labores aerumnarum curarumque mortalium). LACT. inst. 5, 17, 6 aerumnis ac miseriis esse plenissimam *virtutem.* AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 37 processionemque aetatis aerumnarum stipendia *esse.* 2, 9, 35 in qua *vita* plus aerumnae est quam voluptatis. exam. 4, 4, 17 aerumnam abstulit *avertens se homo a stella.* Iac. 1, 3, 10 non est, quod cuiquam nostram adscribamus aerumnam nisi nostrae voluntati. exam. 5, 8, 23 alterius pascantur aerumna. Iac. 1, 7, 31 sollicitudo corporalis aerumnae. PS. AMBR. serm. Sess. 1, 3 nulla aerumnarum praesentium sollicitudo. AMBR. patr. 4, 17 subeunt (*ut* Cain et Ab. 2, 9, 36) captivitatis aerumnam. Iac. 1, 8, 36. Ios. 5, 27 carceris. Iac. 2, 9, 37 caecitas ... gravis aerumna calamitatis. AMBR. Abr. 2, 8, 51 aerumnarum quodam curvata partu *caro.* VVLG. gen. 3, 16 multiplicabo aerumnas tuas (λύπας). psalm. 31, 4 conversus sum in aerumna mea (ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν) (*cf.* HIER. epist. 106, 19). eccles. 2, 23 cuncti dies eius ... aerumnis pleni sunt. Marc. 4, 19 aerumnae (μέριμναι. Matth. 13, 22 *et* Luc. 8, 14 sollicitudo) saeculi et ... introeuntes suffocant *semen.* AVG. conf. 2, 1, 3 quis mihi modularetur aerumnam meam. civ. 19, 9 quod ... ad aerumnas huius pertinet vitae. 20, 3. 20, 7 in huius mortalitatis aerumnas de paradisi felicitate dimissus est *homo.* 19, 5. 20, 17. 21, 8 epist. 203. civ. 13, 19 redeat *anima* ad labores aerumnasque mortalium. serm. ed. Mai. 19, 1 nascitur homo ad aerumnam. *cf. p. 1068, 82.* RVRIC. epist. 2, 4 p. 378, 15 saeculum aerumnis et luctibus plenum. *cf. p. 1067, 81.* PS. MERCAT. Nest. (Migne 48, 182) 3, 1 sanctis ... gratae fuerunt aerumnae, et ipsae ... temporales erant. HYDAT. chron. II pr. 7 non ignarus omnium miserabilis temporis aerumnarum. IORD. Rom. 2 praesentis mundi erumnas cognuscere. *ibid.* 4 ab omni erumna liberum te fieri. CONC. Lugd. 1 quidquid aerumnarum vel dispendiorum ... unus susciperet.

synonyma: *ad I*: (athla), labor. *cf. Bücheler, symb. phil. Bonn. p. 48.* *ad II*: *v. p. 1066, 71,* cruciatus, cura, damnum AMBR. exam. 5, 8, 23, dispendium, (dolor), (fortuna), malum, molestia, periculum MACR. sat. 7, 2, 9, poena, pugna, tormentum. *praeterea multae miseriae nomina, quae modo* aerumnae *subiciuntur velut* PLAVT. Epid. 529 Pseud. 770 TER. Phorm. 242 SALL. Iug. 14, 23, *modo cum* aerumna *miseriae notioni velut* PLAVT. Merc. 25 SEN. Ag. 661 Thy. 305 dial. 9, 8, 1 APVL. met. 8, 12. 10, 5. 11, 2 RVT. LVP. 2, 4. *v.* CIC. Tusc. *II B 3.* *opposita*: adoria, felicitas, fortuna, gaudium, gloria, otium, prosperitas, secundae res, virtus, voluptas *multaeque fortunarum appellationes velut* SALL. Iug. 14, 7.

aerumnābilis, -e. [*ab* aerumna. *Th.*] *aerumnam efficiens. substantivi loco positum*: LVCR. 6, 1231 illud in his rebus miserandum magnopere (*cf.* Thuc. 2, 51, 4 δεινότατον δὲ παντὸς ἦν τοῦ κακοῦ) unum aerumnabile erat (*i. q. illa una aerumna*), quod. APVL. met. 1, 1 aerumnabili labore *cf. p. 1066, 76.* 8, 9 aerumnabili vitae se subtrahere. 9, 16 solacio aerumnabilis deformitatis meae recreabar (*cf. p. 1068, 36*). PS. AVG. serm. 120, 1 mundus aerumnabili servitute depressus.

[**aerumnatus**] *adi. ortum codicum corruptela* PLAVT. Capt. 641 tum igitur ego erumnatus (*BVE*, erumpnatus *J*; deunciatus NON. 95; deruncinatus *recte schedae Turnebi*), deartuatus sum miser.

aerumnōsus, -a, -um. *ab* aerumna. NOT. Tir. 101, 44 *post* aerumna *v. p. 1066, 26. cf.* PLAVT. Rud. 257 *sq.* Epid. 557 *et* 559 CIC. parad. 16 *et* 18. ISID. orig. 10, 12 aerumnosus ab aerumna (*vel potius* rumine?) dictus, 'quod per inopiam (*cf.* PLAVT. Rud. 258) miser factus esuriat et sitiat. *sub* ae- *positum* ISID. (*sub* a-) NOT. Tir. GLOSS. II 565, 16, *sub* e- GLOSS. II 62, 53; *codicibus interdum per* e- *scriptum esse adnotatur, per* -mpn- PLAVT. Epid. 559 *J* SEN. dial. 4, 7, 1 PETRON. 39 AVSON. 34, 3 *M.* *utuntur* PLAVT. *ter,* ACC. VAL. MAX. PERS. PETR. APVL. *locis singulis,* CIC. *7^{ies},* SEN. *ter; postea paulo crebrius usitatum, imprimis de rebus (sub 2), velut ab* AVG. civ. *12^{ies}, ex* AMM. *affertur 5^{ies}.* *superlativum facit apud* PLAVT. CIC. AMBR. AVG. MERCAT. SIDON., *comparativum apud* PORPH. AMBR. HEGES. GLOSS. aerumnosus: laboriosus miser querulus ἀθλιώτατος. ἀτηρός μοχθηρός: aerumnosus. 1 *ad homines refertur*: PLAVT. Rud. 258 ut nos ex hac aerumna eximat, miseras inopis aerumnosas, ut aliquo auxilio adiuvet. Epid. 559 aerumnosam (*codd.*, -narum NON. 456) et miseriarum compotem mulierem. Bacch. 21 frg. XV(I) Vlixem audivi fuisse aerumnosissimum qui (AVSON. 450, 1 aerumnosus Vlixes, *vertitur* πολύτλας ζ 1). ACC. trag. 344 aerumnosum hospitem. CIC. Att. 3, 19, 2 spem aerumnosissimae mulieris Terentiae. *de eadem ibid.* 3, 23, 5. Flacc. 73 filiam filiam, inquam, aerumnoso patri ... redde. parad. 16 nec ... M. Regulum aerumnosum nec infelicem nec miserum umquam putavi. SEN. clem. 1, 13, 2 omnibus reis aerumnosior (*Koch,* rerum noxior *N*) ac sollicitior. dial. 4, 7, 1 *v. sub 2 a.* PERS. 3, 79 Arcesilas aerumnosique Solones (SCHOL. quia frugalitas philosophorum misera videtur luxuriosis et prodigis). HEGES. 1, 41, 9 nescius, quod aerumnosior esset, qui vinceret, quam. *cf. Ioseph. bell. Iud.* 1, 27, 3 νικῴη νίκην πικράν. *assumpto genetivo?* PS. AVR. VICT. epit. 24, 1 hic bonus, rei publicae fuit aerumnosus (*Alexander Severus*). *substantivi vice*: CIC. Verr. 6, 162 crux crux, inquam, infelici et aerumnoso ... comparabatur. Cluent. 201 huic aerumnosissimo. Tusc. 4, 82 eos qui se aegritudini (*cf.* aerumna *II b 3*) dederunt, miseros adflictos aerumnosos *dicere solemus.* PETRON. 39 in capricorno aerumnosi, quibus prae mala sua cornua nascuntur. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 189. AMM. 27, 7, 4 iracundiores sunt felicibus aerumnosi. 2 *ad res refertur*: CIC. carm. frg. 42, 1 nec tam aerumnoso navigavissem salo *vertit* (Tusc. 3, 67) *Euripidis verba* διὰ πόνων ἐναυστόλουν frg. 818 N. VAL. MAX. 9, 13, 3 ⟨o⟩ cunctationem fati aerumnosam! SEN. dial. 4, 7, 1 nihil est aerumnosius sapiente. epist. 115, 7 malitiam et aerumnosi animi veternum. AVG. relig. 35, 65. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 1 nihil esse [se] aerumnosius ... observantia. PANEG. 9, 8 aerumnosa ... Verona. AVSON. 34, 3 aerumnose libelle. AMM. 17, 3, 1 aerumnosis possessorum damnis mederi. *cf. p. 1069, 81.* 17, 13, 28 post aerumnosa dispendia. *cf. p. 1069, 79.* 27, 1, 1 post aerumnosas iacturas et vulnera. FVLG. myth. praef. 1, 1 nostri temporis erumnosa miseria. *cf. p. 1066, 78.* 1, 5 erumnosa calamitatum naufragia. AMBR. parad. 9, 45 nexus ... aerumnosae mortis. exc. fratr. 1, 30 in hanc ... aerumnosissimam recideret labem. HIER. epist. 34, 2 ἄρτον κακοπαθούμενον (*sic Symmachus vertit* psalm. 126, 3) exprimitur 'panem aerumnosum'. *ibid.* non frustra quidam 'doloris panem' (*sic* VVLG. *ibid.*) ... vitae istius miserabilis et aerumnosae interpretantur laborem. AVG. civ. 1, 22 vitam aerumnosam ... ferre. MERCAT. Theod. Mopsvest. exc. 1, 3. AVG. civ. 5, 24 vitae huius aerumnosae (6, 1. 14, 24. 18, 12. 21, 24. 22, 21). 12, 27 ergastulis aerumnosis et gravissimis vinculis. 13, 16. 17, 13 in hac aerumnosa peregrinatione. gen. ad litt. 3, 18, 28 negotium. c. Iul. op. imp. 6, 29 in his aerumnosis terris. MERCAT. Theod. Mopsvest. exc. 1, 3 hac aerumnosissima laboriosissimaque conversatione. *ibid.* aerumnosam eius fore sustentationem de. PAVL. PELL. praef. 3 aerumnosi otii maerore. *neutrum appositum pronominibus, verbo esse, substantive positum*: APVL. mund. 35 quod ceteris aerumnosum ... videtur esse, ... principem fieri. AVG. civ. 2, 1 refellere ... quam sit ... aerumnosum. AMBR. Iob 1, 3, 8 quid autem aerumnosius, cum. SIDON. epist. 1, 7, 11 illud sane aerumnosissimum ... quod. AMM. 20, 11, 32 aerumnosa (*Petschenig,* -sam *cod.*) perpessus (*cf. p. 1068, 6*). AVG. civ. 17, 11 illa ..., quae .. aerumnosa deflevit *psalmista.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

synonyma: (plenus aerumnae *p. 1067, 81*, aerumnabilis, -atus, -uosus, -us), adflictus CIC., calamitosus CIC., infelix, inops PLAVT. *cf. p. 1066, 75* (onerosus APVL. mund. 35), sollicitus SEN. *cf. p. 1069, 58; v. praeterea* APVL. mund. 35 GLOSS. *p. 1070, 29.* *opposita*: *v.* CIC. Tusc. 4, 82. *derivata*: *v. p. 1066, 44.*

aerumnula, -ae *f.* [*ab* aerumna *deminutive. Th.*] PLAVT. frg. inc. 60 (Paul. Fest. p. 24, 1) aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant; quarum usum quia Gaius Marius rettulit, muli Mariani postea appellabantur. *v. p. 1066, 18. cf. Mau, PW. I 680.*

erumnuōsum (-mnosum *cod. Vat. a*) miserrimum *in ordine sub* e GLOSS. V 453, 54.

a⟨e⟩rumnus infortunus GLOSS. V 344, 33. II 433, 41 σκληρός durus aerumnus (aerumnosus *Laudun.*) rigidus. *Bögel.*

aeruscātor, -ōris. *ab* aeruscare. GELL. 14, 1, 2 id praestigiarum atque offuciarum genus commentos esse homines aeruscatores et cibum quaestumque ex mendaciis captantes (*de Chaldaeis*).

aerusco, -āre. [*orig. inc. Th.*] PAVL. FEST. 24 aeruscare aera undique id est pecunias colligere. GLOSS. Plac. V 7, 32+33 aeruscans aes minutum accurate contrahens (V 45, 19+43, 18; construem *priore loco cod.*). GLOSS. II 23, 42 aeruscat (aroscit *cod., corr. Leo*) πλανᾶται ὡς Αἴβιος (*'de Iro intellegendum, ἀλήτης σ 18' Leo*), *deest adhuc in Odisiae fragmentis. adiungit Bücheler* LYD. de mens. 4, 110 ἐρρουσάλους Ῥωμαῖοι τοὺς ἀλήτας καὶ πλανωμένους καλοῦσιν· οἱ δὲ ἰδιῶται ἐρρούλλους αὐτοὺς ἐξ ἀγνοίας λέγουσιν. GELL. 9, 2, 8 Musonius ... aeruscanti cuipiam id genus et philosophum sese ostentanti dari iussit mille nummum. *cf. quae sequuntur.* *V.*

Aerusius *v. sub* 2. Aerius

aerustus, -ī *vulgariter pro* aes ustum *v. p. 1072, 38.*

Aerychiāna *v.* Eruciana.

aes, -ris *n.* [*i. q. got.* aiz *'aes', ind.* áyaḥ *'metallum, ferrum'. Th.*] GLOSS. III 368, 18 aes χαλκός. IV 11, 42 aeramen. IV 204, 23 aeramentum. ISID. orig. 16, 20, 1 aes a splendore aeris vocatum. *subesse dicitur verbis* VARRO ling. 5, 44 merces, NIGID. Gell. 10, 5, 1 avarus, QVINT. inst. 5, 10, 55 assiduus. *scribitur* CORP. I 61 *et* 181 *per* ai, CORP. XI 6360 *cum apice.* GRAMM. suppl. 298, 7 aes ... per a et e scribi debet. *declinatio*: *gen.* aerus CORP. IV 2440. *dat.* aere CIC. epist. 7, 13, 2 LIV. 31, 13, 5 CORP. III 6076 GAIVS dig. 29, 1, 17, 1. *cf. etiam p. 1077, 22.* *abl.* airid CORP. I 61. aeri (?) CORP. XI 4582. *de plurali v.* PRISC. gramm. II 310, 15 aera ... genetivos et dativos plurales in usu raro habent nisi apud vetustissimos (*ibid.* 318, 21 CHAR. gramm. I 34, 20. 93, 20. 121, 3 GRAMM. V 427, 17. 499, 33. 536, 31). aerum *legitur* CATO Prisc. gramm. II 319, 2, aer(um) *saepe in titulis cf. p. 1076, 22,* aeribus CATO Char. gramm. I 121, 4 Paul. Fest. 27 LVCR. 2, 637 ARNOB. nat. 3, 41. *declinatio* aera -orum *inde a prima aetate imperatoria in usu. cf.* CORP. XIII 1383 aerorum (INSCR. Rhen. Brambach 1212 CORP. II suppl. 5265). PS. CYPR. aleat. 6 aeris (*ibid.* 10). *de* aera -ae *vide s. v.* *de aere agunt* PLIN. nat. 34 ISID. orig. 16, 20.

I ISID. orig. 16, 18, 13 **infectum** quod in massis est. **1** *fodina, coctura*: PLIN. nat. 34, 2—4 *aes* fit ... e lapide aeroso, quem vocant cadmean ... in Campania .... fit et ex alio lapide quem chalcitim appellant in Cypro .... TRAG. inc. 154 Cic. off. 2, 13 ferrum aes aurum argentum penitus abditum *effoderetur.* VARRO ling. 8, 62 lavetur aes (PLIN. nat. 36, 137). CIC. div. 1, 116 aes ... natura divina genuisset. nat. 2, 151 aeris ... venas ... invenimus (PLIN. nat. 33, 98. 33, 126. 34, 117). LVCR. 5, 1241 aes ... repertumst (5, 1286 PLIN. nat. 4, 64). 5, 1257 rivus ... aeris. CAES. Gall. 5, 12, 5 *nato opp.* importatum. VERG. georg. 2, 165 aeris ... metalla (LIV. 45, 29, 11 exerceri. SEN. epist. 90, 12. PLIN. nat. 2, 158 fodientes. 6, 98. 37, 72 defecerunt. 37, 202 VVLG. deut. 8, 9). VITR. 8, 3, 5 aes plumbum ... fodiuntur (PLIN. nat. 33, 1). MELA 2, 86 Hispania ... aere ... abundans (PLIN. nat. 3, 30). 3, 86. LVCAN. 6, 405 Ionos ... coxit fornacibus aere (PLIN. nat. 34, 110. 34, 117 CASSIOD. var. 3, 31, 4). 9, 424 *terra Libyae* non aere neque auro excoquitur. PLIN. nat. 7, 195 invenit Cinyra ... metalla aeris (34, 2). 34, 94 *sq.* 34, 107 panes aeris. 34, 163 India neque aes neque plumbum habet. 36, 193 aes liquatur. 36, 200 lapides in aes solvuntur. LEX. met. Vip. Corp. II suppl. 5181, 51 ae⟨ris ... ru⟩tramina. VLP. dig. 7, 1, 13, 5 aeris ... fodinas ... exercere ... instituere. *nota in aerariis reperiri pompholygem* (PLIN. nat. 14, 128), *spodon* (*ibid.* 34, 131. 34, 172), *smegma* (*ibid.* 34, 134), *diphrygem* (*ibid.* 34, 135).

2 *aerugo*: VITR. 8, 3, 19 aes *aceto putrefactum* fiet aerugo (PLIN. 34, 110 *et* 111 ISID. orig. 16, 20, 14). 8, 4, 1 *aes aquis vitiatur* (PLIN. 31, 61). PLIN. nat. 7, 64 *corripitur mulierum profluvio* (28, 79 SOL. 1, 55). 34, 99 aera extersa robiginem celerius trahunt quam neglecta nisi oleo perunguantur (ISID. orig. 16, 20, 10). 34, 116. HIER. epist. 98, 19 aes quoque et ferrum paulatim rubigo consumit. *de aerugine medicamento cf. p. 1072, 53.*

3 *qualitates*: **a** *rigor*: LVCR. 2, 450. 5, 1270 validi ... violentis viribus aeris. PLIN. nat. 33, 60 *auro mollius.* FRONTIN. aq. 36 rigor aeris difficilior ad flexum. *nota*: HOR. carm. 1, 3, 9 aes triplex circa pectus. PROP. 3, 18, 25 ferro cautus se condat et aere. OV. trist. 1, 5, 53 pectus mihi firmius aere. STAT. Theb. 3, 16. **b** *splendor, color*: OV. met. 8, 26 aere fulgentem clipeum (OCTAVIA 795). LVCAN. 9, 669 fulvo ... aere. PLIN. nat. 34, 149. 37, 84 summa ... coloris ex aere et purpura constat. 37, 191. PLIN. epist. 3, 6, 3 aes ... quantum color indicat vetus et antiquum. SVET. Nero 1. **c** *sonus*: SERV. Verg. Aen. 1, 448 *aes* vocalius ceteris metallis (ISID. orig. 16, 20, 11). LIV. 43, 10, 5 crepitu ... aeris. AETNA 520 arguti ... aeris (MART. 11, 21, 2). PLIN. nat. 37, 154 aeris tinnitum (SOL. 11, 6). STAT. silv. 1, 1, 68 sonitus. VVLG. Ier. 46, 22. I Cor. 13, 1 aes sonans. HIER. epist. 64, 9 vocem aeris. EVCHERIVS form. 7 (p. 48, 6). *cf. II 1.* **d** *pondus*: PLIN. nat. 2, 233 aes ... in massa mergi, dilatatum fluitare. STAT. silv. 1, 1, 57. TAC. hist. 2, 21 aeris ... moles. GAIVS inst. 3, 90 *res* quae pondere *constat.* **e** *pretium*: LVCR. 5, 1273. MANIL. 4, 925 auri pondera parvi exsuperant pretio numerosos aeris acervos. PLIN. nat. 34, 1. 34, 43 *artificiorum pretium non solum in arte positum* (34, 92). 36, 195 APVL. flor. p. 76 Oud. **f** *notabilia varia*: VARRO Non. 334 aes fervefactum conliquisset (LVCR. 1, 493. 6, 230. 6, 352. 6, 966 AETNA 542 SEN. nat. 2, 52, 2 PLIN. nat. 2, 137 TAC. ann. 15, 22). LVCR. 6, 948 frigus item transire per aes calidumque vaporem. 6, 1048 *sq. magnetis vis in aes.* 6, 1079 aerique ⟨aes⟩ plumbo ... iungatur. VERG. georg. 3, 363 aera ... dissiliunt *frigore* (SERV. tam nimio frigore quam calore aera rumpuntur). PETRON. 109 *calvus* levior aere. PLIN. nat. 15, 22 aere vitiari *oleum.* 36, 146. 37, 53 VLP. dig. 13, 7, 36 *auri consimile* (PAVL. dig. 46, 3, 50. 47, 2, 21, 2). **g** *vis aeris medica*: α *cadmea*: PLIN. nat. 34, 100 metalla aeris multis modis instruunt medicinam ... maxime tamen prosunt cadmea. *ibid.* 101—105. ISID. orig. 16, 20, 11 purgamenta aeris cadmia et aerugo (origo *codd.*) et aeris flos. *ceterum huic cadmeae nil cupri inesse scito, de lapide aeroso cadmea cf. p. 1071, 52* β *aes ustum*: GLOSS. III 546, 5 aes ustum χαλκὸς κεκαυμένος. PLIN. nat. 34, 105 et aes ipsum uritur ad omnia eadem ... terunt in coticulis. CELS. 5, 15 *mollit* aes combustum (5, 19). 6, 6, 5 aeris combusti et eloti. SCRIB. LARG. 21 aere usto (23. 26. 28. 36. 203. 204 PELAGON. 322 CHIRON 197. 977 MARC. med. 8, 117). 206 *emplastrum* accipit ... aeris usti, aeris Cyprii, aeruginis rasae ... singulorum pondo unciam. DIOSC. 5, 98 de esustu (*περὶ χαλκοῦ κεκαυμένου. hic nota vocis recentis* esustum *apud* DIOSC. *vim latiorem, ita περὶ ἄνθου χαλκοῦ vertitur* 5, 99 de flore esusti. *cf. sim.* 5, 95. 5, 96. 5, 103. 5, 128). GALEN. alfab. 1 aerustus (aes ustum *pars codd.*) fit maxime de clavis cupriis. *ibid.* 3. GLOSS. III 582, 47 eristu. γ *aeris flos* (*cf. Blümner, Technologie IV p. 176*): GLOSS. χάλκανθος, ἀφρὸς νίτρου. PLIN. nat. 34, 107 et aeris flos medicinae utilis est (ISID. orig. 16, 20, 13). 34, 109 et squama autem et flos uruntur ... dein lavantur. CELS. 5, 9 crustas ulceribus *inducit* ... flos aeris. 5, 20 SCRIB. LARG. 7. 34. 45. 51. 63. 71. 198. 227 aeris floris usti (239). 230. 254 PLIN. nat. 23, 123. 26, 139. 28, 245 PELAGON. 239 CHIRON 847. δ *aeris squama*: PLIN. nat. 34, 107 squama excutitur ictu isdem panibus *aeris*, flos cadit sponte. CELS. 2, 12 squamam aeris quam λεπίδα χαλκοῦ Graeci vocant. 5, 1 squama ... rubri aeris (5, 19. 6, 14 MARC. med. 11, 37). 5, 5. 5, 6. 5, 7. 5, 8. 6, 6, 5 squamae aeris quod στόμωμα appellant p. XI. 6, 7. 6, 18, 2 SCRIB. LARG. 50. 51. 201 squamae aeris Cyprii. 202. 205. 213. 237 PLIN. nat. 23, 87. 25, 55 MACR. sat. 7, 16, 33. ε *aerugo*: PLIN. nat. ind. 34, 26 aerugo. medicinae ex ea. COLVM. 7, 5, 12 subluvies *curatur* aeris rubigine. PLIN. nat. 34, 110. 34, 116. ζ *aes ipsum*: CELS. 5, 28, 6 aes quam maxime calidum ... admovendum est. PLIN. nat. 34, 155 aeris tusi. MACR. sat. 7, 16, 34 inest aeri vis quaedam remedialis et siccifica. *cf. etiam II 1 b γ.*

4 *genera*: PLIN. nat. 34, 5 *generibus naturalibus opponuntur quae cura constant. apud inferiores ab aere distinguitur cuprum, cf.* SPART. Car. 9, 5 ex aere vel cypro. MARC. med. 11, 35 in vaso rubri aeris id est cupreo (CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 CASS. FEL. 67 p. 167). **a** *naturalia*: *Cyprium*: VITR. 7, 11, 1 PAVL. FEST. 20. 349. SCRIB. LARG. 16 clavum cyprii aeris. 25. 37 PLIN. nat. 12, 131. 33, 93. 34, 98 ISID. orig. 16, 20, 2. *Campanum*: PLIN. nat. 34, 95 in reliquis generibus palma campano perhibetur utensilibus vasis probatissimo. ISID. orig. 16, 20, 9. *de aliis generibus cf.* PLIN. nat. 34, 2—4. OV. medic. 41 Temesaea ... aera (fast. 5, 441 STAT. silv. 1, 5, 48 Ach. 1, 413). **b** *quae cura constant*: *Corinthium*: QVINT. inst. 8, 2, 8 'Corinthia' *accipimus* aera cum sint ... tam aurum et argentum quam aes Corinthium. CIC. Verr. 3, 83. Tusc. 4, 32 in aeruginem *incidit* tardius. VERG. georg. 2, 464 PROP. 3, 5, 6 OV. met. 6, 416 PETRON. 50 (ISID. orig. 16, 20, 4). 119 v. 9 PLIN. nat. 9, 139. 34, 1 ante argentum ac paene etiam ante aurum Corinthio *pretium.* 34, 8 *Corinthii* tria genera: candidum (aes candidum *ab hoc distinguendum memoratur* PLIN. nat. 34, 110. 34, 160 *cf. Blümner, Technologie IV p. 184*) ... alterum in quo auri fulva natura, tertium in quo aequalis omnium temperies fuit. 37, 49. 37, 149 SIL. 14, 655 STAT. silv. 2, 2, 68 MART. 9, 59, 11 FLOR. 1, 32, 7 OROS. hist. 5, 3, 7 ISID. orig. 16, 20, 4. *Deliacum*: CIC. Verr. 3, 83. PLIN. nat. 34, 9 antiquissima aeris gloria Deliaco fuit. 34, 10. *Aegineticum*: PLIN. nat. 34, 10 bos aereus ... in foro boario ... exemplar Aeginetici aeris. 34, 75. *aurichalcum*: PAVL. FEST. 9 compositum ex aere et auro. 47 ISID. orig. 16, 20, 3. PLIN. nat. 34, 2 *natura genitum dicit.* *aliae mixturae*: PLIN. nat. 28, 181. 33, 130 stagno

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et aere mixtis. 33, 131 miscentur argento tertiae aeris Cyprii tenuissimi. 34, 140 aes ferrumque miscuit. 34, 160 adulteratur stagnum addita aeris candidi tertia portione in plumbum album. Vlp. dig. 6, 1, 5, 1. Call. dig. 41, 1, 12, 1 *mixturae dissolvi possunt.* Isid. orig. 16, 20, 6 *aes* pyropum. Plin. nat. 16, 55 vase aeris albi (*an Corinthii candidi?*).

5 *usus, fabrica:* Lvcr. 5, 1287 prior aeris erat quam ferri cognitus usus (Pavl. Fest. 113 Serv. Verg. Aen. 1, 448 Avg. civ. 7, 24 Macr. sat. 5, 19, 11 Isid. orig. 16, 20, 1). Ov. am. 3, 8, 37 Saturnus ... aera ... manibus admorat (Sen. benef. 4, 6, 1). Hor. epod. 16, 64 Ov. met. 1, 115 fast. 4, 405. Pers. 2, 59 aurum ... Saturnia ... impulit aera. *de differentiis aeris, quod ad fabricam attinet, de* aere coronario, regulari *vel* ductili, caldario *vide* Plin. nat. 34, 94 Isid. orig. 16, 20, 8. *item de temperationibus aeris cf.* Plin. nat. 34, 95—98. Varro rust. 1, 22, 3 ex aere (ling. 5, 32. 5, 117 frg. Non. 544 Cic. orat. 110 Verr. 3, 87. 5, 72. 5, 94. 5, 96. 5, 109. 5, 131. 5, 135 div. 1, 11, 17 Verg. Aen. 5, 266. 8, 621. 11, 10 Ov. epist. 3, 31 met. 4, 176. 12, 46. 15, 810 Vitr. 9, 8, 11 Plin. nat. 15, 77. 34, 38. 35, 9. 36, 72 Hier. epist. 64, 9 Vvlg. exod. 38, 3). Cic. Verr. 5, 98 aeris temperationem. ac. 2, 85 aere ... facere (Liv. 45, 33, 5 ex ... aere. Vitr. 10, 7, 1 Pavl. Fest. 43 Sen. epist. 85, 40 Plin. nat. 33, 82. 34, 15. 34, 49. 34, 69. 34, 82. 35, 106 Tert. idol. 5). nat. deor. 2, 150 fabricam aeris. Verg. georg. 4, 173 Aen. 8, 451. 12, 541 aeris *i. ex aere* (Ov. met. 1, 98 Plin. nat. 7, 210 Stat. silv. 2, 2, 63. 4, 6, 20). Hor. epist 2, 1, 96 fabros ... aeris. ars 33. Prop. 3, 21, 30 exactae ... aere manus. Liv. 26, 21, 8 aeris ... fabrefacti (34, 52, 6). Manil. 4, 250 solvant ... aera camini. Vitr. 2, 7, 4 aeris flatura. *ibid.* aes fundendum (Plin. nat. 33, 94. 34, 5. 34, 46. 35, 153. 36, 169 Isid. orig. 16, 20, 10). 7, 8, 4 aes ... inaurari (Plin. nat. 33, 64. 33, 100 Svet. Iul. 54 Pavl. sent. 5, 25, 5). 10, 8, 1 ex aere fabricata (Tert. spect. 2 Vvlg. exod. 27, 3). Sen. Oed. 734 lituus ... adunco ... aere. nat. 3, 24, 2. 6, 30, 4. epist. 65, 3 in statua materia aes (Qvint. inst. 2, 21, 10). 65, 5 aes figurari. Plin. nat. 7, 125 ex aere duceret (Apvl. flor. p. 24 Oud.). Plin. nat. 7, 197 aes conflare (Flor. 1, 31, 10 Gaivs dig. 41, 1, 7, 7). 22, 44 ex aere fusa (34, 83). 28, 146. 33, 94 glutinum est ... cadmea aeris massis. 34, 13 ex aere factitavere. 34, 47 aeris obliteratio (*i. fundendi*). 36, 32 in aere laudatur (*item subaudi fundendo*). Sil. 2, 403 aere ... perfecta. Stat. silv. 1, 3, 50 *parva* in aere ... lusit. Qvint. inst. 2, 21, 9 caelatura ... aere ... opera efficit. Tac. Agr. 46 *imagines* aere ... finguntur. Plin. epist. 4, 7, 1 *filium* aere ... effingit. Apvl. apol. 14 aere infusum. flor. p. 24 Oud. effigiem ... adsimularet aere. Tert. idol. 3 aere ... formetur idolum (Cypr. Gall. num. 543). nat. 1, 12 simulacrum ... aere defunditur. Vvlg. II par. 2, 7 operari in ... aere. Clavd. 20, 71. 22, 171 aera effigies ductura tuas. Mart. Cap. 1, 36 aeris ... signifex. Sidon. carm. 23, 503. Cassiod. var. 7, 5, 5 aeris fusor. Gloss. II 474, 57 χαλκεῖον (ὁ τόπος) aeris officina.

II Isid. orig. 16, 18, 13 **factum** ... quod in vasis et signis *est.* Gloss. III 368, 19 aera χαλκεῖα. 1 *instrumenta musica:* a *tuba, sim.:* Enn. ann. 513 trag. 150 Varro Men. 465. Cat. 64, 262 tereti ... tinnitus aere ciebant. Verg. Aen. 3, 240 dat signum ... aere cavo (Ov. met. 3, 704 Carm. epigr. 350. Gloss. IV 405, 12 aere cavo tuba). 6, 165 aere ciere viros (Sen. Phoen. 389 Sil. 7, 605 Coripp. Ioh. 7, 114. 8, 165). 9, 501. 12, 712 Lvcan. 1, 431 Sil. 8, 488. 13, 361 aere belligero revocante. 14, 371. Ivv. 2, 118 recto cantaverat aere. Veg. mil. 2, 7 curvo. Sidon. epist. 9, 13, 5 v. 76 aera fistulata. Coripp. Ioh. 1, 424. 2, 249. 4, 579. b *cymbala, sim.:* Tib. 1, 3, 24 *sistra Isidis* (Ov. met. 9, 777). Sen. nat. 2, 30, 1. dial. 5, 35, 3 *aes in ianua.* Petron. 22 Mart. 11, 16, 4. 14, 163 aes thermarum. *aera Curetum, Corybantium, Baccharum:* Lvcr. 2, 637 pulsarent aeribus aera. Verg. georg. 4, 151 Aen. 3, 111 (Serv. Corybantes ab aere appellatos). Hor. carm. 1, 16, 8 Prop. 4, 7, 61 Ov. ars 2, 610 met. 3, 533. 4, 30 concava ... aera. 4, 393 tinnula. 6, 589 aeris acuti. 14, 537 fast. 3, 742. 4, 184. 4, 189. 4, 212 Vell. 1, 4, 1 Val. Fl. 2, 260. 2, 266. 5, 78. 6, 141 Sil. 17, 18 Stat. Theb. 2, 78. 4, 668. 5, 730. 8, 221 Ach. 1, 623. 1, 714. 1, 828 Mart. 14, 204 Tert. nat. 2, 17 Arnob. nat. 3, 41. *nota, aeris pulsu* α *succurri Lunae: cf.* Tib. 1, 8, 22 Ov. med. fac. 41 met. 4, 333 Liv. 26, 5, 9 Manil. 1, 227 Sen. Med. 726 Stat. Theb. 6, 687 Mart. 12, 57, 16 Ivv. 2, 6, 442 Tac. ann. 1, 28. β *excitari, coerceri apes: cf.* Varro rust. 3, 16, 30 Verg. georg. 4, 151 Ov. fast. 3, 742 Colvm. 9, 8, 10 Lvcan. 9, 288 Plin. nat. 11, 68 Pallad. 7, 7, 9. γ *sanari morbum: cf.* Plavt. frg. 52 medicum (mecum *codd.*) habet patagus morbus aes, *ad quae* Macr. sat. 5, 19, 14 aeris sonos ... rem validissimam.

2 *arma:* Enn. trag. 13 prolato aere astitit *i. clipeo* (Verg. Aen. 2, 545. 3, 286. 10, 335. 10, 481. 10, 783 Ov. met. 4, 783. 12, 96 Fest. 242 Sil. 2, 246. 5, 319. 5, 521. 15, 709 Stat. Theb. 9, 104 Gloss. V 262, 61). Acc. trag. 631 Cic. leg. 2, 45 (Plat. leg. p. 956 A) Lvcr. 2, 326 (Verg. georg. 2, 282) Lvcr. 5, 1289 Verg. Aen. 2, 734. 7, 526. 7, 804 (11, 433). 8, 593 (Cvrt. 3, 3, 26). 9, 806. 10, 868 aere caput fulgens *i. galea* (Prop. 3, 4, 12 Ov. met. 8, 32 Sil. 1, 401. 5, 132. 5, 296. 8, 375. 10, 236 Homer. 570 Stat. Theb. 8, 709 Sidon. carm. 15, 4). Ov. epist. 12, 43 Cvrt. 3, 2, 7. Val. Fl. 2, 389 fragor ... aeris (*cf.* Verg. georg. 3, 83). 6, 197 aere citato *i. ense.* 6, 342. 6, 525.

3 *tabulae aereae:* Cic. Cat. 3, 19 legum aera (Phil. 1, 16. 1, 26. 3, 30 epist. 12, 1 div. 2, 47 Liv. 3, 57, 10 Tac. hist. 4, 40 Svet. Iul. 28 Sidon. epist. 5, 3, 4). Ov. met. 1, 92 Sen. contr. 10, 2, 19. Sen. benef. 4, 38, 2 *constitutionem* in aes incidissem (Plin. nat. 34, 99). Epist. Vesp. Corp. II 1423 Tac. ann. 3, 63. 4, 43. 11, 14. 12, 53 Plin. epist. 8, 6, 13 *ibid.* 14 paneg. 75. Front. grom. p. 46 *mensor* habet aes *i. formam* (Hyg. grom. p. 125 Sic. Flacc. grom. p. 162 Hyg. lim. grom. p. 198 p. 202. *cf. Rudorff, grom. Inst. p. 405*). Corp. X 476. XI 5170 Clavd. 17, 27 Isid. orig. 16, 20, 1.

4 *vasa, sim.:* Pavl. Fest. 27 aeribus pluraliter ab aere id est aeramento Cato dixit. Hor. sat. 2, 3, 21 carm. 4, 8, 2. Ov. am. 1, 8, 51 aera nitent usu. met. 4, 505 coxerat aere cavo (7, 317). 13, 700 Sen. nat. 1, 17, 6 Lvcan. 6, 427.

5 *statuae, sim.:* Verg. georg. 1, 480 aera ... sudant (Stat. silv. 4, 6, 74). Aen. 6, 847 spirantia ... aera (Carm. poet. min. V 50, 28, 2 Hier. epist. 117, 7). Hor. sat. 1, 4, 28 carm. 3, 30, 1 epist. 1, 6, 17. 2, 1, 240 duceret aera. Ov. trist. 5, 1, 53 Perilleo ... in aere (Ib. 437 Pont. 3, 6, 42 Pers. 3, 39). Val. Max. 2, 10 ext. 1 Sen. dial. 11, 11, 3 Petron. 88 Plin. nat. 34, 12. 35, 6 Stat. Theb. 2, 216. 6, 272 *Herculem* in aere (Mart. 9, 43, 2 Apvl. met. 3, 11 Tert. testim. 2 Clavd. 24, 11 Cassiod. var. 6, 7, 7). silv. 3, 1, 95. 4, 6, 26. 4, 6, 85. 5, 1, 232 Mart. 3, 19, 5 Tac. ann. 3, 53 Apvl. flor. p. 51 Oud. Paneg. 12, 44 Clavd. 1, 18 Svlp. Sev. chron. 2, 8, 5 Sidon. carm. 5, 48. 8, 8 Sedvl. carm. pasch. 1, 47. *cf. p. 1073, 24 sqq.*

6 *aliae res aereae:* Caes. Gall. 4, 31, 2 *aes navium* (Verg. Aen. 11, 329 Cvrt. 10, 1, 19 Tac. hist. 3, 47). civ. 3, 103, 1 ad militarem usum. Verg. ecl. 5, 90. georg. 3, 29 navali ... aere *i. rostris* (Aen. 10, 214 Paneg. Mess. 173 Lvcan. 3, 656 Val. Fl. 1, 688 Plin. nat. 32, 3). Aen. 1, 449 nexae ... aere trabes. 6, 591. 12, 210. Ov. rem. 210 aera recurva *i. hamuli* (met. 8, 856 fast. 6, 240 Pont. 2, 7, 10 Clavd. carm. min. 49, 12). fast. 6, 261 aere ... tecta. Liv. 26, 47, 9 Manil. 5, 92. Mart. 1, 26, 4 aera *i. tesserae vinariae.* Tac. hist. 5, 6. *nota* Corp. XII 1377 aed(ilis) ... ex multis et aere fracto. *'aes fractum pro mensuris ponderibusve iniquis, quorum frangendorum ius aedilibus municipalibus fuisse notum est, dictum videtur' Hirschfeld. cf. Mommsen, Staatsrecht II³ p. 499, 3.*

quae maxima frondet aesculus. 2, 291 altior ac penitus terrae defigitur arbos, aesculus in primis, quae quantum vertice ad auras aetherias, tantum radice[m] in Tartara tendit (PLIN. nat. 16, 127). HOR. carm. 3, 10, 17 nec rigida mollior aesculo. OV. met. 10, 91 frondibus aesculus altis. VITR. 2, 9, 9 aesculus ... quod est omnibus principiis temperata, habet in aedificiis magnas utilitates. 7, 1, 2 sin autem aesculus non erit et necessitas coegerit propter inopiam querceis ⟨uti⟩ (CET. FAV. 19 PALLAD. 1, 9, 3). CALP. ecl. 5, 59 veteres quae porrigit aesculus umbras. PLIN. nat. 12, 3 dicata ... Iovi aesculus. 16, 11 *corona* civica iligna (-no *codd.*) primo fuit, postea magis placuit ex aesculo Iovi sacra variatumque et cum quercu est. 16, 17 cum robur quercumque vulgo nasci videamus, aesculum non ubique. 16, 19 glandem ... ferunt robur quercus aesculus cerrus ilex suber. 16, 20 glans optima in quercu atque grandissima, mox aesculo. 16, 26 fungosam carnem fieri aesculo robore subere. 16, 106 aesculus tantum autumno *reddit semen.* 16, 219 umoris inpatiens. 17, 151 seritur vere balano, sed non nisi aesculi. SIL. 5, 480 annosa excelsos tendebat in aethera ramos aesculus (asc- *Sang.*) ... lateque tenebat frondosi nigra tellurem roboris umbra. 5, 511 involvitur aesculus igni. 10, 165 fulmine celsa aesculus aut ... quercus cum fumat percussa Iovi. SVET. Galba 3 animalia, quae in aesculis nascuntur appellanturque galbae. FRONTO p. 7, 17 N. in montibus aesculus et abies et alnus et cedrus et piceae. p. 7, 22 amor ... cum cedris porro adolescet et aesculis. PALLAD. 1, 9, 2 aesculus sine vitio *umoris* durat. 12, 15, 2 aesculus (aesclus *pars codicum antiquiorum*) aedificiis et redi[ci]s apta materies. AVIEN. orb. terr. 1187 ramis aesculus altis. CLAVD. 14, 19 frondens hedera stringitur aesculus. CORIPP. Iust. 4, 44. PS. APVL. herb. 76, 2 in radice aesculi arboris.

Aesēpus, -ī *m.*, *Αἴσηπος, fluvius Asiae qui in Propontida cadit.* PLIN. nat. 5, 141 amnis Aesepus. FLOR. 1, 40, 17 Granicus et Aesepus (aesopus *codd.*) amnes. *adi.* **Aesēpius,** -a, -um. VAL. FL. 3, 420 Aesepia ... flumina.

Aeserius, -a *nom. gent.* CORP. VI 34324 Cn. Aeserius (Gaiae) l(ib). Maximus ... Cn. Aeserius (Gaiae) l(ib). Priamus. *cf.* aesar *cognataque.*

Aesernia, -ae *f.* [*osce* Aisernio Aisernim *in nummis. ab* aesar *quasi deorum urbem ducit Benfey, cf. Corssen I p. 375 Planta, Gramm. d. osk. umbr. Dial.* II 53. *Th.*] *Αἰσερνία, hodie* Isernia, *oppidum Samnitium, colonia iuris Latini inde ab a. 491/263, tribu Tromentina, tenue post Sullam et per aetatem imperatorum municipium. cf. Mommsen, Corp. IX p. 245; Hülsen, PW. I 685.* SISENNA hist. frg. 6 Aeserniam ... profugerant. CIC. Att. 8, 11ᵈ, 2 mansurum esse Aeserniae (esernie *M*). *ibid.* dum certum nobis ab Aesernia (es- *M*) ... referretur. VELL. 1, 14, 8 colonis occupata ... Aesernia. LIV. perioch. 16. 72. 73. SIL. 8, 566 quos ... Aesernia ... misit ab agris. FRONTIN. strat. 1, 5, 17. FLOR. 2, 3, 11 (reserata *vel* res erat *codd.*). OROS. hist. 5, 18, 14 (sereniam, eseniam *codd. aliquot*). LIB. col. I grom. p. 233, 14 Esernia. p. 260, 7. 13 ager Eserniae (16). ITIN. Anton. 102, 4 Serni civitas. TAB. Peut. 6, 3 Esernie. RAVENN. 281, 4 Esernia. GVIDO 484, 15 Isernia. CORP. IX 2658 sevir. Aug. Aeserniae et Aufidenae. *adi. et incolarum* (*Αἰσερνῖται*) *nomen*: **Aesernīnus,** -a, -um. [*osce* Aisernino *in nummis. Th.*] SISENNA hist. frg. 16 Aesernini duplici fossa valloque circumdati. LIV. 10, 31, 2 in Aeserninum (aeserniu *M*, aeserunium *PU*) agrum. 27, 10, 8 Beneventani et Aesernini. 44, 40, 6 *turma equitum* Aesernina (eptessemina *cod. Vind.*). PLIN. nat. 3, 107 Aesernini. CORP. IX 2641 ⟨ord⟩o et populus Aese⟨rninus⟩. 2675 scribae Aesernino. 2860 rei p. Aesernin. EPHEM. epigr. VII 594 ⟨t⟩abellarius Aeser(ninorum). *cogn.* M. Claudius Marcellus Aeserninus *cos. a. 733/22* (*Prosopogr. I 740*): CIC. Brut. 136 M. Marcellus Aesernini pater. CONS. Const. chron. I 218 Aesernino et Arruntio. *eius filius eiusdem nominis*: CORP. X 1448 M. Claudio Marcelli Aesernini lib. Hymenaeo Augustali. SEN. suas. 6, 4 contr. 4 praef. 3. 7, 1, 5. 7, 2, 10. 7, 4, 1 PLIN. nat. 12, 12 TAC. ann. 3, 11. 11, 7 ditium familiarum heredes Aeserninos et Arruntios. SVET. Aug. 43. *gladiator*: LVCIL. 136 Aeserninus fuit Flaccorum munere quidam Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque. CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2 opt. gen. 17 QVINT. inst. 9, 4, 38. *liberti publici in titulis Aeserninis*: CORP. IX 2633 P. Aruntius P. f. Aeserninus. 2711 dis manibus L. Catti Aesernini ... Aeserninus et Cattia Restituta parentes. 2676 Aesernina S⟨y⟩nt⟨y⟩che sibi et M. Aesernino Ampliato seviro Aug. coniugi. *non certo traditum* CORP. III 1796 (*Naronae, ex schedis*) Claudia Aesernina sacerdos divae Augustae (*ubi* Aesernia *vel* Aernia *vel* Aesernin. *pars schedarum*).

Aesiānus *v.* Aesis.

Aesica, -ae *f. statio Britanniae. v. Hübner, Corp. VII p. 132.* NOT. dign. occ. 40, 42 tribunus cohortis primae Asturum Aesica. RAVENN. p. 432, 19 Esica.

*?***Aesilus** *nom. vir. barb.* CORP. XII 1160 (*Carpentorate*) Aesilus Savi f(ilius). *adnotat editor* 'AESKLVS *est in lapide, sed magis videtur esse* I *lapidis vitio deformata quam* K'.

Aesimidēs, -ae, *Αἰσιμίδης, archon Atheniensis.* HIER. Abr. 1274 Aesimides a. X (aesenides, esemides, esimides *codd. pars*). EXC. Barb. p. 300, 3 Fr. Esimidus.

Aesimus, -ī, *Αἴσιμος.* SERV. Aen. 2, 79 Autolycus ... fur ... habuit liberos Aesimum (simum, sissimum *sim. codd.*), unde natus est Sinon, et Anticliam, unde Vlixes CORP. VI 21826 Q. Magius Aesimus.

Aesīnās, -ātis *v.* Aesis.

Aesini CORP. XII 5686, 1056 (*Foro Iulio, in vasculo*).

Aesis, -is *m.*, *Αἶσινος Appiano, hodie* Esino, *fluvius Vmbriae.* LIV. 5, 35, 3 Senones ... ab Vtente flumine usque ad Aesim fines habuere. MELA 2, 64 flumen Metaurus atque Aesis. PLIN. nat. 3, 113 in ora flumen Aesis. SIL. 8, 444 Pelasgis, quis Aesis regnator erat fluvioque reliquit nomen et a sese populos tum dixit Asilos. 448 hos (*Vmbros*) Aesis Sapisque lavant. **ad Aesim** *statio.* ITIN. Anton. 316, 4 ad Aesim. TAB. Peut. 5, 3 ad Ensem. ITIN. Burdig. 614, 5 mutatio ad Hesis. CORP. XI 3281 *et* 3283 Hesim, 3282 *et* 3284 Haesim. GVIDO 493, 5 Esis. **Aesis,** -is *f. oppidum vicinum tribu Pollia, Αἰσίς Ptolemaeo, hodie* Iesi, *cf. Bormann, Corp. XI p. 920.* CORP. IX 5831 p(atrono) c(oloniae) Aesis. 5832 patrono col. Auxim. et col. Aesis. VI 32519ᵃ, II 4 (*c. a. 140*) L. Numisius L. f. Pol. Sabinus Aes(e) Pic(enorum). 2380, II 4 ... irius L. f. Pol. Iustus Aese. 2381ᵇ, II 14 C. Surinas C. f. Pol. Felix Aes⟨e⟩. 2413, 23 ... s Aese. III 9742 ... ⟨P⟩ol. Aese. XI 5643 N. Ortorius N. f. Pol. Ferox Aesae, evocatus Aug(usti). V 3462 (*Veronae*) M. Flavius L. f. Festus Aes(e). *sunt qui huc referant* Strabon. 5, 2, 10 *Αἴσιον et* VELL. 1, 14, 8 Aesulum. *incolae* **Aesīnātēs** (-ium) PLIN. nat. 3, 113. [PLIN. nat. 11, 241 *caseum* ovium maxime lacte Sassinatem (saes- *cod. Ricc., inde* Aesinatem *Barbarus*) ex Vmbria]. *incertum an huc, an ad* Aesius *referendus* CORP. V 3944 (*in Arusnatibus*) C. Sevius C. f. Valerianus **Aesiān(us)**.

*?***aesis** *vocabulum vandalicum, si recte traditur* ANTH. 204, 12.

1. Aesius, -i *m. fluvius Bithyniae.* PLIN. nat. 5, 148 sunt in ora amnes Aesius, Bryazon.

2. Aesius, -a *nom. gent.* CORP. V 4022 (*Sirmione*) C. Aesiu⟨s⟩ Vrbanus. X 3512 (*Miseni*) C. Aesio Fel⟨icissi⟩mo nat(ione) Ale⟨xandrino⟩. 8059, 20 (*in signaculo*) L. Aes. f. XI 4946 (*Spoletii; periit*) Aesio (Gaiae) l(iberto) Cidonti (?). EPHEM. epigr. VIII 224 (*a. u. 722*) Aesius L. f. CORP. VI 11182 Aesia (Gaiae) l. Aresc⟨usa⟩. XIII 3089 (*Iuliomagi*) Aesiáe Epicarpiae ... Agathocles. *huc opinor pertinet* **Aesēiānus,** -a, -um. CORP. V 4489 (*Brixiae*) quae coll(egio) fabror(um) agellu(m) Aeseianum suum mancipavit. *cf.* Aesianus *sub* Aesis. **Aesonius,** -a *nom. gent.* CORP. III 11484 (*in Norico*) Aesonius Crescens.

(**Aeso,** -onis) *f., oppidum Hisp Tarraconensis, hodie* Isona. *v. Hübner, Corp. II p. 594. 981, PW. I 688.* Ptolem. 2, 6, 71 *Λῆσα vel Αἴσσα corruptum ex Αἴσω.* *incolae* **Aesonēnsēs,** -ium. PLIN. nat. 3, 23 Aesonenses (*sic Leid.*, onenses *reliqui*). CORP. II 4462 Aemiliae Paternae Aesonensis ⟨fl⟩am⟨ini⟩cae perpe⟨tuae. 4465 recepto in clientelam civium Aesonens(ium). 4473 Fulviae ... Catullae Aesonensi. VI 27198 M. Terenti Paterni ex H(is)p(ania) citeriore Aesonensi.

Aesolānī *a* PLIN. nat. 3, 69 *inter populos Latii relati aliunde non noti.* *V.*

Aesōn, -onis, *Αἴσων.* *acc.*: Aesona: VAL. FL. 1, 72. 152. 734. 5, 48. Aesonem: MYTHOGR. 1, 188 (2, 137). *pater Iasonis*: HYG. fab. 173 p. 28, 14 Iason Aesonis (3 p. 39, 14. 12 p. 43, 18 SCHOL. Stat. Theb. 2, 281. 3, 516. 5, 336 MYTHOGR. 2, 135). OV. met. 7, 84 Aesone natus *i. Iason* (7, 110 Pont. 1, 4, 23 *et* 46 VAL. FL. 1, 149 STAT. Theb. 5, 416 *cf.* OV. epist. 6, 1). VAL. FL. 4, 549 Aesonis inclita proles. OV. met. 7, 163 iam propior leto fessusque senilibus annis. VAL. FL. 1, 144 ense furens. 1, 296 gravis. *adde*: OV. met. 7, 252. 287. 292. 303 VAL. FL. 1, 335. 756. 767. 825. 7, 494 MYTHOGR. 1, 23. 1, 24 *frater Pelei.* 2, 136. 2, 138. *patronymicum* **Aesonidēs,** -ae *et* -is, *Αἰσονίδης, Aesonis filius i. Iason.* *primus* PROP. 1, 15, 17. OV. *11ⁱᵉⁿˢ.* VAL. FL. *54ⁱᵉⁿˢ.* MART. 2, 14, 6 DRAC. Romul. 10, 289. *nom.* Aesonides: OV. epist. 6, 25. 6, 103. 12, 16 met. 7, 164. 8, 411 VAL. FL. *saepe.* *gen. et dat.*: -ae: VAL. FL. 3, 8. 6, 429. 7, 464. *dat.*: Aesonidi ... marito DRAC. *l. c.* *acc.* Aesoniden: *ante voc.*: OV. met. 7, 77 VAL. FL. 4, 738. *ante cons. saepe*: PROP. *l. c.* OV. ars 2, 103 met. 7, 60. 255 Pont. 1, 4, 36 VAL. FL. 1, 98. *libris* 5—8 *saepius. voc.*: Aesonide: OV. epist. 6, 109 VAL. FL. 1, 226. 2, 380. 8, 105. 155. 178. 192. 442. *nota translationem*: MART. *l. c. pro porticu Argonautarum.* *adi.* **Aesonius,** -a, -um, **Αἰσόνιος.* *pertinens ad Aesona et Aesonis filium, Iasona*: PROP. 3, 11, 12 domos. OV. epist. 12, 134 domo (16, 230). VAL. FL. 7, 17 urbes. OV. am. 1, 15, 22 duci (SEN. Med. 83 VAL. FL. 3, 240. 4, 7). VAL. FL. 1, 240 ductor. OV. met. 7, 156 heros. epist. 12, 66 iuveni (VAL. FL. 1, 31. 7, 188). VAL. FL. 7, 178 viri. VAL. FL. 5, 294 caput *i. Iasonem* (6, 579. 687). OV. ars 3, 34 sinus *i. Iasonis.* VAL. FL. 3, 284 cuspidis. 6, 653 hastae. 1, 660 pateram. *v. Wernicke, PW. I 1086, 3. cf. etiam l. 38.*

Aesōpus, -ī, *Αἴσωπος, nom. vir.* **1** *fabellarum scriptor; memoratur saepissime a Phaedro*: PHAEDR. 1 prol. 1 Aesopus auctor quam materiam repperit, hanc ego polivi versibus senariis. 3 prol. 52 Phryx Aesopus (GELL. 2, 29 tit. 2, 19, 1). 3, 3, 14 naris emunctae senex. PLIN. nat. 36, 82 fabellarum philosophi. GELL. 2, 29, 1 ille ... fabulator. PHAEDR. 1, 2, 9 talem ... fabellam rettulit. APVL. Socr. p. 108 Oud. fabulatur. PHAEDR. 1, 10, 3 fabula (GELL. 2, 29, 17 HIER. epist. 79, 3). 4 prol. 11 fabulis (AVG. c. mend. ad Consent. 28 cons. evang. 1, 12 FORTVN. rhet. 2, 23 p. 115, 28 [MART. CAP. 5, 558]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MACR. somn. 1, 2, 9). *cf. l. 35.* QVINT. inst. 1, 9, 2 fabellas. *cf.* 5, 11, 19. GELL. 2, 29 tit. apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis. 2, 29, 20 hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris ... composuit. AMM. 30, 4, 21 cavillationibus. PHAEDR. 2 prol. 1 exemplis continetur Aesopi genus. 2 epil. 1 Aesopi ingenio statuam posuere Attici. VARRO ling. 7, 104 iudicium (= IVVENT. com. 8). PHAEDR. 3 prol. 29 stilo. AVSON. 407 venustatem (= SYMM. epist. 1, 32, 3). TERT. adv. Marc. 4, 23 asinus de Aesopi puteo modo venis et iam exclamas. adv. Valent. 12 graculum Aesopi. HIER. epist. 108, 15 cornicem. *praeter Phaedri locos adde hos*: HIER. chron. a. Abr. 1454 SERV. auct. Aen. 1, 182 SERV. georg. 1, 378 PRISC. gramm. III 430, 10 NOT. Tir. 93, 56. **2** *histrio aevi Ciceroniani*: RHET. **Her. 3, 21, 34** CIC. de orat. 1, 259 div. 1, 80 Tusc. 2, 39. 4, 55 off. 1, 114. ad Q. fr. 1, 2, 14 *ter.* epist. 7, 1, 2 *et* 4 FRONTO p. 18, 18 N. SYMM. epist. 10, 2, 1. HOR. epist. 2, 1, 80 quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit (QVINT. inst. 11, 3, 111). VAL. MAX. 8, 10, 2 Aesopum Rosciumque ludicrae artis peritissimos. 9, 1, 2 tragoedus (PLIN. nat. 9, 122). PLIN. nat. 10, 141 Clodi Aesopi tragici histrionis patina (ind. 10, 72 nat. 35, 163 TERT. pall. 5). 35, 163 tragoediarum histrionis. FRONTO p. 147, 16 N. tragicus (PORPH. Hor. sat. 2, 3, 239). TERT. pall. 5 histrio (MACR. sat. 3, 14, 11 *et* 14). CIC. Att. 11, 15, 3 Aesopi filius (HOR. sat. 2, 3, 239 (*cf.* PORPH. *et* SCHOL. *ad l.*) VAL. MAX. 9, 1, 2 PLIN. nat. 9, 122 TERT. pall. 5). **3** MACR. sat. 1, 11, 17 libertus Demosthenis. **4** *in titulis nom. serv. et cogn.*: CORP. VI 11183 ⟨A⟩esopus. XIV 2259 (*in agro Albano*) ⟨A⟩esopo Caesaris Augusti disp. Apsyrtiano. VI 12692 (*lib. rei p. aet.*) C. Atrius C. l. Aesopus. IX 5612 (*Septempedae*) v. C. Mussenus (mulieris) l. Aesopus. X 3957 (*Capuae*) M. Avidius M. l. Aesopus. XI 1248 (*Placentiae*) L. Egnatio (mulieris) l. Aesopo. VI 12287 Q. Arellius Aesopu[(s). 26417 A. Servílius Aesopus. V 2234 (*Altini*) L. Herennius Aesopus. suppl. ital. 1205 (*Aquileiae*) T. Vettidio Aesopo ... arbitratú T. Vettidi Aesopi l. 1076, 9 (*in amphora Aquileiae rep.*) C. Vetíd. Aesop. XII 4754 (*Narbone*) v. T. Curtilius Aesopus. VIII 17566 (*Calamae*) M. T. E s o p u s. *adi.* **Aesōpīus (-ēus)**, -a, -um, *Αἰσώπειος*, *pertinens ad* Aesopus *1.* PHAEDR. 4 prol. 11 quas (*fabulas*) Aesopias, non Aesopi, nomino, quia paucas ille ostendit, ego plures fero, usus vetusto genere, sed rebus novis. SEN. dial. 12, 8, 3 fabellas ... et Aesopeos logos, intemptatum Romanis ingeniis opus. AVSON. 406, 78 Aesopiam trimetriam. PRISC. gramm. III 430, 9 omnes *fabulae* ... communiter Aesopiae, quoniam in conventibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti. *adi.* **Aesōpicus**, -a, -um, *Αἰσωπικός*. HIER. epist. 29, 7 iuxta Aesopici canis fabulam. ISID. orig. 1, 39, 2 sunt ... fabulae aut Aesopicae, aut Libysticae. Aesopicae sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quae animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petrae, flumina. *cf.* 1, 39, 1. NOT. Tir. 93, 57 Aesopicus. *Diehl.*

Aesquilīnus Aesquillius *v. sub* Esq-.

aestās, -ātis *f.* [*cf. c.* aestus. *Th.*] VARRO ling. 6, 9 ab aestu aestas. *cf.* SERV. Aen. 2, 706. ISID. orig. 5, 35, 4 aestas dicitur ab aestu, id est calore, et aestas quasi usta. GLOSS. II 521, 35 declinationis tertiae ... aestas. II 544, 66 quae apud Latinos feminina; apud Graecos neutra ... aestas τὸ θέρος. GRAMM. V 571, 10 aestus de inundatione generis masculini ... nam de aestate intellegendum, quod feminino genere dicitur. *gen. plur.* aestatum COLVM. 1, 5, 4 LAVS Pis. 150. aestatium VLP. dig. 43, 20, 1, 33. *scriptura* extas *regnat in codice Parisiensi Oribasii.* [*it.* state, *francog.* été. *M.-L.*] *vitatur non raro, praecipue apud poetas, adhibita voce* aestus *et circumscriptionibus variis, quas* aestivus *maxime efficit, qua de re sub* aestus *II et* aestivus *2 agetur.* GLOSS. θέρος, θερεία. GRAMM. VII 521, 21 aestas est pars anni, aestus calor [temporis]. aestus a nimio calore nomen accipit, aestas nomen non amittet, etiamsi temperata est. *nota partes tres*: SERV. georg. 1, 43 ut novum ver ... adultum ... praeceps, item nova aestas adulta praeceps ... (Aen. 1, 430 ISID. orig. 5, 35, 3 GELL. 18, 1, 3 GLOSS.). Aen. 3, 8 prima aestas: aut vernum tempus dicit aut (*auct.*: prima pars aestatis) quia est et adulta et praeceps (GLOSS. V 551, 54. 552, 1).

I *generatim* ***anni tempus calidius.*** *tempus caloris grati ingrative*: PLAVT. Most. 764 quia isti umbram aestate tibi esse audivit perbonam. CIC. ad Qu. fr. 3, 1, 3 ego locum aestate umbrosiorem vidi nunquam *Fufidiano fundo.* VERG. georg. 3, 296 dum mox frondosa reducitur aestas. ELEG. Maec. 1, 113 redditur arboribus florens revirentibus aestas. COLVM. 6, 3, 6. LVCAN. 10, 305 aestatem nulla sibi mitigat umbra. CALP. ecl. 2, 4. 4, 168 PLIN. nat. 18, 330. HOR. carm. 1, 17, 3 igneam defendit aestatem capellis *Faunus.* PRIAP. 63, 3 siticulosam sustinemus aestatem. VITR. 1, 4, 1 quod per aestatem caelum meridianum sole exoriente calescit, meridie ardet. SEN. epist. 67, 1 vix media regelatur aestate *aetas mea.* 87, 4 mulio excalceatus, non propter aestatem. nat. 2, 57, 2. CVRT. 3, 5, 1 tunc aestas erat, cuius calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore solis accendit. COLVM. 1, 5, 4 ad aestatum temperandos calores. 5, 5, 1 in locis temperatis, in quibus aestas non est praefervida. 10, 392 aestatis iniquae. CALP. ecl. 1, 1 nondum Solis equos declinis mitigat aestas. 2, 4 cum terras gravis ureret aestas. 4, 168 iam fremit aestas. PLIN. nat. 12, 93 austros ibi tam ardentes flare, ut aestatibus silvas accendant. 18, 175 (*cf. l. 26*). STAT. Theb. 3, 257 nubes mulcet iners aestas. FRONTIN. aq. 123 eam partem aestatis quae nimiis caloribus incandescit. TAC. ann. 14, 24 fervida aestas. GELL. 19, 5, 1 aestate anni flagrantissima. ARNOB. nat. 1, 11 quia ... perferre flagrantissimos soles nequis, ex anno aestas tollenda? HIER. epist. 3, 2 mediae fervor aestatis. PAVL. NOL. carm. 16, 202 nimiis, ut fit, tunc torrida solibus aestas. THEOD. PRISC. log. 35 eo tempore quo aestas calidior incanduerit. PLIN. epist. 5, 6, 5 aestatis mira clementia. GELL. 2, 21, 2 nox fuit et clemens mare et anni aestas caelumque liquide serenum. VERG. georg. 1, 66 glaebasque iacentes pulverulenta coquat maturis solibus aestas. COLVM. arb. 3, 6 omnis ..., qui per aestatem finditur ager. PALLAD. 1, 25 aestate, qua sōla maxime pinguescunt. SEN. epist. 79, 4 nives absint, quas ne aestas quidem solvit. nat. 4, 2, 19 duraturas per totam aestatem nives. 4, 13, 3 quomodo stiparemus nivem, ut ea aestatem evinceret. PLIN. nat. 5, 14 verticem *Atlantis* altis etiam aestate operiri nivibus. LAMPR. Hel. 23, 8 montem nivium ... aestate fecit advectis nivibus. *tempus siccitatis*: SEN. dial. 5, 21, 1 cum sensit *Gyndes flumen* aestatem et ad minimum deductus est. nat. 3, 6, 2 *quia* ne aestas quidem imbribus caret. 4, 2, 20 nec Rhenus nec Rhodanus nec Hister ... aestate proveniunt. COLVM. 1, 6, 24 ubi aestas pluvia caret. 2, 9, 7 ubi aestas est humida et sine vaporibus. 3, 19, 1 ne per summa terrae sitiat aestatibus *malleolus.* LVCAN. 1, 213 parvisque inpellitur undis ... Rubicon, cum fervida canduit aestas. PLIN. nat. 10, 201 in Africa maior pars ferarum aestate non bibunt inopia imbrium. 12, 104 iuxta lacum, cuius palustria aestate siccantur. 17, 30 saxum exurens aestate semina. 18, 175 ubi siccae et graves aestates (*opp.* leves aestus, frequentes imbres). FRONTIN. aq. 74 metu aestatis aut siccitatum. VLP. dig. 43, 12, 1, 2 si ... aliqua aestate exaruerit *flumen.* NEMES. cyn. 290 *ubi aestas* siccaverit omnem messibus umorem. AVIEN. Arat. 1512 qua siccior annus anhelat aestatis rutilo. AMM. 16, 11, 9 aestate iam torrida fluvium vado posse transiri. SERV. auct. georg. 1, 100 aestatis solstitia umida esse non possunt. SERV. Aen. 2, 305 torrens fluvius qui aestate siccatur. PAVL. NOL. carm. 16, 202 puteum quoque siccarat *aestas.* *mirabiliter crescunt aestate nonnulla flumina, inprimis Nilus*: CIC. nat. deor. 2, 130 cum tota aestate obrutam oppletamque *Aegyptum Nilus* tenuit. LVCR. 6, 712 Nilus in aestatem crescit campisque redundat. SEN. benef. 4, 5, 3 ex quibus (*fluminibus*) quaedam aestatis diebus mirabile incrementum trahunt. nat. 3, 26, 1 aestate quaedam flumina augentur, ut Nilus. 4, 2, 30 quare ... non omnibus locis aestate maiora sunt flumina? Aegyptum sol magis percoquit, itaque Nilus magis crescit. 4, 2, 17 *sqq.* 6, 7, 1. LVCAN. 6, 474 Nilum non extulit aestas. 8, 826. 10, 231 EXP. tot. mund. 36 geogr. p. 113, 18 CLAVD. carm. min. 28, 27 *al.* PLIN. nat. 2, 227 fluvius Scatelera ..., abundantior aestate. *tempus ventorum quorundam, praecipue etesiarum*: VERG. Aen. 10, 404 ventis aestate coortis (SERV. *ibid.*). PLIN. nat. 17, 21 is (*circius*) ... aestates ibi temperat. 18, 354. LVCR. 6, 715 quia sunt aestate aquilones ostia contra *Nili* ... qui etesiae esse feruntur. SEN. Thy. 129 *quas* (*nives*) aestas ... solvit etesiis. nat. 5, 10, 4 etesiarum flatus aestatem frangit. 5, 10, 2 PLIN. nat. 18, 335 TAC. ann. 6, 33 AMPEL. 5, 2 APVL. mund. 14 *al.* *mirabilia quaedam et notanda*: LVCR. 6, 840 frigidior ... in puteis aestate fit umor ..., quia. MANIL. 4, 646 ortum ... aestate nitentem. SEN. nat. 3, 26, 5 quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, ut Arethusa quinta quaque aestate per Olympia. PLIN. nat. 2, 153 roscidas aestate Africae noctes. 2, 186 aestate lucidae noctes *in Britannia.* 31, 50 Athenis Enneacrunos nimbosa aestate frigidior est quam. 31, 55 sicut Babylone lacus aestate rubras *aquas* habet diebus XI. PLIN. epist. 5, 6, 30 *cryptoporticus* aestate incluso frigore riget. MACR. sat. 7, 8 cur ... aestate, cum aer calidus flabro movetur, non calorem sed frigus adquirit? *tempus tonitruum et fulminum*: SEN. nat. 2, 57, 2 plurima aestate sunt fulmina. PLIN. nat. 18, 354 cum aestate vehementius tonuit quam fulsit. *tempus animalium quorundam et herbarum et ad eorum naturam et victum pertinentium*: VARRO rust. 2, 5, 14 quod eas (*vaccas*) aestate tabani concitare solent. 3, 16, 23 propolim vocant, e quo faciunt *apes* ad foramen introitus protectum ante alvum maxime aestate (VERG. Aen. 1, 430 qualis apes aestate nova ... exercet ... labor. 6, 707 ubi apes aestate serena floribus insidunt. *cf.* georg. 4, 59). LVCR. 4, 58 cum teretis ponunt tunicas aestate cicadae (5, 803). COLVM. 7, 5, 14 is morbus *ovibus* aestate plerumque concipitur (CHIRON 957). 7, 10, 6 cum omni quadrupedi per aestatem sitis sit infesta, tum suillo maxime est inimica. 7, 10, 8 *sues* aestate splenis incremento laborant. 7, 13, 1 per aestatem ... muscis aures canum exulcerantur. 8, 9, 2 *turdus* aestate ... pinguescit. PLIN. nat. ind. 11, 39 aestatis animalia. *cf.* ind. 9, 25. nat. 8, 139 *dormiunt cocleae* aestatibus. 9, 81 fiunt *menae* aestate nigriores. 10, 25 *coccyx* modico tempore aestatis visus. 10, 159 *columbae* aestate ... interdum binis mensibus terna educunt paria. 13, 57 septeno ... numerosa *ficu* partu per singulas aestates. *ibid.* subnascitur ... fetus quater aestate. 14, 33 aestatem non exsuperans *vitis quaedam.* 16, 81 nec ante mediam aestatem germinans *quercus.* 19, 48 floret aestate *struthion* (PALLAD. 10, 13, 3 floret *cappar* aestate). 19, 106 proximaque aestate nullum semen emittunt *Amiterninae.* 19, 122. 127. 21, 60 (*bis*). 67. 94. 96. 27, 89 in hoc crescente aestate vermiculos nasci. 27, 133.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32, 59. 150. 153. Tert. scorp. 1 *de scorpionibus*: familiare periculi tempus aestas. Nemes. cyn. 290 ubi pubentes calamos duraverit aestas. Solin. 11, 20 adveniendi habent tempora aestate depulsa *coturnices*. Chiron 127 si quod iumentum aestate concaluerit, signa haec erunt. Ambr. exam. 5, 10, 29 pergunt *pisces quidam* ... aestatis tempore ad fretum Ponti. Vvlg. Sirach 50, 8 thus redolens in diebus aestatis. Matth. 24, 32 cum ... ramus eius (*fici*) tener fuerit et folia nata, scitis, quia prope est aestas (Marc. 13, 28 Luc. 21, 30).

tempus rerum gerundarum quarundam: 1 *ad res rusticas pertinentium*: Cato agr. 14, 5 loco pestilenti, ubi aestate *villa* fieri non potest. 151, 4 per aestatem ... fieri oportet *purgatio areae*. Corp. I 199, 42 (*a. 687*) sei ... malent in eo agro alia prata inmittere defendere sicare id uti facere liceat, dum ne ampliorem modum pratorum habeant, quam proxuma aestate habuerunt. Cic. Att. 12, 19, 1 ut hac aestate fanum absolutum sit. 12, 41, 4. 12, 43, 2 considerabis de Tusculano, ne aestas effluat. 13, 1, 2. 13, 26, 1. Colvm. 4, 17, 3 aestate viti detrahere frondem supervacuam. 5, 5, 14 ut opacis locis humidisque et frigidis aestate vitis nudetur. 5, 6, 8. 5, 10, 8. 6, 23, 2 ut laetior herba consurgat, fere ultimo tempore aestatis incenditur. 11, 3, 18 nihil ingruente aestate obrui debet, nisi semen apii. 11, 3, 42. 11, 3, 48. 11, 3, 60. arb. 5, 5 aestate ... *terram* occato. 20, 3. Plin. nat. 12, 117 ter omnibus percutitur aestatibus *balsami frutex*. 14, 85 in sole XL diebus torrent aestatis secutae *mustum*. 17, 139 ferventibus ... locis adcumulant aestate radices *arborum*. 17, 188. Pavl. dig. 8, 6, 7 si sic constituta sit aqua, ut vel aestate ducatur tantum vel uno mense. Vlp. dig. 43, 13 rubr. 43, 20, 1, 29 *et* 36. Nerat. dig. 43, 20, 6. Serv. ecl. 6, 6 qui aestatis illud fuisse asserunt tempus (*sc. myrtos tegere*). Cato agr. 73 per aestatem boves aquam bonam et liquidam bibant semper curato. Varro rust. 1, 13, 3. 2, 1, 17 muli e Rosea campestri aestate exiguntur. Colvm. 6, 5, 1 nullo ... tempore et minime aestate utile (utilius *codd. nonn.*) est boves in cursum concitari. 7, 3, 20 *sal ovibus* pabuli condimentum per aestatem canalibus ligneis impositum. 7, 3, 23 pascendi *pecoris* et ad aquam ducendi per aestatem. 7, 3, 24 (*bis*). 7, 9, 7. 8, 5, 8 tota ... aestate usque in Calendas Octobris *ova subiciuntur*. Plin. nat. 21, 82 quibusdam *apibus* et aestatibus iidem cibi praestandi. Chiron 957 oves si aegrotabunt ... centauream colligito aestate. Avg. civ. 22, 8 cum die medio tempore aestatis equum ablueret. *imprimis frugum et messis*: Cic. Verr. 6, 29 cum aestas summa esse coeperat ... cum in areis frumenta sunt. 6, 62 commeatum totius aestatis. phil. frg. I 17 M. cum ... adfecta iam prope aestate uvas a sole mitescere tempus est. Verg. ecl. 7, 47 iam venit aestas torrida, iam lento turgent in palmite gemmae. Sen. epist. 124, 11 cum frumentum aestas et debita maturitas coxit. Calp. ecl. 2, 80 nos, quos etiam praetorrida munerat aestas. Colvm. 12, 10, 1 per aestatem circa messem. Plin. nat. 18, 16 maiorem ea aestate messem ... factam esse. Sil. 13, 671 octava terebat arentem culmis messem crepitantibus aestas. Mart. 10, 103, 7 quattuor accessit tricesima messibus aestas (*cf. sub III*). Hier. in Is. (Migne 24, 180 *et* 248) 18, 5 quia ... nubem roris in aestate ac messe (248 in die messis et in ferventi aestate) praemiserat. in Amos (Migne 25, 1029) 14, 7. Vvlg. prov. 6, 8 *formica* parat in aestate cibum sibi et congregat in messe, quod comedat (10, 5). 26, 1 nix in aestate et pluviae in messe. Ier. 8, 20. Gloss. III 261, 27 θέρος messis et aestas (*cf.* Pavl. Nol. carm. 10, 1). 2 *ad victum et medicinam pertinentium rerum*: Cic. Att. 2, 4, 7 magni aestimo unius aestatis fructum palaestrae Palatinae. Hor. sat. 2, 4, 22 ille salubris aestates peraget, qui. Cels. 1, 4 p. 22 D. is, cui hoc (*caput*) infirmum est, per aestatem id bene largo canali cotidie debet aliquamdiu subicere. 3, 21 p. 109 si aestas est, in mari natare commodum est. 4, 6 p. 128. 4, 14 p. 140. 5, 26, 23 p. 192. 5, 26, 25 p. 193. 8, 4 p. 336. Plin. nat. 16, 246 ea medendi ratio aestatis quadragenis diebus. 20, 158 *puleius et nepeta* aestate sedant calores. 20, 207 aestate tunditur in pila *papaver*. 20, 218 cumino acetoque carnem omnem incorruptam aestate servari. 22, 58. 25, 87. 27, 92. 31, 123. 33, 109. 34, 175. 36, 170. Mart. 10, 62, 12 aestate pueri si valent, satis discunt. Plin. epist. 3, 1, 9 sumit aliquid de nocte et aestate. 3, 5, 10 aestate, si quid otii, iacebat in sole. 5, 6, 1 cum audisses me aestate Tuscos meos petiturum. 7, 4, 3. 9, 10, 2 ut in secessu et aestate. 9, 36, 1. 9, 40, 1. Lampr. Alex. 37, 12 frig⟨id⟩a semper pura (*sc. aqua*) usus et aestate cum vino rosa condito. 42, 1 Capitol. Gord. 21, 2. Schol. Hor. carm. 2, 15, 15 septemtrioni ... obiecta porticus aestate delicatioribus grata est, quia. 3 *ad rem publicam pertinentium, imprimis belli gerendi tempus*: Sis. hist. 127 una aestate in Asia et Graecia gesta. Cic. Verr. 6, 80 aestate summa, quo tempore ceteri praetores obire provinciam et concursare consuerunt. prov. cons. 34 una atque altera aestas vel metu vel spe vel poena vel praemiis vel armis vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere. Att. 4, 2, 6 potestatem esse vel petendi *magistratus* vel ineunte aestate exeundi. 5, 21, 2 quin cum omnibus copiis ipse prima aestate Euphratem transiturus sit *Orodes*. 8, 11, 4 conculcari ... miseram Italiam videbis proxima aestate. epist. 2, 7, 3 totius aestatis res gestas. 1, 9, 24. 2, 10, 4 sed ut redeam ad Parthos, haec aestas habuit hunc exitum satis felicem. Ascon. Scaur. p. 30 B. quia aestate *iudicium* agebatur. *maxime apud scriptores rei bellicae; hanc habeas selectionem*: Caes. Gall. 1, 54, 2 una aestate duobus maximis bellis confectis. 2, 2, 1 legiones ... inita aestate in interiorem Galliam qui deduceret. 4, 20, 1 exigua parte aestatis reliqua Caesar ... in Britanniam proficisci contendit. Hirt. Gall. 8, 1, 1 cum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisisset. Bell. Afr. 26, 3 cum antea constituisset e stativis castris aestate inita cunctis copiis auxiliisque accitis bellum cum suis adversariis gerere. Sall. Iug. 61, 1 Metellus postquam videt ... iam aestatem exactam esse, ab Zama discedit. Liv. *saepissime (v. Fügner, Lexicon Livianum I 716 s. v.); affero hos locos*: 38, 3, 11 aestatem aptam rei gerendae adesse. 5, 5, 6 cum tantum laboris exhaustum sit ... relinquendane haec censetis, ut ad aestatem rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor? 21, 5, 7 priore aestate domitae gentis. 25, 1, 1 Hannibal in agro Sallentino aestatem consumpsit. 30, 18, 1 eadem aestate ... P. Quinctilius Varus et M. Cornelius proconsul in agro Insubrum Gallorum cum Magone Poeno signis conlatis pugnarunt. 37, 39, 2 differendum esse in aestatem bellum. 40, 30, 1 magnum bellum ea aestate coortum in Hispania citeriore. 43, 11, 9 quas res ea aestate prospere gessisset rex Perseus. Vell. 2, 106, 1 quanti voluminis opera insequenti aestate sub duce Tiberio Caesare gessimus. 2, 115, 4 illa aestas maximi belli consummavit effectus. Tac. Agr. 18 hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit. *ibid.* quamquam transvecta aetas. 38 exacta iam aestate spargi bellum nequibat. hist. 3, 2 tractum in aestatem aliam bellum. ann. 2, 62 dum ea aestas Germanico plures per provincias transigitur. 4, 27 eadem aestate mota per Italiam servilis belli semina fors oppressit. Spart. Sept. 16 aestate ... iam exeunte Parthiam ingressus Ctesifontem ... pervenit. Amm. 19, 11, 2 expletus praedarum opimitate exercitus aestate nuper emensa. 4 *tempus navigationis, saepe belli causa*: Plin. nat. 6, 104 navigare incipiunt *mercatores* aestate media ante Canis ortum aut ab exortu protinus. Veg. mil. 4, 39 a die VI Kal. Iunias usque in Arcturi ortum ... secura navigatio creditur, quia aestatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. *cf.* Isid. orig. 3, 70, 13 *Vergiliae* ortu aestatem primaeque navigationis tempus ostendunt. Cic. Att. 10, 11, 4 (*locus, ut videtur, corruptus*). Caes. Gall. 4, 21, 4 quam superiore aestate ad Veneticum bellum effecerat classem. 5, 8, 3 qua optimum esse egressum *in insulam* superiore aestate cognoverat. civ. 2, 23, 2 hic locus ... habet non incommodam aestate *navium* stationem. Sall. hist. frg. 3, 5 ⟨ne⟩que Mamercus host⟨ium navis⟩ in dextera commu⟨nis⟩ classis aestate qu⟨ieta⟩ tutior in aperto s⟨eque⟩batur. Nep. Con. 4, 2 classem ..., qua proxima aestate mare tueri posset. Verg. Aen. 3, 8 vix prima inceperat aestas et pater Anchises dare fatis vela iubebat. Liv. 22, 19, 1 principio aestatis ... in Hispania quoque terra marique coeptum bellum est. 27, 6, 13 extremo aestatis huius classis Punica ... cum praefecto Hamilcare in Sardiniam traiecta. 27, 29, 7. 28, 5, 1. 28, 46, 7. 31, 44, 1. 31, 47, 3. 32, 25, 12. 33, 48, 5. 44, 18, 4. Plin. nat. 19, 3 ut ... Alexandriam ... pervenerit ... aestate ... Valerius Marianus ... a Puteolis nono die. Tac. Agr. 25 aestate ... portus classe exploravit ... cum simul terra, simul mari bellum impelleretur. Svet. Aug. 16 quas (*classes*) tempestatibus duplici naufragio et quidem per aestatem amiserat. Sol. 2, 14 Isid. orig. 3, 69, 13. *pro aere calido, calore, sim. velut* Verg. georg. 4, 59 nare per aestatem liquidam ... agmen *apium*. Mart. 10, 30, 14 sicut puellae non amantis aestatem mota ... purpura venit frigus. Avg. mor. Manich. (Migne 32, 1350) 2, 8, 12 coenum ... aestate tactum refrigerat.

opponitur hiems *et similia*: Serv. georg. 1, 258 nihil est tam contrarium inter se, quam aestas et hiems, et tamen de his annus efficitur. Plin. nat. 6, 69 in quo (*monte Maleo*) umbrae ad septentrionem cadunt hieme, aestate in austrum, per senos menses. 7, 155 annum ... alii aestate determinabant et alterum hieme (Avg. civ. 15, 12). 18, 280 ut *Vergiliae*, quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem conplexae. Vlp. dig. 43, 20, 1, 2 aestatem incipere (sic peritiores tradiderunt) ab aequinoctio verno et finiri aequinoctio autumnali (Liv. 37, 9, 5 Rhodii, quo magis cessatum priore aestate erat, eo maturius aequinoctio verno ... Pausistratum ... cum sex et triginta navibus miserunt). 43, 13, 1, 8 aestas ad aequinoctium autumnale refertur (Sen. nat. 1, 8, 6 Aristoteles ait post autumnale aequinoctium qualibet hora diei arcum fieri, aestate non fieri nisi. Colvm. 11, 3, 8 Plin. nat. 2, 150. 151). Hyg. astr. 1, 6 p. 24 sol, cum ad eum circulum (θερινὸν τροπικόν) pervenit, aestatem efficit eis, qui in aquilonis finibus sunt, hiemem autem eis, quos. *ibid.* p. 25 *invicem de circulo hiemali* (*cf.* Serv. georg. 1, 100 Isid. orig. 3, 43, 4 *et* 13, 6, 6). Bened. reg. 10 *de nocturna laude agenda aestate*: a pascha ... usque ad kalendas novembris ... *cf.* 8. *ablativo temporis*: Cato Paul. Fest. 83 aestate frigido, hieme formido. Varro rust. 1, 6, 3 qui colunt deorsum, magis aestate laborant, qui susum, magis hieme; *sic saepius*. Cic. nat. deor. 3, 83 aestate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum (Val. Max. 1, 1 ext. 3). div. 1, 94 campos et montes hieme et aestate peragrantes. Liv. 5, 6, 5 se iuxta hieme atque aestate bella gerere posse; *sic omnes fere scriptores. nota*: Vvlg. Zach. 14, 8 in aestate et in hieme. *aliter*: Cato agr. 56 per hiemem ... per aesta-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tem (CELS. 4, 11 p. 135 D. 4, 27 p. 155. 8, 10, 7 p. 350 COLVM. 1, 6, 4. 3, 15, 5 VEG. mulom. *passim.*). VARRO ling. 5, 61 aestas et hiems. CIC. part. 37 ut hiemps, ut aestas. SALL. Iug. 85, 33 hiemem et aestatem iuxta pati. LIV. 5, 10, 8 non aestatis nec hiemis. 5, 22, 8 decem aestates hiemesque continuas. 43, 19, 14 aestatis eius hiemisque acta. VITR. 2, 1, 5 hiemes calidissimas, aestates frigidissimas. SEN. suas. 1, 4 annuas hiemis atque aestatis vices. CELS. 2, 1 p. 30 D. inimicior senibus hiems, aestas adulescentibus. 3, 24 p. 116 si hiems est ... si aestas (4, 15 p. 141 PALLAD. 3, 24, 7 CHIRON 599). SEN. dial. 4, 27, 2 hiemem aestatemque. 6, 18, 2 aestates hiemesque. benef. 7, 31, 4 nat. 2, 11, 2. 3, 11, 6 per hiemem aestatemque. 3, 29, 3 non secus quam hiems, quam aestas. 3, 29, 8 tenebit alienos menses hiems, aestas prohibebitur. epist. 36, 11 aestas abiit ... hiemps cecidit. 107, 7. COLVM. 9, 6, 2 aestatis vaporibus ... hiemis frigoribus. PLIN. nat. 2, 105 aestates et hiemes. 2, 195 aestatis causa ... hiemis. 10, 61. 18, 231. STAT. silv. 3, 5, 83 et mollis hiems et frigida ... aestas. QVINT. inst. 3, 6, 26 aestatem vel hiemem. TAC. ann. 1, 17 duram hiemem, exercitas aestates. 2, 5 brevi aestate et praematura hieme. PLIN. epist. 3, 11, 6 hiemes iuxta et aestates. CENS. 18, 11 huius anni (*maximi Aristotelici*) hiemps summa est cataclysmos ... aestas autem ecpyrosis. CAPITOL. Ver. 7, 3 egit ... hiemem Laodiciae, aestatem apud Dafnen. CHIRON 972 hiemis vel aestatis. HIER. in Zach. (Migne 25, 1527) 14, 8 nec gelu ... hiemis nec aestatis nimio fervore. VVLG. gen. 8, 22 aestas et hiems. CLAVD. 26, 151 bruma ne longior una esset hiems rerum, primis sed mensibus aestas temperiem ... referret. ISID. orig. 13, 21, 2 ab hieme ... ab aestate. *oppositione liberiore*: CIC. Sest. 12 datus illo in bello esset hiemi locus neque umquam Catilina, cum ... aestatem integram nanctus ... praedari coepisset ..., sine ... Italiae vastitate ... concidisset. VERG. georg. 4, 156 venturaeque hiemis memores aestate laborem experiuntur *apes*. LIV. 5, 6, 2 si non sit aestate perfectum bellum, hiemem opperiri. 5, 13, 4 tristem hiemem ... gravis ... aestas excepit. 32, 36, 6 si aestas ... esset: nunc hieme instante nihil amitti. VITR. 1, 4, 4 aestate ... per hiemem (COLVM. 8, 6, 1 MELA 3, 57 PLIN. nat. 8, 123 VEG. mil. 3, 8). VELL. 2, 114, 4 hiems emolumentum patrati belli contulit, sed insequenti aestate .... SEN. nat. 3, 27, 1 an ... elisa aestate hiems ... vim aquarum ... deiciat. epist. 117, 28 scio ... hiemem esse. aestas secutura est. COLVM. 1, 5, 8 aestate ... hiemis procellis. PLIN. nat. 6, 58 binae aestates in anno ... media inter illas hieme. 19, 84 Aristomachus detrahi folia per hiemem iubet ...; ita in aestatem grandescere. 27, 23 incipit a media hieme, arescit aestate media. PLIN. epist. 7, 2, 2 patiar ... aestatem inquietam vobis ... transcurrere et hieme ... quaeram, quid ... tibi exhibeam. TAC. ann. 4, 67 caeli temperies hieme mitis ...; aestas in favonium obversa. VLP. dig. 43, 20, 1, 31 quia hieme non utitur, referre se non ad praesentem aestatem, sed ad priorem debuit. SERV. georg. 4, 51 qui (*physici*) dicunt, quo tempore hic hiems est, aestatem esse sub terris. CHIRON 159 si hiems (genis *codd.*) fuerit ... aestate. AVG. gen. ad litt. 5, 11 caelum mutari ab aestate ad hiemem. serm. ed. Mai 14, 3 in aestate ... per hiemem. *ibid.* aestate ... per hiemem. VARRO rust. 2, 4, 6 aestate ... hiberno tempore. 3, 9, 15 cum aestate, tum utique cum tempestas sit mollis. CIC. Arat. 39 aestatis primordia ... hiberni temporis ortus. Cato 46 *me delectat* refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis hibernus. epist. 3, 7, 3 quas ... litteras adferebant, ut opus aestate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. VERG. ecl. 2, 22 non aestate ... non frigore. georg. 2, 377. 3, 322 nec tota claudes faenilia bruma. at vero ... cum laeta ... aestas .... LIV. 44, 8, 6 *amnis* aestate exiguus, hibernis ... incitatus pluviis. MANIL. 2, 418 quia brumae dissidet aestas. VITR. 6, 8, 5 per aestatem ... hibernis temporibus. PHAEDR. 4, 24, 18 aestate ..., cum bruma est. SEN. Herc. O. 597. Thy. 129 quas (*nives*) cum ... tempore frigido ... Boreas composuit ... aestas ... solvit. 837 aestatis brumaeque. dial. 6, 17, 5 insalubris aestas hiberni caeli beneficia corrumpet. nat. 4, 1, 2 reliquo ... aestatis minuitur et ad hibernam magnitudinem redit. COLVM. 5, 10, 4 (arb. 19, 2) minus frigoris minusque aestate vaporis. 11, 3, 13 calor aestatis ... vis frigoris. LVCAN. 6, 335 brumalibus horis ... aestas. CALP. ecl. 2, 74 nec bruma nec ... aestas. PLIN. nat. 2, 152 nec aestate nec maximo frigore. 8, 224 hiberna quiete ... aestate. 17, 250 bruma ... aestate (22, 62). MART. 2, 85, 3 dona quod aestatis misi tibi mense Decembri. ARNOB. nat. 1, 2 numquid longos habere dies bruma et revocare tardissimas luces nox coepit aestatis? PALLAD. 4, 10, 14 hibernis mensibus ... si aestas refulserit. AVIEN. Arat. 612 arenti cum crine attollitur aestas, et cum cana comas redit anno bruma rigenti. AMM. 17, 8, 1 aestatis remissione solutis frigoribus. VVLG. prov. 20, 4 propter frigus ... aestate. Is. 18, 6 aestate perpetua erunt super eum volucres, et omnes bestiae terrae super illum hiemabunt. CLAVD. 20, 97 bruma ... aestas. PAVL. NOL. carm. 20, 95. AVIAN. apol. 34 tempore hiemali ... aestate. GLOSS. V 367, 24. *apud historicos saepe bello* aestate *gesto* hiberna *opponuntur*. *translate apud christianos*: AMBR. exam. 4, 5, 22 ante adventum Christi hiems erat ..., post adventum Christi ... messis aestatis. HIER. in Is. (Migne 24, 248) 18, 5 tam in aestate quam in hieme, hoc est in prosperis et adversis. AVG. serm. (Migne 38, 216) 36, 4 aestas nostra Christi est adventus, hiems nostra Christi occultatio. in psalm. (Migne 36, 475 *et* 804) 42, 9 *et* 66, 2 (*cf.* serm. ed. Mai 14, 3 calidus quasi aer adventus domini Iesu Christi erit). EVCHERIVS form. 2 aestas: venturae iucunditatis praefiguratio; hiems: persecutio vel tribulatio.

II *specialiter* **unum** *de quattuor anni temporibus*: **1** *sine certa temporis definitione*: VARRO ling. 6, 9 huius (*anni*) temporis pars prima hiems ..., tempus secundum ver ..., tertium ... aestas ..., quartum autumnus. rust. 1, 27, 1 quod dividitur *cursus solis annalis* in ver et aestatem et autumnum et hiemem (IREN. 2, 24, 5). AMBR. exam. 4, 5, 21 tempora ... quae sunt nisi mutationum vices, hiems ver aestas atque autumnus? HIER. in Ezech. (Migne 25, 23) 1, 7 quatuor rotas ... aestimant ... quatuor temporum circulum, qui ternis conficitur mensibus, annumque vertentem ... de quibus pulchre uno versu dictum est: ver aestas autumnus hiems et mensis et annus (*cf.* DRAC. satisf. 253 ver aestas autumnus hiems, redit annus in annum, quattuor alternant tempora temporibus. ANTH. 389, 49 Sol aestas autumnus hiems, sol ver quoque gratum). ISID. orig. 5, 35, 1 tempora anni sunt quatuor ver aestas autumnus hiems. 18, 36, 2 nat. 7, 2. GLOSS. eniautos annos | ear ver | theros aestas | pthinoporos autumnus | chimon hiemps (*cf.* AETNA 238 COLVM. 6, 4, 1 TERT. anim. 48 CENS. 19, 6 ANTH. 116). *nota*: TAC. Germ. 26 annum ... non in totidem digerunt species: hiems et ver et aestas intellectum ac vocabula habent, autumni perinde nomen ac bona ignorantur. ENN. ann. 28 aestatem autumnus sequitur, post acer hiemps it. VARRO rust. 1, 27, 3 *quid faciendum sit* vere ... aestate ... autumno ... hieme. 2, 2, 10 aestate ... hiberno ac verno tempore. CIC. Cato 70 praeterita verni temporis suavitate aestatem autumnumque venisse. Manil. 35 extrema hieme ..., ineunte vere ..., media aestate. facet. dict. frg. 31 M. nec bruma nec ver nec aestas nec autumnus. VERG. georg. 1, 312 quid tempestates autumni et sidera dicam atque, ubi iam breviorque dies et mollior aestas, quae. 2, 322. 4, 138. catal. 1, 1 vere rosa, pomis autumno, aestate frequentor spicis: una mihi est horrida pestis hiems. HOR. carm. 4, 7, 9 ver proterit aestas interitura, simul pomifer autumnus fruges effuderit et mox bruma recurrit. OV. met. 2, 27 (*de personata*:) Verque novum stabat ... stabat nuda Aestas ... Autumnus ... Hiems (*cf. figuras et nomina quattuor temporum* CORP. VIII 12588. XIV 2030). ars 1, 271 vere prius volucres taceant, aestate cicadae. rem. 187 poma dat autumnus, formosast messibus aestas, ver praebet flores, igne levatur hiems. met 15, 206 GERM. 500 cum ver fecundum surgit, cum deficit aestas. CELS. *passim*. SEN. Herc. O. 1578 vere ... hiemes ... aestas ... autumno. Phaedr. 765. nat. 4, 2, 19 vere et prima aestate ... hibernis ... vernis temporibus. 5, 7, 2. 5, 9, 1. epist. 24, 26 aestas in autumnum desinit, autumno hiemps instat, quae vere conpescitur. 67, 1. COLVM. 2, 17, 4 locum ... aestate proscissum ... per autumnum rapīs ... conseremus. 6, 3, 6. 6, 4, 1 quater anno fieri debet ultimis temporibus veris aestatis autumni hiemis. 11, 2, 8. 11, 3, 9 arb. 26, 1. LAVS Pis. 150 ver fugit aestates, aestatum terga lacessit pomifer autumnus, nivibus cessurus et undis. PLIN. *passim*. SIL. 3, 487 nullum ver usquam nullique aestatis honores. sola ... sedes ... tuetur ... deformis hiems. MART. 10, 96, 11 FRONTIN. aq. 122 TAC. ann. 1, 55 PLIN. epist. 5, 6, 12 SVET. Iul. 40 FRONTO p. 15, 8 N. APVL. mund. 12. ANTH. 116 laus temporum quattuor. carpit blanda suis ver almum dona rosetis, horrida collectis exultat frugibus aestas, indicat autumnum redimito palmite vertex, frigore pallet hiems designans alite tempus. *similia* 568—584 (*voce* aestas *in nonnullis circumscripta*). ARNOB. nat. 2, 74 quae causa, quae ratio est, ut non suis aliquando reddantur mensibus tempora, sed serius hiemes, serius aestas atque autumnitas fiant. LACT. inst. 2, 9, 9 quibus singulis partibus caeli suum tempus attribuit, ver scilicet orienti, aestatem meridianae plagae; occidentis autumnus est, septentrionis hibernum (ISID. orig. 5, 35, 8). HILARIAN. pasch. (Migne 13, 1108) 3 verni aestatisque tempora, autumni et hiemis metas. SERV. georg. 3, 296 ver et aestas, sicut etiam hiemps et autumnus, unum fuerunt secundum rationem hemisphaerii; *sic similia aliorum non pauca*. *poetice*: VERG. georg. 2, 149 hic ver assiduum atque alienis mensibus aestas. *nota opposita* aestas — hiems, ver — autumnus: CIC. nat. deor. 2, 49 inflectens ... sol cursum tum ad septentriones, tum ad meridiem aestates et hiemes efficit et ea duo tempora, quorum alterum hiemi senescenti adiunctum est, alterum aestati. LVCR. 6, 373 hic quoque (*autumno, ut vere*) confligunt hiemes aestatibus acres (*similiter* PLIN. nat. 2, 136 quia mollior aër mitiore hieme et aestate nimbosa semper quodammodo vernat vel autumnat. SERV. georg. 1, 311 ISID. orig. 13, 11, 20). OV. Ib. 37 et ver autumno, brumae miscebitur aestas. CELS. 2, 13 p. 58 D. id neque hieme neque aestate recte datur; optime vere; tolerabiliter autumno. SEN. benef. 4, 28, 1 hiemis aestatisque cursus et media veris autumnique temperamenta. nat. 3, 16, 3 hiems numquam aberravit, aestas suo tempore incaluit, autumni verisque ... facta mutatio est. COLVM. 1 praef. 23 nec omnibus annis eodem vultu venit aestas aut hiems, nec pluvium semper est ver aut humidus autumnus. 7, 7, 2 sive id fuit hiemis, vertatur aestate, sive autumni, vere mutetur. PLIN. nat. 2, 136 vere ... et autumno ... aestatis hiemisque. 21, 64. PLIN. epist. 9, 40, 3 aestate hieme ... ver et autumnum. MIN. FEL. 17, 8 TERT. spect. 9 SERV. georg. 1, 48. 114. 311 *al.* HIER. in eccles. Migne 23, 1016 AVG. gen. ad litt. 2, 14. MAR. VICTOR aleth. 3, 34 aestati certa-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bit hiemps ac tempora librans veris et autumni fugiens replicabitur annus (*cf.* ORIENT. comm. 1, 289 cum ver autumno, frigus depellitur aestu *pro aestate*). **2** *cum certa temporis definitione praecipue initii et finis: maxime una cum ceteris temporibus anni, quae hic omissa sunt: secundum siderum exortum atque occasum*: VARRO rust. 2, 2, 11 *de ovibus aestate pascendis*: haec a Vergiliarum exortu ad aequinoctium autumnale maxime observant. 3, 16, 34 eximendorum favorum primum putant esse tempus Vergiliarum exortu, secundum aestate acta, antequam totus exoriatur Arcturus. OV. fast. 5, 599 Pleiadas aspicies omnes ..., tum mihi ... incipit aestas. FEST. 372 Vergiliae dictae, quod earum ortu ... aestas incipit. PLIN. nat. 2, 123. 18, 222 ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVIII Vergiliarum exortus matutinus. HYG. ast. 2, 21. ISID. orig. 3, 69, 13. GERM. 336 cum tetigit *Sirius* solis radios, accenditur aestas. PLIN. nat. 2, 123 ardentissimo ... aestatis tempore exoritur Caniculae sidus. 31, 50 quaedam aquae ... frigidiores sunt ... a Canis ortu ... incipiente aestate. SCHOL. Arat. p. 205 M. ubi spicas et vacue cernuntur segetes aestatisque prima, convenit Leo. *imprimis zodiaci*: VARRO rust. 1, 28, 1 dies primus est ... aestatis in Tauro. PLIN. nat. 2, 123 dat aestatem exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri. CARM. poet. min. V 67 aestatis Maius Tauro primordia prodit (ANTH. 864). Q. CIC. carm. frg. 1, 4 aestatis Gemini primordia pandunt. MANIL. 2, 226 aestas a Geminis ... surgit. 2, 183 e Geminis alter ... tempora veris sufficit, aestatem ... provehit alter. 2, 176 desinit aestas ... sub Virgine. GERM. 151 accensa in Cancro iam tum (*si sol in Leone est*) geminabitur aestas. 477. 484. ANTH. 625 Cancro ... comes aestas. FAVON. EVLOG. p. 5, 19 aestas in Cancro Leone Virgine *agitur*. HYG. astr. 1, 7 *sol* per Cancrum et Leonem transiens et Virginem aestatem efficit. CLAVD. 22, 460 nec brachia Cancri urat atrox aestas. MACR. somn. 2, 7, 11 cum ad F signum, id est ad Capricornum, venerit *sol*, facit ... illis (*antipodibus*) ... aestatem. MART. CAP. 8, 874 sol, cum ad Cancrum ... conscendit, aestatem praestat hominibus. *ibid.* quorum (*antipodum*) aestatem Capricornus facit *cf. p. 1088, 72.* *secundum mensem*: OV. fast. 5, 600 ubi ante Idus *Maias* nox erit una super, tum ... incipit aestas. COLVM. 11, 2, 39 VII Idus Maias aestatis initium. 2, 4, 11 graciles clivi non sunt aestate arandi, sed circa Septembres Calendas. PLIN. nat. 2, 123 dat aestatem exortus Vergiliarum ... sex diebus ante Maias Idus. CARM. poet. min. V 67 (ANTH. 864). MART. 9, 1, 2 Augustus annis commodabit aestates. AVSON. 375, 4 Iulius Augustus nec non et Iunius aestas (*i. tempora aestatis sunt*). POL. SILV. *ad* V Kal. Iul.: initium aestatis. ISID. nat. 7, 5 aestas incipit nono Kal. Iunias. VINDIC. epist. Pentad. p. 487 R. aestate ab VIII id. Mai. usque in VIII id. Aug. et sunt dies XC. *secundum dies festos apud christianos*: HIER. in Zach. Migne 25, 1528 in Pentecoste aestatis principium.

1 *generaliter ad aestatem, calidius tempus anni, pertinens*: GLOSS. θερινός, καυματηρός. *de tempore et temporis particulis*: GLOSS. III 295,53. 522,2 aestivum tempus θερινὸς καιρός. V 262,52. VARRO rust. 2,8,5 si exacti sunt aestivo tempore *muli* in montes. CIC. Verr. 6,80 temporibus aestivis. CAES. Gall. 6,4,3 aestivum tempus. SEN. nat. 1,8,7. 3,26,1 CVRT. 4,12,14 COLVM. 5,11,1; *passim.* *dies*: VARRO rust. 1,2,5 aestivom diem (-o die *A*) si non diffinderem meo insiticio somno. CIC. Verr. 6,81 dies aestivos. leg. 1,15. 2,69 OV. Pont. 2,10,38 LIV. 44,33,10; *al.* *nota*: PALLAD. 12,13,5 canicularibus et aestivis diebus. SERV. ecl. 9,52 longos soles ... id est aestivos dies. *nox*: HOR. epist. 1,5,11 aestivam sermone ... tendere noctem. LIV. 9,37,9 aestivis noctibus. AMM. 31,16,1 SERV. georg. 2,481 MART. CAP. 8,846 SIDON. epist. 7,9,4. *mensis*: SEN. nat. 4,1,1 quid ita Nilus aestivis mensibus abundet. COLVM. 2,14,8. 2,20,5 AMM. 30,5,11 VEG. mil. 1,10 ISID. orig. 3,69,14. *hora*: LVCAN. 10,218 non ante ... quam nox aestivas a sole receperit horas. CALP. ecl. 5,121 MART. 12,1,4 VEG. mil. 1,9. *feriae*: GELL. 9,15,1 per feriarum tempus aestivarum. 18,5,1. *sol, sidera et ad eorum cursus pertinentia*: SALL. hist. frg. 19 iuxta solis aestivi pulsum. VERG. georg. 4,28 alas pandere ad aestivom solem (*affert* COLVM. 9,5,5). SEN. Herc. f. 235 penetrare ... solis aestivi plagas. epist. 90,17 calorem solis aestivi. CVRT. 7,5,3 vapor aestivi solis. COLVM. 2,4,11 *et alii saepissime.* LYGD. 5,2 sub aestivum ... Canem. OV. hal. 117 numquam aestivo conspectus sidere glaucus. COLVM. 2,20,1 vaporibus aestivi sideris. MELA 1,52 sidere. CLAVD. 3,365 Leoni. 7,45 aestivum tolerare iubar. CIC. Arat. 265 sol aestivos ... distinguens cursus. MANIL. 1,571 *alter circulus* aestivum medio nomen sibi sumit ab aestu (HYG. astr. 4,1 aestivum circulum ... qui θερινὸς τροπικὸς vocatur, quo circulo aestatem confieri demonstravimus). AVIEN. Arat. 974 pulsu ... semel ordine facto ... aestivo (*i. in circulo solstitiali aestivo*). AMM. 22,15,31 solstitii tempore, quo sol aestivum cursum extendit. AMBR. exam. 4,5,21 ubi ad aestivas conversiones in septentrionem se subrigit *sol*. TIB. 1,1,27 Canis aestivos ortus vitare. *technice*: *exortus et occasus, i. cum sol in circulo solstitiali aestivo currit, cf.* GELL. 2,22,9 *et* APVL. mund. 13. LIV. 38,20,9 ab occasu aestivo. PLIN. nat. 6,34 ab extremo aquilone ad initium orientis aestivi. 6,53. 17,105. 18,301 ab exortu ... aestivo (*cf.* 12,52 ortus solis aestivi). ITIN. Eucher. p. 128,1 in orientem aestivum. p. 128,11 in occasum aestivum. AMM. 31,2,15 MART. CAP. 6,665. COLVM. 2,4,4 ab aestivo solstitio. 8,5,9. PLIN. nat. 2,229 CENS. 21,13 PALLAD. 1,30,2 VEG. mil. 4,36. *de caelestibus, aeriis, terrenis, sim.*: TIB. 1,2,50 aestivo convocat orbe (*i. caelo*) nives *saga*. SEN. nat. 3,6,2 quia fervida natura caeli sit et paene

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

semper aestiva. VERG. georg. 4, 312 aestivis effusus nubibus imber. HOR. carm. 1, 22, 18 aura. RVT. NAM. 1, 105. COLVM. 3, 2, 10 inter aestivos Favonii flatus. TAC. hist. 4, 81. COLVM. 2, 8, 5 serenitatibus. PETRON. 131 umbras. CALP. ecl. 5, 20 VAL. FL. 8, 28 MART. 1, 12, 5. PROP. 3, 20, 11 qui aestivos spatiosius exigis ignes, Phoebe. GRATT. cyn. 389 (*locus intricatus*). VAL. MAX. 2, 4, 6 aestivum minuit fervorem. COLVM. 2, 11, 9 siccitatibus et caloribus. 3, 11, 7. 4, 7, 2. 4, 24, 3 PLIN. nat. 9, 18 FRONTO p. 82, 4 N. APVL. met. 4, 14 flagrantia. PALLAD. 1, 34, 2 ardores. PAVL. NOL. epist. 49, 1 temperiem. CORIPP. Iustin. 1, 321 flammis. *al.* TIB. 1, 7, 22 qualis ... aestiva Nilus abundet aqua (MANIL. 3, 272 aestivis gravidus torrentibus *Nilus*. SEN. nat. 6, 8, 3 Nili aestiva inundatio epist. 104, 15. CLAVD. 3, 185 aestivum septeno gurgite Nilum). PROP. 4, 1, 124 lacus aestivis intepet Vmber aquis. SEN. benef. 4, 5, 3 vis aestivi torrentis. STAT. Theb. 9, 329 aestivo ... aequore. DICT. 1, 23 aestivam maris faciem. *nota apud* ICTOS: VLP. dig. 43, 20 rubr. de aqua cottidiana et aestiva. 43, 20, 1, 3 duo ... genera sunt aquarum: est cottidiana, est et aestiva. cottidiana ab aestiva usu differt, non iure. *ibid.* aestiva ... ea aqua est, qua aestate sola uti expedit (NERAT. 43, 20, 6). POMP. dig. 8, 3, 15. IVLIAN. dig. 43, 20, 5 praef. SEN. epist. 95, 25 aestivam nivem. MART. 5, 64, 2. PLIN. nat. 5, 55 imbres Aethiopiae. MART. 3, 65, 7 ENNOD. epist. 1, 6 p. 14, 12. SOL. 47, 1 qui (*umor*) ... velut in aestivam glaciem corporatur. PANEG. 12, 14. *de locis, aedificiis, supellectile, vestibus, sim. definiunt* ICTI: VLP. dig. 43, 20, 1, 3 sicuti dicimus vestimenta aestiva, saltus aestivos, castra aestiva, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem aestate utamur. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 aestivum locum. COPA 5 aestivo defessum pulvere (CLAVD. 28, 215 accensos aestivo pulvere soles). LIV. 22, 14, 8 pecorum modo per aestivos saltus deviasque callis exercitum ducimus (MARCIAN. dig. 32, 67). GRATT. cyn. 43 aestivi turba Canopi. SEN. Oed. 846 prata. dial. 11, 9, 2 specus. MART. 8, 61, 6 rus. RVT. NAM. 1, 282 paludis. VITR. 7, 3, 4 in aestivis *cameris* et exedris. CALP. ecl. 5, 63 ovili. PLIN. epist. 5, 6, 29 cryptoporticus. TAC. 1, 16 castris. SVET. Claud. 1 GLOSS. V 262, 52. CAPITOL. Gord. 32, 7 thermas (CORP. X 5349). PALLAD. 1, 39, 4 balneis. VVLG. iud. 3, 20 cenaculo (GLOSS. V 367, 24 ubi per aestatem frigus capiatur). iud. 3, 24 cubiculo. Dan. 2, 35 areae. SIDON. epist. 2, 2, 13 deversorium, ... minime aestuosum, maxime aestivum. carm. 22, 179 porticus. COPA 29 aestivo recubans nunc prolue vitro (aestivom *coni. Bücheler dubitanter Rh. Mus. 45, 324, sed contulit ipse* PROP. 4, 8, 37 vitrique aestiva supellex). CLAVD. 28, 389 falces. 15, 54 classibus. VEN. FORT. carm. 3, 12, 30 rates. PLIN. nat. 11, 78 nec puduit has vestes usurpare etiam viros levitatem propter aestivam. ZENO tract. 2, 14, 4 aestiva vestis ... cum qua ... tolerari ardor aestatis ... potest. SORAN. 2, 12 (45) stramentis et aestivis copertoriis operiantur. ENNOD. carm. 1, 1, 17 aestivo ... sub fasce. IVV. 1, 28 ventilet aestivum digitis sudantibus aurum. *de actionibus quibusdam*: VELL. 2, 114, 3 expeditionum (SEN. dial. 4, 25, 4. LACT. ira 13 itinera et expeditiones et opera). SEN. benef. 4, 12, 3 salubritatis causa et aestivi secessus. FLOR. 1, 5, 11 aestivae Praeneste deliciae. TERT. anim. 32 cena. LAMPR. Hel. 19, 2 convivia. CHIRON 971. 976 potio. *de damnis, incommodis, morbis*: CELS. 2, 8 p. 46 D. quartana. COLVM. 7, 5, 5 sudorem. PLIN. nat. 25, 153 epiphoras. ITIN. Alex. 38 siti. CLAVD. 1, 219 *harundinem* sole perustam aestivo candore mori. carm. min. 28, 41 sopore. *de herbis, animalibus, fructibus*: CELS. 2, 32 lactuca (PLIN. nat. 20, 67 *ubi prave Gelenius* sativa). COLVM. 4, 8, 1 radiculas. 11, 2, 19. arb. 5, 4. 25, 1 māla. PLIN. nat. 12, 68 murra. 18, 60 frumenta. 18, 253. 9, 154 cauponarum ... animalia. NEMES. ecl. 4, 42 cicadis. COLVM. 8, 5, 9 aestiva educatio *pullorum*. 12, 52, 1 oleum. PLIN. nat. 11, 36 mellis. 11, 38. 11, 40 ⟨ex⟩ aestiva mellatione. 11, 41. IVV. 14, 131 conchem.

opponitur hibernus, brumalis, hiemalis, *sim.*: CATO agr. 14, 2 praesepis ... hibernas aestivas faliscas. VARRO ling. 8, 29 hiberna triclinia et aestiva. rust. 1, 13, 7. 2, 1, 16 loca aestiva et hiberna. 2, 2, 9 ut multa milia absint saepe hibernae pastiones ab aestivis. CIC. Att. 5, 14, 2 aestivos menses ... hibernos. TIB. 1, 4, 6 hibernae ... frigora brumae ... aestivi tempora ... Canis. PANEG. Mess. 159. OV. met. 13, 793 solibus hibernis, aestiva gratior umbra. LIV. 38, 20, 5 ab hiberno solis ortu et ab aestivo occasu. MANIL. 1, 100 hiberna aestiva nix grandine mollior. 1, 498. VITR. 9, 7, 4 erit solis radius unus hibernus, alter aestivus (*bis*). 9, 7, 5. CELS. 1, 2 perflatum aestivum, hibernum solem. SEN. Ag. 53 cur repente noctis aestivae vices hiberna longa spatia producunt mora ...? Med. 760. benef. 1, 12, 3 vestimenta aestiva brumā, hiberna solstitio. 4, 6, 5. 6, 12, 2 epist. 91, 5. COLVM. 1, 6, 1. 2. 3 *saepius*. 7, 3, 11 aestivum ... hibernum solstitium. 9, 14, 18. PLIN. nat. 2, 125. 6, 57 ab aestivo solis ortu ad hibernum exortum. *ibid.* ab occidente aestivo ad occidentem hibernum. *sic* PLIN. nat. *et posteri passim.* LVCR. 5, 615 quo pacto *sol* aestivis e partibus Aegocerotis brumalis adeat flexus. 5, 639. SEN. contr. exc. 5, 5 brumales aestus..., aestiva frigora. CHALC. comm. 66 duo tropici, aestivus et brumalis (*saepius*). 78 ex conversione ... aestiva ... ad brumalem conversionem. SYMM. orat. 1, 2 aestivam consuetudinem ... brumalis horroris (errores *cod.*) tolerantiam. COLVM. 1, 5, 8 ventorum hiemalium et aestivorum. APVL. mund. 11 aestivo (*sc. exortu*) ... hiemalis ortus. ARNOB. nat. 6, 3 *templa deorum* hiemalia sentiunt frigora aut solibus torrentur aestivis. CHALC. comm. 78 ad ... aestivam conversionem ... ad ... hiemalem conversionem. SERV. georg. 1, 100 duo sunt solstitia: unum aestivum ... aliud hiemale (*saepius*. ISID. orig. 5, 34, 2. 3). SERV. auct. georg. 2, 479 signa hiemalia ... aestiva. SCHOL. Iuv. 1, 28 anulos aestivos et hiemalis. PELAGON. 373 potionem ... aestivam ... hiemalem (*saepius*). HYG. astr. *saepe* AMBR. exam. 4, 5, 23 hiemales dies ... aestivi dies. VVLG. Am. 3, 15 domum hiemalem cum domo aestiva. MACR. somn. 2, 7, 11 tropicus ... aestivus ... hiemalis. VARRO Non. 83, 15 hieme ac frigoribus ... aestivo tempore. RHET. Her. 4, 61 aestivo tempore ... frigore. VERG. georg. 4, 52 hiemem ... aestiva luce. MANIL. 2, 421 aestivosque dies aequat nox frigida brumae. SEN. Phaedr. 968. dial. 4, 12, 1 hiems ... menses aestivi. COLVM. 5, 9, 7 ut aestivo perflatu refrigerentur. 7, 3, 8 frigoris ... aestivi pavoris. 11, 3, 11 hiemis frigoribus ... aestivis solibus. PLIN. 18, 277. 291. 35, 184 *alumen* conrivatum hieme aestivis solibus maturatur (ISID. orig. 16, 2, 2). STAT. Theb. 7, 80 sub axem ... venis hiemesque meas, cui ... iuxta ... aestivi ... aura Lycaei. SVET. Nero 27 refotus ... calidis piscinis ac tempore aestivo nivatis. APVL. mund. 22 aestivos vapores ... pruinas hiemis. PORPH. Hor. carm. 3, 13, 10 umbra refrigeranti calorem aestivi temporis. AVSON. 332, 49 aestivos ... dies brumamque. HIER. in eccles. Migne 23, 1017 qui in boreae parte habitant et calore privantur aestivo. AVG. in psalm. (Migne 36, 805) 66, 2 *formica hieme* aestivis laboribus recreatur. PAVL. PELL. 13 aestivi solis ... brumae.

2 *specialiter ad aestatem, unum de quattuor temporibus anni, pertinens; poetice ad circumscribendam aestatem adhibetur* (*v. s.* aestas *init.*): VARRO rust. 1, 18, 8 ex verno tempore in aestivum. 1, 28, 1 verni temporis ... aestivi ex a. d. VII id. Mai. autumnalis ... hiberni. 1, 39, 1. 2, 11, 4. 3, 16, 17. CIC. rep. frg. 4, 1 aestiva maturitate ... autumno ... hieme. PROP. 4, 2, 16 hic autumnalia pruna cernis et aestivo mora rubere die. LIV. 5, 6, 2 sicut aestivas aves ... autumno tecta ac recessum circumspicere. MANIL. 1, 688 aestivos ... fines ... temporaque aequantem gyrum. 2, 202 cum sol ... aestivum ... attollat ... annum. 3, 421. VITR. 6, 4, 1 triclinia verna et autumnalia ... aestiva. 7, 5, 1. COLVM. 2, 14, 3 vere ante aestivos vapores. 4, 6, 5 magis ... convenit proximo autumno falce deputari superiorem partem, quam aestivo tempore pampinari. 11, 3, 16 vernum et aestivum fructum. PLIN. nat. 12, 60 autumno legitur *tus* ab aestivo partu. 16, 98 *germinationem* vernam ... hiberna ... aestiva ... tertia (*i. autumnalis*). 17, 133. 136. 249. 19, 138. 21, 67. 28, 124. MART. 9, 12, 3 autumnus ... brumae sidera ... ab aestivo ... mense ... tempora verna. FRONTIN. aq. 90 hibernis ... vernis ... aestivis imbribus. SVET. Aug. 31 vernis floribus et aestivis. Nero 57. GELL. 2, 22, 9 ab oriente verno ... ab aestiva et solstitiali orientis meta ... ab oriente hiberno (APVL. mund. 13). APVL. mund. 11. SOL. 1, 44 modo aestivum modo autumnale tempus. MACR. somn. 1, 6, 60 verno tempore ... aestivo ... autumno ... per hiemem. RVT. NAM. 1, 221 aestivos ... fluctus ... autumnus. CARM. poet. min. V 67, 2. 3 CARM. de resurr. 3. ANTH. 117, 11. 481 p. 302 aestivas ... in umbras ... autumni ... brumas ... flores. 572 vere ... aestivis aristis ... per autumnum ... hiemali frigore. 576. 577. AVSON. 371, 4 hoc spatio (*ab Ariete in Cancrum*) aestivi pulsusque et meta diei. 384, 3. VEG. mil. 3, 2 autumnali aestivoque tempore. 4, 26. PAVL. NOL. epist. 28, 3 hieme ... vernis mensibus ... de diebus aestivis ... autumno. ISID. orig. 3, 50, 2. CARM. epigr. 439, 2 ver ... aestiva voluptas ... autumnus ... hiberni tempus. *nota opposita*: MANIL. 2, 269 hiberna *sidera* aestivis, autumnis verna repugnant. 3, 625 Cancer ad aestivae fulget fastigia zonae ... (636) parte ex adversa brumam Capricornus ... cogit; *inde a* 645 *de vere et autumno.* LACT. Phoen. 3 nec tamen aestivos hiemisve propinquus ad ortus sed qua sol verno fundit ab axe diem.

opp. ad 1 *praeter allata*: aestuosus.

neutr. **aestīvum** *pro subst.*: *pluraliter tantum*: **1** *domicilium, castra exercitus aestiva*: CIC. Verr. 6, 96 primo ad illa aestiva praetoris accedunt ... ubi iste per eos dies castra luxuriae conlocarat. Att. 5, 17, 3 dum in aestivis nos essemus. epist. 2, 13, 3 cum prima aestiva attigissem militemque conlocassem. 16, 27, 2 quae ... illos scio oppositis Gallorum castris in aestivis fecisse. LIV. 7, 39, 1 educto in aestiva milite (FRONTIN. strat. 4, 1, 6). 27, 21, 3 bis caesum exercitum eius aestiva Venusiae sub tectis agere (27, 8, 19. 29, 34, 7. 33, 19, 8. 37, 15, 3 *unde* CVRT. 5, 8, 1 nunc tenent Parthi *Ecbatana* eaque aestiva agentibus sedes est). 37, 5, 4 ne ... segnia aestiva essent. VELL. 2, 117, 4 iuris dictionibus agendoque pro tribunali ordine trahebat aestiva. TAC. ann. 1, 31 isdem aestivis *legiones* habebantur. 1, 37 isdem in aestivis. SVET. Aug. 49 reliquas *cohortes* in hiberna et aestiva circa finitima oppida dimittere assuerat. Tib. 21 ordinem aestivorum tuorum. CAPITOL. Aur. 26, 8 quam secum ... in aestivis habuerat, ut matrem castrorum appellaret. VOPISC. Aur. 11, 6 illic hiemalia et aestiva disponere, ubi nihil deerit. **2** *stabula et domicilia frigidiora hominum pecorum animalium aliorum aestate*: SERV. georg. 3, 472 aestiva sunt loca umbrosa, quibus per aestatem pecora vitant solis calorem (SCHOL. Stat. Theb. 1, 363 stabula ... umbrosa. ISID. orig. 14, 8, 37). VARRO rust. 1, 6, 5 hiberna iis (hibernales *cod.*) [esse] meliora, qui colunt campestria ...: contra aestiva montanis locis commodiora. 2, 1, 26. 2, 9, 16 qui (*canes*) ... solent comitari in aestiva et hiberna. VERG. georg. 3, 472 tota aestiva *morbi corripiunt*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(SERV. auct. georg. 3, 63 ut alibi [*sc. 472*] idem usurpavit 'aestiva' pro pecoribus quae in aestivis agunt). PLIN. nat. 24, 28 lactis ... per montium aestiva potus. STAT. Theb. 1, 363 Lycaei. MARCIAN. dig. 32, 67 quae (*pecora*) hieme in hibernis aut aestate in aestivis esse solent. ARNOB. nat. 3, 23 contagia et ... morbos ab aestivis avertere. CLAVD. 15, 475 grues aestiva relinquunt Thracia. **3** *res, expeditiones sc. militares aestate faciendae*: CIC. Pis. 97 nulla ex trinis aestivis gratulatio, nulla triumphi mentio. Att. 5, 21, 6 aestivis confectis Quintum fratrem hibernis et Ciliciae praefeci (epist. 3, 9, 4). epist. 7, 14, 1 sin aestivorum timor te debilitat. HIRT. Gall. 8, 6, 1 sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflari. 8, 46, 1 superioribus aestivis Galliam devictam subactamque esse. *ibid.* ut ibi extremum tempus consumeret aestivorum *in Aquitaniam profectus est.* SALL. Iug. 44, 3 quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat. 44, 4 LIV. 23, 18, 16. VELL. 2, 105, 3 anni eius aestiva usque in mensem Decembrem producta.

opp. ad 1: hiberna, hiemalia. *ad 2*: hiberna.

i. fere quod aestas, *aestatis siccitas*: TERT. apol. 40 cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt (*sc. ut non pluat*) *aquilicia immolatis.* SOLIN. 45, 4 Argaeus ... ne aestivo quidem torrente pruinis caret. ITIN. Alex. 38 quicquid de fluviis vel rivis ab aestivo in lacunis erat. GALEN. alfab. 256 stivo medio (*cod. Pal.; alii aliter*). GREG. TVR. Mart. 2, 34 festivitas, quae in aestivo celebratur. curs. stell. 33 cum in aestivo noctes fuerint breviores. *de* COPA 29 *v. p. 1109, 38.*

adverbialiter: IVV. 14, 295 aestivum tonat. adv. **aestīvē.** PLAVT. Men. 255 quom inspicio marsuppium, viaticati hercle admodum aestive sumus (*i. quasi dicat palliati*). *Bannier.*

Aestīvus, -a *nom. serv. et cogn.* CORP. XII 5686, 16 (*in vasculis*) Aestivi m(anu). *idem* VII 1336, 21 (*in patella*). XIII 10010, 49 e (*in vasculo Gallico*) Aistivi m(anu). INSCR. Rhen. Bramb. 860 Gimmionia Aestiva. CORP. V 2421 (*Ferrarae*) L. Septimius Aestivos. II 904 (*Caesarobrigae*) Aes⟨t⟩ivo Nigri (filio). VI 11185 d. m. Aestivi filii ... P. Fabius Insequens et Aestiva parentes. VI 11186 d. m. Aestivae filiae ... Aestivae sorori ... Aelia Aestiva ... fecit .... II 2310 (*Cordubae*) C. Valerius A e s t i u s. **Aestīvius,** -a *nom. gent., inventum in Gallia et ad Rhenum.* CORP. XIII 2944 (*Agedinci*) d. m. Aestivius Crescens veteranus leg. VIII ... et memoriae Aestiviae Crescentinae filiae. INSCR. Rhen. Bramb. 1320 Aestivius F⟨...⟩. CORP. XIII 2057 (*Luguduni*) d. m. et memoriae ... Aestivi Vrsionis.

Aestlānia *nom. gent.* CORP. X 5978 (*Signiae*) ... Aestlania ⟨...⟩eia et Aestl⟨ani⟩a Ianuaria. *cf.* Aesculānus. *Zimmermann.*

Aestria *maris Hadriatici insula.* MELA 2, 114.

Aestriēnsēs, -ium *Macedoniae oppidi cuiusdam* (*Ptolemaeo 3, 12, 24 Αἴστραιον?*) *incolae.* PLIN. nat. 4, 35. *cf.* Astraeum. *Diehl.*

aestuābundus, -a, -um. *ab* aestuare. *de liquore*: *tumescens*: PALLAD. 11, 17, 2 mundo linteo tegas *oenomelli in canna agitatum*, per quod facile confectio aestuabunda suspiret. *de iumento*: *sudans*: CHIRON 736 quae res vel maxime aestuabundis corporibus necessaria est. *Bannier.*

Aestuāria, -ōrum. *ab* aestus. *cogn. oppidi.* PLIN. nat. 3, 7 *in Baetica* oppidum Ossonoba, Aestuaria cognominatum. *cf. l. 60.* *Diehl.*

aestuārium, -ī *n.* [*ab* aestus. *Th.*] ISID. orig. 13, 18, 1 aestus ..., unde ... aestuaria. [*francog.* étier, *hisp.* estero. *M.-L.*]

1 *locus vadosus, per quem aestus maris accedit et recedit*: ISID. orig. 13, 18, 1 aestuaria, per quae mare vicissim tam accedit quam recedit (nat. 44). VARRO ling. 9, 26 in libro, quem de aestuariis feci. CAES. Gall. 2, 28, 1 *maiores natu una cum pueris mulieribusque* in aestuaria ac paludes coniectos. 3, 9, 4 itinera concisa aestuariis (OROS. hist. 6, 8, 10). PLIN. nat. 2, 218 in plerisque ... aestuariis ... diversi existunt aestus. 3, 11 inter aestuaria Baetis oppidum Nebrissa. 3, 151 vadoso mari *Illyrici* aestuariisque tenui alveo intercursantibus. 5, 3 adfunditur ... aestuarium e mari flexuoso meatu (*addunt* SOL. 24, 4 *et* ISID. orig. 14, 6, 10 adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos ... mentiatur *sive* imitetur. MART. CAP. 6, 667 aestuarium flexuosum). PLIN. nat. 19, 63 37, 35 aestuarium oceani Metuonidis nomine spatio stadiorum sex milium. TAC. Agr. 20 aestuaria ac silvas praetemptare (33 silvas evasisse, transisse aestuaria). 22 Tanaum — aestuario nomen est (SOL. 22, 8 ISID. orig. 14, 6, 3 Tanatus *sive* Thanatus). ann. 2, 8 eques ... ac legiones prima aestuaria nondum adcrescente unda intrepidi transiere. 4, 73. 11, 18. IVST. 44, 1, 7 *amnes* aestuariis ... Oceani ... piscosi. SERV. georg. 2, 479. *nota de fluminibus et stagnis*: TAC. ann. 14, 32 in aestuario Tamesae. PLIN. epist. 9, 33, 2 ex hoc (*stagno*) in modum fluminis aestuarium emergit, quod vice alterna, prout aestus aut repressit aut inpulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. SERV. Aen. 6, 107 quem (*lacum Avernum*) vult nasci de Acherontis aestuariis. 6, 295. **2** *dubites de* GLOSS. V 341, 47 aestuaria fleutas (*anglosax.*) *et* V 344, 24 aestuaria ubi duo maria conveniunt. **3** *piscina secundum mare effossa*: VAL. MAX. 9, 1, 1 *Orata* peculiaria sibi maria excogitavit aestuariis intercipiendo fluctus pisciumque diversos greges separatis molibus includendo. *similiter* VARRO rust. 3, 17, 8 piscinas eius (*M. Luculli*) despiciebat *Hortensius*, quod aestuaria idonea non haberet ac reside aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius (*sed* aestivaria *codd. fortasse recte, cf. sequentia et subst.* aestiva *p. 1110, 77 sqq.*). **4** *foveae in modum putei secundum fodiendum puteum defossae*: VITR. 8, 6, 13 sin ... eripietur lumen *demissae lucernae* a vi vaporis, tum secundum puteum dextra ac sinistra defodiantur aestuaria. ita quemadmodum per nares spiritus ex aestu (?) dissipabuntur (PLIN. nat. 31, 49; CET. FAV. 4 *et* PALLAD. 9, 9, 2 putei fodiantur *sive* puteos fodiemus). **5** *translate fere i. q.* aestus: TERT. spect. 27 quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario reprehensus? PACIAN. paraen. 3 in infelicitatis aestuario volutati.

aestuātio, -ōnis *f. ab* aestuare. *spiritus gravis et inde translate cura, aestus*: CHIRON 150 ex aestuatio (ea estu absio *libri*) pulmonis et contractio et vomica et suspirium, tussis ... ex aestuatio capitis dolor contingunt. 151 ex inanitate longi itineris bulimus et defectio idemque aestuatio eveniet. CASSIOD. hist. 3, 8 hae ... litterae ad aestuationem perduxerunt eos. 6, 1 quod ... aestuationes induxit imperatori. 7, 1 milites ... in maxima aestuatione venientes (9, 45).

aestuo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* aestus. *Th.*] *dactylici poetae, qua sola licet forma* aestuat (*vel* -et) *utuntur, quae in primo vel quinto pede legitur praeter* AVIEN. Arat. 155 463, *ubi est in quarto* (*cf. s.* advolo *I 4 p. 895, 42*). IVV. *unus* aestuo, *nimirum item in primo vel quinto pede scripsit.* *transitivum sive deponens subest* TERT. adv. Marc. 2, 18 ut sic improbitas aestuata (*i. incensa*) cessaret. VVLG. Sirach. 51, 6 in medio ignis non sum aestuatus. AVG. loc. hept. 1, 203 *ad* gen. 48, 1 'pater tuus turbatur': aliqui codices habent 'vexatur', aliqui 'aestuatur'. CASSIOD. inst. 8 inter has sollicitudines graviter aestuatus. GLOSS. *habent formas* aestuor, aestuatur.

I *proprie*: GLOSS. καυματοῦμαι. aestuat: calorem patitur. aestuaremus ferveremus. **A** *fervere, effervescere, ardere, calefieri*: **1** *de igne sive igneis et igni fervefactis, torrentibus, combustis rebus et animalibus; hic illic additur qua re*: PLAVT. Poen. 43 dum scriblitae aestuant. VERG. catal. 13, 31 aestuantes ... solvis pantices. georg. 4, 263 aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis, *cf.* HIER. epist. 54, 9 non Aetnaei ignes ... tantis ardoribus aestuant ut. AVG. civ. 22, 11 in quibus (*montibus*) ... aestuat *ignis*. SVLP. SEV. epist. 1, 11 per interruptum pavimentum ignis aestuans arentes paleas adprehendit. OROS. apol. 12, 2 flamma. MARC. COM. chron. II p. 102, 526 flammae ... coquinarum. COLVM. 11, 2, 69 a sole aestuante. AVIEN. Arat. 115 unicus ignis ... mento *Draconis* aestuat. 269 reliquo (rutilo *codd.*) sidus magis aestuat astro. 463 lux ... ignea. 479 vasto globus *stellarum* aestuat orbe. 727 ardor. AETNA 93 quo fervida motu aestuet Aetna. SOL. 5, 9 per aestuantes cavernarum latebras *Aetnae*. PACIAN. paraen. 11 aestuant indefessis flammarum globis Aetna et Vesuvius (MARC. COM. p. 90, 469). AVG. civ. 21, 4 quidam notissimi Siciliae montes, qui ... flammis aestuant. OROS. hist. 2, 14, 3. OV. met. 2, 250 aestuat Alpheus, ripae Spercheides ardent. LACT. Phoen. 96 corpus genitali morte peremptum aestuat et flammam parturit ipse calor. ZENO tract. (Migne 11, 526) 2, 76 aestuantibus globis *camini ignei* (HIER. epist. 96, 17. 130, 10). PAVL. NOL. epist. 25ª, 2 *dives videns* se in tenebris aestuantem. CLAVDIAN. MAM. 170, 10 qui ... gehennae incendiis aestuat. *nota*: HIER. epist. 39, 3 in cuius poenam aeternus ignis aestuat.

2 *de calore aeris, solis, sim.*: *de rebus*: LVCR. 5, 1097 cum ventis pulsa vacillans aestuat in ramos incumbens arboris arbor. VERG. georg. 1, 107 cum exustus ager morientibus aestuat herbis. Aen. 8, 258 nebulaque ingens specus aestuat atra. PROP. 2, 28, 3 torridus ... aer (STAT. Theb. 12, 248. CARM. de Sod. 105 aether). GERM. frg. 4, 93 rapidis ... ne solibus aestuet orbis. PHAEDR. 2, 5, 15 conspergere humum aestuantem. SEN. nat. 3, 24, 3 in quibus balnearia sine igne calefiunt, spiritus in illa fervens loco aestuanti infunditur (*locus coniectura Haasii, qui* aestuarii *scripsit, vix magis perspicuus factus*). 4, 2, 29 aqua illo incumbit, quo vis caloris et terrae aestuantis arcessit. COLVM. 4, 8, 1 quae (*radices vineae*) et frigore infestentur et caloribus maiorem in modum aestuent. CALP. ecl. 5, 88 dum rimosa palus et multo torrida limo aestuat. SIL. 12, 137 tellus ... ustis ... diu calefacta medullis aestuat. STAT. silv. 4, 3, 25 Baias (MART. 3, 20, 19). TERT. apol. 44 de vestris semper aestuat carcer (MIN. FEL. 35 exaestuat). FVLG. aetat. mund. 6 Sinai montis caligantibus nebulis aestuans vapor. CLAVD. 3, 353 loricaque cursu aestuat. 20, 115 Argaeus. 28, 35 radiis potentibus aestuat axis. *nota cum acc. rei*: STAT. silv. 1, 3, 8 Pisaeumque domus non aestuat annum. SEDVL. op. pasch. 3, 19 aestuantis undae fervores (?). *audacter de colore*: PRVD. cath. 7, 156 Coos aestuantem murices laenam. *fere i. q. arescere*: ENNOD. op. 9 aestuet et nobis semita praeparata per maria (*sc. ut Iudaeis per mare rubrum*). AMBR. exam. 5, 11, 35 ipsa *cucurbita* procedente sole arefacta admonet requiescendum, ne in terra aestuare incipiamus ingenio. VVLG. Matth. 13, 6 sole ... orto aestuaverunt *semina*. *de animalibus* (*minus proprie dicitur quam* sudare *velut* IVV. 3, 103 si dixeris 'aestuo', sudat, *sed confunditur utrumque*) GLOSS. aestuat: calorem patitur, calorem patitur vel sudat. AETNA 73 vasto qui (*Enceladus*) pondere montis aestuat. OV. met. 12, 515 obrutus immani tumulo (cumulo *vulgo*) sub pondere Caeneus aestuat. CELS. 1, 3 p. 17 D. si quis in balneo aestuat. 1, 3 p. 19 ei, cui pectus aestuat. 3, 19 p. 104 naribus ... aestuantis admovere, quod reficiat. SEN. nat. 1 praef. 4 non est vita tanti, ut sudem, ut aestuem. Herc. O. 1339 reclinis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... corde anhelante aestuat. epist. 11, 2 non aliter quam fatigatis et aestuantibus *sudor erumpere* solet. 95, 21 solacium stomachi aestuantis (PLIN. epist. 6, 16, 19 HIER. epist. 54, 4). COLVM. 2, 3, 2 si aestuaverint *boves*. 6, 13, 3 *boves* aestuantes anhelantesque. 6, 38, 4 lassae et aestuanti mulae. 8, 17, 5 *piscibus*. PLIN. nat. 20, 152 neque aestuare eos, qui duos e puleio surculos inpositos auribus in sole habeant. STAT. silv. 2, 3, 47 ne ... igne superno aestuet *nympha*. IVV. 2, 71 Iulius ardet, aestuo. IMP. M. AVREL. Fronto p. 30, 6 N. nos istic vehementer aestuamus. TERT. anim. 43 quod ... sudor digestionis aestuantis est index. PACIAN. bapt. 3 festinare incepit, aestuare, trepidare *diabolus*. AMM. 21, 1, 11 aperiunt ventura cum aestuant hominum corda. PELAGON. 186 si equus aestuaverit. 287 sudat, anhelat, aestuat dolore nimio; *passim*. HIER. epist. 38, 2 ardore febrium (60, 13. 99, 1 GREG. TVR. Mart. 3, 59). 117, 5 quid palles? quid aestuas? 117, 7 inter carnes, inter vina et balneas. 125, 18 aestuantem canis ... linguam. VVLG. Is. 5, 11 ut vino aestuetis (ὁ ... οἶνος αὐτοὺς συγκαύσει. HIER. epist. 69, 6 venter ... mero aestuans). Iob 20, 22 cum satiatus fuerit ... aestuabit (HIER. epist. 22, 27 venter ... aestuat cibo). Ion. 4, 8 percussit sol super caput Ionae et aestuabat (ὠλιγοψύχησε). apoc. 16, 9 aestu magno. PRVD. cath. 7, 125 *Ionas* ventris recessus circumibat tortiles anhelus extis intus aestuantibus. CLAVD. 11, 23 aestuantes ancipiti gradu ... Naiades. Pros. 2, 137 fervore legendi *flores*. carm. min. 27, 66 vigor *phoenicis* per membra volutus. SORAN. 113 si aestuaverit *infans*, ab eo *cognoscitur*, quod cum anhelitu rubet. SIDON. epist. 8, 14, 5 aestuantemque turgidi ventris arvinam. ACTA Perp. et Fel. 7 Dinocraten ... aestuantem valde et sitientem. CARM. epigr. 1153, 6 aestuet infantis ne gravitate cinis. *nota*: APVL. met. 6, 32 fetore nimio nares aestuet. *additis oppositis*: CIC. Tusc. 2, 34 algendo aestuando (SEN. dial. 4, 12, 1 epist. 24, 26. 107, 7. 117, 18 PLIN. nat. 17, 214. 18, 290 [algentium *Pincianus*; legentium *codd.*]. MART. 11, 98, 8 PAVL. NOL. epist. 28, 4). CIC. Tusc. 5, 74 ut si quis aestuans cum vim caloris non facile patiatur, recordari velit sese aliquando ... gelidis fluminibus circumfusum fuisse. CELS. 1, 3 potione aestuantem stomachum refrigerari. COLVM. 9, 14, 7 aestuantes apes refrigerare. PLIN. nat. 17, 24 aestuantia *sata* refrigerant. LVCAN. 1, 16 quaque dies ... flagrantibus aestuat horis, et qua bruma rigens ... astringit ... pontum. 9, 400 umbras nemorum quicumque petentem *viderit*, aestuet. MART. 3, 82, 10 aestuanti ... ventilat frigus. CHIRON 149 cum ... iumentum ... aestuavit aut perfrixit (SORAN. 113).

B *per figuram aestatem simulare, imitari*: SIDON. epist. 4, 3, 6 vernat ut Hortensius, aestuat ut Cethegus. 8, 11, 6 in fescennina vernans verbis, aestuans votis.

C *de mari, fluminibus effervescere, fluctuare; hic illic accedere et recedere*: GLOSS. κυμαίνομαι. aestuat ἐκζαλοῦται, ἐκλύεται, ῥιπτάζεται, κυματίζεται, κυμαίνει, fluctuat. VERG. Aen. 6, 297 turbidus hic (*Acheron*) caeno vastaque voragine gurges aestuat (SIL. 13, 572). HOR. carm. 2, 6, 4 ubi Maura semper aestuat unda. SEN. Ag. 560 aestuat scopulis fretum fervetque semper fluctus alterna vice. nat. 3, 14, 3 habet *mare* suas venas, quibus impletur atque aestuat. 3, 26, 7 fervetque *mare* et aestuat. 3, 26, 8. LVCAN. 1, 414 *an* Tethyos unda ... lunaribus aestuet horis. 5, 566. QVINT. decl. 388 p. 436 tranquillo mari an aestuante. CYPR. GALL. gen. 277 qua grandior undis aestuet Oceanus. SOL. 40, 15 Hermum fluctibus aureis aestuasse. ZENO tract. (Migne 11, 267) 1, 2, 5 inter aestuantis pelagi ... sinus. 1, 6, 2 (Migne 11, 313) aestuantibus undique ... montibus *maris*. AVIEN. orb. terr. 46 sinus hic Arabum, sinus hic Aegyptius unda aestuat. 127. 167. 736. 1107 or. mar. 371. AMM. 22, 15, 9 *Nilus* aestuans inundatione ditissima. CLAVD. 28, 497 certis ubi legibus advena Nereus aestuat. SIDON. epist. 2, 2, 16 *lacus fundamenta domicilii* aestuans umectat alluvio. *nota*: LVCAN. 10, 247 ille (*Nilus*) aestuat in campos. STAT. silv. 5, 2, 114 cui (*litori Tiberino*) ... Tyrrhena vadis Laurentibus aestuat unda. *de procellis*: ZENO tract. (Migne 11, 527) 2, 77 inter aestuantes procellas. *de vino sim.*: PALLAD. 11, 14, 16 quo aestuantia vina suspirent (*cognatum*: CARM. de resurr. 21 laetis ut vitis aestuet uvis). SERV. georg. 1, 110 vasa aestuantia calore.

D *de umoribus et passionibus corporis turgescere, sim.*: VERG. georg. 4, 309 teneris tepefactus in ossibus umor aestuat. TERT. ux. 1, 5 nulla in utero, nulla in uberibus aestuante sarcina nuptiarum. GARG. MART. med. 6 cum polenta podagrae aestuanti ... subveniunt (epit. podagrae tumoribus medetur). 7 pernionibus, qui adhuc aestuant (AMBR. in psalm. 1, 28 lues aestuantium passionum). SER. SAMM. 709 cum sanguis ... aestuat et papulas alte sustollit acutas. VEG. mul. 5, 70, 2 papulis aestuans prurigo. PRVD. perist. 10, 1030 late aestuat *vulnus beluae immolandae*. PS. QVINT. decl. 12, 2 *in imagine*: aestuant ... intra pectus sepulta ventribus nostris cognata viscera et tumescere intus atque indignari videntur.

II *translate sollicitari, dubitare, anxiari, exardescere, amore libidine flagrare, sim.* GLOSS. aestuat: anxiat. aestuaremus: anxiaremur (-us). *additur et omittitur qua re*: **1** *sublucet imago propriarum sub I praemissarum significationum*: VARRO Men. 204 non videtis unus ut parvulus Amor ardifetā lampade aridā agat amantis aestuantes? CIC. ac. 2, 70 cum aestuaret *Antiochus* ... ut Maenianorum, sic Academicorum umbram secutus est. CAT. 25, 12 aestues velut ... magno deprensa navis in mari. SEN. Med. 390 minatur aestuat queritur gemit. ubi se iste fluctus franget? LVCAN. 6, 63 aestuat angusta rabies civilis harena. PETRON. 126 accendis desiderium aestuantis (STAT. Theb. 10, 321 accensusque mero sopor aestuat). IVV. 3, 50 cui fervens aestuat occultis animus. GELL. 1, 15, 17 ut fluat semper *lingua* et aestuet conluvione verborum taeterrima. APVL. met. 10, 5 magnis aerumnarum procellis aestuat. MIN. FEL. 16, 4 si Caecilius ... iactetur, aestuet, fluctuetur. CYPR. epist. 31, 6 ardentem delictorum aestuantium morbum. 45, 3 in hoc fluctu aestuantium fratrum mentes. laps. 4 fluctuans vario mentis aestu. 25 *puella* mentis aestu fluctuabunda. ZENO tract. (Migne 11, 486) 2, 39 aestuantium delictorum fax. 1, 7, 4 (Migne 11, 315) huc atque illuc aestuans *impatientia*. 2, 45 (Migne 11, 502) aestuat *fidelis populus* ... ardore. EDICT. Diocl. praef. 8 gliscentis avaritiae ac rapidis aestuantis ardoribus. AMBR. Abr. 2, 9, 47 intus quasi fornax aestuat diversis cupiditatibus. HIER. epist. 22, 7 mens desideriis aestuabit in frigido corpore. PRVD. cath. 4, 23 flagrat ... vapore crasso horror conscius aestuante culpa. 6, 13 mens aestuans procellis. PAVL. NOL. epist. 36, 2 ut ... *dei* lumine in tenebris ardentibus aestuantes refrigeremur. AVG. civ. 8, 17 tempestates animi, quibus daemones aestuare atque fluctuare asserit. epist. 26, 6. acad. 2, 2, 5 qua (*flamma*) ... aestuabamus. OROS. hist. 2, 5, 10 quaeque provincia suis ignibus aestuabat. SALV. eccl. 1, 45 cum aestuantes alvos caeno immerserint. gub. 7, 65 Africa fornicationum ignibus aestuavit. epist. 5, 4 non turpibus flammis medullae aestuant. DRAC. Romul. 2, 32 aestuet *Neptunus* inter aquas telo flammante *Cupidinis* perustus. ENNOD. epist. 1, 24 iecoris tui flamma plus aestuat. op. 3 currunt ad ecclesiae domum totis direptionis incendiis aestuantes; *al.*

2 *imagine sublata. de animantibus*: CIC. Q. Rosc. 43 circumspicit, aestuat, negat nos Cluvii testimonium recitaturos. Verr. 3, 55 aestuare illi, qui pecuniam dederant. 3, 74 aestuabat dubitatione. Flacc. 47 hunc aestuantem et tergiversantem iudicio illic persequitur. har. 2 exsanguis atque aestuans se ex curia repente proripuit. fat. 15 hoc loco Chrysippus aestuans ... sperat. fat. frg. 1 Chrysippus aestuans laboransque (AMM. 17, 7, 11 inter quas *opiniones* Aristoteles aestuat et laborat). epist. 7, 18, 1 desiderio nostri. BRVT. Cic. ad Brut. 2, 5 (9, 3), 2. SALL. Cat. 23, 6 nobilitas invidia aestuabat. Iug. 93, 2 quae cum multos dies noctisque aestuans agitaret. PS. SALL. rep. 2, 7, 6 aestuat multaque in pectore volvit (HIL. carm. de Macc. 221). OV. met. 9, 465 aestuat intus *Byblis*. 9, 765. 10, 360. SEN. dial. 10, 16, 3 aestuant nec ... sciunt. epist. 13, 13 maiorem partem mortalium ... aestuare ac discurrere. 74, 8 aestuamus miseri, distringimur. PLIN. nat. 10, 102 si contra mares steterint feminae *perdicum* ... praegnantes fiunt, hiantes autem exserta lingua per id tempus aestuant. SIL. 15, 787 cum procul in fluctu piscem ... *beluā ponti* videt, aestuat. MART. 9, 22, 11 aestuet ut nostro madidus conviva ministro. PS. QVINT. decl. 12, 10 nihil est ..., quod aestuet. PLIN. epist. 4, 11, 5 fremebat ... Domitianus aestuabatque ingenti invidia destitutus. IVV. 10, 169 aestuat *Alexander* infelix angusto limite mundi. SVET. Claud. 4 semper aestuabimus, si ... deliberabimus. APVL. met. 2, 29 populus aestuat diversa tendentes. TERT. nat. 1, 6 confugitis aestuantes ad arulam quandam, id est legum auctoritatem. NEMES. cyn. 4 Aonio ... pectus ab oestro aestuat. ANTH. 444, 12 stricto nihil aestuare ferro. VOPISC. quatt. tyr. 5, 3 Firmum ... barbaricis motibus aestuantem. IVL. VAL. 1, 40 auri et argenti opibus aestuare. FIRM. math. 3, 5, 16 assiduis animi fatigationibus aestuantes. 3, 6, 30 *mulierem* incestis amoribus aestuantem. 3, 9, 7 magnarum facultatum desideriis aestuantes. IVST. 1, 10, 15 aestuante rege. DON. Ter. Andr. 206. 684. DAMAS. epist. 1 scaevis interpretationibus aestuantes. PACIAN. epist. 1, 4. 2, 2 DICT. 3, 3. AMM. 19, 9, 9. HIER. epist. 92, 1 quanto furore pectoris aestuaret. in Is. 57, 1 praef. PRVD. perist. 9, 96. 13, 24. CLAVD. 19, 58 curia consiliis aestuat orba tuis. Pros. 3, 141 sic aestuat ales, quae. carm. min. 29, 46 sanguine praeceps aestuat *Mars*. PAVL. NOL. epist. 31, 5. AVG. mor. eccl. 1, 7, 11 palpitat, aestuat, inhiat amore; *passim*. SVLP. SEV. chron. 2, 45, 5 dubius animi et magna curarum mole aestuans; *saepius*. VIND. epist. Valent. p. 21 H. OROS. apol. 2, 1. CAES. Ruric. epist. 7 pro desiderio vestro. SEDVL. carm. pasch. 2, 79 BOET. mus. 1, 10 ENNOD. epist. 9, 24. GREG. TVR. Franc. 5, 11 diu aestuantes et dubitantes. CORIPP. Ioh. 2, 292 aestuat ... curis ... quid faciat dubius. *de rebus incorporeis*: CAT. 63, 47 animo aestuante ... reditum ad vada tetulit. SEN. dial. 4, 36, 2 animus *irati* ... aestuans et distortus et tumidus. QVINT. inst. 10, 7, 33 anceps inter utrumque animus aestuat. GELL. 17, 11, 5 aestuantis animae iter. CYPR. epist. 55, 2 aestuantis animi sollicitudo. PS. LACT. mort. pers. 42, 2. OPT. PORF. 3, 31 mens aestuat. CHALC. transl. 43 VVLG. Iudith 13, 29 HIER. in Ezech. (Migne 25, 199) 21 praef. epist. 125, 12 PRVD. psych. 907. VERG. Aen. 10, 869 *et* 12, 666 aestuat ingens uno in corde pudor. VAL. FL. 7, 294 tanta pudor aestuat ira. HOR. epist. 1, 1, 99 sententia. OV. met. 4, 64 ignis *amoris*. TERT. scorp. 1 fides. CYPR. GALL. gen. 646 voluptas. FVLG. aetat. mund. 3 aetas. MEROB. 96 furor ... auri. HIER. epist. 22, 24 cura. AVELL. p. 6, 22 veritas. SALV. eccl. 1, 22 pietas. epist. 9, 12 medullae. SIDON. epist. 8, 7, 4 poenae. CARM. epigr. 943, 2 amor.

structurae his in usibus variae: CIC. Att. 7, 13^b^, 5 in eo (*aenigmate*) aestuavi diu. OV. met. 6, 491 in illa (*Philomelā*) aestuat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Svlp. Sev. dial. 1, 22, 6 in hoc desideriis meis aestuantibus. Gild. chron. III p. 66, 72 puero in vitae desperatione aestuanti. Tert. scorp. 6 cum terrena quoque officia in gradus aestuent. Clavd. 19, 58 in aurum aestuat *eunuchus*. Avg. epist. 258, 3 in vana huius mundi. Leo M. serm. 89, 4 in sanctas et spiritales delicias. Hier. epist. 48, 4 ad coitum. Leo M. serm. 95, 6 ad talem ... potum. Edict. Diocl. praef. 3 aestuantes de praeterito. Pavl. Nol. epist. 20, 1 quo tolerabilius de nobis absentibus aestuemus. Sen. benef. 6, 42, 1 verentis et aestuantis, ne in ullo officio sis tardior. Amm. 29, 5, 15 imo aestuans in corde, ne. Cassiod. hist. 11, 18 aestuabat, ne. Pavl. Nol. app. 1, 18 aestuat, ut geminos possit habere boves. Cypr. ad Novat. 1 cogitanti mihi et ... animo aestuanti, quidnam agere deberem. Arnob. nat. 5, 11 aestuatum est in conciliis deorum, quibusnam modis posset ... feritas edomari. Amm. 15, 8, 1 aestuans diu, qua vi propulsaret aerumnas. Clavd. 19, 58 stabulisque minari aestuat *leo*.

syn. ad I A 1: ardere. *I A 2*: sudare, anhelare. *I C*: fervere. *I D*: tumescere. *II 1*: fluere, fluctuari (-e). *II 2*: laborare, palpitare, inhiare, dubitare, vereri *sim.* *opp. ad I A v. p. 1113, 28 sqq. I B*: vernare.

part. **aestuāns** *nonnullis locis supra allatis quasi adi. vice fungitur velut* Cic. har. 2 exanguis atque aestuans se ex curia repente proripuit. Sen. dial. 4, 36, 2 animus ... aestuans et distortus et tumidus. Colvm. 6, 38, 4 lassae et aestuanti mulae. Qvint. decl. 388 p. 436 tranquillo mari an aestuante *al.*

aestuōsus, -a, -um. [*ab* aestus. *Th.*] *legitur inde a* Plavto. *de varia lectione* aestivosus *v. p. 1108, 30. comp. l. 55, sup. l. 34. 49. 51.*

1 *aestum, calorem nimium exhibens sive patiens.* Gloss. καυματώδης, aestu lassatus (aestuans satis *a*). *de locis et localibus rebus*: Cic. Att. 5, 14, 1 iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via. Cat. 46, 5 Nicaeae. Hor. carm. 1, 31, 5 Calabriae. Priap. 75, 11 Lemnos. Vitr. 1, 4, 1 regiones caeli ... neque aestuosas neque frigidas sed temperatas. 6, 4, 2 ea regio ... propter calorem ... aestuosa (Plin. nat. 18, 295). Val. Max. 4, 4, 4 sterile atque aestuosissimum ... solum. Cels. 1, 3 p. 20 D. siccis et aestuosis locis (5, 27, 10 p. 203, 8, 1 Colvm. 5, 8, 5 Plin. nat. 17, 139. 17, 187 arido et aestuoso ventisque exposito. 18, 33. 83 frigidissimos locos et minus subactos vel aestuosos sitientesque. Pallad. 3, 12, 3 exilibus aut aestuosis aut declivis aut procellosis). Colvm. 3, 1, 4 sub axe frigido vel aestuoso (aestivo *nonnulli libri*) procellosoque. Plin. nat. 16, 137 cedrum aestuosis partibus natura dederat. Cass. Fel. 64 in cubiculum aeris boni et neque satis oppressum neque aestuosum. Sidon. epist. 2, 2, 13 deversorium, quia minime aestuosum, maxime aestivum. *de sideribus, caligine, ventis*: Hor. epod. 16, 62 nullius astri gregem aestuosa torret impotentia. Plin. nat. 18, 268 Procyon. Colvm. 11, 2, 53 septimo Kal. Aug. Canicula apparet; caligo aestuosa. Plin. nat. 2, 126 aestuosus auster, tepidi volturnus et favonius. 18, 329. *de rebus, animalibus, herbis*: Pacvv. trag. 102 ossum inhumatūm aestuosam auram. Cat. 7, 5 oraclum ... Iovis aestuosi. Colvm. 7, 10, 6 cum sit aestuosissimum *animal suillum*. Plin. nat. 20, 22 raphanus. 23, 104 melimela ... siticulosa, aestuosa. *de temporalibus*: Plin. nat. 34, 116 aestuosissimis diebus circa Canis ortum. Schol. Stat. Theb. 4, 681 dies anhela, id est aestuosa. *de fervore*: Prvd. perist. 10, 489 papulasque fervor aestuosus excitat. *neutrum pro adverbio*: Hor. epod. 3, 18 nec munus umeris efficacis Herculis inarsit aestuosius.

2 *ad aestum maris pertinens*: Gloss. periculosum *huc spectare videtur.* Hor. carm. 1, 22, 5 Syrtes. 2, 7, 16 freta. Val. Max. 9, 8 ext. 1 angusti atque aestuosi maris. *inde translate* Plavt. Bacch. 471 *meretricem* acerrume aestuosam (-e *codd.*): absorbet ubi quemque attigit. Truc. 350 aestuosas (est vos ad *codd.*) sentio aperiri fores, quae absorbent quidquid venit intra pessulos. Gloss. V 7, 44 *et* 48, 4 anus aestuosa, quod in modum aestuarii (-antis *b 2*) maris hauserit, id est biberit.

syn. ad I: pulverulentus, sterilis, aridus, siccus, sitiens, siticulosus, anhelus. *opp.*: frigidus; aestivus, tepidus.

aestus, -ūs *m.* [*cf. c. hibern.* aed ʻ*ignis*ʼ, *gr.* αἴθειν, *theod.* eit *anglosax.* ād ʻ*rogus, ardor*ʼ, *ind.* indhḗ ʻ*incendit, inflammat*ʼ *pass.* idhyátē *et c.* aestas, *fort. c.* aedes. *Th.*] *de genere*: Gramm. suppl. 125, 26 nomina ... quartae declinationis in -us desinentia masculina, ut hic ... aestus. Gramm. V 571, 10 aestus de inundatione generis masculini. *neutraliter*: Itala Luc. 12, 55 (cod. Rehdig.) dicitis, quod aestum venit. *cf.* Favst. Rei. serm. 22 p. 310, 23 peccati gravius aestum contraxit. *genet.* aesti Pacvv. trag. 98. *dativ.* aestu Apvl. met. 5, 21. *dubitandum de* Gloss. V 263, 5 aestubus visceribus. *de significatione* Non. 247 aestus: solis et aestivi temporis flagrantia ... marini impetus vel commotiones. Comm. Bern. Lucan. 8, 166 ʻaestusʼ Virgilius quattuor modis posuit ut ʻfurit aestus arenisʼ id est fluctus. ʻaestusʼ tempus anni ... ʻaestusʼ ex foco (*i. igne*) ... ʻaestusʼ ex cogitatione. *nota*: Ov. met. 14, 52 quo se referebat ab aestu et maris et caeli.

I *calor vehemens*: Gloss. καῦμα, πνῖγος, θέρμη, calor, vapor. Serv. Aen. 2, 706 *et al.* aestus id est calorem. Gramm. VII 521, 21 aestas est pars anni, aestus calor [temporis]. Hier. in Osee (Migne 25, 923) 12, 1 καύσωνα id est aestum. 1 *solis, aetheris, siderum; subest persaepe nota incommodi damni sim.*: Gramm. VII 521, 21 aestus a nimio calore nomen accipit. Sen. epist. 117, 18 cui dubium est, quin si aestus malum est, et aestuare malum sit. Naev. trag. 48 solis aestu candor cum (cui *codd.*) liquesceret. Pacvv. trag. 98 aesti ... ex arido. Varro ling. 6, 9 ab aestu aestas. rust. 1, 6, 3 ubi lati campi, ibi magis aestus et eo in Apulia loca calidiora ac graviora. 1, 49, 1 cum crescere *herba* desiit et aestu arescit. 1, 51, 1 aestu paeminosa ⟨si sit⟩ *terra* (Cat. 68, 62 cum gravis exustos aestus hiulcat agros. Colvm. 5, 9, 12 cum terra aestibus hiat). 1, 51, 2 prope aream faciundum umbraculum, quo succedant homines in aestu tempore meridiano (2, 2, 11. 2, 4, 6). Cic. Tusc. 2, 35 cum *C. Marius* aestu magno ducebat agmen, laborabat. Cat. 97, 7 *mulae cunnus* diffissus (defessus *codd.*) in aestu. Lvcr. 1, 308 quo pacto *umor aquai* fugerit aestu (6, 616. 875). 5, 519 rapidi ... aetheris aestus (5, 483. 6, 481). 5, 649 aestibus inter se diversis sidera ferri. 5, 1104. 6, 860. Caes. Gall. 6, 30, 3 vitandi aestus causa. civ. 3, 49, 5 qui fontes ... celeriter aestibus exarescebant. 3, 95, 2. Verg. ecl. 2, 10 rapido fessis messoribus aestu. 3, 98 si lac *ovibus* praeceperit aestus (*cf.* Colvm. arb. 2, 2 uvae, quae praecipientur aestu). 5, 46 per aestum ... aquae ... sitim ... restinguere rivo. georg. 3, 434 *anguis* asper ... siti atque exterritus (exercitus *Schrader*) aestu. 3, 479 totoque autumni incanduit aestu *tempestas*. 3, 331 Luciferi primo cum sidere ... dum mane novum ... inde ubi quarta sitim caeli collegerit hora ... aestibus at mediis (*scil. tempore meridiano, ut supra l. 10 et 11*) ... solis ad occasum (4, 401 medios cum sol accenderit aestus. Ov. met. 7, 811 radiis ... primis ... medio ... in aestu. Colvm. 9, 15, 4 dies matutinus ... aestu medio. Clavd. carm. min. 25, 47 quid medio tecum modularis in aestu? *cf.* Ov. am. 1, 5, 1 aestus erat mediamque dies exegerat horam. met. 10, 126 aestus erat mediusque dies). Cvlex 165 mersus ut in limo magno subsideret (sub sideris *codd.*) aestu *serpens*. Dirae 16 aestu sitientia prata. 23 pestiferi. Tib. 2, 1, 47 rura ferunt messes ... cum sideris aestu deponit ... terra comas. Hor. carm. 1, 17, 18 Caniculae vitabis aestus. 2, 5, 7 fluviis gravem solantis aestum *iuvencae*. epist. 1, 8, 5 *quia* oleam ... momorderit aestus. Prop. 4, 4, 5 Silvani ramosa domus, quo dulcis ab aestu fistula poturas ire iubebat oves. Ov. met. 1, 49 non est habitabilis aestu *plaga media*. 1, 419 caenumque udaeque paludes intumuere aestu. 1, 435 ubi ... tellus ... solibus aetheriis altoque recanduit aestu. 5, 586 aestus erat magnumque labor geminaverat aestum. 6, 341. 7, 529 ignavos inclusit nubibus aestus. 7, 532 letiferis calidi spirarunt aestibus austri (flatibus *Heinsius improbabiliter et contra codd. cf.* Sil. 14, 621 letiferos repressit Sirius aestus). am. 3, 5, 7 sub arboreis vitabam frondibus aestum ... sed tamen aestus erat. 3, 2, 39 aeris aestus. Liv. 3, 6, 3 ea colluvio ... animantium ... urbanos et agrestem ... aestu ac vigiliis angebat. 25, 26, 7 intoleranda vis aestus. 35, 5, 7 minime patientia aestus Gallorum corpora. 44, 36, 5. Gratt. 421 duc *catulos* ... ut nudis incumbunt vallibus aestus, a vento clarique faces ad solis. Manil. 1, 869 trahit ad semet rapido Titanius aestu ... cometas. 4, 473 septima *pars* inutilis aestu. 5, 215 natura ... nimios obsessa per aestus. Vitr. 2, 7, 2 neque perferunt aestus *lapidicinae*. 5, 12, 7 meridianae regiones propter aestus cariem tineam teredines reliquaque bestiarum nocentium genera procreant. 9, 1, 2 aquae vapores a fontibus ad nubes per aestus excitari. Germ. frg. 4, 11 rapidos *Cancri* ... temperat aestus *Saturnus* (41 nocituros temperat aestus). Cels. 1, 10 p. 26 D. ambulare ... ante aestum. 2, 17 p. 63 ut per aestum anima deficiat. 5, 27, 4 p. 202. Sen. Herc. O. 1566 graves Titan ubi promit aestus. Thy. 855 Leo flammiferis aestibus ardens. nat. 3, 15, 7 quia guttae quaedam vel pressura loci eliduntur vel aestu evocantur *ex terra*. benef. 6, 7, 3 multos aestu laborantes. Cvrt. 4, 7, 6 intolerabilis (Mela 3, 71). 4, 7, 13 aestu fatigatis (5, 13, 23 Frontin. strat. 2, 1, 2 Don. [Svet.] vita Verg. p. 58 R. Itin. Alex. 25). 5, 4, 9. 7, 5, 7. 10, 10, 10. Colvm. 2, 9, 18 priusquam semina hient aestibus. 3, 2, 15. 4, 19, 3 exilis terra et acclivis torrensque aestu. 10, 400 Canis Erigones flagrans Hyperionis aestu. 10, 154 nec ... sitiens *planta* exhorreat aestu. 11, 2, 55. 11, 2, 57 VII. id. Aug. ... nebulosus aestus (Polem. Silv. ad Aug. 6). 12, 13, 1. Mela 1, 11 nisi quoad aestus *oram Indici maris* inhabitabilem efficiunt. 1, 53 solutae magnis aestibus nives. 1, 99 ubi *angues* in alveum eius *fluminis* aestus solemque fugerunt. Petron. 120 v. 70 funesto ... aestu. Calp. ecl. 5, 49 cum longa dies sitientes afferet aestus. Plin. nat. 2, 91 ventos ... ab his (*cometis*) graves aestusve significari. 6, 103 quia maior pars itineris conficitur noctibus propter aestus. 7, 23 quod in maiore aestu *Sciapodes* humi iacentes resupini umbra se pedum tegunt (Avg. civ. 16, 8). 8, 34 aestu torrente ... draconibus expeti elephantos (30, 89). 9, 58 quidam *pisces* aestus impatientia mediis fervoribus sexagenis diebus latent. 10, 85. 12, 58 circa Canis ortum flagrantissimo aestu (18, 270). 13, 98 quibus ... obnoxias *mensas* fecere aestus ventique. 14, 30 *balisca* aestus austrosque tolerat (34). 14, 99 pars eorum (*acinorum*) aestu moritur. 16, 27. 18, 242. 341. 31, 45. Stat. silv. 1, 5, 46 *ubi* alio sol improbus uritur aestu. Tac. hist. 2, 32 corpora militum aut Italiae sueta aut aestibus. 2, 93 corpora fluminis aviditas et aestus impatientia labefecit. ann. 15, 43. Plin. epist. 8, 1, 1 adversam valitudinem ferventissimis aestibus contraxerunt. 10, 15. Fronto p. 66, 9 N. manuleorum inter-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de bestiis: PLAVT. Bacch. 1138 aetate ... mutas *oves.* VARRO rust. 2, 1, 14 prima aetas ... pecoris et extrema sterilis. 2, 2, 2 melior. 3, 6, 2 *pavones* parantur bona aetate et ... forma. 2, 4, 3. 2, 6, 2. 3, 7, 3. 2, 9, 3 idoneā. 2, 8, 5 forma. 2, 3, 1. 2, 7, 1. 2, 8, 6 aetatem *hinnorum* ex dentibus cognoscunt (PLIN. nat. 11, 168 APVL. met. 8, 23). 2, 5, 7 pecudes aetate ... integrae (VVLG. num. 19, 2). 2, 10, 1 superiores. CIC. Tusc. 1, 94 provectā. LVCR. 5, 886 ecum ... vires aetate senecta ... deficiunt. 5, 1074 florenti. VERG. georg. 3, 165 iuvenum ... mobilis aetas. 3, 60 aetas Lucinam ... pati ... desinit (*sc. tauro. cf.* COLVM. 7, 3, 6. PLIN. nat. 8, 151 iusta ad pariendum annua aetas. 10, 175 tempestiva). HOR. sat. 2, 4, 45. OV. met. 13, 828 par. HYG. Gell. 16, 6, 15 ex minore aetate in maiorem transcendisse. CELS. med. 2, 18 media (COLVM. 6, 20). PHAEDR. app. 10, 8 aetatis ... vires languidas. SEN. dial. 10, 12, 2. COLVM. 6, 2, 1 illa aetas adhuc tenera est (6, 26, 1. 8, 11, 5. 8, 14, 10 PLIN. nat. 10, 197). 6, 24, 1 puerili. 6, 29, 5. 7, 9, 1 ab anniculā aetate ... progenerant *sues.* 8, 9, 4 vetus (*sc. turtulis*). 9, 1, 7 viridis aetas pulchritudinem conservat. 9, 3, 3 examen hanc aetatem ... excedere. PLIN. nat. 6, 66. 8, 116. MART. 11, 69, 7 non *canem* ... inutilis aetas abstulit. QVINT. inst. 5, 11, 30 differunt aetate. GAIVS inst. 2, 15 APVL. apol. 38. *de herbis*: VERG. georg. 2, 362 dum prima novis adolescit frondibus aetas (*de vitibus*). COLVM. 5, 6, 18 suppares esse aetate et viribus arbores. 4, 14, 3 quod tenera *flagelli* aetas non sustinet. 4, 17, 5 praedicta aetas (*sc. vitis*) ... tres materias ... desiderat. PLIN. nat. 17, 178. 15, 6 optima ... ad decerpendum *olivas.* 16, 148. 117. 235. 17, 175. 249. 19, 118 aliquid et seminum aetas confert. 21, 36 mediā (*sc. florum*). 25, 8 singulas *herbarum* aetates pingi. 27, 143 alias aliis *herbis* virium aetates esse. 1 ind. 118. TERT. anim. 19 aetas adimpleat habitum (*sc. arborum*).

B *translate*: 1 *per prosopopoeiam*: **a** *de populorum vita*: CIC. rep. 1, 58 haec CCCC annorum aetas ut urbis ... longa est. FLOR. 1, 2, 1 haec est prima aetas populi R. 1, 1 praef. 1, 17, 1 secunda (1, 17, 9 imperii). 1, 47, 1 tertia. 1, 34, 2. 1, 47, 2 cuius aetatis superiores centum anni. LACT. inst. 7, 15, 14 Seneca Romanae urbis tempora divisit in aetates. AMM. 14, 6, 4 adultam. OROS. hist. 3, 213 Lacedaemoniorum civitas ... immaturas misere expendebat aetates.

b *de aetatibus mundi* (*accedit haec significatio etiam ad III*): *α antiquorum*: NIGID. Serv. auct. ecl. 4, 10 quidam deos et eorum genera temporibus et aetatibus ⟨distinguunt⟩, inter quos et Orpheus: primum regnum Saturni, deinde Iovis, tum Neptuni, inde Plutonis; nonnulli etiam ... Apollinis. VERG. Aen. 8, 326 deterior ... decolor aetas et belli rabies ... successit (OCTAVIA 4, 18). ecl. 4, 4 ultima Cumaei venit iam carminis aetas. OV. 15, 96 vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen (EPICED. Drusi 243 prodidit. CALP. ecl. 1, 42 renascitur. CLAVD. rapt. Pros. 2, 285). GERM. 120 argenti crevit deformior aetas (AVIEN. Arat. 318). SEN. Phaedr. 526 prima quos ... profudit aetas. IVV. 13, 28 nunc aetas agitur peioraque saecula ferri. 6, 23 ferrea. AVIEN. Arat. 332 nascetur vilior. PRVD. Symm. 1, 84 successit ... corruptior. *nota: pro hominibus ipsis*: OV. met. 1, 89 aurea prima sata est aetas, quae ... fidem ... colebat. *β christiani sex enumerant aetates mundi*: *cf.* AVG. civ. 10, 14 humani generis ... eruditio per articulos temporum tamquam aetatum profecit accessibus. 10, 32 aetatum generis humani. 16, 43. 22, 30. catech. rud. 12, 39 saeculi. PS. AVG. serm. 91, 1 (FAVST. REI. serm. 7 p. 249) FVLG. aetat. mund. CASSIOD. var. 1, 10, 5 ISID. orig. 5, 38. 39. **c** *de rebus naturalibus vel manu factis*: CIC. facet. dict. 10 M. aetatem fert *vinum* (*sc. XL annorum*). SEN. epist. 36, 3 pati. nat. 4, 13, 3 veteraria per sapores aetatesque disponere. PLIN. nat. 23, 34 media *Falerni* aetas a XV annis incipit. 23, 40. 14, 74 MART. 10, 36, 2 (APVL. met. 2, 11). 17, 35 non aetate ..., sed natura sua anus terra. STAT. Ach. 1, 108 partem *montis* sua ruperat aetas. TERT. bapt. 3 aetatem venerari aquarum. OV. met. 10, 115 bulla super frontem *cervi* ... parili ... aetate. PETRON. 88 consulere ... aetates tabularum. FRONTIN. aq. 23 auctoris cuiusque aquae et aetates. PAPIN. dig. 30, 58 aedificiorum aetatibus examinatis. MACR. sat. 3, 6, 6. COD. Iust. 8, 11, 16 (*a. 406*) aedes aetatis senio ... concussas. **d** *de rebus incorporalibus personatis*: VARRO ling. 7, 3 verborum ... aetatem. PLIN. nat. 1 ind. 34 picturae. TAC. ann. 12, 29 prima imperii aetate. TERT. pud. 6 deputetur aetas quaestionis. 1 habet et in Christo scientia aetates suas. PETR. gramm. suppl. 159, 24 littera ... similis ... infanti, quia per varias aetates ... ad perfectam aetatem crescit. SEN. contr. 1, 1, 22 in puero lenocinium erat ingenii aetas. STAT. silv. 5, 2, 14 mentem sua non capit aetas. TERT. anim. 31 cum varia aetate discedant animae, cur una revertuntur?

2 *adhibetur ad notionem circumscribendam ipsorum*: **a** *hominum*: *α notantur senes*: PLAVT. Mil. 622 istaec aetas fugere facta. Most. 288 Merc. 549. Pseud. 111 in te ... spes sunt aetati meae. CIC. Cato 57 calescere. Att. 15, 4, 3 nostrae aetati ... non fuerit ... fugiendus. PVBLIL. V 5 ubi peccat aetas maior, male discit minor. OV. ars 1, 65 te ... iuvat ... sera et sapientior aetas. fast. 3, 765 cur anus hoc faciat ...? vinosior aetas haec est. 6, 599 infirma vincitur. CELS. med. 2, 10 primam ultimamque aetatem sustinere non posse. SEN. dial. 10, 4, 6 infractam ... territabant. HOMER. 154 laudatur Nestoris aetas. 737. FRONTO p. 198, 14 N. subleva misericordia aetatem familiarem tibi et patritam. CAPITOL. Pius 12, 3. DICT. 3, 21 postremam aetatem meam ... in ... aerumnas deduxit. *β adulescentes, iuvenes*: PLAVT. Bacch. 409 illaec aetas si quid illorum facit ..., feci ... istaec itidem in adulescentia. Most. 263. TER. Phorm. 570 non manebat aetas virginis meam neclegentiam. CIC. Verr. 6, 137 aetati ... lubricae atque incertae exempla nequitiae ... praeberet. Vat. 24 ab illa aetate postulandum fuit. Cael. 11 custodiendam. off. 1, 22 arcenda est. Cato 46 cum aequalibus ... cum vestra ... aetate atque vobiscum. 48 voluptatibus bona aetas fruitur. Cael. 76 amputanda plura sunt illi aetati. 73. Cluent. 13 illa aetas capi ... potest. de orat. 1, 256. PROP. 2, 10, 7 aetas prima canat Veneres. OV. met. 3, 540 acrior aetas, o iuvenes. fast. 6, 86 haec aetas bellum suadet, at illa gerit. LIV. 30, 14, 6. 39, 13, 14 captari aetates et erroris et stupri patientes. PAVL. FEST. 104, 12. SEN. suas. 2, 12 quos vestra aetas vidit. PHAEDR. 3, 10, 23 aetatem adultam (*i. filium*) servans. ASCON. Mil. p. 44 B. LVCAN. 10, 134 stat contra fortior aetas vix ulla fuscante ... lanugine malas. QVINT. inst. 1, 12, 11 aetatis illius facilitatem. 5, 10, 97. decl. 279 p. 136, 10 quid ... haec aetas committere potuit? IVV. 8, 171. APVL. mund. 19 adolescens aetas permixta senioribus. VVLG. Iob 32, 7 prolixior loqueretur. SVLP. SEV. Mart. 10, 6 operi *scribendi* minor aetas deputabatur. *γ homines mediae aetatis*: SEN. contr. 7, 5, 3 cuius vis levissimum esse somnum? pueri an senis an mediae aetatis? CELS. med. 1, 3 inediam facillime sustinent mediae aetates, minus iuvenes, minime pueri. 2, 1 aetas media tutissima est, quae neque iuventae calore neque senectutis frigore infestatur. CAEL. AVR. acut. 3, 176 quae (*passio*) solet accidere aetatibus mediis atque iuventuti. chron. 1, 4, 70. 1, 5, 146. 1, 6, 181. 2, 12, 138. VAL. MAX. 3, 4, 1 eiusdem adulescentia in pecore pascendo fuit occupata, validior aetas imperium Romanum rexit: senectus excellentissimis ⟨ornamentis⟩ decorata. SIL. 3, 85 pubes et firmior aetas emicet in Martem. TERT. cult. 2, 9 aetates requietas et in portum modestiae subductas ... splendor et dignitas cultus avocant. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 119 infantibus vel pueris ... perfectis autem aetatibus. *δ infantes, pueri*: CIC. Arch. 4 quibus *artibus* aetas puerilis ad humanitatem informari solet (CELS. med. 7, 20). LIV. 31, 28, 5 aetatem eius regerent. 2, 13, 10. SEN. contr. 7 pr. 6 tenera aetas refugit omne (CELS. med. 2, 8. SEN. dial. 11, 18, 8 quae praecepta teneris inprimuntur aetatibus. QVINT. inst. 1, 10, 34. CARM. epigr. 1539, 8 tenerae aetati [*i. infanti*] ... gravis *lapis.* 422, 15. 1406, 4). LIV. 24, 26, 11 puellis ... a qua aetate ... hostes ... abstinere. PAVL. FEST. 36, 7 eam aetatem alterius regendam consilio. SIL. 16, 655 puer ille et futilis aetas ... restituit ... terras. 9, 878 simplex. QVINT. inst. 2, 5, 18 primarum aetatium ingenia. 1, 11, 13 infirma aetas maiora non capiet (1, 3, 12. 1, 3, 17. PAVL. dig. 30, 122 in alimenta infirmae aetatis, puta senioribus vel pueris. SVLP. SEV. chron. 1, 34, 5 armis infirma aetas [*i. David*] gravabatur. dial. 1, 10, 4 insolesceret). 1, 9, 1. 2, 4, 17. 1, 12, 8. 1, 1, 26 illa aetas gaudeat. 2, 4, 6. 6 pr. 8. 11, 3, 28 turgescit. decl. 306 p. 199, 27. TAC. ann. 13, 2 lubricam principis aetatem ... retinerent. TERT. orat. 22 aetas quae sexum suum ignorat (*bis*). bapt. 18 quid festinat innocens aetas? VLP. dig. 4, 4, 1. VICT. VIT. 3, 40 cum tali aetate non blanditiis ageretur. OREST. trag. 370 mollior ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gessit. Carm. epigr. 1813, 1 castae in tumulo iacet aetas prima puellae. ε *homines militaris aetatis*: Liv. 28, 19, 13 non militaris modo aetas aut viri ..., sed feminae puerique ... adsunt. 7, 7, 4 excitur. 31, 17, 9 iurat. 3, 6, 8. 4, 60, 8. 8, 8, 6 robustior ... aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebatur. Amm. 15, 12, 3 ad militandum omnis aetas aptissima et senex ducitur et adultus. ζ *universe*: Plavt. Merc. 984 aetatem aliam aliud factum condecet (Ter. Ad. 832. Qvint. inst. 2, 4, 14 emendanda est). Cic. har. 11 omnium aetatum ordinumque suffragiis. dom. 90. Sest. 109 omnes aetates, omnes ordines una consentiunt. Att. 2, 19, 2. 4, 1, 4 (Q. Cic. pet. 34 Cvrt. 3, 11, 22 Ambr. exc. fratr. 1, 28). off. 1, 123 luxuria ... omni aetati turpis. Cato 30. Epiced. Drusi 203 omnis adest aetas, ... iuvenesque senesque. Liv. 27, 51, 1. Sen. dial. 6, 7, 4. 5, 2, 1 nullam transit aetatem, nullum hominum genus excipit. Stat. Ach. 1, 406 coeunt gens omnis et aetas. Theb. 12, 471 omnis ... effusa ... aetas tecta ... replent (Amm. 22, 2, 4). Qvint. inst. 12, 1, 31. Tac. ann. 14, 38 omni aetate ad bellum versa. hist. 4, 42 Plin. epist. 9, 33, 3 Script. hist. Aug. Optatvs 5, 10 *tunica* vestiat et omnes aetates et formas. Dares 44 omnis aetas hominum secuta est. Hist. Apoll. 36[a] omnis aetas populi ... cucurrit. Nep. Att. 16, 1 cui aetati fuerit aptissimus. Liv. 5, 27, 7 eam aetatem, cui ... captis urbibus parcitur (Qvint. decl. 337 p. 328, 7. Itin. Alex. 51 indiscretius dextris in aetates et sexus ⟨usi⟩. Optatvs 2, 26 Lampr. Comm. 19, 4. Amm. 30, 5, 14 ingulata aetate promiscua). Val. Max. 6, 6 ext. 2 omni ... aetate inbelli urbe egesta. Tac. ann. 13, 56. 13, 54. 15, 13 Amm. 31, 2, 20 Veg. mil. 4, 7. 4, 25). Cels. med. 1, 3 pueris, senibus ... neutri aetati. 2, 8. Sen. Oed. 53 omnis aetas ... et sexus ruit (Tac. ann. 16, 13 non ... periculo vacua. 6, 19 iacuit. Svet. Cal. 4. Apvl. 7, 13 pompam cerneres omnis sexus et omnis aetatis. Capitol. Aur. 18, 5 Amm. 22, 2, 4 Hier. epist. 1, 10. 154, 13 fragilis sexus et inbecilla aetas suo arbitrio abutitur. Avg. civ. 2, 19 capax. Qvint. inst. 1, 3, 10. 1, 1, 20. 2, 4, 8. Svet. Iul. 43 lecticarum usum ... nisi certis personis et aetatibus ... ademit. Tert. orat. 22 in utroque sexu minor aetas maioris sequatur disciplinam. Paneg. 6, 14 *res p.* defenditur coniuncti imperii duabus aetatibus. Vopisc. Tac. 4, 7 videte ..., quam aetatem (*i. cuius aetatis virum*) ... mittatis. Oribas. syn. 2 add. p. 842. **b** *animalium certae aetatis*: Colvm. 7, 6, 8 utraque aetas partum edit (*de capellis*). 7, 3, 15. Chiron 228 circa maiores aetatis (*sc. de iumentis*) semper facere. quod vitium ... in pusillas aetates contingit. **c** *rerum*: Hor. ars 60 verborum vetus interit aetas. Stat. Theb. 7, 745 montis ... victa situ non pertulit aetas. Tiberian. carm. 4, 1 annosa poli *omnipotentem* suspicit aetas.

III Gloss. **tempus** **χρόνος**. **A** *de temporibus rerum gestarum memoriae subditis*: **1** *proprie*: Gloss. ἡλικία ἡ ἀπὸ χρόνου: **a** *spatium unius hominum generis vitam complectens*: Cic. epist. 1, 8, 1 nullam mutationem ... hac hominum aetate habitura res esse videatur. nat. deor. 2, 5 una cum saeclis aetatibusque hominum (Liv. 1, 9, 1. Manil. 2, 589 per ... tot aetates hominum, tot tempora et annos. Paneg. 7, 21 humanarum numerus aetatum, quae tibi ... ultra Pylium senectutem). rep. 2, 2 nec una hominis vita, sed aliquot constituta saeculis et aetatibus. Tusc. 4, 3 aetates et tempora ignorarent propter vetustatem. Brut. 307 trium aetatum oratores (Ascon. Scaur. p. 22 B. Cic. Cato 31 tertiam ... aetatem hominum vivebat *Nestor*. Cvrt. 8, 1, 13 quattuor continuis aetatibus intactum saltum. Plin. nat. 16, 237 una aetate ante Iliacum bellum). Ov. met. 12, 188 vixi annos bis centum: nunc tertia vivitur aetas (Tac. hist. 4, 84). de orat. 2, 92 aetates extulerint singulae singula ... genera dicendi (1, 8 Brut. 333 Vitr. 7 pr. 1). Liv. 1, 7, 14 antistites ... per multas aetates fuerunt (1, 45, 4. 9, 3, 10. 33, 3, 2. Sen. epist. 84, 10 multarum aetatum exempla. Cvrt. 8, 6, 6. Ascon. Pis. p. 13 B. multis aetatibus ante Ciceronem. Lact. inst. 2, 13, 4). 34, 26, 13 per aliquot aetates ... expulsi. Sen. epist. 94, 61 *coni. c.* saeculis. dial. 7, 27, 2 per tot. 6, 26, 5 tot aetatium contextam seriem (Octavia 430 Cvrt. 9, 7, 13. Oros. hist. 1, 21, 17 per tot aetatum volumina). nat. 3, 27, 2 urbes constituit aetas, hora dissolvit. Ascon. Pis. p. 3 B. post plures. Amm. 23, 5, 20 plures absumptae sunt maioribus ... aetates, ut. 22, 16, 8 per varias. **b** *saeculum, aera*: α *praesens*: Varro rust. 2, 1, 3 humanae vitae ab summa memoria ... ad hanc aetatem (Nep. Att. 18, 3). Cic. Quinct. 7 huiusce aetatis homines (Ov. ars 3, 122 haec aetas moribus apta meis). de orat. 2, 122 neminem ... inlustriorem ..., quem aetas nostra tulerit (Nep. Att. 12, 4 Tac. ann. 3, 55 Plin. epist. 4, 17, 4. 5, 14, 4 *cf.* Qvint. inst. 12, 5, 5). nat. deor. 1, 11 usque ad nostram ... aetatem. Tusc. 1, 5 (Liv. 34, 51, 5. 2, 14, 1 Qvint. inst. 1, 5, 15. 1, 11, 18). Brut. 207 neque tam multa quam nostra aetate iudicia fiebant (div. 2, 117 Liv. 7, 14, 6. 28, 12, 12 Fest. 230, 31 Cels. 1 pr. 6, 6, 8 Sen. nat. 5, 15, 2. 7, 6, 1. 7, 23, 1 Plin. nat. 16, 242. 30, 14. 33, 140. 34, 45 Qvint. inst. 1, 4, 20). leg. 1, 8 sunt ... maximae res in hac memoria atque aetate nostra (Plin. nat. 14, 47). Phil. 8, 8 omnia *bella civilia* in nostram aetatem inciderunt. Liv. 40, 27, 11 maximos aetatis nostrae reges (Sen. nat. 6, 21, 1 Colvm. arb. 17, 1 Plin. nat. 35, 20 Qvint. inst. 3, 1, 21. 10, 1, 104 Plin. epist. 9, 13, 6 Tert. nat. 2, 16 Amm. 16, 7, 8 Svlp. Sev. chron. 2, 46, 1). Val. Max. 8, 7, 2 propior aetati nostrae. Tac. dial. 1 nostra ... aetas deserta (*opp.* priora saecula). 16 Tert. nat. 1, 7. Veg. mil. 1, 20 usque ad praesentem (Hier. epist. 39, 7). Min. Fel. 38, 6 nostri temporis aetate. β *vetus*: Cic. Brut. 181 quid ... est superioris aetatis ...? (Caes. civ. 1, 7, 5 exempla. Amm. 31, 5, 11 revolvantur). 225 (Veg. mil. 1, 28. 3, 11). Ov. met. 9, 225 prior edidit. Tac. ann. 6, 22 clara documenta et antiqua aetas et nostra tulerit. Gell. 17, 21, 1. Sol. 38, 3 *Cilicem* aetas pristina paene ultra aevum memoriae abscondit. Avien. or. mar. 276 priscā. Liv. 8, 37, 12 ad patrum aetatem. 1, 30, 2. 36, 7, 10. 39, 16, 8. 45, 7, 2 (Vell. 2, 90, 3. Ascon. Scaur. p. 23 B. aetate patrum Ciceronis. Plin. nat. 25, 77. Sil. 9, 59 proavorum aetate. Mart. 8, 56, 1 temporibus nostris aetas ... cedat avorum). Ov. fast. 1, 329 aetate priorum (Vell. 1, 17, 2. Vita Cypr. 2 vetustatis aetatem). γ *posterior*: Cic. Brut. 228 inferioris aetatis ... proxumus. ac. 2, 73. Ov. met. 15, 835 in ... futuri temporis aetatem venturorumque nepotum. Colvm. 1, pr. 31 pulchritudine ... Minervae ... Phidiacae sequentis aetatis (Amm. 15, 9, 7. Svet. Aug. 31 insequentium. Avg. civ. 2, 18 de consequenti). Amm. 17, 4, 9 ad aevi sequentis aetates (30, 4, 6 per varias). Phoc. gramm. V 409, 4 recentiore. Sidon. epist. 2, 14, 1 citeriore. δ *de aequalitate*: Cic. Brut. 221 in ... numero eiusdem aetatis C. Carbo fuit (206 off. 3, 73 Liv. 1, 18, 3 Qvint. inst. 9, 4, 1 Plin. 6, 21, 4). Liv. 8, 3, 7 eadem aetas rerum ... Alexandri est. Vell. 2, 9, 6 eadem aetate (Plin. nat. 9, 170. 10, 52. 25, 45. 29, 8. 30, 10. 35, 79. 107. 148. 36, 30). Vell. 1, 17, 1 subpari (*cf.* Cic. Brut. 29). Sen. epist. 90, 6 Lycurgum si eadem aetas tulisset. 18, 32 in eadem. Qvint. inst. 10, 1, 76 X *oratores* aetas una tulerit. Apvl. flor. p. 32 Oud. aetas illi cum Socrate. ε *definitur hominum quorundam vitis vel re memorabili indicatis*: Cic. Brut. 301 inciderat in Cottae ... aetatem (Qvint. inst. 12, 1, 16). 39 ante Solonis aetatem (Tusc. 4, 5). 99 horum aetatibus adiuncti. 174 leg. 1, 6 (Vell. 2, 9, 2 quorum aetati ingeniisque successere. *cf.* Plin. nat. 13, 101). nat. deor. 3, 11. rep. 2, 18 Romuli (Plin. nat. 35, 55). Brut. 286 quae *res* erant Athenis ipsius (*i. Democharis*) aetate gestae. 170 Ti. Gracchi. 230 quos in Sulpici aetate posui. Tusc. 5, 8 ad Pythagorae (Plin. nat. 4, 66). Vell. 1, 7, 1 circa CXX annos distinctus ab Homeri aetate. 1, 3, 3 quibus vocabantur aetate eius (*i. Homeri*). Plin. nat. 21, 48 Alexandri Magni aetate, *et passim.* 20, 144 in Magni Pompei aetate ... conpertum est (33, 156 circa. *cf.* 35, 55). 6, 81 ut ... liqueret, Alexandri Magni aetas resque praestitere. 34, 53 distinctis celeberrimorum aetatibus. Ivv. 15, 109. Tac. dial. 16 quam oratorum aetatem significatione ista determinetis. Avg. civ. 18, 8. 11. Cic. Tusc. 5, 7 heroicis (Sen. dial. 9, 7, 5 Catonianae). epist. 6, 6, 9 summorum tuae aetatis. Brut. 75 multis saeclis ante suam aetatem cantata *carmina* ... reliquit Cato. Nep. Alc. 1, 2 omnium aetatis suae ... formosissimus (Liv. 9, 16, 13. 9, 34, 9. 29, 29, 5. 30, 30, 1. 35, 10, 5 Corp. XI 18, 28 Val. Max. 5, 3 ext. 3. 8, 15 ext. 2 Sen. epist. 79, 17 Colvm. 1, 4, 2. 1, 1, 3 Qvint. inst. 10, 1, 38. 10, 1, 112 hominibus. Apvl. flor. p. 101 Oud. Gell. 1, 10, 1 verbis). Liv. 1, 53, 2. Mon. Ancyr. 3, 27 ad memoriam aetatis meae (Sen. epist. 15, 1 Plin. nat. 12, 57 Vopisc. Prob. 2, 1). Plin. nat. 25, 5 maximus aetate sua regum. 2, 169 Gell. 4, 7, 1 Avg. civ. 15, 20. Plin. nat. 12, 8 circa captae urbis aetatem. *speciatim significat annos imperii*: Svlp. Sev. chron. 1, 36, 3 Samuelis annos sub regis istius aetate numeratos. *cf.* 1, 36, 3 de aetate imperii eius. ζ *definitur in universum*: Cic. Brut. 45 haec ... aetas prima ... oratorem ... perfectum tulit (Tac. ann. 3, 75). 36 effudit hanc copiam. 29 huic aetati suppares. 127 successit. 36 usque ad hanc. 295 illius aetatis principem (*et saepe.* Liv. 40, 8, 14 regum huius aetatis, *alias.* Plin. nat. Qvint. inst. 1, 1, 23. Tac. ann. 3, 24 cetera illius aetatis. Tert. nat. 2, 12 proximis. Avg.). 161 in qua aetate exstitisset (Liv. 1, 18, 1. 1, 57, 1 Plin. nat. 36, 28 Avg. civ. 6, 1). Liv. 8, 13, 9 rara illa aetate res. *saepissime.* η *qualitas, magnitudo, numerus*: Cic. Brut. 182 nec ulla aetate uberior oratorum fetus fuit (Sen. benef. 3, 32, 6). Liv. 9, 17, 7 duces ... omnium aetatium (Sen. epist. 24, 3 Cvrt. 3, 5, 5. Lvcan. 5, 177 venit aetas omnis in unam congeriem). 9, 18, 10 in tam longo spatio quam in aetate tredecim annorum. Mela 1, 59. Vell. 1, 16, 3 multorum annorum spatio divisa aetas. 2, 53, 4 in aetate et tanti et paene nostri saeculi (Oros. hist. 4, 12, 9 plurimas magnorum saeculorum). Sen. epist. 104, 29 tota illa aetas ... in armis est exacta civilibus. Cvrt. 5, 7, 9 longā. 7, 6, 27. Lvcan. 3, 309 testatur ..., comprensa est Latiis quaecumque annalibus aetas. Sil. 17, 333. Tert. test. anim. 5 modicā. Cypr. epist. 73, 3 anni sunt ... multi et longa aetas. Avg. civ. 3, 17. 15, 20. 15, 14 interposita aliquanta aetate. Avg. civ. 22, 1 aetatis per multa saecula longitudinem. Svlp. Sev. Mart. 20 nostrorum aetas temporum. Anth. 287, 9 nostri temporis ... aetas. *condicio*: Prop. 1, 4, 7 quascumque *mulieres* tulit formosi temporis aetas. Lvcan. 8, 869 veniet felicior aetas (Sil. 11, 123). Qvint. inst. 10, 1, 104 aetatis nostrae gloriam. ϑ *partes, series aetatis*: Cic. Brut. 232 ordo aetatum. de orat. 1, 16 ex omni memoria aetatum, temporum, civitatum (*cf.* 1, 171 Mon. Ancyr. 3, 27 *supra l. 46*). Sen. dial. 6, 26, 5 tot saecula, tot aetatium contextam seriem (Amm. 21, 5, 4 examina). 2, 7, 1 aetatium intervallis. Gell. 9, 4, 13 in temporibus aetatis suae ... auctoritate ... praeditus. Tert. nat. 1, 9 aetatis nostrae ... anni CCC. Avg. civ. 15, 8 in saeculi huius prima aetate. 2, 18 brevi aetatis spatio. 16, 11 ad illud aetatis.
ι *cursus aetatis*: Verg. Aen. 1, 285 veniet lustris labentibus aetas, cum (Lvcan. 8, 869 Sil. 11, 123). Tac. dial. 16 antecedit. Min. Fel.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 8 tanta aetas abiit, saecula innumera fluxerunt. *de aetatibus mundi v. s. I B 1 c.*

2 *translate pro hominibus certo temporum spatio viventibus*: **a** *ad 1a*: γενεή: NEP. Tim. 4, 4 haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium. HOR. epod. 16, 1 altera . . . teritur bellis civilibus aetas. 9 impia . . . devoti sanguinis aetas. carm. 1, 35, 35 nos dura . . . aetas. 3, 6, 46 parentum. VAL. FL. 6, 115 eum Scythiae . . . tertia viderat aetas. SIL. 7, 11 ultima Dardanii transisset nominis aetas. *nota de diis*: GERM. 555 proelia conmisit divorum laetior aetas. **b** *ad 1b*: VARRO rust. 2, 1, 11 cui h a e c aetas defert . . . palmam (CIC. de orat. 1, 40 iuris ignara est. 1, 165. OV. fast. 1, 246 Ianiculum vocat. LVCAN. 5, 3, 86). 3, 3, 10 nostra aetas, in quam luxuriam propagavit leporaria, hac piscinas protulit ad mare. RHET. Her. 1, 13 historia est gesta res, sed ab aetatis nostra memoria remota. CIC. inv. 1, 27 (rep. 1, 1 AVG. civ. 18, 40). Brut. 22 tibi aetas nostra . . . cederet. rep. 5, 2 rem p. . . . accepisset. epist. 4, 9, 3 sensit (*opp.* maiores nostri). LYDIA 51 nostra . . . aetas. LIV. 1 pr. 5 vidit (SEN. nat. 1, 1, 12 PLIN. nat. 2, 99. 2, 232. 7, 74. 28, 12. 34, 38). VAL. MAX. 2, 1, 2 conservat. COLVM. 4, 8, 1 probavit. 10 pr. 2 sequens et . . . nostra aetas . . . libidinosa pretia constituerit. 17, 116. 7, 184. 33, 145 fortior fuit. PLIN. nat. 2, 199 cognovit. 25, 86 meminit. ap. Char. gramm. I 132, 23 abolevit. LIV. 1, 19, 3 nostrae aetati dii dederunt ut videremus. COLVM. 8, 10, 6 aetatis nostrae luxuries. PLIN. nat. 35, 51 insaniam. HOR. epist. 2, 1, 42 quos et praesens et postera respuat aetas. OV. trist. 5, 9, 7 te praesens . . . nosset, te serior aetas. VAL. MAX. 4, 2, 1 comprobavit (*opp.* veteres). CVRT. 8, 5, 11. 9, 10, 28 mirata est (*opp.* posteritas). AVSON. 192, 6 opponit . . . quem viris prioribus aetas recentis temporis. CIC. orat. 219 v e t e r e s illi, Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem. 185 Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit (GELL. 19, 10, 10 pleraque). QVINT. decl. 314 p. 235, 14 vetus illa et antiqua aetas tradidit. 306 p. 201, 17. inst. 12, 1, 36 credidit. TAC. Agr. 2 vidit (*opp.* nos). AVIEN. orb. terr. 136 nomen prior indidit aetas. CIC. orat. 18 cui . . . primas . . . patrum nostrorum aetas tribuebat. LYGD. 4, 25 non . . . quicquam formosius ulla priorum aetas . . . videt. VAL. FL. 5, 314 veterum . . . horruit aetas. GELL. 18, 5, 8 veterum aetas . . . dixerunt. CIC. phil. frg. 5, 32 M. philosophi . . . . Thales . . . primus. r e c e n s haec quidem aetas (TAC. ann. 6, 42 invenit. AMM. 23, 4, 7 novella). LYDIA 75 quod deus atque heros, cur non minor aetas? OV. fast. 6, 639 disce . . . veniens aetas (*cf.* VEG. mil. 4 pr.). Pont. 2, 6, 27 sequens mirabitur (*opp.* prior. COLVM. 8, 16, 3 abolevit. PLIN. nat. 23, 33. 6, 101. 16, 110 secuta aetas . . . interpretata est. 2, 119 addidit. 20, 121 defendit. 33, 160 TAC. ann. 4, 31 AMM. 17, 4, 16 ANON. de mach. bell. 1). VAL. MAX. 4, 7, 7 posterior intuens. 4, 3, 7 (PAPIN. dig. 33, 10, 9, 1. VEG. mil. 4, 38 experimentum posterioris aetatis). SEN. nat. 7, 30, 6 aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit, aspiciet. AMM. 22, 15, 4 posterae . . . ignorabant aetates. 23, 6, 33. CIC. div. 1, 37 o m n i s aetas oraculorum . . . veritatem experta. VERG. Aen. 7, 680 credidit. SEN. contr. 2, 2, 11 VAL. MAX. 2, 9, 4 narravit. SEN. nat. 6, 5, 3 inveniet. 7, 15, 1. LVCAN. 7, 641 vincimur . . . omnis quae serviat aetas. CARM. epigr. 80, 5 optet. HIER. epist. 100, 8 omnem . . . aetatem docerent. CIC. Marcell. 9 nec u l l a . . . aetas . . . conticescet. CAT. 64, 322 nulla arguet. 232 (OV. met. 2, 418 cecīderat. 8, 329 OCTAVIA 857. SEN. Phoen. 266 neget. dial. 10, 15, 4 abolevit. epist. 97, 1. LVCAN. 7, 553 discat. 387. 10, 270 SIL. 2, 696. 6, 152 viderit. CARM. epigr. 279, 3). OV. am. 1, 15, 21 Varronem . . . quae nesciet aetas? *nota*: CVRT. 4, 14, 10 quo nullum amplius vidit aetas (*i. homines ullius aetatis*) aut constituet. OV. trist. 2, 26 *ludos saeculares* aetas aspicit una semel (SEN. nat. 7, 25, 4). PANEG. Mess. 11 neget ne longior aetas. AMM. 24, 6, 14 longae loquantur. CIC. Brut. 60 illius aetatis qui sermo fuerit. 201. 258 laus. QVINT. inst. 1, 10, 10. SEN. dial. 2, 1, 3 Catonem aetas sua parum intellexisset. epist. 114, 12 (QVINT. inst. 3, 7, 18). PLIN. nat. 33, 57. 29, 9 eadem aetas . . . ad Thessalum transilivit. VAL. MAX. 4, 4, 6 quo *exemplo* omnis aetas Romana gloriabitur (TAC. ann. 15, 45 omnis populi Romani aetas . . . sacraverat). PLIN. nat. 31, 113 proxima aetas medicorum . . . tradidit. TAC. dial. 20 obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior . . . exstitit. CARM. epigr. 1808, 11 christiana . . . circumfusa . . . venit. SEN. nat. 1, 17, 5 aetas illa simplicior et . . . contenta. LVCAN. 10, 111 quod vix corruptior aetas extruat. STAT. Theb. 7, 220 veniet suspectior aetas ultoresque alii. QVINT. inst. 12, 11, 22 nascendi . . felicior. TAC. Agr. 1 incuriosa suorum. CLAVD. 26, 160 nos terrorum expers et lusu mollior aetas (*v. p. 1134, 84*).

B *de tempore in universum*: ENN. ann. 433 longinqua dies (*gen.*) confecerit aetas. VARRO ling. 6, 11 aevum ab aetate omnium annorum. CIC. nat. 2, 52 *stella* nihil immutat sempiternis saeclorum aetatibus (HIER. epist. 100, 6 nulla . . . corrumpit). LVCR. 1, 558 longa diei infinita aetas anteacti temporis omnis quod fregisset. OV. fast. 1, 151 est nova temporis aetas (*i. ver*). SEDVL. op. pasch. 2, 1 longam . . . temporum per aetatem vita brevis existens . . . ingemeret. CIC. nat. deor. 2, 64 natos comesse fingitur . . . Saturnus, quia consumit aetas temporum spatia annisque praeteritis . . . expletur. Marcell. 11 tropaeis . . . tuis adlatura finem sit aetas (nihil est . . ., quod non . . . consumat vetustas). LVCR. 1, 234 in eo spatio atque anteacta aetate. 2, 298. 3, 672. 1, 233 omnia . . . debet . . . infinita aetas consumpse anteacta diesque (*cf.* CENS. 16, 6). 1, 225 quaecumque vetustate amovet aetas. 5, 317 tormenta aetatis. 672 dentes cadere imperat aetas. 828 mutat . . . mundi naturam (835. 1276). 6, 545 speluncas subruit. VERG. ecl. 9, 51 omnia fert aetas. HOR. carm. 4, 9, 10 delevit. SEN. suas. 5, 8 tempestatibus et aetate consumi. LVCAN. 7, 397 aetas haec carpsit edax. SIL. 2, 22 edit *turres* longior aetas. AVG. civ. 21, 4. LVCR. 3, 986 nec . . . perpetuam aetatem possunt reperire. 5, 356 durare . . . per omnem (*cf.* SEN. epist. 53, 11. 99, 31. 102, 22 artam). 3, 847 materiem nostram collegerit aetas. 5, 1454 protrahit. 1, 468 saecla hominum . . . inrevocabilis abstulerit . . . praeterita aetas. CAT. 68, 43 nec fugiens saeclis obliviscentibus aetas . . . nocte tegat studium (*cf.* SEN. Herc. f. 292). VERG. Aen. 8, 200 attulit . . . aetas auxilium. HOR. epist. 1, 6, 24 in apricum proferet. carm. 1, 11, 8 fugerit invida. OV. met. 10, 519 labitur . . . fallitque volatilis aetas (SEN. Herc. f. 292 quidquid avida tot per annorum gradus abscondit aetas. Tro. 385). PANEG. Mess. 210 hominem me longa receperit aetas. PLIN. nat. 16, 199. 19, 160 semel sata diutinā aetate durat. QVINT. inst. 1, 4, 13 *mutationes* aetate transierunt. FLOR. 2, 1, 7 sedes aetate quasi iure possidebant. APVL. Plat. 1, 12 mortales deos . . . ad aevitatem temporis edidit. MIN. FEL. 11, 4 corpus . . . annis et aetatibus in terram resolvatur. SVLP. SEV. chron. 5, 5, 7. *Kempf.*

Aetātius *nom. gent., cf.* Aetius. CORP. VI 18545 Fortunato patri et Successae matri pientissimae Aetatia Fortunata. *Otto.*

aetātula, -ae *f. deminutive ab* aetas. SCHOL. Cic. Bob. p. 324, 28 labeculam] . . . sic . . . veteres et aetatulam et nubeculam dixerunt. GLOSS. aetas parva, aetas modica. **1** *tempus vitae humanae*: PLAVT. Pseud. 173 quae *mulieres* in munditiis, mollitiis deliciisque aetatulam agitis. **2** *gradus vitae humanae*: **a** *de pueritia*: PLAVT. Rud. 894 ambas *mulierculas* forma scitula atque aetatula. VARRO Men. 87 puerae, quas sinit aetatula ludere. CIC. fin. 5, 55 hoc cernere in primis puerorum aetatulis. CARM. epigr. 63, 2 (*saec. primo a. Chr.*) ossa parvae aetatulae. sepulta heic sita sum, verna quoius aetatula. APVL. met. 10, 29 puelli puellaeque virenti florentes aetatula, forma conspicui. 10, 31 flos aetatulae (*sc. puellaris*). apol. 2 optentu eius aetatulae (*i. admodum pueri*). IVL. VAL. 1, 10 *equos* ex aetatula iam recenti ad haec mihi praeparavi. 1, 10 despectans eius aetatulam. 1, 37 *pilae* congruat cum tua aetatula lusitatio (*contemptim de Alexandro iam Syriam expugnante*). SVLP. SEV. chron. 2, 1, 7 puerum contemptae aetatulae. GREG. TVR. Mart. 2, 43 illius (*i. infantuli*) aetatulae oportunum est. *pro pueris (puellis) ipsis*: PLAVT. Pers. 229 hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam (*i. puerum huius . . . aetatulae*). PRVD. perist. 10, 677 innocenti aetatulae inferre leges. SIDON. epist. 4, 1, 3 aetatulam nostram mobilem, teneram, crudam . . . castigatoria severitate decoqueret. GREG. TVR. vit. patr. 20, 1 tali aetatulae (*i. puellae*) persuasit. **b** *de adulescentia*: PLAVT. Cist. 49 numquam senecta fies (*sc. meretrix*) semperque istam quam nunc habes aetatulam optinebis. Most. 217 dum tibi (*adulescenti*) nunc haec aetatulast (*opp.* in senecta). CAECIL. com. 153 fuit integrā aetatulā. CIC. har. 42 primam illam aetatulam suam ad scurrarum . . . libidines detulit. Sest. 18 conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae. SVET. Claud. 16 parcius aetatulae indulgeret *iuvenis*. APVL. met. 11, 15 lubrico virentis aetatulae. *pro virgine ipsa*: APVL. met. 7, 9 nec . . . levi pretio distrahi poterit talis aetatula. 1, 12 hic Catamitus meus, qui diebus ac noctibus inlusit aetatulam meam. **3** *aera parvula*: PRVD. perist. 10, 614 antiquitatem Romuli et Mavortiam lupam renarras primum et omen vulturum si res novellas respuis, nil tam recens: vix mille fastis inplet hanc aetatulam cursus dierum conditore ab augure. *Kempf.*

Aetaxus *sign. vasc. Gallici.* CORP. XIII 10010, 50. *Diehl.*

Aetēius *v.* Aetius.

aetema, -tis *n.*, αἴτημα. PS. BOET. grom. p. 379, 8 aetimata (*sic*) id est petitiones sunt quinque. petatur ab omni puncto in omne punctum rectam lineam ducere.

Aeter *v.* Ietra. **Aetereus** *v.* Etereius.

aeternābilis, -e. *ab* aeternare. ACC. trag. 264 aeternabilem (alt- *Ribbeck*) divitiam partissent. AMBR. inst. virg. 17, 114 per illam aeternabilem crucem. COD. Theod. 11, 20, 3 (*a. 400*) aeternabili urbe. 5, 14, 8 domus aeternabilis *i. Caesarea* (10, 3, 5).

aeternālis, -e. *ab* aeternus. AVG. c. Priscill. 5 nos . . . sive αἰῶνα sive αἰώνιον non solemus dicere nisi aeternum . . ., quamvis quidam interdum etiam aeternale audeant dicere, ne latinae linguae deesse videatur ab eodem nomine derivatio. TERT. adv. Iud. 6 legem . . . temporalem et legem aeternalem. ITALA cod. Veron. psalm. 23, 7, 9 elevamini portae aeternales (αἰώνιοι. aeternales *etiam* VVLG.). *cf.* HIER. in psalm. 23 p. 887[c] aeternales dicuntur, quia ab Adam usque ad Christum in imo iacuerunt. ITALA (Rufin. in levit. hom. 13, 6) lev. 24, 9 legitimum aeternale (iure perpetuo VVLG.) hoc erit. Ion. 2, 7 (Ambr. psalm. 43) descendi in terram, cuius serae sunt continentes aeternales (αἰώνιοι. *plane aliter* VVLG.). thren. 3, 6 cod. Wirceb. mortuos aeternales (αἰῶνος. sempiternos VVLG.). Iob 41, 23 (Priscill. 1 p. 25, 10) captivum aeternale (senescentem VVLG.). Habac. 3, 6 (Aug. civ. 18, 32) defluxerunt colles aeternales (*aliter* VVLG.). CLEMENS ad Cor. 64 in populum aeternalem. AVG. quaest. in hept. 2, 43 p. 114, 18 facietis diem hunc in progenies vestras legitimum 'aeternum' vel

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'aeternalem' quod graece dicitur αἰώνιον. Ps. AVG. serm. 71, 9 nemo potest accipere aeternale, nisi prius temporale dimiserit. VEN. FORT. carm. 10, 10, 5 quando aeternalem concepit virgo salutem *i. Christum.* CORP. XII 810 in luctu aeternali. VI 9280 somno aeternali. 10707^{a} ⟨so⟩mno eternali (11951. 13073. 13241). 10693, 2 somno aeternali et d. m. 12989 d. somno aeternali m. 11082, 6. 13 somno aeternali sacrum (12450). VIII 9869 domum ⟨a⟩eternale⟨m⟩. 9870. 9914. 9915 *et saepius in Africa pro sepulcro, item* V 6274 Tigris se viva fecit dom. ⟨aete⟩rnalem. VI 3651. X 2066 cepotafium ... quae est domus aeternalis. XIV 229, 2. 1970 (?) XI 3969 domum hanc haeternalem amantissime fecerunt. 4342 domum aeternal⟨em⟩ vivus fundavit. CARM. epigr. 1824 cum lacrimis posuit aeternale duobus. *cf.* aeternus. *de imperatore*: NOVELL. Maiorani 6, 1, 5 aeternali lege sancimus. COD. Iust. 11, 11, 3 vultus (*imperatoris in nummo*). CORP. VI 2830 ⟨miles co⟩h. ⟨... p⟩raet⟨oriae Ph⟩ilippia⟨nae⟩ aeternali⟨s⟩. *adv.* **aeternāliter**. SERM. dominic. 2 p. 649^{a} aeternaliter damnati et perditi sumus. ZENO tract. 2, 4 unus et aeternaliter (et idem alter *codd.*) ex semet ipso in semet ipsum deus. AVG. civ. 10, 15 p. 425, 19 qui in sua natura ... non temporaliter, sed ut ita dicam aeternaliter nec incipit loqui nec desinit. serm. 227 extr. manebit ergo quod significatur aeternaliter. Ps. AVG. ad fratr. in eremo sermo 17 p. 1264^{a} bonis cunctis ornati aeternaliter reficiamur in patria. Ps. HIER. in Iob 37 p. 743^{d} *caeli* in illo (*deo*) aeternaliter erant. PRIMAS. in Hebr. 1 p. 687^{b} aeternaliter ipse possidet omnia cum patre. 10 p. 751^{d} fides recta aeternaliter manebit. *V.*

Aeternālis *nom. et cogn. vir.* CORP. VI 14492 d. m. Q. Cassi Aeternalis .... IX 1602 (*Beneventi*) d. m. s. Aeli(us) Aeternalis (mil.) coh. III .... V 6613 (*in agro Novariensi*) ... C. Cassius Aeternalis .... COD. Theod. 4, 4, 3 Impp. Arcadius et Honorius A. A. Aeternali proconsuli Asiae (*cf. 11, 39, 12* COD. *Iust. 3, 31, 11 et 6, 23, 17*), *fortasse idem ad quem* CLAVD. *tertium carminum minorum misit* (*cf. Birtii praef. p. XIV*). COD. Iust. 7, 16, 20 Aeternali. CORP. III 6576 (*Alexandreae*) pro salute D. Nostri Antonini ... Aurel(ius) Aeternalis .... III 7449 (*Almi Cet. a. 155*), 6 ... tes(serarius) Iul. Aeternalis .... III 7437 (*Nicopoli a. 227*), 15 ... Aeternalis Arrius H(e)rcul(anus) bul(euta) .... III 4250 (*Scarbantiae*) ... T. Canius T. f. Aeternalis .... III 7873 (*Miciae*) C. Iul. ⟨Aetern⟩alis. III 14660^{1} (*Salonis*) ... Dass⟨i⟩us Aeternalis mil. cor. VIII.... III 14214^{6} (*Adamclissi*) ... et Ael. Ant. Aeternalis sig(nifer) leg. XI.... III 979 (*Apuli*) Aur Etern⟨a⟩lis. III 12545 (*Potaissae*) Aur. E t e r n a l i s .... XIII † 1161 (*in agro Pictonum*) Aeternalis et Servilla vivatis in deo. INSCR. Brit. christ. 71 ... pronepus E t e r n a l i (*gen.*) Vedomavi. CORP. XIII 10010, 51 (*in vasculo Gallico*) Eternalis fecit. *Zimmermann.*

aeternitās, -ātis *f. ab* aeternus. *vocabulum a poetis alienum ante* COMM. PRVD., *admodum gratum Ciceroni. plur. legitur* VVLG. Dan. 12, 3. aeternetas *sculptum v. p. 1141, 37. forma prisca* a e v i t e r n i t a s *uno loco tradita est, in carmine antiquario* IVL. VAL. 1, 31 vers. 5 mens quippe homulli non videt variantia, quod haec reformet perpes eviternitas (*sic palimps. Taurin.*).

GLOSS. aeternitas αἰωνιότης. *de deo, mundo, sim.*: CIC. inv. 1, 38 tempus ... est ... pars quaedam aeternitatis. de orat. 3, 20 vim suam atque aeternitatem conservare. top. 59 ex hoc genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. fat. frg. 2 fatum est conexio rerum per aeternitatem se invicem tenens. Tusc. 1, 39 Platonem ... de animorum aeternitate ... sensisse idem quod Pythagoram. 1, 80 cum de aeternitate animorum dicatur (1, 50. 1, 81 *bis*). 1, 55 ex quo efficitur aeternitas. 1, 94 confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate. 4, 37 cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo. Cato 77 terram, locum divinae naturae aeternitatique contrarium. nat. deor. 1, 21 fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur. 2, 62 quorum cum remanerent animi atque aeternitate fruerentur. 1, 114 deum nihil aliud in omni aeternitate nisi 'mihi pulcre est' ... cogitantem. *ibid.* ordo ... siderum et in omni aeternitate constantia. *sic saepius* in omni aeternitate nat. deor. 2, 51. 54. 95. nat. deor. 3, 14 quod ... semper ex omni aeternitate verum fuerit, id esse fatum (ex omni aeternitate *vel* ex aeternitate div. 1, 125. 2, 19 fat. 21. 27. 29. 32. 33. 37. 38). div. 1, 25 *coniectura* ab omni aeternitate repetita. 1, 115 *animus* vixit ab omni aeternitate (2, 19). fat. frg. 2 ut ipsa varietas habeat aeternitatem. 32 sine aeternitate naturali. Tim. 8 quantum ... ad id, quod ortum est, aeternitas valet, tantum ad fidem veritas. 6 speciem aeternitatis imitari. 7 non ... dubium, quin *artifex mundi* aeternitatem maluerit exequi. *ibid.* quod aeternitate inmutabili continetur. 34 ad aeternitatis imitationem. fin. 2, 88 dempta ... aeternitate nihilo beatior Iuppiter quam Epicurus. 2, 89 aeternitate non vincitur *a deo Epicurus.* Tusc. 5, 70 *mentis* studium ... aeternitatem (-tis *pars codd.*) imitandi. SEN. dial. 9, 14, 10 animus aeternitate dignus. 10, 15, 4 hi tibi dabunt ad aeternitatem iter. 11, 20, 2 *animus* aeternitatis suae memor. epist. 102, 2 de aeternitate animarum quaerere (117, 6). 107, 8 contrariis rerum aeternitas constat. PLIN. nat. 2, 27 mortales aeternitate donare. Ps. QVINT. decl. 15, 10 *Amori* se naturae debet aeternitate. TAC. Agr. 46 aeternitas temporum. PLIN. epist. 10, 112, 3 a te ..., cuius factis dictisque debetur aeternitas (*adloquitur Traianum*). APVL. mund. 21 mundi amoenitatem aeternitatemque. Ps. APVL. Asclep. 4 aeternitas est generis, quamvis per species occidat. 10 aeternitatis dominus deus primus est, secundus est mundus. 12 futurae aeternitatis spe. 28. 29 vitae aeternitatisque. 30 in ipsa ... aeternitatis vivacitate mundus agitatur et in ipsa vitali aeternitate locus est mundi. *ibid.* immobilis. 31 aeternitatis stabilitas *et passim hoc in capite et libro, ut* aeternitas sine definitione est temporis. 32 primordia deus est et aeternitas. 40 quae aeternitas inaversibilis inmobilis insolubilis est. *ibid.* est aeternitas, quae nec coepit esse nec desinet *eqs.* 41 nos ... aeternitati ... consecrare. PANEG. 3, 3 p. 103, 18. 12, 10 p. 279, 27. SPART. Ael. 2, 5 duraturum cum aeternitate mundi nomen. VICTORIN. rhet. p. 223, 17 hoc tempus generale quia nec initium nec finem habet, aeternitas est, quam Graeci αἰῶνα appellant. PALLAD. 3, 25, 2 natura, cuius aeternitati nulla tarditas potest creare fastidium. AMM. 14, 11, 25 Nemesim ... ex abdita quadam aeternitate (*i. sede aeterna*) omnia despectare terrena. SERV. Aen. 6, 763 aevum enim proprie aeternitas est, quae non nisi in deos venit. AVG. civ. 9, 13 est ... secundum Platonicos ... deorum vel beata aeternitas vel aeterna beatitudo. *ibid.* daemonum misera aeternitas vel aeterna miseria. ENNOD. dict. 25, 9 nostra (*verba Thetidis*).

persaepe apud christianos, maxime de deo, ut: TERT. nat. 1, 7. 2, 3 carens substantia divinitatis id est aeternitate. COMM. instr. 1, 36, 4 rex aeternitatis. LACT. inst. 2, 8, 28 deus ... per aeternitatem fortis est. epit. 37, 1 de aeternitatis suae fonte ... filium ... progenuit. inst. 1, 12, 10 quibus annis saturari possit aeternitas, cui nullus est finis? (*agitur de Saturno*). HIL. trin. 1, 9 hominem sub defectione vivendi et aeternitate moriendi. LVCIF. de non conv. 14 quia una sit aeternitas patris et filii. Athan. 2, 34. 1, 42 servos ... dicatos eius (*dei*) aeternitati. AMBR. hexam. 1, 7, 27. HIER. epist. 140, 8 aeternitati ... comparata brevis est omnium temporum longitudo. 18, 7 rerum. 96, 5. VVLG. Is. 57, 15 habitans aeternitatem (αἰῶνα) *deus.* Mich. 5, 2 egressus eius (*Christi*) ab initio a diebus aeternitatis. Hab. 3, 6 ab itineribus aeternitatis eius (πορείας αἰωνίας). II Petr. 3, 18 ipsi gloria, et nunc et in diem aeternitatis. AVG. civ. 9, 21 participata aeternitate perfruuntur *pater et filius.* 10, 9 ad immortalitatem aeternitatemque perveniat. 10, 31 ex aeternitate (12, 18 *bis.* 22, 2). 11, 4 retro per aeternitatem. 11, 6 discernuntur aeternitas et tempus, quod tempus sine aliqua mobili mutabilitate non est, in aeternitate autem nulla mutatio est. 12, 15 infinita retro aeternitate. 12, 16 tempus ... aeternitati inmutabili non potest esse coaeternum. BOET. cons. 5, 6 p. 139, 9 P. aeternitas ... est interminabilis vitae tota simul et perfecta possessio. 5, 6 p. 145, 162 visionis ... eius praesens semper aeternitas. 2, 7 p. 45, 48 quod si aeternitatis infinita spatia pertractes, quid habes quod de nominis tui diuturnitate laeteris? 4, 6 p. 110, 75 ad id quod est, id quod gignitur, ad aeternitatem tempus. *pro deo ipso*: AVELL. p. 655, 7 imperator aeternitatis beneficio sceptra sortitus. p. 660, 1 aeternitatis supernae non immemor.

de h o m i n i b u s h u m a n i s v e: CIC. Pis. 7 mihi populus Romanus universus in illa contione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit. SEN. suas. 7, 10 memoriae ..., quae magnis viris aeternitatem promitteret. VELL. 2, 103, 4 perpetuae securitatis aeternitatisque Romani imperii. VAL. MAX. 1, 7 ext. 3 carmine aeternitati consecravit *beneficium.* SEN. epist. 102, 29 aeternitatem proponere. quam qui mente concepit nullos horret exercitus. PLIN. nat. 35, 106 ut Alexandri magni opera pingeret propter aeternitatem rerum. 36, 114 hic fecit opus maximum ... non temporaria mora, verum etiam aeternitatis destinatione. TAC. hist. 1, 84 rerum *Romanarum.* ann. 11, 7 aeternitatem famae spe praesumere. PLIN. epist. 3, 16, 6 *Arriae* ista facienti ... gloria et aeternitas ante oculos erant; quo maius est sine praemio aeternitatis (9, 3, 1), sine praemio gloriae abdere lacrimas. 3, 21, 6 gloria et laus et aeternitas. 5, 8, 1 non pati occidere, quibus aeternitas debeatur. 6, 16, 2 multum ... perpetuitati eius (*Plini*) scriptorum tuorum aeternitas addet. paneg. 75 orationes principum ... mandari aeternitati SVET. Nero 55 aeternitatis perpetuaeque famae cupido. VOPISC. Prob. 24, 3 Probi posteri ... aeternitatem videntur habere, non modum. AMM. 14, 6, 8 aeternitati se commendari posse. MACR. somn. 2, 10, 8 memoriae. COD. Theod. auct. 3 nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen. 13, 10, 8 inconcussa aeternitate permaneant. COD. Iust. 11, 51, 1 cum ... lex ... colonos quodam aeternitatis iure detineat. CORP. II 3711 *titulum* ob aeternitatem memoriae conlocavit. *sic saepe apud christianos*: TERT. scorp. 6 qualem potest praestare saeculum de fama aeternitatem, de memoria resurrectionem. bapt. 2 consecutio aeternitatis. 5 *dei* imago in effigie[m], similitudo in aeternitate censetur. IREN. 3, 20, 2 uti et mortali immortalitatem et temporali aeternitatem donet. CYPR. ad Fortun. 13 vita temporalis extinguitur, sed aeternitas repraesentatur. de dom. orat. 10 quibus remissa peccatorum datur, ... eis et aeternitas repromittitur. COMM. apol. 669 aeternitas illi praeparatur, Christo qui credit. LACT. inst. 7, 9, 18. 7, 9, 10 animae (epit. 65, 2). HIL. in psalm. 67, 37. 68, 1. 68, 23 ne ... in aeternitate poenae ma-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neret. HIER. epist. 10, 1 aeternitas mortalitate mutata. 98, 11 ut semel corpora suscitata incorruptione et aeternitate donaret. 108, 27 animae. VVLG. eccl. 12, 5 ibit homo in domum aeternitatis suae (αἰῶνος). Dan. 12, 3 qui ... docti fuerint, fulgebunt ... quasi stellae in perpetuas aeternitates (εἰς τοὺς αἰῶνας). PRVD. perist. 2, 464 *Petrus* recludit ... aeternitatis ianuas. AVG. civ. 2, 29 p. 97 superna est civitas clarior, ... ubi vita aeternitas. 3, 20 in Christum crediderat non mercede brevissimi temporis, sed aeternitatis interminae. 4, 33. 6, 12 in aeternitate supplicii (8, 15. 21, 22. 21, 23 poenae). 8, 16 melior est ... temporalis felicitas quam misera aeternitas. *passim.* 12, 15 liberationis et beatitudinis animae ... aeternitas. 13, 1 angelica inmortalitas et beata aeternitas. 13, 16 corporum. 20, 17 de saeculo futuro et inmortalitate atque aeternitate sanctorum. 21, 20 omnis impietas ... non eis valeat ad aeternitatem, sed ad diuturnitatem magnitudinemque poenarum. spir. et anim. 36 vita beata in aeternum et ultra in perpetuas aeternitates. SVLP. SEV. ep. 2, 12. dial. 2, 6, 3 sanctorum. OROS. hist. 4, 6, 42 beata. 7, 1, 3 ut ... aeternitatem promereretur. 7, 33, 7 vitae. FAVST. REI. serm. 31 p. 347, 21 aeternitatis largitor. grat. 2, 9 p. 78, 30 *homini* inseruit ... perennitas aeternitatem. ENNOD. opusc. 9, 7 ad reparationem aeternitatis perditae. CASSIOD. var. 2, 40, 16.

de rebus: VITR. 1, 5, 8 ad aeternitatem perfectus ... murus. 2, 8, 5 ad aeternitatem firmas ... virtutes. 2, 9, 8 quercus ... infinitam habet aeternitatem. 2, 9, 10 alnus ... in palustribus locis ... permanet immortalis ad aeternitatem. 2, 9, 13 lacunaria *cedrea* ... propter aeternitatem sunt facta. COLVM. 4, 17, 3 aeternitati eorum (*satorum*) sic consulimus. PLIN. nat. 13, 53 materiae ... ipsi (*cedro*) aeternitas. 16, 217 *arbores* quae odore praecellant, eas et aeternitate praestare. 17, 129 quadam aeternitate. VEG. mil. 4, 35 religionem pro aeternitate *ligni* his tantum diebus (*a quindecima ad vicesimam lunam*) placuit celebrari.

notabilia varia: *i. q. posteri*: CIC. Marcell. 28 illa vita est tua ..., quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper tuebitur. Phil. 14, 34 sit ad memoriam aeternitatis ara Virtutis. *in usu sepulcrali*: CORP. III 3354 coniugi ... aeternitatis memoriam posuit. XII 2269 perpetuae aeternitati (*i. q.* dis manibus). INSCR. christ. Le Blant 257 titulum cum aeternetate (*sic*) vincturum coniux ... dedicavit.
in cultu publico (*cf. Schoener, acta sem. Erlang. II 496 sq.*): CORP. IX 4209, 5 pr(o) ae⟨ternitate⟩ Caesarum. INSCR. numm. Cohen I^2 p. 149 n. 565 *sqq.* (*Emeritae, Augusti aetate*) aeternitati(s) Augustae. p. 197 n. 178 (*Emeritae, aet. Tiberi*) aeternitati Augustae. CORP. XI 4170 (*Interamniae, a. p. Chr. 32*) providentiae Ti. Caesaris Augusti náti ad áeternitatem Románi nóminis. SC. de aedif. 5 cum providentia optumi principis ... totius Italiae aeternitati prospexerit. ACTA Arval. a. 66 aeterni⟨tati imperii⟩. a. 86 ⟨Iuppiter si⟩ custodieris ... aeternitate(m) imperii *et similiter* a. 87. 90. *cf. Henzen p. 111.* CORP. V suppl. Ital. 745 tem⟨plum⟩ aeternitáti Romae et Augu⟨sti⟩. PLIN. paneg. 67 nuncupare vota et pro aeternitate imperii (SVET. Nero 11) et pro salute principum. INSCR. numm. Cohen I^2 p. 369 n. 21 (*Vesp.*) aeternitas. n. 24 aeternitas Augusti. n. 25 aeternitas p. R. II p. 18 n. 3 *sqq.* (*Traiani*) Aet(ernitas). IV^2 p. 288 n. 1 aeternit. imperii. p. 404 n. 21 (*Alex. Sev.*) Aeternitatibus (*nisi est* -ti Aug.). V^2 p. 240 n. 32 (*Treb. Galli*) Eternitas. ACTA lud. saec. sept. I 25 ⟨sollem⟩nia ... ⟨f⟩ieri ... ⟨pro secu⟩rita⟨te⟩ adque aeternitate imperii. CORP. II 259 Soli aeterno Lunae pro aeternitate imperii et salute imp. Cae⟨s. L.⟩ Septimi Severi. INSCR. comptes rendus de l'ac. des inscr. 1902 p. 45 aeternitati imp. Augg[g]. PLIN. epist. 10, 41, 1 opera non minus aeternitate tua quam gloria digna. 59 Archippus per salutem tuam aeternitatemque petit a me (83). AMM. 15, 1, 3 ut 'aeternitatem meam' aliquotiens subscreret ipse (*Constantius*) dictando. FLORENT. Lucif. epist. 3 p. 321 debebis codicem remittere, ut possit aeternitati eius (*Constantii*) denuo offerri. COD. Theod. 10, 22, 3 (*a. 390*) adoraturus aeternitatem nostram. 12, 1, 160 (*a. 398*) Honorii Augusti fratris aeternitatis meae. 5, 14, 7 (*a. 408*) tempore quo clementiae nostrae pater humanam in caelestem aeternitatem mutavit. COD. Iust. 1, 50, 2 imperialis aeternitas. NOVELL. Iust. 35, 11 (*a. 535*) quae ... nostra sanxit aeternitas (36, 6. 143 epil.). SYMM. epist. 10, 6, 1 aeternitas vestra (8, 4. 10, 1. 14, 3). LEO M. epist. 63 p. 877 quid ... Leo a tua aeternitate poposcerit. *dea* **Aeternitās** (*v. supra l. 41 sqq. et cf. Aust, PW. I 694; Wissowa, Rel. u. Cult. p. 278*): MART. CAP. 1, 7 Aeternitati *Iovis* filiae honoratiori *quam Psyche.* *V.*

Aeternitās, -ātis *cogn. mul., non inventum nisi in Numidia.* CORP. VIII 4159 (*Lambaesi*) Vlpia Aeternitas. *eadem ibidem* 4158. VIII 3244 *male scriptum est* Vlpia Aetternitas. *Zimmermann.*

aeterno, -āre. [*ab* aeternus. *Th.*] NON. 75 aeternare. Varro rerum humanarum lib. II: litterisque ac laudibus aeternare. GLOSS. V 638, 24 aeternare aeternum facere. HOR. carm. 4, 14, 5 quae cura patrum ... tuas, Auguste, virtutes in aevum per titulos ... aeternet? (*non recte* PORPH. fictum verbum est 'aeternet'. ACTA lud. saec. sept. I 12 diligenti⟨ssime aet⟩ernata est *sic explevit Bormann locum mutilum, melius* alternata *Basiner (Varsoviae 1901).*

? **aeternochoicus**, -a, -um *hybride formatum ab* aeternus *et* χοϊκός *ut verteretur aliquam partem* αἰωνιοχοϊκός (*non servatum*). IREN. 2, 5, 1 reliqua omnia quaecumque sunt condicionis accusant quasi temporalia sint et aeternochoica (*sic cod. Clarom.*; aeterna choica *Arund.*) *i. licet aeterna, tamen caduca cf.* 2, 5, 3 *deus* concedit ... fieri ... in aeternis temporalia.

aeternus, -a, -um, *prisce* **aeviternus**, -a, -um. [*ab adverbio exoleto* *aeviter *derivatum esse videtur, cf. c.* aevum. *Th.*] VARRO ling. 6, 11 aevum ab aetate omnium annorum, hinc aeviternum, quod factum est aeternum, quod Graeci αἰῶνα. GLOSS. V 657, 1 aeviternus aeternus in aevo. IV 204, 20 aeviternum aeternum. PRISC. gramm. II 81, 5 'aetas' *facit* ... 'aeternus'. antiqui tamen 'aevitas' et 'aeviternus' dicebant ab aevo, unde Varro in Pseudaenea (Men. 437) per aeviternam hominum domum, tellurem, propero gradum. APVL. Socr. p. 3, 123 Oud. quos deos Plato existimat naturas incorporalis animalis, neque fine ullo neque exordio, sed prorsus ac retro aeviternas. CARM. epigr. 104 (*ex schedis*) lege aeviterna traditus leto puer. 106 (*post a. 271; ex codice*) divina vis est aeviterni temporis. AVG. civ. 16, 26 sciat 'aeternum' a nostris interpretari, quod Graeci appellant αἰώνιον, quod a saeculo derivatum est ..., sed non sunt ausi Latini hoc dicere 'saeculare', ne longe in aliud mitterent sensum. saecularia quippe dicuntur multa, quae in hoc saeculo sic aguntur ut brevi etiam tempore transeant; αἰώνιον autem quod dicitur aut non habet finem aut usque in huius saeculi tenditur finem. *similia* quaest. hept. 1, 31 (ad gen. 17, 8). 2, 43 (ad exod. 12, 19). 6, 4 (ad Ios. 4, 7) loc. hept. 2, 99 (ad exod. 21, 6). 3, 17 (ad lev. 10, 9). de gen. c. Man. 1, 2, 4. GLOSS. αἰώνιος ἀΐδιος ἀέναος, aeternum: perennem perpetuum diurnum. *nota*: Ov. met. 1, 663 aeternum ... aevum *deorum* (SIL. 16, 665). MANIL. 4, 3 quid ... aeternis ... senes curis, dum quaerimus aevum, perdimus? STAT. Theb. 7, 201 ista per aevum mecum (*Iove*) aeterna domus. CARM. epigr. 59, 20 ⟨domum⟩ aeternam, ubei omnes pariter aevom degere⟨nt⟩. COMM. apol. 804 aeterna saecla (VVLG. Is. 26, 4 SIDON. epist. 8, 13, 3 INSCR. Le Blant 91). PAVL. NOL. carm. 10, 180 venturi aeternum saecli. AVG. civ. 12, 20 saecula saeculorum aeterna. *comp.* PLIN. nat. 14, 9 *p. 1146, 24.* LACT. epit. 63, 3 *p. 1146, 32.* *pro sup.* PLIN. nat. 16, 213 maxime aeternus. *gen. plur.* aeternum PACVV. *p. 1142, 74.* GRAMM. suppl. 298, 7 aeternum ... per a et e. *in titulis et codicibus saepe* eternus. CORP. V 1720 heterna. VI 35508 aiterno. *prima syllaba correpta* CARM. epigr. 103, 4 s⟨emper⟩ aeterna fides. 572, 4 nomen aeternum. *comp.* coaeternus.

I *de rebus humanis quae per hominis aevum servantur*: ENN. ann. 71 aeternum (alternum *Columna*) seritote diem concorditer ambo. PLAVT. Capt. 780 speroque me ob hunc nuntium aeternum adepturum cibum. 897 aeternum tibi dapinabo victum, si vera autumas. Most. 195 stulta es plane, quae illum tibi aeternum putas fore amicum. TER. Eun. 872 aeternam inter nos gratiam. LVCIL. 668 fuimus pernices aeternum id vobis sperantes fore. CIC. p. red. 1, 34 quod si mihi aeternum esse aerumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius quam sempiterno dolore multassem. Catil. 4, 22 bellum (Sulla 28). Font. 48 ne ... dedecus aeternum ... relinquat *suis.* Catil. 4, 10 P. Lentulum aeternis tenebris vinculisque mandare (VAL. MAX. 6, 3, 3). de orat. 1, 125 cuius ... in dicendo quid reprehensum est, aut aeterna in eo aut certe diuturna valet opinio tarditatis. **Att. 11, 15, 2** peccati dolor, qui et maximus est et aeternus. fin. 1, 55 si aliquod aeternum et infinitum impendere malum nobis opinemur. CATVLL. 109, 6 ut liceat nobis tota perducere vita aeternum hoc sanctae foedus amicitiae. LVCR. 3, 466 gravi lethargo fertur in altum aeternumque soporem. SALL. Iug. 31, 22 sollicitudo. CVLEX 132 mala. Ov. am. 3, 1, 68 tu labor aeternus *o tragoedia,* quod petit illa (*elegia*) brevest. trist. 5, 2, 15 tabe. MANIL. 4, 3 curis. 4, 157 aeternam peragunt in amore (morte *codd.*) iuventam. VAL. MAX. 6, 9, 10 neque bonis eum perpetuis frui neque malis aeternis ingemescere patiendo. SEN. Herc. f. 362 odia. Phaedra 1244 tempus. dial. 9, 15, 5 alienis malis torqueri aeterna miseria est. benef. 6, 21, 4 cuius voluntas usque eo certa est, ut aeterna sit? CVRT. 4, 1, 22 ablue corpus inluvie aeternisque sordibus squalidum. 8, 5, 16 maiestas. STAT. Theb. 1, 47 merserat aeterna damnatum nocte pudorem *Oedipus.* 1, 236 piacula. TAC. ann. 1, 28 laborem. 14, 55 tua ... erga me munera, dum vita suppetet, aeterna erunt. 15, 63. APVL. met. 1, 12 solitudinem. 11, 5 religio. 11, 25 indefessi sermonis aeterna series. 2, 5 amoris profundi pedicis aeternis. HIER. epist. 108, 26 128, 3 pudicitiae (130, 2). 123, 8 debilitate. 109, 3 caecitate. COD. Iust. 8, 4, 6, 1 deportatione.

II *de deo, mundo, sim., quae per infinitum vigent tempus* (*de hominibus humanisque fere i. q. divinus*): ACC. trag. 671 in domum aeternam patris (*i. Iovis*). PACVV. trag. 295 reg[n]um imperator, aeternum (*gen.*) ⟨al⟩morum sator. TRAG. inc. 227 aeterna templa caeli. VARRO ATAC. frg. 12, 2 et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes. VARRO ling. 5, 12. CIC. Font. 47 ignis *Vestae* (*1143, 39*). Rabir. 29 virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse (nat. deor. 2, 62. 3, 12 Cato 66 phil. frg. V 97 M.). ac. 2, 124 quidquid est *animus,* mortale sit an aeternum. Tusc. 1, 53 quod semper movetur, aeternum est (rep. 6, 27). 1, 54 aeternum id esse, quod se ipsum moveat (rep. 6, 28). 1, 66 illud, quod sentit ..., caeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est. nat. deor. 1, 20. 45. 3, 33. 3, 37 quod interire possit, id aeternum non esse natura. div. 2, 118

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rep. 1, 26. 6, 17 supra lunam sunt aeterna omnia. leg. 1, 61. 2, 11. nat. 3, 29 nullum est eorum (*animalium*) individuum, nullum aeternum (3, 33. 34). parad. 29 huius aeterni beneficii (*constantiae*) inmortalem memoriam. div. 1, 126 ut fatum sit ... causa aeterna rerum (fat. 19. 21. 28—34. 38). nat. deor. 3, 23 *stellarum* cursus aequabiles aeternique. 1, 114 nec beatus est vester deus nec aeternus (fin. 2, 88 nat. deor. 1, 45. 68. 90. 104. 106 rep. 6, 26 Tim. 21). Tusc. 1, 118 domum (rep. 6, 25). Tim. 6 *artifex mundi* generatum exemplum est pro aeterno secutus. nat. deor. 1, 109 imagines. 1, 40 legis perpetuae et aeternae. 1, 95 mentem. 2, 21 sapientem esse mundum, similiter beatum, similiter aeternum (LVCR. 5, 514 Ov. met. 15, 239 GERM. 663 *passim*). 3, 3 esse quandam beatam naturam et aeternam (Tusc. 1, 54 rep. 6, 28 nat. deor. 1, 45. 49. 96 div. 2, 148). rep. 3, 3 numerus, res ... una inmutabilis et aeterna. div. 1, 110 aeterno sensu et mente divina. Tim. 7 mundum simulacrum aeternum esse alicuius aeterni. nat. deor. 2, 36 mundus ... si in aeterno praeteriti temporis spatio fuit insipiens. 1, 107 species. fin. 1, 17 tempore (Tusc. 5, 70). nat. deor. 2, 96 tenebris. 1, 55 veritate. 1, 51 voluptatibus *dei*. Arat. 34 nomine *stellarum*. 189 curriculo *Arcturi*. 225 aeternum ... mundi ... motum. 237 lumine *siderum* (332). Arat. frg. 32^b aeternum ex astris cupiens conectere nodum. carm. frg. 3 (de cons., div. 1, 17) 5 aetheris. Q. CIC. carm. frg. v. 17 sub aeterno conspectu ... Draconis. CATVLL. 64, 310 laborem *Parcarum*. LVCR. 1, 28 aeternum da dictis, diva, leporem. 1, 34 aeterno ... vulnere amoris *Veneris* (*cf.* VERG. Aen. 8, 394). 1, 221 semine. 1, 239 materies (245. 519. 540). 1, 242 corpore (500. 524. 539. 2, 1010). 1, 578 ex aeterno tempore (582). 1, 612 simplicitate. 1, 627 solida atque aeterna. 1, 1067 diebus. 2, 118 certamine. 2, 639 vulnus. 2, 907. 1056 motu (3, 33. 4, 47). 3, 641 naturam. 3, 800 mortale aeterno iungere. 3, 973 anteacta vetustas temporis aeterni (5, 978). 3, 1073 temporis aeterni ..., non unius horae ... status. 5, 116 terras et solem ... aeterna manere (meare *codd.*). 5, 159 opus divom ... aeternum ... atque inmortale. 5, 325 si nulla fuit genitalis origo terrarum et caeli semperque aeterna fuere. 5, 351. 5, 361 summarum summa est aeterna. 5, 402 aeternam ... lampada mundi. 5, 980 nox. 5, 1175 vitam. 5, 1215 salute (6, 602). SALL. Iug. 2, 3 animus incorruptus aeternus rector humani generis. 85, 49. VERG. georg. 1, 60 has leges aeternaque foedera certis inposuit natura locis. 1, 468 noctem. Aen. 1, 36 Iuno aeternum servans sub pectore volnus. 1, 230 imperiis *Iovis*. 2, 154 ignes *sidera* (SEN. nat. 2, 10, 2. 7, 23, 2). 2, 297 ignem *Vestae* (CIC. *p. 1142, 77* LIV. 5, 52, 7. 26, 27, 14 CORP. VI 32416 *passim*). 7, 609 aeternaque ferri robora. 10, 18 o pater, o hominum rerumque aeterna potestas (BVC. Einsidl. 1, 22). 11, 583 aeternum telorum et virginitatis amorem *Dianae*. 12, 879 vitam dedit aeternam. CIRIS 100 *Pierides* aeterno praetexite honore volumen. AETNA 230 firma aeterno religatast machina vinclo *mundi*. HOR. carm. 2, 11, 11 quid aeternis (*i. qualia divos decent et Caesarem, cf. p. 1146, 54 sqq.*) minorem consiliis animum fatigas? 3, 5, 11 Vestae (Porph.: aeternam autem Vestam propter aeternos qui in ara eius coluntur ignes dixit). TIB. 1, 4, 37 solis aeterna est Baccho Phoeboque iuventas. 2, 3, 30 deos (3, 10, 14 Ov. rem. 688 fast. 3, 804 *passim*). 3, 8, 13 Olympo. am. 3, 7, 21 aeterna sacerdos *Vestae*. met. 1, 663 nocet esse deum praeclusaque ianua leti aeternum nostros luctus extendit in aevum. 2, 653 teque ex aeterno patientem numina mortis efficient. 4, 18 puer aeternus *Liber*. 4, 663 clauserat Hippotades aeterno (*vix recte*, alterno *Heinsius, alii alia*) carcere ventos. 9, 252 aeternum est a me (*Iove*) quod traxit. 10, 164 qua licet, aeternus tamen es. 14, 132 lux aeterna mihi (*Sibyllae*) carituraque fine dabatur. 140 iuventam. 15, 812 tabularia *Parcarum*. fast. 3, 421 ignibus aeternis aeterni numina praesunt Caesaris. MANIL. 1, 190 aeterna cum luce dies. 211 aeterna ... divisque simillima forma. 369 astris (SEN. Herc. f. 929). 1, 631 sede. 2, 119 aeternum et stellis adversus sidera bellum. 492 undas (564. 4, 354 fontibus). 2, 528 aeterna manent hominum bella atque ferarum. 821 sustinet aeternis (alt- *codd.*) ... radicibus orbem. 3, 76 in aeterna caeli statione. 212 cursibus (GERM. 478). 358 nives (SEN. Thyest. 630 nat. 4, 11, 5). SEN. suas. 7, 7 ingenium, quod aeternum est (*opp.* corpus fragile et caducum). SEN. Herc. f. 29 bella *Herculis*. 593 spatia *mundi*. 610 noctis aeternae chaos (Med. 9. 464 Phaedr. 835 Oed. 393. 591 tenebrae). Med. 599 currus *solis*. Oed. 546 frigore. Phaedr. 1241 domo *Telluris*. Phoen. 234 ad umbras Ditis aeternas. Thyest. 585 caminis *Volcani*. 835 facis *solis*. Herc. O. 1035 aeternum fieri nihil. 1835 aeterna virtus Herculem flere vetat. 1980. OCTAVIA 233 noctis aeterna[e] vice (SEN. benef. 7, 31, 3 nat. 6, 27, 2). SEN. dial. 1, 1, 2 aeternae legis imperio (6, 18, 1 epist. 70, 14 COLVM. 4, 10, 3). 6, 11, 1 inbecilla materia *uteri* solida et aeterna gestasse. 6, 11, 5 inmortalia aeterna volutat animo *homo* (epist. 101, 1). 6, 25, 3 rerum. 10, 14, 2 quae inmensa, quae aeterna sunt. 11, 11, 7 animus ... ipse sacer et aeternus est et cui non possit inici manus. benef. 6, 23, 1 voluntas *deorum*. nat. 2, 35, 2 ordinem fati rerum aeterna series rotat. 3, 9, 2 frigus (*cf.* 6, 28, 2). 3, 19, 4 magnis amnibus aeternam esse materiam. 6, 2, 1 quietis. 7, 14, 3 *mundi* praecipitatio aeterna est. 7, 22, 1 inter aeterna opera naturae (7, 25, 6). 7, 27, 2 nihil prohibet cometas aeternos esse. epist. 58, 19 idea est eorum, quae natura fiunt, exemplar aeternum (*ex Platone*). 71, 14 artem *dei*. 77, 12 necessitate. 90, 29 rationem. 92, 25 in quantulolibet tempore bona aeterna consummat *virtus*. 98, 10 nihil fragili aeternum et invictum est. CVRT. 3, 3, 9 ignis, quem ipsi *magi* sacrum et aeternum vocabant (4, 13, 12. 4, 14, 24). COLVM. 1 praef. 2 tellurem, quae divinam et aeternam iuventam sortita *est*. LVCAN. 5, 101 mole. 6, 797 aeternis chalybum nodis et carcere Ditis constrictae ... manus. 9, 9 orbes. PLIN. nat. 2, 6 aeterno et inrequieto ambitu *mundi*. 2, 33 vertigine. 2, 222 quod mare terrae sudor sit aeternus. 16, 14 o mores aeternos (*i. divinos, maxime admirabiles*). SIL. 3, 36 antro *Cerberi*. 4, 690 cursus *Eridani*. STAT. Theb. 4, 831 undae. 7, 36 tempestas aeterna plagae *Arctoae*. 8, 303 o hominum divumque aeterna creatrix *Natura*. silv. 1, 3, 29 hic aeterna quies. PLIN. epist. 6, 20, 15 aeternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur. FLOR. 1, 1, 7 firma omnia et aeterna pollicebantur. APVL. Socr. p. 148 Oud. daemones sunt ... corpore aeria, tempore aeterna. 146 caelites semper eodem statu mentis aeterna aequabilitate potiuntur. 127 vivacitas ... aeterna et indefecta. Plat. 1, 6 ideas ... simplices et aeternas esse, nec corporales tamen. PS. APVL. Asclep. 8 hominem conformat ex animi et corporis id est ex aeterna atque mortali natura. 31 tempus ... reditu aeternum est. AVSON. 55, 2 Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se aeterna aeternum forma ministerium. CLAVD. carm. min. 27, 63 avem *Phoenicem*.

sic saepissime apud c h r i s t i a n o s *de deo divinisque*: TERT. ieiun. 6 deus (COMM. instr. 1, 27, 7 *passim*). anim. 24 quod enim aeternum est, eo quia et innatum est, neque initium neque finem temporis admittendo nullum modum temporis patitur. COMM. apolog. 108 lucis (INSCR. christ. Rossi II p. 128, 8, 21). 1043 angeli claritatis aeternae. AMBR. sacram. 2, 5, 14 sermo. ITALA (Tert. scorp. 10) psalm. 23, 7 portae (VVLG. aeternales). VVLG. gen. 49, 26 collium (deut. 33, 15). psalm. 75, 5 montibus. 104, 10 testamentum (110, 9 Sirach 17, 10 *passim*). 138, 24 via. Sirach 1, 5 mandata. II Cor. 4, 17 aeternum gloriae pondus operatur in nobis. apoc. 14, 6 euangelium. PAVL. NOL. carm. 6, 21 aeterna caducis *conferre*. 21, 509 destruis in nobis terrena, aeterna vicissim construis. epist. 23, 22 ab aspectu praesentium in suspectum aeternorum. AVG. civ. 6, 4 incommutabili aeternaeque veritati. 9, 9 nec ... existimandum est eorum (*daemonum*) corpus tamquam honoratorum aeternum vehiculum, sed aeternum vinculum damnatorum. 9, 17 incorporali ... illi aeterno et incommutabili. 11, 4 consilio *dei*. 11, 7 Hierusalem, mater nostra aeterna (*hoc om.* VVLG. Gal. 4, 26) in caelis (17, 3). 11, 21 tit. scientia dei. 11, 24 *deus genuit filium* aeternus coaeternum. 12, 13 dei ... ab hominis creatione cessatio retrorsus aeterna sine initio ... est (12, 18 retro). 12, 19 praescientia. 15, 22 postposito deo, aeterno interno sempiterno bono. 17, 16 laudis. 22, 2 de aeterna dei et incommutabili voluntate. 22, 30 *dies* octavus aeternus. serm. ed. Mai 19, 2 contemnere transitoria, diligere aeterna. CARM. epigr. 311 aetern⟨u⟩mque datur casto baptismate munus. 1435, 3 bonis. INSCR. christ. Rossi p. 240, 4 aeternos homines ista lavacra creant. *nota*: PRVD. apoth. 850 aeternum *i. deum*.

in c u l t u p a g a n o aeternus *non videtur dici nisi de imperatoribus et de dis Syris eorumque apud Romanos vicariis* (*Cumont, Rev. archéol. 1888 I 184 sqq.; PW. I 696*): CORP. III 10301 deo Aeterno. 7900. 7901. 7996. II 5127. V 769. 770 d. aet. VIII 8923. IX 1092 (*Aeclani*). II 2602 deo Aerno, 2607 deo Arno (*uterque ex schedis*, Averni *in priore Viterbo*). III 6258 Aeterno. 988, 2 *passim*. V 3321 deo magno aetern(o) (III 10998). VIII 9704 deo sancto Aeterno. VI 3671 Aeterno sancto. V 8208 deo Aet. exaudit(ori). III 990 ex iussu dei Apollinis fontem Aeterni ... a solo restituit. 988, 1 virtutib. deí Aetern. V 6961 víribus Aeterni taurobolio (6962). III 1082 I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Aeterno (1083. V 789. 5788. 8232 I. o. m. Ae. IX 4452). 1783 d(eo) s(ancto *an* Soli?) I. o. m. Aeterno (3158^b). 8667 Iovi Aeterno. V 7809 Victoriae aeterni imvicti Iovis. *cf.* X 8375, 9 (*Cumis*) Iovi sempi⟨terno⟩. VI 30758 ex praecepto I. o. m. D(olicheni) aeterni. 412 I. o. m. a(eterno) D(olicheno) et Soli. III 7834 I. o. m. Commagenorum ⟨ae⟩terno (7832. 7835). III 604 Soli aeterno. II 259 Soli aeterno Lunae. VI 755 Soli invicto et Lunae aeternae. V 8209 aeternae L⟨unae?⟩. III 6161 Diane et⟨er⟩nae. INSCR. numm. Cohen V^2 p. 511, 146 Vesta aeterna. CORP. VI 81 Caelus aeternus Iup⟨pi⟩ter (*ex schedis; cf.* 82 Mithrae). VIII 796 aeterno numini praestanti propitio. VII 336 deae a⟨etern⟩ae. III 8673 deo L(ibero?) aet(erno?). *cf.* GLOSS. III 8, 56 (*inter deos*) Αἰών Aeternus.

III *de rebus post* m o r t e m h o m i n i s (*praemio, poena, memoria*): RHET. Her. 3, 5, 9 non immortalitatem (incolom- *plerique mutili*) neque aeternam incolumitatem consequi. CIC. inv. 2, 69 *gloriae* aeterna insignia posteris nostris relinquere. *ibid.* aeternum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere. Catil. 3, 26 diem ... spero aeternam fore. 4, 21 gloria (Mur. 22 epist. 10, 14, 1. rep. 6, 23 *opp.* diuturnam. VAL. MAX. 3, 3, 1 *passim*). Planc. 26 laude (VAL. MAX. 3, 2, 13). Verr. 5, 69 tui nominis aeterna memoria (SEN. contr. 9, 1, 11 suas. 7, 9 *passim; notabile* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 15 in aeternam memoriam foedatus est). leg. agr. 1, 5 *Karthaginem* ... ad aeternam hominum memoriam consecravit. Sulla 88 ne aeternam memoriam dedecoris relinquat. or. frg. VII 48 M. ut ... montem ... aeternae memoriae causa consecraret. Verr. 2, 129 audaciae suae monumentum aeternum relinquere. Balb. 49 valeat fortissimi ... viri nomen aeternum. Arch.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20 mandari versibus aeternum ... laborum ... praeconium. 31 aeternum ... testimonium laudis. Catil. 1, 33 aeternis suppliciis (STAT. Theb. 4, 475) vivos mortuosque mactabis. Tusc. 5, 117 *mors* aeternum nihil sentiendi receptaculum. 3, 63 Nioba fingitur lapidea propter aeternum ... in luctu silentium. LVCR. 1, 111 aeternas quoniam poenas in morte timendum⟨st⟩. 3, 907 maerorem. 911 luctu. 921 soporem. 990 dolorem. 1091 mors. 4, 924 aeterno ... frigore leti. 5, 329 aeternis famae monimentis (VAL. MAX. 2, 7, 15 *passim*). SALL. Cat. 1, 4 divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur. Iug. 1, 5 ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent. VERG. Aen. 6, 235 Misenus ab illo dicitur aeternumque tenet per saecula nomen (6, 381. 7, 2 famam). 10, 745 in aeternam clauduntur lumina noctem (12, 310 Ov. epist. 10, 112 met. 3, 335 SEN. suas. 1, 2 *passim. nota* LIV. 6, 17, 4 noctis illius, quae paene ultima atque aeterna nomini Romano fuerit. *cf.* CIC. Flacc. 102). CIRIS 40 nomen. HOR. carm. 2, 1, 15 honores. 2, 3, 27 nos in aeternum exilium impositura cumbae. 3, 25, 5 Caesaris ... aeternum ... decus. 4, 12, 7 Cecropiae domus aeternum opprobrium (*Procne*). PANEG. Mess. 180 aeterno propior non alter Homero (Ov. Pont. 2, 10, 13). PROP. 4, 3, 22 aeternusque tuam pascat, aselle, famem. Ov. epist. 15, 374 nomen ab aeterna posteritate feres. am. 2, 10, 32 aeternum sanguine nomen. ars 3, 414 Ilias aeternum ... opus (*cf. p. 1146, 16*). met. 15, 551 aeternas artus tenuavit in undas (*cf. p. 1146, 17*). MANIL. 4, 660 fecit et aeternam Trebiam *Hannibal*. VITR. 1, 1, 5 aeterno servitutis exemplo. VELL. 1, 2, 2 Codrum cum morte aeterna gloria ... secuta est. 2, 64, 3 aeternas Antonii memoriae inussit notas. VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 solidae et aeternae felicitatis (*opp.* caducae ac fragilis). 2, 8, 5 quorum ipsa nomina instar aeterni sunt triumphi. 6, 4 prooem. quae ... pertinax memoria aeternis viribus conprehendit. 9, 11, 1 infamia. PHAEDR. 3 prol. 53 aeternam famam condere ingenio suo. SEN. Agam. 592 quiete (Oed. 785 QVINT. decl. 299 p. 181, 2 *et* 182, 1). Herc. f. 756 praebet volucri Tityos aeternas dapes. Thy. 149 fames. 150 sitis. Herc. O. 1186 inter umbras vinctus aeterno miser saxo. 1525 manes. OCTAVIA 751 domus. SEN. dial. 6, 19, 6 magna et aeterna pax. 6, 24, 5 ipse ... aeternus meliorisque nunc status est. *ibid.* requies. 7, 2, 2 felicitatis. 7, 26, 1 possessionem. 9, 16, 4 invenerunt, quomodo aeterni fierent, et ad inmortalitatem moriendo venerunt. 12, 9, 7 quiescit, tandem liber, tandem tutus, tandem aeternus est. nat. 6, 23, 2 *Callisthenes* est Alexandri crimen aeternum. epist. 102, 26 dies iste, quem ... reformidas, aeterni natalis est. LVCAN. 3, 389 decus (SIL. 4, 398. 10, 88. HOMER. 258 dedecus). 3, 607 lacrimis. 8, 139 felix aeterno nomine Lesbos. 8, 617 aeternam fletu corrumpere famam. 9, 671 sopor aeternam tracturus morte quietem. SIL. 9, 118 dona feram, nati ut figas aeterna sepulcro. 11, 344 maiestas *Hannibalis*. 12, 403 aeternum sperans fore. 14, 95 aeternus carmine Achilles. STAT. Theb. 1, 714 accubitu. 8, 195 aeternus Phoebo dolor. silv. 2, 4, 8 nunc aeterna silentia Lethes ... habes. MART. 1, 116, 1 hoc nemus aeterno cinerum sacravit honori Faenius 10, 26, 7 carmine. 11, 52, 18 Vergilio. PLIN. epist. 3, 21, 6 non erunt aeterna quae scripsit. PAVL. dig. 11, 7, 40 ibi sepelire[t] mortuum et quasi aeterna sede dare. VEG. mil. 2, 3 p. 37, 14 quae ... pro utilitate rei publicae scribuntur, aeterna sunt. CARM. epigr. 103, 4 fides. 325, 4 aeterno decoravit nomine fastos. 572, 4 hoc titulo fixerunt nomen aeternum. 1401, 8 vulnere. 1405, 4 aeterno iugulas gladio corda matris. 1411, 14 aeterna in libris nam tibi vita viget. 95, 1 hic stigmata aeterna Acte libertae scripta sunt. CORP. XI 4781 ad aeternam divini nominis (*Constanti*) propagationem.

saepissime apud christianos, ut: TERT. nat. 1, 7 vitam aeternam sectatoribus ... suis spondet, e contrario profanis et aemulis supplicium aeternum aeterno igni comminatur. scorp. 13 temporalia, de incommodis dicens, ... aeterna, praemiis (promissis *Agob.*) spondens. bapt. 5 qui temporalem operabantur salutem, nunc aeternam reformant. pudic. 9 spei. anim. 33 sententiam. IREN. 4, 14, 3 per temporalia ad aeterna. 4, 28, 2. COMM. instr. 1, 29, 17 poena spiritalis aeterna. 2, 13, 5 flamma. apol. 610 salute. 804 in aeterna saecla renatus. AMBR. bon. mort. 12, 55 contraria sunt ... temporalibus aeterna. HIER. epist. 119, 7 confusionem. 73, 4 quod sacerdotium ... Melchisedech ... et in praeteritum et in futurum aeternum sit. VVLG. sap. 10, 14 dedit ei claritatem aeternam. Baruch 5, 2 mitram ... honoris aeterni. Matth. 25, 46 ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Marc. 3, 29 delicti. Luc. 16, 9 tabernacula. 10, 25 quid faciendo vitam aeternam possidebo? II Cor. 5, 1 domum non manu factam, aeternam in caelis. II Thess. 2, 15 consolationem. Hebr. 6, 2 iudicii. 9, 12 redemptione. 9, 15 hereditatis. AVG. civ. 1, 22 mansiones. 1, 29 mercedem ... mihi aeternam pro toleratis pie malis temporalibus servat. 1, 35 in aeterna sorte sanctorum. 3, 17 cives. 4, 7 regnum. 5, 16 civitatis. 5, 17 patriam. 13, 17 tit. terrena corpora incorruptibilia fieri et aeterna non posse. 13, 19 puritate.

titulorum ex usu notabilia haec: CORP. I 1059 haec est domus aeterna, hic est fundus, heis sunt horti, hoc est monumentum nostrum. 1009, 21 aeterna domu. 1008 uxori hanc constituit ⟨domum⟩ aeternam, ubei omnes pariter aevom degere⟨nt⟩. CARM. epigr. 71, 4. 72, 3. 117, 1. 136 aeternam ad Ditem vivos effecit domum. 225 *passim. cf.* 57 ⟨domicilium fecit viv⟩os aeternum hoc sibei. CORP. XIV 1335 domus etrena (*sic*) Marraciorum. CORP. V 5930 aeterna sede receptus silet. X 1804 pater sedem aeternam karissimi fili dis manibus consecravit. VIII 6360 hic tenet aeternam sedem. 4120 av(u)lae suae et patri ... fec(it) aeternos (*sic*) sedes. CORP. X 6706 somno aeterno sacr(um). VI 10848 *cf.* aeternalis. 35516 ⟨ossa somno hic a⟩eterno reddita. CARM. epigr. 1294 (= Corp. VI 35508) se⟨p⟩ulcri, Iucundam aiterno (*sic lapis*) tempore quod retinet. CORP. XII 2304 d. m. et quieti aeternae (718. 2052 *passim*). V 1720 ⟨quiet⟩em heterna(m) pet(i)be⟨runt⟩. XIV 949 securitati aeternae A. Egrili Thalli. VIII 3763. XII 1971 d. m. securitati aeternae Iuliae Iulianae. 409. VIII 2763 memoriae aeternae Cl. Maximi Sabini (XIV 319. XII 1937 *passim*). V 6638 memoriae ⟨ae⟩t⟨e⟩r⟨n⟩ae sacrum. VIII 9674 d. m. et memor. aet. XIII 5286 d. m. aetere memaie (*sic*) Co⟨s⟩mus.

IV *de rerum vigore, diuturnitate*: CIC. Q. Rosc. 7 *adversaria* sunt menstrua, illae (*tabulae*) sunt aeternae. nat. deor. 3, 36 ita fit ut ne ignem quidem efficere possitis aeternum. LVCR. 1, 121 Ennius aeternis exponit versibus edens. PANEG. Mess. 34 versu *cf. p. 1145, 22*. PROP. 1, 7, 18 situ (SEN. Herc. f. 702). Ov. am. 3, 6, 20 sic aeternus eas, *amnis* (*cf. p. 1145, 23* RVT. NAM. 1, 109 si foret aeternus *fons; cf.* CORP. X 5163 Nymphis aeternis sacrum). met. 1, 107 ver erat aeternum. VITR. 1, 5, 3 uti ... muri frontes ... aeternam habeant firmitatem. 2, 9, 12 opera ... permanent ad aeternam diuturnitatem. 3, 1, 4 operum laudes et culpae aeternae solent permanere. PHAEDR. 2 epil. *Aesopum* collocarunt aeterna in basi. PLIN. nat. 5, 73 per saeculorum milia ... gens aeterna est, in qua nemo nascitur. 14, 9 nec est ligno ulli aeternior natura. 16, 191 fit aeterna materies *laricis*. 16, 213 maxime aeternam putant hebenum. 16, 215 nitor. 16, 219 alnus aeterna onerisque quantilibet patiens. 16, 247 in aeterna fronde. 21, 100 multis *herbis* ... aeterna folia. 33, 99 liquoris aeterni argentum vivum. 35, 172 latericii parietes ... sunt ... aeterni, si ad perpendiculum fiant. STAT. silv. 1, 1, 58 crepido. 5, 1, 189 aurum (MART. 11, 4, 3). MART. 8, 77, 2 rosa. SOL. 29, 2 inesse fluori illi aeternam facem. 40, 22 hiatus. LACT. epit. 63, 3 ut aeterniora sint mala ... quam bona. 63, 4 si ... potiora esse non possunt, ne aeterniora quidem possunt. VVLG. Sirach 26, 24 fundamenta aeterna supra petram. CLAVD. carm. min. 41, 6 moras. 30, 7 aeterno ... veris honore. CORP. V 1863, 4 Hermias succeptor operis aeterni. II 2395ᵇ dis deabusque aeternum lacum ... cum hoc templo sacravit.

de institutis, urbe, imperio, sim.: LEX XII tab. Cic. off. 1, 37 adversus hostem aeterna auctoritas. LEX Atinia de usucap. (Gell. 17, 7, 1) quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto. CIC. Rab. perd. 33 si immorta⟨lem⟩ hanc civitate⟨m esse⟩ voltis, si aeter⟨num hoc⟩ imperium, si g⟨loriam⟩ sempiternam ⟨manere⟩. rep. 3, 34 debet ... constituta sic esse civitas, ut aeterna sit. CAES. Gall. 7, 77, 15 his aeternam iniungere servitutem (TAC. ann. 12, 34). VERG. Aen. 4, 99 pacem (12, 504 AMM. 14, 6, 3). 4, 201 excubias divum aeternas. 8, 37 aeternaque Pergama servas. 11, 356 pacem hanc aeterno foedere firmes (AMM. 15, 12, 6). 12, 191 foedera. TIB. 2, 5, 23 Romulus aeternae nondum formaverat urbis moenia (AMM. 15, 7, 1 urbs aeterna, 16, 10, 14 *et passim*, 15, 7, 10 aeterna urbs, *v. infra p. 1147, 20*). CARM. de mens. 31 aeterno regni signatus nomine mensis *Augustus*. PROP. 3, 22, 24 aeternum Marcius umor opus. Ov. fast. 1, 287 Iane, fac aeternos pacem pacisque ministros. 6, 610 aeterna res ea pressa nota. trist. 3, 1, 46 decus. Pont. 1, 2, 126 clausit et aeterna civica bella sera. fast. 3, 421 Caesaris (*cf.* HOR. carm. 2, 11, 11 *p. 1143, 45*). Pont. 2, 2, 50 principis. LIV. 2, 44, 8 fremebant aeternas opes esse Romanas. 3, 9, 5 ne aeterna illis licentia sit. 3, 16, 2 aeterni hostes Volsci et Aequi (7, 30, 7). 4, 35, 6 servitio. 5, 7, 10 beatam urbem Romanam ⟨et⟩ invictam et aeternam. 5, 22, 7 sedem. 7, 18, 7 pars altera (*patricia*) in aeterno imperio locata. 31, 29, 15 cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est eritque. 39, 37, 16 quae iure iurando, quae monimentis litterarum in lapide insculptis in aeternam memoriam sancta atque sacrata sunt. MANIL. 1, 924 Discordia ... aeternos habeat frenos in carcere clausa. VAL. MAX. 4, 3 prooem. id regnum aeterno in gradu facile steterit. 5, 3, 1 *Caesar* aeternum Romano imperio spiritum ingeneraverat. OCTAVIA 281 servetque decus Roma aeternum. CVRT. 8, 8, 12 horum fides stabile et aeternum faciet imperium. COLVM. 10, 68 labor. LVCAN. 1, 34 regna. 4, 189 nexu. 8, 223 duros aeterni Martis (VAL. FL. 6, 38) Alanos. CALP. ecl. 4, 145 hos, precor, aeternus populos rege. sit tibi caeli vilis amor. PLIN. nat. 7, 193 aeternus litterarum usus. 9, 124 possessionis. 16, 3 controversiam. 25, 7 triumphabantque etiam dominis mutatis aeternae (et me *codd.*) domus. 27, 2. SIL. 1, 28 gentem. STAT. Theb. 1, 24 *Domitianum* aeternum sibi Roma cupit. 3, 246 arcem. silv. 5, 1, 240 genti *Caesaris*. Ach. 1, 387 templa. MART. 6, 3, 3 habenas [FRONTIN. aq. 88 urbis *interpolatum*]. TAC. ann. 3, 6 principes mortales, rem publicam aeternam esse. 1, 80 semel placita pro aeternis servavisse. 14, 31 dominationis. PLIN. epist. 7, 18, 5 oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre. FLOR. 2, 33, 59 certa mox fides et aeterna pax. PAVL. dig. 8, 2, 33 ut in perpetuum idem paries aeternus esset (aeternus *del. Mommsen*). PANEG. 4, 16 p. 127, 26 talibus aeternorum principum (SYMM. epist. 1, 14, 3 *v. infra p. 1147, 4*) iudiciis. 6, 11 imperator aeterne. 9, 19 p. 207, 22 diebus munerum aeternorumque ludorum. VOPISC. Aur. 45, 1 anabolicas species aeternas constituit. HIER. epist. 121, 11 Romanum imperium ... aeternum pu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tant (AVG. civ. 20, 19). *ibid.* Romae aeternae. COD. Theod. gesta in sen. de recip. cod. Theod. (*a. 443*) aeternorum principum felicitas. 6, 4, 30 aeterni principis ac fratris mei. *in lapidibus* aeternus *additur Caesarum nominibus inde a Constantino*: CORP. II 2203 imp. Caes. Constantino max. pio felici aeterno Aug. 2205 invict. ⟨adq⟩ue aeterno Aug. III 17. 167 Constanti et Constantis aeternorum principum. 3705 Constantius ... victor maximus triumfator aeternus. VI 1676 dd. nn. aeternis principibus. 1749. VIII 10222. 10272. IX 5949. XI 6623. 6658. 6661 eterno. *cognata*: CORP. VIII 8441 ⟨Pa⟩ci aeternae Aug. VI 200 Paci aeternae domus imp. Vespasiani Caesaris Aug. XIV 2257 victoriae aetern(ae) d. n. imp. Caes. Aug. Marc. Aureli. INSCR. numm. Cohen IV^2 p. 394, 28 pax eterna. V^2 p. 446, 1068 *sqq.* Victoria aet. VI^2 p. 495 n. 14 aeterna memoria. VII^2 p. 166 n. 4 aeterna felicitas Aug. p. 231 n. 13 aeterna pietas. IV^2 p. 366 n. 426 aeternum beneficium. COD. Theod. 10, 10, 22 (*a. 398*) lex aeterna. SIDON. carm. 1, 27 aeterna ... in aula. CORP. XI 5265, 38 civitati Hispello aeternum vocabulum nomenq(ue) venerandum de nostra nuncupatione concessimus, scilicet ut ... urbs Flavia Constans vocetur. CORP. III 187 ⟨m⟩il. leg. II Part(hicae) ⟨S⟩everian(ae) ⟨p(iae)⟩ f(idelis) aetern(ae). 113. VI 2579. XIV 2257. 2258. 2278. 2283. *de urbe*: CORP. III 1422 Romae aeternae. VII 370 Fortunae reduci Romae aetern(ae). 392. VIII 6965. X 16. VI 1736 (*a. 362*) vicario urbis Romae aeternae (X 6425). VIII 1427. XII 1120 sacerdot(i) urbis Rom. aetern. VI 1188 ob instauratos urbi aeternae muros (1189. 1190). CANON. 20 p. 500 cui aeternae urbis negator habitatio. COD. Theod. 13, 5, 7 urbis, quam aeterno nomine ... donavimus. INSCR. numm. Cohen VII^2 p. 438 n. 1 (*Constantii II*) aeterna gloria senat. p. q. R. CORP. XIV 2795 (*Gabiis*) confugiendo at aeternam rem publ. n(ostram).

synonyma: *ad I*: sempiternus, infinitus, perpetuus. *ad II*: divinus, caelestis, inmortalis, perpetuus, inmutabilis, aequabilis, solidus, incorruptus, cariturus fine, inmensus, invictus, inrequietus, firmus, indefectus. innatus, incommutabilis, incorporalis. *ad III*: solidus, pertinax. incorruptibilis. *ad IV*: inmortalis, sempiternus, invictus. *opposita*: *ad I*: diuturnus (CIC. de orat. 1, 125), brevis. *ad II*: mortalis, generatus (CIC. Tim. 6), fragilis, caducus, inbecillus, corporalis. terrenus, praesens, transitorius. *ad III*: fluxus, fragilis. temporalis, manu factus, terrenus. *ad IV*: menstruus. mortalis.

subst. **aeternum, -ī** *n.* CIC. Tusc. 1, 91 aeterna moliri. SEN. dial. 6, 26, 7 felices animae et aeterna sortitae. epist. 57, 9 nec quicquam noxium aeterno (*dat.*) est. 88, 33 de caducis, de aeternis. 120, 17 aeterna (alt- *codd.*) proponimus. STAT. Theb. 3, 161 aeterna ... ausi. PLIN. epist. 2, 11, 2 rei magnitudine aeternum. AVG. civ. 8, 3 animus ... in aeterna se attolleret. 10, 14 ut a temporalibus ad aeterna capienda ... surgeretur. 10, 15 promissa terrena, quibus tamen significarentur aeterna. **in aeternum.** LVCR. 2, 570 in aeternum sepelire salutem. OV. trist. 1, 3, 63 uxor in aeternum vivo mihi viva negatur. LIV. 4, 4, 4 in aeternum urbe condita (28, 28, 11). 6, 21, 2. 34, 6, 4 *leges* non in tempus aliquod, sed perpetuae utilitatis causa in aeternum latae sunt. SEN. suas. 2, 2 SEN. dial. 1, 5, 6. 5, 42, 1. 6, 6, 2 sors inmota et in aeternum fixa. 6, 26, 1. benef. 7, 21, 1 qui in aeternum nostros amittimus. nat. 2, 5, 2. LVCAN. 2, 9 fixit in aeternum causas. 10, 87 SIL. 3, 136. 13, 873. QVINT. inst. 5, 11, 41 durassent haec in aeternum. TAC. Agr. 32 in aeternum perferre aut statim ulcisci. hist. 4, 64 in aeternum rata. 5, 16. PLIN. paneg. 35 quos ... non in praesens tantum, sed in aeternum repressisti. FRONTO p. 234, 8 N. in aeternum extinguimus. PAVL. dig. 17, 2, 70 in aeternum nulla societatis coitio est. APVL. met. 1, 1 ⟨in⟩ aeternum. 2, 28 in aeternum conditis oculis modicam lucem infunde. PS. APVL. Ascl. 21 TERT. orat. 14 COMM. apolog. 326. 923 luget in aeternum, quae se iactabat aeterna. SOL. 1, 59. 15, 14. 27, 17 LACT. *passim.* HIL. in psalm. 118 nun 4 p. 476 neque ad tempus, sed in aeternum. lamed 3 p. 457 εἰς τὸν αἰῶνα ... nobiscum est 'in aeternum'. 65, 12 (*explicatur*). VVLG. gen. 3, 22 vivat in aeternum, *et passim.* exod. 12, 24 usque in aeternum (Ios. 4, 7 II reg. 7, 16 *passim*). 15, 18 dominus regnabit in aeternum et ultra (Micha 4, 5). I par. 16, 36 benedictus ... ab aeterno usque in aeternum (29, 10 II Esdr. 9, 5 psalm. 102, 17). Marc. 11, 14 iam non amplius in aeternum. AVG. *passim, nota* civ. 17, 6 paraverat dominus regnum tuum usque in aeternum super Israel. DRAC. laud. dei 1, 564. INSCR. christ. Le Blant 597 vivit in aeternum nullum moritura per aevum. EDICT. Diocl. 1, 4 in aeternum fundatam quietem. CORP. XIII 2058 have in aeternum ... aeternumque ... vale. *nota*: COMM. apol. 302 in a e t e r n o viventes. CORP. VI 9663, 7 cuius fama in aeterno nota est. 2160 (*a. 400*) cuius fama in e t e r n a nota est. *acc.* **aeternum** *pro adv.* VERG. georg. 2, 400 glaebaque versis aeternum frangenda bidentibus. Aen. 6, 401 aeternum latrans *Cerberus.* 6, 617 sedet aeternumque sedebit infelix Theseus. 11, 97 salve aeternum mihi, maxime Palla, aeternumque vale. CORN. SEV. carm. frg. 13, 15 aeternum obmutuit. PROP. 2, 28^b, 57 nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis. 3, 8, 38 sit socer aeternum. AETNA 432 aeternum pingue scatet ubere sulpur. HOR. epist. 1, 10, 41 serviet aeternum. TIB. 2, 5, 64 aeternum sit mihi virginitas. OV. met. 6, 369 aeternum stagno ... vivatis in isto. trist. 5, 3, 41 micet aeternum. CARM. epigr. 1005, 2 aeternum patriae hic erit ipsa domus. VAL. FL. 1, 833. 4, 151 furit. 4, 708 SIL. 1, 90. 204. 2, 52. 62. 367. 613. 3, 479. 6, 13. 13, 459 STAT. Theb. 1, 599. 705 aeternum florere genas. 4, 420. 5, 107 manes aeternum (*i. per aevum vestrum*) servare domos. 8, 509 teneo aeternumque tenebo. 9, 52 exul ego aeternumque fugatus. silv. 5, 1, 139 bellare. MART. 5, 66, 2 sic eris 'aeternum', Pontiliane, 'vale'. TAC. ann. 3, 26 mansere. 12, 28 discordant. PANEG. 9, 26 p. 212, 22 permaneat. IVVENC. 1, 21 sobrius aeternum *Iohannes.* 4, 63 AVSON. 272, 4 PRVD. perist. 2, 508 ham. 706 psych. 915 CLAVD. carm. min. 17, 42. PAVL. NOL. carm. 20, 279 patrono aeternum Felice mihi. 22, 73. 24, 598. RVT. NAM. 1, 145 aeternum tibi Rhenus aret. CARM. epigr. 137, 2 ubi ossa et cineres aeternum requiescerent. CORP. V 3496 (*Verona*) aeternum meum vale solacium. INSCR. christ. Le Blant 624. **ex aeternō.** DAMAS. epist. 2 plenitudinem dei verbi ... ex aeterno in aeternum subsistentem. AVG. civ. 10, 31 si aliquid in illa (*anima*) quod ex aeterno non fuit, esse coepit ex tempore. **ab aeternō.** TIBERIAN. carm. 4, 10 ab aeterno ... turbine certo rerum fata rapi. PS. AMBR. serm. 36, 1 *spiritus* qui non ex tempore, sed ab aeterno a patre filioque ... procedit. *cf. p. 1147, 66.* **per aeternum.** SOL. 30, 14 mons ... ingenuo igni per aeternum fervidus. AVG. civ. 11, 4 miseria, quae numquam antea per aeternum *accidit.*

adverbia: **aeternō.** OV. am. 3, 3, 11 aeterno falsum iurare puellis. CARM. epigr. 371, 8 (*16 p. Chr.*) tuta aeterno maneant. PLIN. nat. 2, 240 viret aeterno ... fraxinus. SIL. 7, 554 hoc ... accipe et aeterno fixum sub pectore serva. CARM. epigr. 1216, 11. **aeternē.** AVG. conf. 12, 38 tua deus aeterne (*sic* Eugipp. p. 134, 9 *et pars codd.*, aeterna et *altera pars*) stabili permansione cuncta praeterita et futura tempora superari. CAPREOL. epist. 2, 2 p. 850^d sine matre in caelis aeterne genitus. *V.*

Aeternus, -a *nom. serv. et cogn., in Italia incognitum ut videtur.* CORP. VI 32925 (*in laterc. milit.*) Aeternus. III 10994 (*Brigetione, saeculi fortasse tertii*) Cl(audii) Felicitas, Eterna, Bass(us). 4275 (*Adiavi*) d. m. aeternae quieti eti (*sic*) perpetuae securitati Aurel(iae) Aeternae. 12014, 103 (*in vasculo*) Aeterni. XIII 1901 (*Luguduni*) et Veríní Vrsa Aeternus Marínus Victor filí. 966 (*in Petrucoriis*) M. Marullius L. Marulli Arabi filius Quir. Aeternus. GREG. TVR. Iul. 49 mulier ... nomine Aeterna. CORP. VII 236 T(erentii) Perpet⟨uus et⟩ Aeter⟨nus⟩. 1297 Aeternus vivas. 1336, 23 Aeterni m(anu). *cf.* XIII 10010, 52. CONC. Paris. a. 552 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 116, 18 Aeterno archidiacono. INSCR. Rhen. Bramb. 1116 T. Fl. Aeternus. INSCR. christ. Brit. 110 Etterni fili. 139 fili Etern(i). **Aeternius** *nom. gent. et cogn.* CORP. X 3387 (*Miseni*) C. Aeternius Rufus. COD. Iust. 6, 21, 8 Imp. Gordianus A. Aeternio militi. INSCR. Rhen. Bramb. 1585 C. Sanctinius Gai fil. Quir. Aeternius. *Zimmermann.*

Aētēs, -ae, Ἀήτης, *cogn. vir.* CARM. epigr. 646 (*in Sardinia*) et patris ut nomen tuler(im) rogatus Aëtae. *cf.* Aeta.

aetesiae *v.* etesiae.

Aetetus, -ī, Αἰτητός, *nom. vir.* CORP. V 5090 (*a. 217 vel 247*) Aetetus Augg. nn. lib. p(rae)p(ositus) stat. Maiens(is quadragesimae) Gall(iarum). **Aetetē,** Αἰτητή, *cogn. mul.* CORP. III 255 (*Ancyrae*) Vennonia Aetete. *Diehl.*

? **aethachates** *v.* antachates.

? **aethal(us?).** PLIN. nat. 14, 75 tribus generibus uvarum ibi (*in Aegypto*) nobilissimis, Thasio aethalo (*Gelenius*, et allo *codd.*). *nisi est* aithale, ἀειθαλής. *V.*

Aethalos (Aithalus), -ī, Αἴθαλος. **1** *nom. myth.*: OV. Ib. 621 Aethalon ut vita spoliavit ⟨in⟩ Isidis hospes. *cf.* SCHOL. *ad l.* Aethalus rex fuit Aegipti qui Isidem de stupro interpellavit *et Ellis in commentario.* **2** *cogn. vir.*: CORP. VIII 7179 (*Cirtae*) d. m. Aemili Aithali. **Aethalē,** -ēs, Αἰθάλη. **1** *cf.* Aethalia *3.* **2** *cogn. mul.* CORP. VI 5776 (*e columb.*) Aethale Iulia Epagathí l. 15915 Aethale Cocciae (*dat.*). **Aithalēs,** -ētis, Αἰθάλης. *an* ἀειθαλής*? v. l. 71 et 74.* CHAR. gramm. I 68, 29 Eumenes Eumenus, Aithales Aithalus, Euprepes Euprepus; quamquam quidam sic declinari maluerint: Eumenetis, Euprepetis. *cf.* aithales *in ordine abecedario.* **1** *nom. serv., cogn. lib.* SCAEV. dig. 48, 10, 24 Aithales servus. *ibid. dat.* Aithaleti. *in titulis*: CORP. VI 10239, 20 T. Flavius Aithales líbertus (21). 3 A i t h a l e liberto suo mancipio *dat. idem videtur dici* 17986 Flavio Aithaleti. 28557 Aithales Aug. líb. XI 1320 (*Lunae*) Aithales vilic(us) Flori ser. 2373 (*Clusii*) L. Paccio A i t h a l e amico optimo (*dat.*). XIV 186$^{add.}$ (*Ostiae, teste Suaresio*) C. Iulius A i t a l e s. X 714 (*Surrenti*) A e i t a l e s Maximi (serva, *quod voluit Mommsen pro* Αἰθάλη, *vel potius* servus). *sed cf. 2.* **2** *episcopus Edessenus Mesopotamiae.* PATR. Nic. 1, 79 Ethilaos. 2, 78 Aetilaus. 3, 77 Aetholaus. 4, 74 Aetholus. *cf. laterculus graecus* 5, 78 Ἀειθαλᾶς (*v. supra* Aeitales), *copticus* 7, 84 Ethalas, *armeniacus* 11, 73 Avthalas.

Aethalia, -ae, Αἰθαλία. **1** *insula prope Ephesum sita*: LIV. 37, 13, 2 ad Aethaliam insulam traiecit *classem.* 37, 13, 5 naves ad Aethaliam stare. *cf. 2.* **2** PLIN. nat. 5, 136 cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat. *cf. 1.* **3** PLIN. nat. 3, 81 Ilva cum ferri metallis, ... a Graecis Aethalia dicta. *cf.* SERV. auct. Aen. 10, 173 quidam Ilvam Ithacen (*corr. Cluverius* A e t h a l e n) dictam volunt. *v.* Aethalis. *adi.* **Aethalis,** Αἰθαλίς. *cf.* Aethalia *3.* OV. Pont. 2, 3, 84 Aethalis Ilva (*sic fere A et fort.* β^1, *vulg.* Italis ora). **Aethalidēs,** Αἰθαλίδης. **1** Mercurii et Eupolemiae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Myrmidonis filiae filius (Hyg. fab. 14 p. 44). Val. Fl. 1, 436 hic numerosa phalanx, proles Cyllenia: certus Aethalides subitas nervo redeunte sagittas cogere. Gell. 4, 11, 14 Clearchus et Dicaearchus memoriae tradiderunt, fuisse eum (*Pythagoram*) postea Pyrrum Pyranthium, deinde Aethaliden (*sim.* Tert. anim. 28 Aethalidem. 31. Hier. apol. adv. Rufin. 3, 40 *nomen corruptum in* Callidem). *cf. Wernicke, PW. I 1093.* **2** *v.* Aethalion. **Aethaliōn,** **Αἰϑαλίων.* *pirata Tyrrhenus in delphinum mutatus*: Ov. met. 3, 647. Hyg. fab. 134 p. 114 *traditur* Aethalides.

? **Aetheaticē** *cogn. mul. corruptum. utrum lateat αἰτιατική an Ἀττική an ϑεατική non liquet.* Corp. VI 6208 (*e columb.*) Gellia Aetheatice. *Diehl.*

aethēr, -eris *m.*, *αἰϑήρ, -έρος.* Gloss. *αἰϑήρ, ἀήρ*; caelum, aer superior, aer superior an caeli pars, summa pars caeli; caelum, quia nobis non videtur, et igneum esse dicitur; humilior (humidior? *Goetz*) pars; aethera: partes caeli superiores; caelestia vel possessio caeli ignea; aetheris vicinitas: caeli. *vocabulum poetis frequentatum primus usurpavit* Enn. (*deest apud* Plavt., *leg. in* argum., Ter. Prop. Phaedr. Pers. Ivv., Hor. *semel, in* carm.), *ex scriptoribus hi*: Varro Cic. Vitr. *semel* Sen. nat. Colvm. *semel* Plin. *semel* (*et var. l.*) Apvl. Tert. *recc.*

Char. gramm. I 550, 21 elementa semper singularia sunt, aether caelum .... Prob. gramm. IV 14, 30 'e' in genetivo corripiens ... 'aether'. t *pro* th *legitur in titulis*: Carm. epigr. 110, 5. 1788, 7. *de declinatione*: Char. (*ex Iul. Romano, cf.* 116, 29. 117, 6) gramm. 121, 12 aerem veteres dixerunt, non item aetherem, sed aethera, quia utraque graeca sunt. *habent* aetherem: Tert. anim. 54 adv. Marc. 1, 113 Serv. Aen. 1, 47. 58 *al.* Schol. Germ. p. 56, 1 Br. Hier. epist. 124, 5 (64, 9 -a). Avg. civ. 4, 10 (7, 16 -a). Clavdian. Mam. 2, 12 p. 149 (1, 7 p. 145 -a). **aethra: Val. Fl. 6, 748 Sil. 14, 593 Ivvenc. 3, 532.** Carm. epigr. 704, 9 (*christ., an* aethra(m)? aethrā *legitur v. 23*). 1347 A, 10 (*saec. IV*). 1422, 1 Inscr. christ. Rossi II p. 149, 16, 6. aethre? Hil. carm. in gen. 85. *gen.* aetheros: Stat. Theb. 3, 525 silv. 4, 2, 25. *de forma* aethera *male intellecta et posita quasi sit neutr. plur. vel fem. sing.*: Ars Bern. gramm. suppl. 114, 6 aer et aether masculina sunt, quamquam 'aera' et 'aethera' poetice legitur. Apvl. mund. 1 caelum ipsum stellaeque caeligenae (-rae *codd.*) omnisque siderea conpago aethera (?) vocatur. Grom. p. 350, 18 scias mare ex aethera remotum. Anth. 230, 3 aethera quod pontusque, altrix quod terra creavit. 736, 22 ne in media ima ruas, sed clara per aethera vivas. Mar. Victor aleth. 1, 154 Ven. Fort. carm. 3, 9, 7. Mart. 3, 424 longinqua per aethera (*sed* 3, 9, 53 *et* 3, 23 a, 1 *potest esse acc. sing.*). Gloss. V 546, 5 aethera: aer, notandumque aer accusativo significans † etha facit, sicut aethera, aethra (?). *v. l. 16. saepius inter* aethera *et* aethra *in* Gloss. *variatur.* aether *sing. neutr.*: Ennod. epist. 2, 13 p. 53, 18 non sic pernix aether acta nervis arundo proscindit. 6, 38 p. 171, 23 aether vacuum pisces expetere. op. 2 p. 290, 17 verberari.

***definitur*:** Cic. nat. deor. 1, 37 *Cleanthes* ultimum et altissimum atque undique circumfusum ... ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum iudicat. 2, 91. Lvcr. 5, 1205 super stellis ... aethera fixum. Plin. nat. 2, 48. Apvl. mund. 1 caelum ipsum stellaeque ... omnisque conpago aether[a] vocatur. Socr. 8 p. 139 Oud. *v.* aer *p. 1047, 77.* Serv. auct. Aen. 1, 394 aether altior est aere, vicinus caelo, *ἀπὸ τοῦ αἴϑειν.* Comm. Einsidl. gramm. suppl. 220, 12 *v.* aer *p. 1047, 49.* Isid. orig. 13, 5, 1 aether (-a *al.*) locus est, in quo sidera sunt, et significat eum ignem, qui a toto mundo in altum separatus est. et sane aether est ipsum elementum, *αἴϑρα* vero splendor aetheris, et est sermo graecus. Cic. nat. deor. 2, 42 quoniam tenuissimus est et semper agitatur et viget. 2, 54 non est ... aetheris ea natura, ut vi sua stellas conplexa contorqueat. 2, 66 quod ei (*aeri*) similitudo est aetheris et cum eo summa coniunctio. Macr. somn. 1, 22, 5. *synonyma coniuncta cognata*: aether *et* aer *v.* aer *p. 1047, 70.* Serv. (Prob.?) Aen. 1, 90 aetherem hoc loco pro aere posuit. nubes enim, unde et fulmina, aeris sunt, ... et frequenter Vergilius duo ista confundit. 10, 356 *al.* Gloss. IV 569, 57 super aethera: super aera. aether *et* caelum: Enn. *in* Euhemero *secundum* Lact. inst. 1, 11, 63 in eo loco suspexit in caelum quod nunc nos nominamus, eique (idque *codd.*) quod supra mundum erat, quod aether vocabatur, de sui avi nomine caelum nomen indidit (*Iuppiter*). Pacvv. trag. 90 id quod nostri caelum memorant, Grai perhibent aethera (*sed* Cic. nat. deor. 2, 91 dicatur tam 'aether' Latine, quam dicitur aer, etsi interpretatur Pacuvius ...). Cic. nat. deor. 2, 41 qui (*ardor caelestis*) aether vel caelum nominatur. 2, 101 qui (*caeli complexus*) idem aether vocatur. Lvcr. 1, 1089 totum circum tremere aethera signis et solis flammam per caeli caerula pasci. 2, 1000 quod missumst ex aetheris oris, id rursum caeli rellatum templa receptant. Verg. Aen. 7, 142 *Iuppiter a* caelo ... intonuit ... et ... ostendit ab aethere nubem. Ov. met. 1, 329. Manil. 5, 599 per aethera ludit *Perseus* (*cf.* 5, 593 caelo pendens). 2, 793 Sen. Med. 1026 Lvcan. 7, 839 (*ibid.* aer) Apvl. met. 6, 6 Hier. epist. 124, 4. Paneg. Mess. 22 *aeri* contextus passim fluat igneus aether pendentique super claudantur ut omnia caelo. Sen. nat. 6, 16, 2 totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit. *al.* *epitheta*: Cic. carm. 3, 5 aeternus. Ov met. 1, 254 sacer. Nem. ecl. 35 omnipotens. Cic. nat. deor. 2, 54 perlucens et aequabili colore suffusus. Varivs carm. frg. 4, 3 nitidus (Val. Fl. 3, 467). Cat. 63, 40 albus. Lvcr. 3, 21 innubilus (*in sedibus quietis*). Lydia 40 cyaneus. Ov. ars 3, 55 purior aether fulsit (Germ. 254 purus. Macr. somn. 1, 19, 9). **met. 13, 587 aureus. fast.** 4, 5 serenus erat (Lvcan. 1, 58 Sil. 15, 363). Sen. nat. 2, 10, 1 lucidissimus. Lvcan. 3, 522 liber nubibus. Val. Fl. 1, 81 ater. 1, 307 incertus. Stat. Theb. 10, 118 caeruleus. (Solin.) Pont. 10 candidus. Anth. 736, 22 clarus. Cic. nat. deor. 2, 91 inmensus (Ov. met. 10, 2). 43, 1 inmoderatus. Lvcr. 5, 473 maximus (Verg. Aen. 10, 355 magnus. *al.*). Verg. georg. 3, 358 altus. *al.* Aen. 1, 223 summus. *al.* (Apvl. Socr. 6 p. 132 Oud.). 5, 821 vastus. 10, 102 arduus. *al.* Sen. Med. 1026 sublimis. 3, 524 profundus. Cic. nat. deor. 2, 42 tenuissimus est (2, 54 tenuis. Sen. nat. 1, 2, 4). Lvcr. 5, 448 purus secretusque. 5, 467 levis ac diffusilis (Verg. georg. 1, 406 levis. Sil. 2, 513). 5, 500 liquidissimus (Ov. met. 1, 67 liquidum et gravitate carentem). Aetna 332 siccus. Paneg. Mess. 22 igneus (Sen. nat. 6, 16, 2 *cf. p. 1151, 16*). Manil. 5, 600 laxus. Sen. Thy. 990 gravis ... stupet. *varia*: Cic. Arat. 89 ignifer (Lvcr. 5, 458). Lvcr. 6, 487 signifer. apertus *v. l. 43 et p. 1152, 7.* gelidus *v. p. 1152, 2.* Sen. Phaedr. 420 te regentem frena nocturni aetheris (Stat. Theb. 10, 373). Lvcan. 2, 720 eoi color aetheris. Stat. Theb. 5, 14 avius.

studium, cura alicuius rei (*inde a* QVINT. *iam de vitiosa nimia vel fallaci opera*): GLOSS. ἐπιτήδευσις, ἐπιχείρησις, διάϑεσις studium. VAL. MAX. 9, 1, 3 *mulieres* graviorum operum negata adfectatio omne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre. SEN. dial. 10, 2, 2 affectatio alienae fortunae (formae *cod.*). epist. 89, 4 philosophia sapientiae amor est et adfectatio. PLIN. nat. 11, 154 decoris. 34, 6 mire . . . circa id (*aes Corinthium*) multorum adfectatio furit. QVINT. inst. 1 prooem. 24 nimiae subtilitatis adfectatione. 1, 6, 40 nihil est odiosius adfectatione *scil. verborum vetustorum*. 4, 1, 77 illa . . . frigida et puerilis est in scholis adfectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam. 5, 12, 6 quantum efficiat in animis hominum talis adfectatio (*praecedit* cupiditas). 8, 1, 2 Attica anus Theophrastum . . . adnotata unius adfectatione verbi hospitem dixit (*sequitur* quod nimium Attice loqueretur). 8, 3, 27 multa alia etiam audentius (audientib; *libri*) inseri possunt, sed ita demum si non appareat adfectatio. 8, 3, 56 κακόζηλον id est mala adfectatio (IVL. VICT. rhet. 22 p. 436, 5) per omne dicendi genus peccat. *cf.* DIOM. gramm. I 451, 8 cacozelia est per adfectationem decoris corrupta sententia. POMP. gramm. V 295, 13 cacosyntheton est quae non per naturam scribuntur, sed per quandam adfectationem praepostere scribuntur. QVINT. inst. 9, 3, 74 per se frigida et inanis adfectatio, cum in acres incidit sensus, innatam videtur habere, non arcessitam ⟨gratiam⟩. 9, 4, 60 orationes compositio *metrica*, nisi varia est, et offendit similitudine et in adfectatione deprehenditur. 9, 4, 143 versificandi genus est unam legem omnibus sermonibus dare, et id . . . manifestae adfection⟨is⟩ e⟨st⟩, cuius rei maxime cavenda suspicio est. 10, 1, 82 Xenophontis illam iucunditatem inadfectatam, sed quam nulla consequi adfectatio possit. 11, 1, 32 siccum et . . . contractum dicendi propositum plerumque adfectatione ipsa securitatis invisum est. 12, 10, 40 quidquid huc sit adiectum, id esse adfectationis et ambitiosae in loquendo iactantiae. decl. 267, 15 tyrannidis (MART. CAP. 5, 451). TAC. Germ. 5 (*v. sub* affectio *p. 1178, 30*) 28 Treveri . . . circa adfectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt. hist. 1, 80 adfectatio quietis in tumultum evaluit. SVET. gramm. 10 Sallusti scripta reprehendit ut nimia priscorum verborum affectatione oblita. Tib. 70 adfectatione et morositate nimia obscurabat stilum. Tit. 9 convictos in adfectatione imperii. APVL. met. 10, 21 cetera, quis mulieres et alios inducunt et suas testantur adfectationes. TERT. nat. 1, 13 adorandi (apolog. 16). bapt. 5 *rerum*. mart. 5 omnia saevitiae et crudelitatis certamina iam apud homines affectatio quoque et morbus quidam animi conculcavit. quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat? certe ad feras ipsas affectatione descendunt. 6 haec exempla constantiae omittamus de affectatione venientis. ITALA Luc. 12, 1 (*cod. Vercell.*) cavete a fermento Pharisaeorum, quod est adfectatio (ὑπόκρισις. VVLG. hypocrisis). Ierem. 25, 5 (Lact. inst. 4, 11, 4) convertantur unus quisque a via sua mala et a nequissimis adfectationibus (ἐπιτηδευμάτων. VVLG. cogitationibus) vestris. *cf.* AVG. serm. ed. Mai 126, 10 diversis et dilaniantibus affectationibus mundi fatigamini. DOCTRINA apost. 4, 11 oderis omnem affectationem (ὑπόκρισιν). 5, 1 affectationes (ὑποκρίσεις). AVSON. 407, 5 illud . . . qua adfectatione addidisti? SYMM. epist. 9, 88 *verecundiae* crebra est adfectatio. SERV. Aen. 7, 647 scienda est poetae adfectatio — nam ablepsiam nefas est dicere —; hic enim aliquos commemorat, quos in bello non invenis. POMP. gramm. V 303, 19 ut aut nomina sint omnia aut pronomina . . .: hoc pro ingenti adfectatione faciebant maiores nostri. PHYSIOGN. 74 secunda species affectationis eorum qui ad pulcritudinem student. MART. CAP. 1, 7 honorationis (-oribus *Bern.*) celsae. 5, 512 translatorum alienorumque verborum. OROS. hist. 7, 36, 3 gentili magis licentia contentus quam ambitu regiae affectationis inflatus. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 194 affectatio sudorum, quam ἀφίδρωσιν vocant.

affectātor (adf-), -ōris *m. ab* adfectare. GLOSS. adfectatores adpetitores, petitores. SEN. dial. 2, 19, 3 sapiens adfectatorque sapientiae. QVINT. inst. 5, 13, 24 Maelium regni adfectatorem fuisse. 6, 2, 16 cupidi maledicendi aut adfectatores libertatis. 6, 3, 3 habitus est nimius risus adfectator. FLOR. epit. 1, 23, 2 Macedones, adfectator quondam imperii populus. TERT. adv. Marc. 4, 27 affectatores principatuum (*praecedit* si . . . quis affectat principatum). GALLICAN. Avid. 5, 1 tyrannidis (CASSIOD. chron. 1291). SPART. Hadr. 23, 8 imperii. EVTROP. 10, 7 iusti amoris. SYMM. epist. 5, 75 fori quietioris. AMM. 15, 5, 19 summae rei per filios adfectator. 21, 16, 4 doctrinarum diligens adfectator. SERV. Aen. 3, 209 adfect⟨at⟩ores stupri. FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 6 quod *Venus* nudos sui (sibi *codd.*) adfectatores (ads- *unus codex*) dimittat. 3, 4 p. 63, 17 suos affectatores amor . . . nudare noverit. PHYSIOGN. 42 qui . . . alteram ex superioribus palpebris paulatim deprimunt . . ., affectatores (vel ass- *cod. Erfurt.*) pulchritudinis sunt. SALVIAN. gub. 55 virtutum (*opp.* amici criminum). *f.* **adfectātrīx**, -īcis. TERT. praescr. haeret. 7 sapientiam humanam affectatricem veritatis.

affectio (adf-), -ōnis *f. ab* afficere. *vocabulum Ciceronis, qui* affectus *non habet nisi semel, acceptum prosariis inde a* SEN., *qui et ipsi* affectus *a poetis* (OV. MANIL.) *sumpserunt. pluralis saepe legitur iam inde a* CIC. *lapides semper quod viderim* adfectio, *semel* (*p. 1180, 6*) atfectio. *definitiones variae*: *l. 82. p. 1177, 3. 35. 66.*

I ***active***: CIC. top. 68 *in rebus comparandis* spectantur haec: numerus species vis, quaedam etiam ad res aliquas adfectio. 70 adfectio autem ad res aliquas est huiusmodi: principum commoda maiora quam reliquorum. Tusc. 4, 14 praesentis . . . mali sapientis adfectio nulla est, stultorum aegritudo.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II ***passive:*** GLOSS. διάθεσις. πάθος. CIC. inv. 1, 34 personis has res attributas putamus: nomen ... habitum, affectionem, studia. 1, 36 affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio (commodatio *A*), ut laetitia cupiditas metus molestia morbus debilitas et alia quae in eodem genere reperiuntur (*fusius explicatur* MAR. VICTOR. rhet. p. 219, 27 sqq. p. 225, 25 sqq. RHET. min. p. 305, 12 sqq.). 1, 41 inprudentia ... confertur ... in affectionem animi hoc est molestiam iracundiam amorem et cetera quae in simili genere versantur. 2, 17 impulsio est quae sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor iracundia aegritudo vinolentia et omnino omnia in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit. 2, 19 illum impetum et quandam commotionem animi affectionemque. 2, 25 quae vis et natura sit eius affectionis, qua inpulsus aliquid reus commisisse dicetur. *ibid.* diligenter natura eius affectionis ... explicanda. 2, 30 affectionis ... ratio. 2, 37 alicui non malitiosae animi affectioni. top. 99 odium et invidia et ceterae animi adfectiones. fin. 3, 65 ex hac animorum affectione testamenta nata sunt. 5, 36 affectiones ususque corporis. 5, 63 nemo est ... quin hanc affectionem animi probet atque laudet, qua ... utilitas nulla quaeritur. 5, 65 animi affectio suum cuique tribuens ... iustitia dicitur. Tusc. 2, 43 cum omnes rectae animi adfectiones virtutes appellentur. 3, 10 animi adfectionem lumine mentis carentem *maiores* nominaverunt amentiam. 3, 16 est innocentia adfectio talis animi quae noceat nemini. 4, 29 vitiositas ... est habitus aut adfectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. *ibid.* eorum qui non longe a sapientia absunt adfectio est illa quidem discrepans sibi ipsa ... sed non distorta nec prava. 4, 30 vitia ... adfectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes, ut non possint adfectionum manentium partes esse. 4, 34 virtus est adfectio animi constans conveniensque. 4, 53 fortitudo est ... adfectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans *et similiter ibid. et* 5, 41. Tim. 45 primam atque optimam affectionem animi (τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ... εἶδος ἕξεως *Plat.*). off. 3, 29 animi talis adfectio, neminem ut violem.

nota: CIC. inv. 2, 176 affectio est quaedam ex tempore aut ex negotiorum eventu aut administratione aut hominum studio commutatio rerum, ut non tales quales ante habitae sint aut plerumque haberi soleant habendae videantur esse. 2, 158 necessitudo et affectio (2, 170). Tusc. 5, 27 tu vero Metrodore, qui ... definieris summum bonum firma corporis adfectione (off. 3, 117 constitutione, κατάστημα) exploratatque ⟨eius⟩ spe contineri. fat. 8 ut ... ad quasdam res natura loci pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil, sic astrorum adfectio valeat si vis ad quasdam res, ad omnes certe non valebit. div. 2, 8 fac in puero referre, ex qua affectione caeli primum spiritum duxerit. *post Ciceronem*: SEN. benef. 4, 18, 1 grati animi adfectionem. nat. 6, 24, 4 accidere ... terrae simile quiddam nostrae adfectioni. epist. 57, 4 non est ... timor naturalis adfectio inexpugnabilis rationi. 59, 1 animi hilarem adfectionem. 92, 8 inrationalis pars animi duas habet partes, alteram animosam ... positam in adfectionibus, alteram humilem languidam voluptatibus deditam. CVRT. 7, 1, 24 vituperamus laudamus miseremur irascimur, utcumque praesens movit adfectio. QVINT. inst. 3, 8, 62 Theophrastus quam maxime remotum ab omni adfectione (-tatione *Regius*) in deliberativo genere voluit esse sermonem. 11, 3, 181 neque in gestu persequemur omnes argutias nec in loquendo distinctionibus temporibus adfectionibus (πάθεσιν, *cf.* 6, 2, 8 *sub* affectus) moleste utemur. TAC. ann. 3, 58 *summum pontificem* non aemulationi, non odio aut privatis adfectionibus obnoxium. 4, 15 laetas inter audientium adfectiones. PLIN. paneg. 33 iustitiam exhibuit omni adfectione aut intactus aut maior. SVET. vita Verg. libros recitavit ... notabili Octaviae adfectione, quae ... defecisse fertur atque aegre focillata est. AVREL. ad Front. p. 43, 20 N. quae ad tuas proprias adfectiones adtinent, licet iusta et provocata sint, tamen reticenda. ASMONIVS Prisc. gramm. III 420, 7 non fictis, sed veris affectionibus (AQVILA rhet. 30 p. 31). GELL. 1, 3, 30 duas ferocissimas adfectiones amoris atque odii intra modum cautum coercuit. 1, 26, 10 quos Latini philosophi 'affectus' vel 'affectiones', Graeci πάθη appellant (19, 12, 3 adfectionibus istis animi, quas πάθη appellabant. AVG. civ. 9, 4, *cf.* 14, 9). 2, 23, 19 hi omnes motus eius affectionesque animi in graeca quidem comoedia mirabiliter acres et inlustres, apud Caecilium autem pigra istaec omnia ... sunt. 12, 1, 23 infantis adfectio animi amoris consuetudinis in ea sola, unde alitur, *femina* occupatur. APVL. met. 4, 26 sanctae caritatis adfectione mutuo mihi pigneratus. VLP. dig. 50, 17, 168, 1 quod factum est cum in obscuro sit, ex affectione (*fere i. q.* consilio) cuiusque capit interpretationem. TERT. orat. 22 facile eluditur quod affectione gloriae assumitur. ieiun. 17 in affectione *carnis*. anim. 31 non corporum ... formas ..., tamen vel ingeniorum et studiorum et affectionum pristinas proprietates secum referre *animas*. adv. Marc. 4, 1 in sensibus et affectionibus *creatoris*. IREN. 2, 10, 4 passionem et affectionem. 2, 12, 2 feminam ... Aeonem pariter esse oportet cum masculo ..., cum sit velut affectio eius. 2, 13, 3 hominum affectiones et passiones et intentiones mentis. 2, 13, 8. 2, 13, 10. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 124 quod de affectione (διαθέσει) Stoici sapientis dixerat. carm. 3, 11, 30 epanalempsis, per quam impensior affectio (πάθος) dicentis exprimitur. PANEG. 4, 7 p. 121, 23 quarum ... artium sive animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fuit. TREB. trig. tyr. 16, 2 paternae indulgentiae affectione permotus. RHET. min. p. 589, 11 non solum sensus temperandi et adfectiones adfectandae sunt, sed etiam dignitas elocutionis ipsius moderanda. HIL. in psalm. 118 aleph 8 cum in aliquam turbidae adfectionis voluntatem ... commovemur. psalm. 65, 5 corporis nostri, quod animae et adfectionis et negotiorum omnium organum est. SERV. Aen. 4, 1 est autem paene totus *liber quartus* in affectione (ἤθει), licet in fine pathos habeat, ubi abscessus Aeneae gignit dolorem. 12, 48 bis quidem ait 'pro me', sed diversa affectione. PAVL. NOL. epist. 16, 10 spem inter ac metum semper ambiguis affectionibus pendens. AVG. civ. 9, 3 fin. turbulentis et pravis affectionibus. 14, 9 istas omnes affectiones rectas habent. 14, 24 motionibus et affectionibus. de duab. anim. 22 p. 78, 18 paenitendi ... affectio. c. Iul. 6, 18, 54 affectio est timere, affectionalis qualitas timidum esse. MACR. sat. 2, 8, 6 adfectionum cupiditatumque errores. MART. CAP. 9, 926 ad affectiones (afflict- *corrector cod. Bern.*) animi Theophrastus tibias adhibebat. LEO M. serm. 63, 4 p. 355 ut ... maeroris ac fletus affectionibus non careret *Iesus*. SACRAM. Leon. 9, 5 (315) terrenis affectionibus inhaerendo. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 138 affectiones vitae (διαθέσεις). FAVST. REI. epist. 3 p. 171, 12 diversae affectiones id est iustitia misericordia sanctitas ... res accedentes sunt et ideo affectus vocantur. 6 p. 199, 16 ut carnales affectiones spiritui subdat.

saepe i. q. ***amor, studium*** (*erga animantes, rarius erga res; hoc definitur* MAR. VICTOR. rhet. *p. 1179, 4. 10*): GLOSS. συμπάθεια. στοργή. voluntas observatio. dilectio. IV 90, 19 in affectione: in voluntate.

PLIN. nat. 8, 216 simiarum generi praecipua erga fetum adfectio. QVINT. decl. 280 p. 143, 29 blanditur ... a⟨ffe⟩ctioni. TAC. Germ. 5 argentum quoque magis quam aurum sequuntur nulla adfectione (-tatione *B*) animi, sed quia. AVREL. ad Front. p. 27, 14 N. litterae ... tanta adfectione abundantes, tanto amore lucentes. 106, 12 cetera adfectionis et comitatis tuae subnecte. PIVS ad Front. p. 167, 26 sincerissimas in me adfectiones tuas. GELL. 10, 18, 1 ultra ... affectionis humanae fidem. APVL. met. 3, 22 patere ... magno me et singulari me adfectionis tuae fructu perfrui. 5, 9 procedente consuetudine et adfectione roborata. 5, 15 adfectione simulata. 7, 11 adfectione calcata inter lanceas et gladios istos scortari tibi licet? 8, 3 gliscentis adfectionis firmissimum vinculum. 11, 25 dulcem matris (*gen. subi.*) adfectionem. apolog. 85 adfectiones exploras. 96 Pontianus me vitricum sibi contigisse intimis affectionibus laetabatur. VLP. dig. 1, 7, 17, 1 qui vel naturali cognatione vel sanctissima affectione ducti adoptarent. 1, 7, 17, 4 honesta. 3, 5, 3, 9 affectione coactus. 11, 7, 14, 7 misericordiae vel pietati ... vel affectioni. 12, 3, 4 tantam affectionem pupillo scio ... praestare. 17, 1, 10, 7 amicalem. PAVL. dig. 21, 2, 71 paterna (34, 9, 25). TRYPHON. dig. 23, 2, 67, 1 par affectionis causa suspicionem fraudis amovet. *ibid.* summae affectionis avitae. VLP. dig. 24, 1, 3, 1 non erat affectione uxoris habita, sed magis concubinae. 24, 1, 32, 13 non enim coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio (39, 5, 31). PAVL. dig. 24, 3, 45 propter affectionem personarum. PAPIN. dig. 26, 2, 28 si legata filii non adfectione propria, sed in honorem patris meruerunt. 28, 5, 71 mutuis affectionibus. SCAEV. dig. 32, 39 affectionem tuam circa eos bene perspectam habeo. 32, 41 beneficio affectionis et pietatis. VLP. dig. 38, 2, 14, 7 affectione et periculo paternae substantiae. 39, 5, 5 affectionis gratia neque honestae neque inhonestae donationes sunt prohibitae. 40, 2, 16 iustis affectionibus dedisse iustam libertatem legem Aeliam Sentiam. SCAEV. dig. 44, 7, 61, 1 si in eodem animo et eadem affectione circa me es. VLP. dig. 48, 20, 5, 1 nihil prohibet et virum mariti affectionem et mulierem uxoris animum retinere. ARR. MEN. dig. 49, 16, 4, 15 parentium et adfinium. VLP. dig. 48, 17, 8 castrensis notitia vel affectio. 7, 8, 6, 2 voluptatis vel affectionis aestimatio *in servo* non habebitur, veluti si dilexerit eum dominus aut in deliciis habuerit. PAVL. dig. 9, 2, 33 si servum meum occidisti, non affectiones aestimandas esse puto. *ibid.* Sextus ... Pedius ait pretia rerum non ex affectione nec utilitate singulorum sed communiter fungi. VLP. dig. 20, 1, 6 de ministeriis ... necessariis vel quae ad affectionem eius pertineant. 33, 6, 9, 1 zythum et camum et cetera quae pro hominum affectione atque usu vini numero habebuntur. 38, 5, 1, 15 possessio, in quam habet patronus affectionem vel opportunitatis vel vicinitatis vel caeli vel quod illic educatus sit vel parentes sepulti. 40, 2, 16, 1. 50, 16, 60 non ... magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio. PAVL. dig. 41, 2, 3, 6. MIN. FEL. 1, 1 mihi ... tanta dulcedo et adfectio hominis inhaesit. TERT. adv. Marc. 4, 23 haec affectio Christi *in infantes*. cult. fem. 2, 1 audeo ad vos facere sermonem non utique affectionis, sed affectioni procurans in causa vestrae salutis. pall. 4 affectionem tenebricae vestis. resurr. carn. 6 *dei* adfectione, quae lineamenta dictabat *in formando homine*. PORPH. Hor. carm. 1, 14, 17 partium Bruti ... affectione se teneri ostendit. CYPR. cath. eccl. 24 adfectione concordes. epist. 37, 1. 47. CAPITOL. Alb. 7, 2 litteras ... summi amoris ac summae affectionis. VOPISC. quatt. tyr. 5, 5 sit vobis cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum praetorianis affectio. ARNOB. nat. 6, 13 usque adeo ludus est et puerilis (puer his *trad.*) adfectio sigillaria

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ista formare. IVST. 24, 3, 6 ultra modum verae adfectionis. FORTVN. rhet. 2, 1 p. 103 persona quot modis consideratur? ... adfectione, ut equorum armorum canum. MAR. VICTOR. rhet. p. 218, 11 aliquid non plene scire neque id quodcumque exercere adfectio est; verum unius cuiusque rei et habitus et adfectio si exerceatur et in actu sit, victus (*subst.*) est (*praecedunt definitiones verborum* negotium, quaestus, artificium, habitus, *cf.* AVG. categ. 11 *qui Aristotelis affert terminos* ἕξιν, διάθεσιν, ἐπιστήμην). *ibid.* p. 220, 3 si quid vehementer et cum magna voluntate volumus, studium est; deinde si id quod volumus aliqua ex parte consequimur, adfectio est, sin autem plenum et perfectum tenemus, habitus est. ATHANAS. Lucif. epist. 6 p. 325, 28 amor affectionis tuae. SYMM. epist. 1, 1, 2 si Baulorum mihi inolevisset adfectio. 1, 11, 2 sponsionem meam stipulat adfectio. 1, 33. 1, 34, 1 tenerior. 1, 42, 1 (*syn.* cultus). 1, 65 veniam quo me ducit adfectio. 1, 67 si in eum sancti animi tui gliscat adfectio. 1, 78 ut iudicii severitatem frangat affectio. 1, 92 pares nos esse non solum adfectione mentium sed etiam vicissitudine litterarum. DICTYS 1, 20 affectione paternae pietatis. 6, 10 sanguinis. AMM. 16, 10, 18. 21, 1, 9. 27, 6, 13 imperatorem servetis adfectione fundata. SERV. Aen. 1, 16 originali loco servetur affectio *Iunonis.* ecl. 2, 47 amantis. SCHOL. Pers. 3, 89 sodes: aut sodalis aut antiquae affectionis (-tationis *ed. Bücheler*) est. VEG. mil. 2, 2 auxiliares ... nec disciplina inter se nec notitia nec affectione consentiunt. 2, 21 legionarii equites cohortes suas contubernii adfectione venerantur. VEG. mulom. praef. 16 comes ... semper est adfectionis industria. HIER. epist. 134, 1 omni mihi affectione venerabili papae. 143, 1. 143, 2. 119, 9. 135. VVLG. Rom. 1, 31 sine affectione (ἀστόργους. LVCIF. Athan. 2, 6 sine affectu. GLOSS. II 184, 37 sine adfectione: ἀπαθής, ἄστοργος. III 374, 64 sine affectu ἀπαθής. *item* II Tim. 2, 3). Phil. 2, 20 sincera affectione (γνησίως) ... sollicitus. PAVL. NOL. epist. 11, 3 *init.* superas omnem circa me corporalium necessitudinum affectionem. 15, 3 *init.* 18, 2 *init.* nostri corporis. 20, 2 piissima. 24, 4 *init.* 28, 5 intima. 38, 11 *extr.* ut eadem affectione delectemur in domino, quo delectati sumus in peccatis (25, 7 *extr.* carnalibus affectionibus). AVG. civ. 2, 25 civica. 6, 6 consortium nefariorum hominum, si se inserant affectionibus et assensionibus nostris. 19, 23 imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. serm. ed. Mai 4, 2 licet in illos (*Iudaeos*) tota perisset affectio domini. 31, 2 adversis probatur àmor, affectio pensatur periculis, poenis examinatur dilectio, morte perfecta caritas munitur. MART. CAP. 1, 4. 1, 23 quod ei tantum affectionis inpenderit. 1, 36 in thalamum primaeva affectione festinans. 5, 451 tyrannidis affectione succensum (*sic codd.*). 9, 920 intima mentium affectio. PS. PROSPER de promiss. dei 5, 1 omnes voluptates omnesque affectiones. 5, 14, 2 si venandi est affectio (*cf.* 5, 14, 3 aedificandi si est affectus). CAEL. AVR. chron. 2, 11, 127 acriorum materiarum mordicationis affectio. SIDON. epist. 3, 2, 4 sequatur ... te affectio, quam relinquis. RVRIC. epist. 2, 7 p. 382, 2 pro affectione germana, non pro pontificali auctoritate. 2, 44 p. 428, 5 illud sit affectionis, hoc ministerii. 2, 61 p. 439, 24 affectio (p. 440, 6 affectu). ALC. AV. c. Eut. 1 p. 16, 39 pietatis affectio (p. 27, 2 affectus). epist. 48 p. 21 affectus *et paulo post* affectionis. 52 p. 81, 10 gaudium de vestra prosperitate conceptum plus affectionibus quam sermonibus exhalavi. ENNOD. epist. 1, 1 p. 3, 10. 1, 5 p. 12, 7. 1, 9 p. 19, 17 ab ostio adfectionis ... caritatis incrementa pensamus. 1, 10 p. 19, 23 (*syn.* amor). 1, 12 p. 22, 4 male interpretando inpudentia vocetur adfectio. 1, 22 p. 34, 3 affectio, quae circa humiles exhibetur *et passim apud* ENNOD. CASSIOD. var. 10, 3, 1 vicit animum piae matris generalitatis affectio. 1, 1, 3 veneranda Romanae urbis affectio. IORD. Get. 25, 133 pro affectionis gratia (28, 144). COD. Iust. 2, 18, 1 pro adfectione domestica. 5, 3, 20, 4. 6, 37, 24 praef. maximam ... ostendens ad filium suum adfectionem. 5, 34, 2 maritus ... rebus uxoris suae debeat adfectionem (*fere i. q. curam, cf. et* 5, 53, 1). *subtilius quam verius* ISID. diff. 1, 419 pietas inter devinctos sanguine exhibetur, affectio inter extraneos. *crebra vox in elogiis lapidum*: CORP. V 532 (*Tergeste*) 1, 26 cum Fabius tanta pietate tantaque adfectione rem p(ublicam) n(ostram) amplexus sit. XI 5748 (*Sentino a. 260*) 7 ut adfectionem splendoris sui in singulos ... merentes exibeant. 5749, 6. 20. 5750, 8 ad remunerandam eius adfectionem querere remedia. 13 tabulam aeream continentem testimonium circa eum nostre adfectionis. XI 6362, 15 ob eximiam benignamque erga omnes cives suos adfectio⟨nem⟩. IX 334 ob insignem eius erga patriam ac cives adfectionem. 1459. 1592. 3160, 9 remunerandam adfectionem, quem (*sic*) in singulos universosque cives suos exhibuit. 3429, 7 Nummiam ... ea adfectione adque prono animo circa nos agere coepisse. 3436 ob eximiam adfectionem eius, quam unice exercuit. 3685 pro conp⟨ensand⟩a eius adfectione. 4208 cum ... cives sincera amoris adfect⟨ione ...⟩ ... fovere non desinat. X 5919. XI 4095 (*a. 341*) pro civica adfectione. XIII 3162, II pro meritis ⟨a⟩dfectionis magis digna consecuturus. XIV 2934 civibus, quos magna ... one diligebat. II 4465 adfectione Mar⟨i⟩anae Calpurnianae uxoris ... recepto in clientelam civium Aesonens(ium). CORP. III 1217 suadente adfectione matri posuit. V 4354, 8 ob adfectionem et pietatem eius in se eximiam. 6518, 5 adfectionis in matrimonio insignis. VI 11570 simplici adfectione unoque animo egit. 29580, 7 adfectioni coniugali. IX 1612 patri rarae adfection(is). 3107 coniugi ... incomparabili adfectione feminae. X 4861 ob rarissimam praecipuamque ac munificam eius in se liberosque adfectionem. XIII 1910 blanda puerili adfectio ingenio cum pietate contendit. 1916 feminae ... adfectionis plenae erga omnes homines. 2027 in modum fraternae adfectionis ... copulatissimus amicus. XIV 497 ob iunctam atfectionem. 2826 pro amore adfectionis eius matri carissimae.

pro ipsis hominibus (raro rebus) amatis: ITIN. Alex. 16 quaesere matrem sibi affectionesque restituat (*cf.* 18 matre et filiis uxoreque sponsa). ITIN. Silv. 23, 10 de quo loco, domnae, lumen meum, cum haec ad vestram affectionem darem (*adloquitur ad quas scribit, item* 5, 8. 7, 3. 17, 2. 20, 13. 24, 1). PAVL. NOL. epist. 10, 1 *init.* accepimus litteras sanctae affectionis tuae (20, 1 p. 143, 10 *saepius*). MART. CAP. 1, 5 Cyllenius ... cunctorum affectiones et thalamos conspicatur. COD. Theod. 9, 15, 1 (*a. 319*) si quis in parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit. 13, 9, 3 affectionibus. CASSIAN. inst. 4, 27, 1 ex omni sua ... facultate atque affectione carnali saltim sibi filium superesse. 4, 36, 1 cave ne ... affectionis pristinae recorderis. 4, 35 affectionibus (conl. 4, 20, 2). 4, 27, 2 affectionem sanguinis ac suorum viscerum caritatem. conl. 21, 9, 3 cum idem dominus inter ceteras adfectiones id est patrum matrumque ac filiorum ... coniungat eis similiter nomen uxorum. LEO M. serm. 1 p. 141 vestrae sanctitatis affectio. AVELL. p. 98, 20 tuas affectiones (*i. te*). AGROEC. gramm. VII 118, 16 'pignera' rerum sunt, 'pignora' filiorum et affectionum. COD. Iust. 8, 47, 10, 1 imaginaria quadam et nova adfectione (*fere i. q. cognatione*).

cum gen. explic. fere i. q. consilium, animus: PAVL. dig. 3, 5, 18, 2 quia ... gerendi negotii mei habuerit affectionem. 41, 2, 1, 3 affectionem tenendi non habent. VLP. dig. 17, 2, 31 cum non affectione societatis incidimus in communionem. PAVL. dig. 41, 4, 2, 2 quod ... affectionem emptoris habeat. TERT. cult. fem. 1, 2 affectionem per carnem placendi. IREN. 1, 4, 1 venisse ei ... affectionem (διάθεσιν) conversionis. *i. q. professio, condicio*: COD. Iust. 1, 51, 14, 4 adfectionis suae advocationis memor.

singularia: *i. q. infectio*: TERT. adv. Iud. 11 adfectiones maiores (*idololatriam*). IREN. 3, 17, 4 qui per similitudinem verborum dissimile affectionis eorum in se attrahunt venenum. *videtur idem esse quod additio, compositio*: MART. CAP. 9, 935 tetrachordum est affectio quaedam sonorum quattuor per ordinem compositorum.

syn.: *ad II*: commotio animi, affectus, motus animi, passio, intentio mentis. studium, sensus, cupiditas. amor, dilectio, caritas, pietas, animus, notitia, consuetudo, cultus, assensio. constitutio *p. 1177, 40.* *opp. ad II*: voluptas. pathos *p. 1178, 9.* utilitas, necessaria, victus, habitus (*p. 1179, 4 sqq.*). auctoritas, severitas, ministerium. *V.*

affectiōnālis, -e. *ab* affectio. AVG. c. Iul. 6, 18, 54 'tertia species qualitatis est' inquis, 'affectio et affectionalis qualitas' (*sequuntur definitiones*). *ibid.* quantum ad animum attinet, affectio est timere, affectionalis qualitas timidum esse. sicut aliud est iratus, aliud iracundus, aliud ebrius, aliud ebriosus: illae affectiones, istae affectionales sunt qualitates. AVELL. p. 361, 6 illectus affectionali delectatione.

affectiōsus, -a, -um. *cf. c.* affectio *et c.* affectuosus. TERT. anim. 19 mirum satis ut infantia naturaliter animosa sit non habens animum et naturaliter affectiosa sit non habens intellectum. SCHOL. Hor. carm. 3, 11, 43 mollior: melior, affectiosior. ENNOD. opusc. 5 adfectiosam servavit pudicitiam, non coactam. CASSIOD. var. (*optimi semper libri, deteriores* affectuosus) 1, 21, 1 provocandi sumus affectiosis civium studiis ad augmenta civitatis. 5, 2, 1 salutatione vos affectiosa requirentes. 8, 31, 8 cui non affectiosum sit cum paribus miscere sermonem. 10, 2, 3 mentibus. 10, 21, 2 praesumptione. 10, 22, 1 ut vera atque affectiosa iudicetis quae. 11, 3, 3 affectiosa et probabili petitione. 11, 3, 7 fine. 12, 2, 1 iudices. *adv.* **affectiōsē**. SERV. auct. ecl. 9, 27 bene affectiose de patria. Aen. 2, 731 quidam adfectiose distinguunt. AVELL. p. 726, 9 sicut affectiose admones. CASSIOD. var. 8, 1, 2 magis affectiosius tractandus est, qui. 8, 11, 12 qui affectiose didicit (*sic utroque loco BZ; alii* affectuosius, -ose).

affectitat, adfectitat *inter* factitat *et* confectitat, effectitat. NOT. Tir. 22, 54. 55

adfectīvus, -a, -um. *ab* afficere, affectum. PRISC. gramm. III 130, 24 verba ... voluntaria, id est affectiva, ... ut volo ... cupio ... studeo. *Bannier.*

affecto (adf-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* afficere, affectum. *dep.* affector *est* VARRONIS *et antiquariorum*: DIOM. gramm. 1, 382, 4 adfecto, sed Varro: adfectatus est regnum. ITALA II reg. (*cod. Leg.*) 13, 5 affectare quod male langueas (μαλακίσθητι, VVLG. langorem simula). *ibid.* 6 affectabatur se male habere (ἠρρώστησε, VVLG. quasi aegrotare coepit). FVLG. myth. praef. p. 3, 12 soles ... meas ... nenias ... libentius adfectari (-re *pars codd.*). 2, 14 p. 55, 16 Ixion ... coniugium Iunonis adfectatus. 3, 2 p. 62, 8 agriculturam adfectatus est (*idem tamen* FVLG. *quater habet activas formas*: myth. 1, 16. 2, 14 p. 56, 14 *et* 23. de aet. mundi p. 153, 20). CASSIOD. var. 8, 20, 2 amorem affectare cunctorum. *de structuris* PRISC. gramm. III 275, 1 (*inf. vel acc. c. inf.*), ARVS. MESS. gramm. VII 455, 8 (*de acc.*). *se-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quitur ad *inde a* PAVLO ICTO *et* APVL. *v. p. 1183, 6.* *verbum rarum apud poetas, adamatum* QVINTILIANO; *part. perf. pass.* affectātus, -a, -um *quasi adi. inde a* QVINT. *legitur, nota* inst. 9, 3, 54 magis adfectatam; *pro subst.* adfectatum ITALA *p. 1182, 21.*

I *aggredi, adoriri, temptare: optime* PAVL. FEST. 2 adfectare est pronum animum ad faciendum (quid occupandumque *add. Serv. Aen. 3, 670*) habere. GLOSS. ἀντιλαμβάνομαι, ἀντιποιοῦμαι, ἐπιχειρῶ, ἐπιτηδεύω. temptat. intendere. PLAVT. Aul. 575 ut me deponat vino, eam adfectat viam. Men. 686 ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam. TER. Haut. 300 disciplinast eis demunerarier ancillas primum, ad dominas qui adfectant viam (*cf. p. 1183, 7. 11. 18*). Phorm. 964 hi gladiatorio animo ad me adfectant viam. CIC. S. Rosc. 140 quae quidem dominatio ... quam viam munitet, quod iter adfectet videtis. leg. agr. 1, 5 videte nunc, quod affectent (quoad fecerit *codd.*) iter apertius quam antea. VERG. georg. 4, 562 Caesar ... per populos dat iura viamque affectat Olympo (PHILARG. pro intendit). Ov. am. 1, 1, 14 cur opus adfectas, ambitiose, novum? LIV. 7, 3, 9 bellum Hernicum adfectans dilectu acerbo iuventutem agitavit. 28, 17, 10 adfectanti res Africae *Scipioni.* 29, 6, 2 spes ... adfectandae eius rei. SEN. contr. 2, 1, 33 ridiculum est adfectari (adfactanti *codd.*), quod falsum probari non possit. VELL. 2, 39, 1 Gallias (TAC. Germ. 37) ... intratas cum exercitu ... saepe et adfectavimus et omisimus (*amtrad.*). STAT. Theb. 11, 539 fratris uterque furens cupit adfectatque cruorem et nescit manare suum. TAC. ann. 14, 16 carminum ... studium. FLOR. epit. 1, 18 Siciliam. GAIVS dig. 9, 2, 8 cum affectare quisque non debeat in quo ... intellegit ... infirmitatem suam alii periculosam futuram. VLP. dig. 48, 5, 24, 4 quod si non affectavit. CORP. III 13663 ⟨quod⟩ si quis atfectaverit (*scil. aliud corpus inferre sepulcro*), i⟨nfe⟩ret poenae nomi⟨ne fisco⟩ X mm. TERT. pudic. 9 interpretatione, quae ex diverso affectatur. ieiun. 6 fidem abstinentiae. SPART. Sev. 15, 1 Parthicum bellum. CAPITOL. Opil. 12, 4 cum quidam milites ancillam hospitis iam diu pravi pudoris adfectassent (pudore suffectussent *cod.*). DIOM. gramm. I 478, 16 dactylus ... a tactu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime adfectabant. *homines tractare, ad se pellicere, sibi conciliare:* SALL. Iug. 66, 1 cogere exercitum, civitates quae ab se defecerant formidine aut ostentando praemia adfectare. TAC. hist. 4, 66 proximas civitates affectare aut adversantibus bellum inferre. 1, 23 studia militum (ann. 13, 53 studia Galliarum). 2, 91 omnem infimae plebis rumorem. 4, 17 Galliarum societatem Civilis arte donisque adfectabat. ITIN. Alex. 50 petram ... ⟨quae⟩ Aornis vocatur affectat *sc. incolas eius.*

II *fere i. q. niti ad, cum studio expetere:* GLOSS. ὀρέγεται, vult aut desiderat vel appetit. concupiscens. SALL. Iug. 64, 4 pro honore, quem adfectabat. hist. frg. 1, 12 dominationes. NEP. Att. 13, 5 omnis ... diligentia munditiam, non affluentiam affectabat. Ov. am. 3, 8, 51 qua licet, adfectas caelum quoque *o hominum natura.* met. 1, 152 adfectasse ferunt regnum caeleste gigantas (Pont. 4, 8, 59 fast. 3, 439). 2, 58 plus etiam quam quod superis contingere possit nescius adfectas. 5, 377 spes adfectat easdem *virginitatis Proserpina.* LIV. 1, 35, 3 tertius Romae peregrinus regnum adfectet (2, 7, 6. 24, 25, 5 *v. l. 57.* 42, 50, 10 perioch. 4. 6. 40. 64. 110. PAVL. FEST. p. 151 *s. v.* Manliae gentis. VAL. MAX. 4, 6 ext. 3. 5, 3; 2. 5, 7, 2. 5, 8, 2 *passim, maxime de Sp. Maelio; cf. l. 61*). 1, 46, 2 spem affectandi regni. 1, 50, 4 imperium in Latinos. 3, 24, 9 quartum adfectantes tribunatum. 10, 6, 11 magnos honores. 24, 22, 11 tutiorem ad opes affectandas (37, 53, 5) ... viam. 24, 25, 5 nequiquam palam atque aperte petitum regnum clam et dolo adfectare. 25, 23, 9 Aetolorum ... amicitiam adfectantibus Romanis. 28, 18, 10 potiundae Africae spem adfectantem. 36, 41, 5 orbem terrarum. 39, 24, 7 Aeni et Maroneae adfectari possessionem. GRATT. cyn. 293 adfectat materna regna sub alvo *canicula* (*cf. l. 51*). PAVL. FEST. 5 (*s. v.* ambitus) crimen avaritiae vel affectati honoris. VAL. MAX. 8, 7 ext. 1 artis, quam adfectabat. 8, 10, 2 in ipsa eloquentia adfectanda. PHAEDR. 3, 18, 14 noli adfectare quod tibi non est datum. SEN. dial. 2, 9, 2 magno labore adfectata hereditas aversa est. 5, 34, 3 ista quae appetitis ... eadem adfectantibus pugnas ... excitant. benef. 4, 17, 2 quis est ... qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis adfectet? clem. 1, 19, 9 hoc adfectare, hoc imitari decet. nat. 1 praef. 6 virtus ..., quam adfectamus. epist. 42, 6 quae adfectamus, ad quae labore magno contendimus. 89, 6 constitit aliquid inter philosophiam et sapientiam interesse. neque enim fieri potest ut idem sit quod adfectatur et quod adfectat. CVRT. 4, 7, 31 immortalitatem. 4, 14, 21 imperium (TAC. Agr. 7 *passim*). 10, 10, 14 regium fastigium (OROS. hist. 7, 73, 1). COLVM. 1 praef. 29 summum culmen. MELA 3, 49 propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat. PLIN. nat. 7, 8 quod ars nulla ... praestet adfectando. 17, 84 quod e diverso adfectant etiam quidam in vite ficoque. 22, 69 odorem corporis iucundum. 25, 73 hanc gloriam. 34, 95 *aes coquendo* colorem iucundum trahit, qualem in aliis generibus aeris adfectant oleo. STAT. silv. 5, 2, 99 ardua virtus affectata tibi. QVINT. inst. 3, 11, 26 ne plausum adfectantibus arma excidant (*proverbialiter*). 7, 1, 41 eloquentiae famam (8, 2, 12). 7, 2, 11 tyrannidem (53. 54. 9, 2, 81. decl. 254. 261. 266. 267. 322 *passim; nota* 267 p. 90, 20 aliud esse adfectare tyrannidem, aliud cupere. p. 91, 9 si adfecto, si spero). decl. 342 p. 352, 23 cupidi et avari et hereditatem istam adfectantis. IVV. 2, 106 spolium adfectare Palati. 10, 209 suspecta libido est, quae venerem adfectat sine viribus. TAC. Germ. 3 adfectatur praecipue asperitas soni. hist. 2, 63 famam clementiae. PLIN. epist. 3, 13, 4 nec vero adfectanda sunt semper elata et excelsa. paneg. 20 adfectata aliis castitas, tibi ingenita et innata interque ea quae imputare non possis. SVET. Iul. 79 infamiam affectati etiam regii nominis. FLOR. Verg. or. an poeta 5 terra fertilis campis et magis collibus, nam Italia⟨e⟩ vites affectat et comparat areas. VLP. dig. 2, 11, 2, 9 si ipse hoc affectavit vel causam praestitit. 4, 6, 5 qui data opera et sine lucro hoc affectaverit. MARCIAN. dig. 48, 19, 11 nec enim aut severitatis aut clementiae gloria affectanda est. VLP. dig. 1, 1, 1 veram ... philosophiam, non simulatam affectantes. APVL. flor. p. 28 Oud. *ut* quorum similitudinem desperent, eorundem adfectent simultatem. TERT. nat. 1, 17 nulla in provinciis ⟨aff⟩ectata maiestas. test. anim. 1 si quid prudentiae ... affectaverit. 4 adfectare[t] aliquid quod velit post mortem et tantopere praeparare. anim. 46 p. 377, 24 spirituum qui iam tunc in ipsis hominibus habitaverint vel memorias eorum affectaverint ad omnem malitiae suae scaenam. ITALA lev. 18, 3 (*cod. Lugd.*) secundum adfectata (ἐπιτηδεύματα, VVLG. consuetudinem, morem) Aegypti ... non facietis. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 26 alii ... munditias plus iusto adfectant, alii nullam corporis sui habent curam. ars 463 immortalitatem. CYPR. bon. pat. 3 insolens adfectatae libertatis audacia. COMM. instr. 18, 4 res vanas. SOLIN. 27, 26 voces hominum et ipsa (*corocottas*) pariter affectat. 27, 56 *simiae* avide venantium gestus adfectant. 32, 25 *strophilos avis* reduvias escarum ... adfectat. 52, 37 *mantichora* humanas carnes avidissime adfectat. PANEG. 3, 7 invicem vosmet imitamini, invicem vestros affectatis annos. 4, 12 hoc ipso praemii gloria continetur, ne id cupiditate quaerendi affectasse videamur. 12, 15 his te viris semper dedisti, quos affectare publica deberet imitatio. CAPITOL. Aur. 8, 3 amorem civium. LAMPR. Alex. 10, 5 *nomen Antoninus* Commodo ... hereditarium fuit, susceptum Diadumeno, adfectatum in Bassiano, ridiculum in Aurelio (*cf.* adfectato *p. 1184, 62*). VOPISC. quatt. tyr. 9, 5 omnia haec adfectato semel honore perierunt. LACT. inst. 4, 27, 17 divinitatem (5, 3, 15). 4, 30, 5 maximum sacerdotium. 5, 11, 6. 6, 16, 10 qui libidinosus, etiam quod legibus vetatur affectat (*syn.* concupiscit). 7, 9, 10 id adfectare nos, id desiderare, id colere. IVST. 15, 2, 5 quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi quam scelere non posset. AVR. VICTOR Caes. 21, 3 Iuliam novercam ... coniugem affectavit. 39, 11 Carinus ... militarium nuptas affectabat. EVTROP. 10, 1 fisci commoda non admodum adfectans. AVIEN. Arat. 1855 *lupus* affectans ... locos hominum lectumque laremque sponte petens. AVSON. 123, 1 quid affectas vendentem Phyllida odores? 325, 41 *Luna* Endymioneos solita affectare sopores (*i. Endymiona dormientem*). SYMM. epist. 1, 3, 4 operam boni civis. 1, 55 amicitias. 1, 76 copiam. 1, 95, 1 longe enim diversa condicio est fortuiti quam adfectati silentii. 1, 95, 3 indicium ... victoriae. 9, 115, 2. relat. 1, 2 publicam curam. 5, 2 nullum quaestum professionis. 10, 3 viam capessendi honoris. AMM. 14, 6, 8 *statuas* ardenter adfectant. 14, 11, 8 principem locum. 15, 12, 4 multiplices potus. 16, 12, 29. 17, 7, 6 dioecesin. 18, 6, 19 dominium orientis. 19, 12, 12. 21, 1, 8. 21, 5, 5 maiora. 21, 16, 8. 28, 1, 14 artibus pravis adfectasse coniugium (19, 9, 7). 30, 5, 10 praefecturam. 31, 14, 5 duritiam. 22, 7, 1 quod laudabant alii, quidam ut adfectatum et vile carpebant. 22, 12, 7 affectata varietate. 28, 4, 12. SCHOL. Germ. Sang. p. 228 *Phaethon* paternos currus affectans. SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 35 permolere uxores: violare polluere adfectare adpetere subigitare. AMBR. Noe 1, 1 adfectanda haec requies. parad. 2, 9 eius interitum. Iacob 2, 2, 8 plus placet in animis quicquid occurrerit quam quicquid affectatum putaveris deferendum. HIER. epist. 130, 13 affectata severitas et gloriam quaerens auramque popularem. 22, 29 affectatae sordes. 22, 34 apud hos affectata sunt omnia. CLAVD. 10, 322 affectant alii quidquid fingique laborant, hoc donat natura tibi. AVG. civ. 3, 30 potentiam (epist. 185, 45). epist. 149, 27 divitem (*v. p. 1183, 52*). *ibid.* affectans humilitatem, volens videri humilis. PHYSIOGN. 74 motus corporis alius est naturalis, alius affectatus. *ibid.* affectatum atque elaboratum corporis motum. COD. Theod. 12, 1, 129 (*a. 392*) vel affectata vel emendicata huius ordinis gratia. CHAR. gramm. I 2, 1 ut quod originalis patriae natura denegavit, virtute animi adfectasse videaris. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 48 affectandam ... corporis laxationem. 1, 4, 112 exercitia vehementiora. 3, 2, 41 vomitus arte affectatus. 4, 1, 13 cutis vulnerationem. 5, 2, 41 affectanda repetitio. 5, 10, 119 excreatus quidam hinnibilis iugiter affectatus. CASS. FELIX 29 p. 53 in hac collyrii confectione colorem album affectantes. SIDON. epist. 1, 7, 11 habitum purpuratorum. 2, 2, 9 ridiculum affectat publicus sermo secretum. 3, 7, 3 nihil affectatum simulatumque ponderique sermonum vera potius severitas quam severitatis imitatio. SEDVL. pasch. op. 2, 17 p. 228, 6. p. 229, 11 qui lubrica sectantes mundi contagia ... luxus affectant. ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 36 consortium divinitatis. CASSIOD. var. 3, 12, 3 affectans famae commoda pecuniae neglexit augmenta. 4, 22, 1 qui supernae maiestatis affectat iniuriam. 6, 4, 7 Romana. 11 praef. 9 nimis affectata defensio. 11, 30 gestarum rerum integri-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tas affectata. orat. frg. p. 467, 4 Regulum affectata poena concelebrat. IORD. Get. 3, 23 nomen sibi ... praecipuum. COD. Iust. 1, 1, 2, 2 adfectatis dolis. 5, 5, 4, 1 errore ... non adfectato insimulatove. 5, 27, 7, 3 astutiae sive divinis adfectandae litteris seu ... inlicitis ambiendae machinationibus. 10, 32, 55 militiam.

structurae praeter acc.: *seq.* ad (*usus natus videtur ex antiquorum phrasi* affectare viam ad *v. p. 1181, 8; cf.* DON. ad Ter. Phorm. 964 adfectant viam: plenum, quod nos ἐλλειπτικῶς): PAVL. sent. 2, 26, 16 ancillarum ... stuprum, nisi ... per eos ad dominam affectetur, citra noxam habetur (*cf.* TER. *p. 1181, 10*). 2, 19, 9 libertum qui ad nuptias patronae ... affectaverit. 3, 6, 15 ad quam (*tutelam, v. p. 1184, 5*). FRG. Vat. 35 ad venditionem rei cuiuslibet affectare et accedere. APVL. Plat. 2, 11 ad eam (*virtutem*) adfectabit ... et sectandam existimabit. TERT. apolog. 39 parasiti adfectant ad gloriam famulandae libertatis. FIRM. math. 4, 14, 17 qui ad omne genus saltationis adfectent. 5 praef. 3 opus ..., ad quod Romanum non adfectasset ingenium. AVELL. p. 37, 2 (Faustin. lib. prec. 29 p. 103[b]) *gloria*, ad quam plerique affectant. AMBR. fuga saec. 3, 15 si quis ad uxorem tuam affectaverit, persequendum putas. PS. APVL. herb. 16, 3 si quis ad venerem (*vulgo* mulierem *sine* ad) non potuerit affectare. *ibid.* ad mulierem adfectabitur. ORIBAS. syn. 5, 19 ad mulieres. *seq. enuntiato*: MELA 2, 19 cuius id sit decus, apud iudicaturos magno certamine adfectant. EVTROP. 5, 4 adfectavit, ut ipse mitteretur. SYMM. epist. 10, 26, 5 ut ... clauderentur. AMM. 14, 1, 10 idque ne lateret adfectans. AMBR. off. 3, 97 non ipse affectabat ut eam traderet, sed rogabatur. *c. inf.*: PLAVT. *in dittogr.* Bacch. 377 damna aut desidiabula, quibus patrem et me teque amicosque omnes affectas (*sic Non., qui tamen praescripsit* affectare afficere *nec affert inf. sequentem*, afflictas *codd.*) tuos ad probrum ... appellere una et perdere. OV. ars 2, 39 non ego sidereas adfecto tangere sedes. SIL. 4, 138 primae decus affectat decerpere pugnae. STAT. Theb. 1, 132. MART. 11, 32, 5 affectas, Nestor, dici atque videri pauper et in populo quaeris habere locum. QVINT. inst. 5, 10, 28 intuendum etiam, quid adfectet quisque, locuples videri an disertus. 6, 3, 30 oratorem ... ut dicere urbane volo, ita videri adfectare id plane nolo. 10, 1, 98 qui esse docti adfectant. IVV. 11, 33 causam protegere. POMP. dig. 1, 2, 2, 46 sermone etiam antiquo usus affectavit scribere. IREN. 1, 13, 4 seducere. 1, 8, 1 de harena resticulas nectere affectantes (ἐπιτηδεύοντες). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 64 uxorem habere. 2, 3, 274 balbuttire. carm. 2, 18, 20 superaedificare. CYPR. bon. pud. 12 animum alterius movere. SOL. 9, 18. PLIN. med. praef. p. 9 quo uti si continget, affectandum erit. AVR. VICTOR epit. 1, 16 carior fieri. AVSON. 183, 12 esse clienta tibi. 421, 4 ultum ire adfectat iniuriam. SYMM. epist. 5, 75 dare nomen. 9, 127 interesse votis tuis animus affectat. AMM. 25, 4, 18 popularitatis cupiditate cum indignis loqui saepe adfectans. 26, 3, 5 curiosius spectari. 30, 2, 11 quem laedere adfectabat. PS. AMBR. mor. Brahm. p. 1182[d] nobis prodesse. AVG. civ. 1 praef. p. 4, 2 hoc ... adfectat amatque sibi in laudibus dici. 5, 19 dominari ardenter affectet (*syn.* concupiscunt). 6, 1 fallere. 8, 4 morem ... servare. 9, 2 conciliari affectat et studet. 11, 13 simulare. 14, 11 serpere. 14, 20 canibus esse similes. serm. 37, 1 qui se divitem haberi affectat, cum nil habeat (*cf. p. 1184, 30 et* epist. 149, 27 vulgo dicitur qui divitem affectat, thelodives). fid. invis. 7, 10 ut non affectet atque ambiat ... gloriari. catech. rud. 22, 40 redamare. PHYSIOGN. 54 student et affectant intendere ... cervicem. LEO M. epist. 14, 8 p. 674 augeri. SIDON. epist. 1, 11, 5. 7, 4, 3. 9, 11, 9 occuli. FVLG. RVSP. ad mon. 1, 4 CASSIOD. var. 7, 41, 1. 9, 18 p. 282, 27.

technice: *in arte rhetorum* (*cf.* ζηλοῦν): MART. 8 praef. mimicam verborum licentiam. QVINT. inst. 1, 1, 37 nomina ... adfectatae difficultatis. 3, 8, 58 in verbis effusiorem ... cultum adfectaverunt. 3, 8, 61 verborum ... magnificentia non validius est adfectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. 3, 11, 21 adfectata subtilitas. 8 prooem. 18 *decor* est pulcherrimus, sed cum sequitur, non cum adfectatur. 8, 6, 38 quem tropum magis adfectamus, ut habere videamur, quam ullo in loco desideramus. 9, 2, 78 haec quae adfectatur ratio sententiarum. 9, 3, 4 qui nimium adfectaverit, ipsam illam gratiam varietatis amittet. 9, 3, 54 gradatio ... apertiorem habet artem et magis adfectatam, ideoque esse rarior debet. 9, 4, 140 tragoediae ... tumorem. 10, 1, 84. 11, 1, 30 adfectata scurrilitas. 11, 3, 10 quidquid studio paratur ut adfectata et parum naturalia solent improbare. *ibid.* imitationem antiquitatis. SVET. Vesp. 23 dicacitatem. GELL. 17, 20, 7 ad elegantiam graecae orationis verbis latinis adfectandam. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 16 eleganter adfectata ambiguitas. 1, 4, 19 obscuritatem. ITIN. Alex. 3 elegantiam sermonis. AMM. 23, 6, 1 adfectat nimiam brevitatem ubi narrantur incognita. SERV. auct. Aen. 2, 46 adfectavit tapinosin. 2, 610 novitatem (POMP. gramm. V 292, 22). 7, 732 varietatem. HIER. epist. 66, 9 non cothurnatam affectas eloquentiam. MACR. somn. 1, 6, 21 affectatae brevitatis. MART. CAP. 3, 326 adfectatam doctioribus venustatem. 5, 549 *vitium exordii*: affectatum (περίεργον) quod aut verbis inusitatis aut rebus externis profertur. 5, 563 elegantiam varietatis. POMP. gramm. V 295, 11 affectavit ... affluentiam et absolutam elocutionem et sermonem naturalem convertit. ENNOD. epist. 2, 13 epistularis communio si quando affectatum decorem fugit, obtinuit. *in iure*: VLP. frg. Vat. 188 in tribus non inputabitur tutela vel cura quae affectata est. affectatam sic accipiemus, si vel appetita videatur vel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusavit. creditur enim affectasse qui onus, cum posset declinare, non recusavit. PAVL. dig. 48, 10, 18, 1 tutelam (*nota* sent. 3, 6, 15 *p. 1183, 12* ad quam).

fallendi causa alicui rei operam dare, simulare: SEN. suas. 3, 4 communem locum dixit in omnes qui hanc (*auguralem*) adfectarent scientiam. contr. 10 praef. 4 adfectabat (-ctant *codd.*) enim censorium supercilium, cum alius animo esset. SEN. epist. 88, 2 ne promittunt quidem nec huius rei scientiam adfectant. PLIN. nat. 17, 9 diligentiam supervacuis adfectare non nostrum est. QVINT. inst. 11, 3, 56 quod adfectant quoque, tamquam. decl. 306 p. 204, 4 nullam esse generis quod affectat probationem. PS. QVINT. decl. 18, 7 maximi sceleris ardor captabit adfectare gravitatem. TAC. hist. 3, 13 paucos militum ... secretum castrorum adfectans in principia vocat. APVL. flor. p. 77 Oud. adfectata amicitiae vestrae specie glorientur. TERT. nat. 1, 4, 4 veritatem ... philosophi quidem affectant, possident autem Christiani, ideoque qui possident, magis displicent, quia qui affectat, inludit, qui possidet, defendit. 2, 4 affectatae ⟨mo⟩rositatis. orat. 15 non religioni, sed superstitioni deputantur, affectata et coacta et curiosi potius quam rationalis officii. anim. 47 somnia ... affectantia atque captantia. bapt. 5 p. 205, 18 gestationem. pudic. 21 p. 269, 29 hoc. ieiun. 2 xerophagias vero novum adfect⟨at⟩i officii nomen. apolog. 23 *divinitas* neque a daemoniis affectaretur in confessione neque a deis negaretur. AMM. 16, 10, 11 quae licet adfectabat. *c. acc. c. inf.*: STAT. Theb. 10, 397 adfectans errare manum. FRONT. strat. 1, 5, 16 per ludibrium spectaculo esse adfectaverunt. PASSIO Iacobi Mariani 5 se ... diaconum confiteri. *nota*: ITALA (Aug. serm. 36, 1 *passim*) prov. 13, 7 sunt qui se divites affectant (πλουτίζοντες ἑαυτούς, VVLG. est quasi dives) nihil habentes (*cf. p. 1183, 52*).

III *fere i. q. appetere, attingere*: VERG. Aen. 3, 670 verum ubi nulla datur dextra (-um M^1, -am M^2 P^2 *F Serv.*) adfectare potestas *Vlixem Polyphemo. adnotat Serv.* dextram adfectare: dextram intendere ⟨et inicere *auct.*⟩, scilicet sic ut posset navem tenere ... nam si 'dextra' legeris, ut sit 'dextra contingere', affectare 'contingere' caret exemplo. *cf.* GLOSS. II 7, 12 ἐκτεῖναι ἐπιλαβέσθαι πειρᾶσαι προσποιήσασθαι ἅψασθαι (οψ- *cod.*). IV 428, 45 invadere. APVL. met. 1, 2 *equus* ientaculum ambulatorium prata quae praeterit ore in latus detorto pronus adfectat (adl- *trad.*). 1, 19 complicitus in genua adpronat se avidus adfectans poculum. 3, 29 iam labiis undantibus adfecto *rosas*. 10, 29 pabulum laetissimi graminis ... libens adfectabam. IVL. VAL. 3, 6 *statuas ignitas* cum ... complexu et morsibus adfectarent *elephanti*. AVSON. 436, 1 dum face, dum ferro celsam adfectare carinam Troes ... pergunt.

IV *i. q. afficere*: LIV. 29, 10, 1 se exercitumque suum gravi morbo affectari (*sic Puteaneus*; afflictari *codd. Spirensi adfines*). AMBR. hex. 3, 9, 39 vigiliarum aegri affectantur incommodo. HIER. hom. Orig. in Ierem. 11 p. 845 Vall. dum contumeliis affector, dum porto corpus humanum. AVG. serm. Mai 190, 1 iniuriis affectatus. SVLP. SEV. chron. 2, 17, 5 affectantes (*i. foedantes*) summum sacerdotium libidine, avaritia et dominandi cupidine. *cf.* GLOSS. IV 473, 10 adimplere. *de* NON. 75 affectare afficere (GLOSS. V 638, 21) *v. ad* PLAVT. *p. 1183, 28. nec magis recte* GLOSS. V 425, 1 adfectanda: adficienda *testatur, cum* CASSIAN. inst. 1, 10 adfectanda *legatur intellectu vulgari.*

syn.: *ad II*: petere, appetere, contendere ad, cupere, sperare, curam habere, desiderare, colere, quaerere, amare, concupiscere, ambire. imitari. emendicare. affectatus: elaboratus. *opp.*: *ad I*: omittere. *ad II*: desperare. neglegere. rogari. adfectari: averti. affectatus: ingenitus, innatus, hereditarius, fortuitus, quidquid occurrit, quod donat natura, naturalis.

adv. part. perf. pass. **adfectātō.** LAMPR. Heliog. 17, 4 nomen eius id est Antonini erasum est ... si quidem illud adfectato retinuerat, cum vult videri filius Antonini. *cf. p. 1182, 35.* **adfectātē.** *technice*: SERV. Aen. 3, 221 caprigenumque pecus: satis nove et adfectate. 9, 533 flammam adfixit: adfectate, debuit enim dicere adfixit aut facem aut malleolum, non flammam. 12, 90 notandum quod adfectate variaverit. georg. 1, 8 adfectate ait pinguem aristam, cum proprie arista ab ariditate sit dicta. MART. CAP. 5, 551 *narratio est* veri similis, si nihil adfectate et quasi ex natura exponere videamur. V.

? **adfector** interfector GLOSS. V 338, 11 *ubi* offector infector *Heraeus.*

affectuōsus, -a, -um. *ab* affectus, *cf.* affectiosus. *comparationis gradus adfert* ASPER gramm. suppl. 39, 12, *idem adv.* 54, 5. GLOSS. συμπαθής, εὐδιάθετος, amabilis, leubuendi saxonice. TERT. adv. Marc. 5, 14 amore fraternitatis invicem affectuosi *este*. AVG. fratr. in eremo 40 quid affectuosius susurrat vox ista in auribus nostris. vis. infirm. 1, 6 maiori exultatione, affectuosiori voluntate ... hanc dei animadversionem debes tibi unicam habere. MACR. sat. 3, 15, 5 piam affectuosamque rem fecisse. NOV. Maioran. 6, 1, 6 ut affectuosam decedentis viri memoriam in alendis et locupletandis filiis sollicita pietate conservent. RVRIC. epist. 2, 27 p. 411, 30 malo affectuosus rusticus quam urbanus impius iudicari. ALC. AV. carm. 6 prol. p. 274, 4

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

festinatio affectuosa quidem, sed inconsulta. *adv.* **affectuōsē**. (AVG.?) spir. et anim. 4 haec omnia cum affectuose et virtuose in anima constituuntur. PS. AVG. serm. 117, 1 qui bonus est, affectuose orat. SIDON. epist. 4, 11, 5 fratrem ... affectuosissime observans. RVRIC. epist. 2, 16 p. 399, 13 de inofficiositate ... adfectuosius commonere. CASSIOD. var. 3, 4, 3 dicam libere, dicam affectuose quod sentio (8, 1, 2 *et* 8, 12, 6 *v. sub* affectiosus). CONC. Aurel. a. 541, 12 per epistulas fratrum adfectuose commoniti. VITA Caes. Arel. 1, 36 de Gothis ... affectuose perquirens.

affectus (adf-), -ūs *m. ab* afficere. *de usu v. sub* affectio *p. 1176, 75; persaepe legitur apud* SEN. philos. QVINT. *significatio in paucis (v.* affectio *p. 1176, 80 sqq. 1180, 35 sqq.) recedit a voce gemella* affectio. *definitiones v. p. 1177, 66. 1186, 43. 49. 60. 65. 1187, 35. 56. 1188, 33. 1189, 40 sqq. 59. 1190, 10. 21. ad veriloquium cf.* LACT. ira 4, 12 *p. 1189, 55. in lapidibus semper quod viderim* adfectus, *non* affectus. *dat.* affectu VAL. MAX. 8, 11 ext. 6 VEN. FORT. carm. 6, 10, 27. *forma rustica*: FRG. Mur. 61 pro affecto et dilectione. VITA Vedastis 5. [*francog. vet.* affit. *M.-L.*] *exempla post* QVINT. *selecta sunt.*

I *generaliter* (GLOSS. διάθεσις): CIC. Tusc. 5, 47 sic ... *Socrates* disserebat: qualis cuiusque animi adfectus esset, talem esse hominem ... adfectus autem animi in bono viro laudabilis, et vita igitur laudabilis boni viri. MANIL. 1, 875 deus ... in orbem signa per affectus caelique incendia mittit. 4, 854 in affectus totus producitur annus. PLIN. nat. 1 ind. 9, 41 echeneis et affectus eius. PORPH. Hor. epist. 1, 1, 28 contentos hos esse debere quantulocumque adfectu. COD. Theod. 4, 8, 7 (*a. 331*) qui ... in libertatis affectu (*i. statu*) cum parentibus perdurarint. *ex technicis notanda haec*: *medicorum*: GRATT. 346 morbos causasque adfectusque canum tua ⟨cura⟩ tueri est. CELS. 1, 5 vel capitis vel arteriae dolores ... vel quoslibet alios oris adfectus. 1, 9 in omnibus corporis adfectibus. 2, 1 p. 29, 23 D. magis vicinos his illisve affectus. 2, 7 p. 42, 30 dum is adfectus in pus vertatur. 2, 15 in quibus adfectibus (*syn.* morbus). 3, 5 alii affectus (*praeter febrim*) interveniunt. 3, 18 alii corporis adfectus (*opp.* febres). 4, 23 ad omnes similes adfectus. 4, 26 p. 151, 36 in hoc ... adfectu corporis. 4, 28 in hoc adfectu. 5, 23, 3 adversus venenum ...: in ceteris autem adfectibus corporis. 6, 6, 31 ad omnes affectus oculorum. AVG. serm. ed. Mai 25, 3 sanatur ab affectu (*i. morbo*) carnali. *grammaticorum*: POMP. gramm. V 230, 15 *verba* alterum adfectum (*fere i. q. vim, intellectum*) habent in elocutionibus, alterum in regulis. SACERD. gramm. VI 429, 27 genus in verbis id est species vel adfectus vel significatio (*cf.* 429, 17. 435, 28. 443, 20). PRISC. gramm. II 373, 10 significatio vel genus quod Graeci ⟨πάθος i.⟩ affectum vocant verbi. *merae conversiones*: MAR. VICTOR. gramm. VI 102, 13 per συμπάθειαν id est per consentaneum adfectum. 27 per ἀντιπάθειαν ... id est per contrarium affectum seu passionem iunguntur *metra hic diversa, illic similia.*

II *animi habitus vel commotio* (*apud rhetores inde a* QVINT. *passim pro verbis sententiisve, quibus* ἦθος *vel* πάθος *inest*): OV. met. 8, 473 dubiis affectibus errat inque vices ponit positamque resuscitat iram. Pont. 3, 4, 21 affectus similes aut impetus idem. trist. 4, 3, 32 nec dicere possum, affectum quem te mentis habere velim. 5, 2, 8 affectusque animi qui fuit ante manet. GRATT. 204 ocior adfectu mentis pinnaque cucurrit *canis.* MANIL. 2, 148 blandumque per aures affectum. 2, 341 *siderum* inque vicem affectus et mutua iura favoris. 2, 476 affectus quoque divisit variantibus astris. 4, 812 in varios affectus. 5, 479 nunc voce poetis, nunc tacito gestu referetque affectibus ora *histrio* (*cf.* SEN. epist. 11, 7. 121, 6). SEN. suas. 2, 12 elegantissime ... adfectum animorum incerta sorte pendentium (perd- *codd. praeter V*) expressit. 2, 15 utriusque ... adfectum temperandum puto. contr. 1, 1, 14 adfectus nostri in nostra potestate ⟨non⟩ sunt. 1, 1, 15 non feci ratione, adfectu victus sum. 1, 2, 23 describere ... mariti adfectum. 1, 8, 5 ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intravit. 1, 8, 11 confitebor ... adfectus patris. *ibid.* potius ratione retineri patrem quam adfectu, cum in ratione habeat aliquem locum et adfectus (aspectus *codd.*). 1, 8, 16 attonitos patris affectus. 2 praef. 2 cum veros compressisset adfectus et iram doloremque procul expulisset. 2, 2, 7 uxoris. 2, 3, 6 diversi me adfectus distringunt, inter reum et patrem distrahor. 2, 3, 8 multi me adfectus diducunt: necesse est de aliis querar, de aliis erubescam, de aliis timeam. 2, 3, 11 paternos adfectus ... spem facientis. 2, 6, 1 accusator meus diversos et inter se contrarios adfectus habet. 3 praef. 2 nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. 3 praef. 12 indicabo tibi affectum meum. 7 praef. 3 *Albucius* adfectus efficaciter movit. 7, 1, 14 alius mitior est, plus quam debet, alius saevior quam necesse est, mediis alius adfectibus inter utrumque positus. 7, 3, 7 volui experiri adfectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret. 7, 4, 1 non est quod mulieris adfectum lege aestimetis qua minatur. 7, 4, 6 orationem ad habitum eius, quem movere volumus, affectus molliendam. 9, 1, 7 diversi sunt hominum (omnium *codd.*) adfectus. 9, 1, 9 adfectu et indignatione ablatus non fuit in sua potestate (9, 5, 8. 12). 9, 6, 2 naturali quodam deploratae mentis adfectu morientibus gratissimum est commori. 9, 6, 20 ex meis hoc affectibus aestumo. 10, 4, 9 quos adfectus vestros optare debeam, nescio. VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 omni inhonesto atque inutili adfectu expulso totum *pectus* in solidae virtutis munimento confirmat. 3, 4 ext. 1 in secessu pectoris repositos adfectus scrutari. 3, 8 ext. 4 privati adfectus (*opp.* communis officii). 4, 6 praef. a placido et leni adfectu ad aeque honestum, verum aliquanto ardentiorem et concitatiorem pergam *legitimi amoris.* 5, 1, 3 cuius mansuetudinem potentissimi adfectus, ira atque gloria, quatere non potuerunt. 5, 6 ext. 2 quo adfectu inclitum ... opus laude cumulavit. 5, 7 praef. det nunc vela pii et placidi adfectus parentium erga liberos indulgentia (5, 7 ext. 1). 5, 7 ext. 1 diversi adfectus isdem visceribus ac medullis inclusi. 5, 9, 2 moderate usus adfectibus suis. 8, 1 ambust. 2 eodem affectu moti. 8, 11 ext. 6 pictura ... patris fletum spectantis adfectu (*dat.*) aestumandum reliquit. 8, 14, 2 ab hoc affectu gloriae aversus. 9, 3 praef. ira ... aut odium ... uterque consternationis plenus affectus ac numquam sine tormento sui violentus. 9, 3, 4 unius civitatis et aetates et adfectus dividere valuit *ira.* 9, 11 ext. 1 illud ... facinus, quia externum est, tranquilliore adfectu narrabitur. 9, 11 ext. 4 pio magis quam valido adfectu rapior. CELS. 1 prooem. p. 7, 24 D. metu dolore inedia ... mille aliis mediocribus adfectibus. p. 10, 18 possunt ... quaedam subesse corpori vel ex infirmitate eius vel ex aliquo adfectu. 3, 6 p. 86, 1 metus et ira et quilibet alius animi adfectus. 7 praef. p. 263, 13 perinde ... ac si nullus ex vagitibus alterius adfectus oriatur. PHAEDR. 3 prol. 36 adfectus proprios in fabellas transtulit. SEN. Ag. 224 comprime adfectus truces. Med. 389 proclamat, oculis uberi fletu rigat, renidet: omnis specimen affectus capit. Oed. 207 trepidumque gemino pectus affectu (*Heinsius*; afflictu *E*, eventu *A*) labat. Phaedr. 212 mediumque sanos vulgus affectus tenet. 917 morumque senium triste et affectus (affatus *Gronov*) graves. Phoen. 309 sola affectus potes mollire duros. SEN. dial. 2, 10, 2 hunc adfectum movet humilitas animi contrahentis se ob dictum factumve inhonorificum. 2, 11, 1 habet quo istum adfectum inflatum respuat ... magnanimitatem. 2, 13, 2 hunc adfectum adversus omnis habet sapiens, quem adversus aegros suos medicus. 2, 19, 2 detegemus hunc adfectum (epist. 96, 2). 3, 1, 1 hunc praecipue adfectum (*i. iram*) pertimuisse maxime ex omnibus taetrum ac rabidum. 3, 1, 7 ceteros quoque adfectus vix occultari, libidinem metumque et audaciam dare sui signa. *ibid.* quod alii adfectus apparent, hic eminet. 3, 3, 6 muta animalia humanis adfectibus carent, habent autem similes illis quosdam inpulsus. 3, 6, 5 eo ... adfectu, cui poena voluptati est. 3, 7, 3 ratio ipsa ... tamdiu potens est, quamdiu diducta est ab adfectibus. 3, 7, 4 animus si in iram, amorem aliosque se proiecit adfectus. 3, 8, 1 nihil rationis est, ubi semel adfectus inductus est. 3, 8, 2 extrinsecus speculatur adfectus. *ibid.* in adfectum ipse mutatur *animus.* 3, 8, 3 adfectus et ratio in melius peiusque mutatio animi est. 3, 8, 7 cum adfectus repercussit adfectum. *ibid.* non rationis ... beneficio quievit, sed adfectuum infida ... pace. 3, 9, 4 adfectus ... tam mali ministri quam duces sunt. 3, 10, 2 in alicuius adfectus venienti servitutem. 3, 10, 3 desinit quicquam posse ratio, si nihil potest sine adfectu. *ibid.* quid enim interest, si aeque adfectus inconsulta res est sine ratione quam ratio sine adfectu inefficax? ... quis ... sustineat adfectum exaequare rationi? ... utilis adfectus est, si modicus est. 3, 10, 4 adfectus nihil aliud quam malum modicum est. 3, 12, 3 fere enim iustum quisque adfectum iudicat quem adgnoscit. 3, 12, 5. 3, 14, 1 solutus ... adfectibus. 3, 15, 3 tam temperatus adfectus. 3, 16, 7 suspiciones quasdam et umbras adfectuum. 3, 17, 1 Aristoteles ait adfectus quosdam, si quis illis bene utatur, pro armis esse. 3, 17, 5 adfectus cito cadit, aequalis est ratio. 4, 2, 5 omnia ista motus sunt animorum moveri nolentium nec adfectus, sed principia proludentia adfectibus. 4, 3, 1 nihil ex his quae animum fortuito inpellunt, adfectus vocari debet .... ergo adfectus est non ad oblatas rerum species moveri, sed permittere se illis et hunc fortuitum motum prosequi. 4, 3, 2 si quis pallorem et lacrimas ... indicium adfectus animique signum putat, fallitur nec intellegit corporis hos esse pulsus. 4, 4, 1 ut scias quemadmodum incipiant adfectus aut crescant aut efferantur, est primus motus non voluntarius quasi praeparatio adfectus et quaedam comminatio *eqs.* 4, 6, 3 quare non ex toto illum (*sapientem*) hoc adfectu liberemus. 4, 7, 1 quid indignius quam sapientis adfectum pendĕre nequitia? 4, 11, 3 si missa esset vox publici adfectus. 4, 12, 3 nulli ... sunt tam feri et sui iuris adfectus, ut non disciplina perdomentur. 4, 12, 6 iram et cum illa rabiem saevitiam ... alios comites eius adfectus. 4, 17, 1 id quod veri adfectus non effecissent, effecit imitatio adfectuum. 4, 35, 3 non est ullius adfectus facies turbatior *quam irae.* 4, 35, 6 si qua magis dira facies excogitari diri adfectus potest. 4, 36, 6 omnis ... alios affectus *ira* sibi subicit. ... nullus adfectus est, in quem non ira dominetur. 5, 1, 3 ceteri ... adfectus dilationem recipiunt et curari tardius possunt. 5, 1, 4 etiam si resistere contra ⟨ceteros⟩ affectus suos non licet, at certe affectibus ipsis licet stare. 5, 2, 2 hic (*ira*) unus adfectus est, qui interdum publice concipitur. 5, 3, 4 hunc aliquis affectum (*iram*) virtuti adiutorem comitemque dat. 5, 4, 1 nulli ... adfectui peior est vultus *ira.* 5, 10, 2 facile est ... adfectus suos cum primum oriuntur deprehendere. 5, 16, 2 adfectuum suorum ... continentia. 5, 41, 4 taeter ille et hostilis adfectus (*ira*). 6, 1, 5 furtum facere adfectibus tuis. 9, 2, 1 talem adfectum animi. 9, 2, 10 ille adfectus otium suum de-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

testantium querentiumque nihil ipsos habere quod agant. 9, 15, 3 lenissimum adfectum animi movet. 9, 17, 3 conversatio ... renovat adfectus. 10, 1, 1 hic affectus querellas evocavit. 10, 6, 3 cum verba eruperunt, adfectus ad consuetudinem relabuntur. 10, 8, 2 discordia affectuum. 10, 10, 1 contra adfectus impetu, non suptilitate pugnandum (*dictum Fabiani*). 10, 16, 2 vexat illos imprudentia incertis adfectibus et incurrentibus in ipsa quae metuunt. 10, 17, 1 ab hoc affectu reges suam flevere potentiam. 11, 17, 1 scio rem non esse in nostra potestate nec ullum adfectum servire. 11, 18, 2 fratrum meorum intimos adfectus (epist. 96, 2 QVINT. inst. 11, 3, 67). 11, 19, 2 illa ... adfectus tuos semper sequitur. 12, 6, 1 quorum adfectus tegi possunt. 12, 16, 3 sic ... adfectum meum rexi, ut. benef. 2, 14, 1 iudicium interpellat adfectus (*nomin.*). 2, 18, 4. 2, 22, 1 effusis adfectibus. 3, 17, 4. 4, 21, 2 ex adfectu latente. 6, 16, 2 sine ullo adfectu facienda aut vitanda praecipiens. 6, 25, 1 adfectum memorem accepti beneficii. 6, 37, 3 grati hominis. 6, 42, 1. 7, 26, 5 inter adfectus inquietissimos rem quietissimam, fidem, quaeris? epist. 9, 11 habet aliquid simile amicitiae adfectus amantium. *ibid.* ex honestiore causa coit turpis adfectus? 11, 7 artifices scaenici, qui imitantur adfectus, qui metum et trepidationem exprimunt (*cf.* MANIL. 5, 479). 18, 15 in omnes personas hic exardescit affectus. 22, 10 si verum (epist. 99, 21) adfectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. 24, 25 ille ... vitetur affectus, qui multos occupavit, libido moriendi. 37, 4 stult⟨iti⟩a ... multis affectibus et saevissimis subiecta. 40, 8 affectus impotens (effectus impetus *codd.*) sui. 49, 1 adfectibus tuis inter ipsam coer⟨ci⟩tionem exeuntibus. 51, 8 inter tot adfectus distrahar, immo discerpar. 56, 5 si adfectus fremunt. 59, 4 adfectum ... impotentem et in diversum statim inclinaturum voluptatem voco. 63, 9 sera indicia adfectus sui quaerunt. 65, 15 ista ... quae tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt. 68, 14 mitigatis adfectibus. 69, 4 cito rebellat adfectus. 71, 37 oppressis adfectibus et sub arbitrium suum adductis. 75, 3 satis apparet adfectus. 75, 9 qui omnes iam adfectus ac vitia posuerunt (75, 13). 75, 10 illos dicant iam effugisse morbos animi, adfectus nondum. *ibid.* quid inter morbos animi intersit et adfectus. 75, 12 adfectus sunt motus animi inprobabiles, subiti et concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum. ... adfectus (*acc.*) adhuc sentiunt perfecto *sapienti* proximi. 81, 21 ⟨in⟩ contrarium ... adfectum summa infelicitas urget. 85, 4 non his tollunt adfectus, sed temperant. 85, 6 si das aliquos adfectus sapienti, inpar illis erit ratio. 85, 8 nihil interest, quam magnus sit affectus. ... parere nescit, consilium non accipit. ... non audiunt adfectus. 85, 9 si ratio proficit, ne incipient quidem adfectus. 85, 10 inmoderati sunt. 85, 12 si in nostra potestate non est, an sint adfectus, ne illud quidem est, quanti sint. 85, 15 vitio timoris carere, affectu non carere. 87, 41 expugnare affectus, non circumscribere. 88, 19 affectibus effrenatissimis abstrahi. 88, 30 verbis rebus adfectibus comem ... facilemque. 89, 12 *moralium pars* altera de adfectibus. 89, 23 ad sedandam rabiem adfectuum. 91, 3 haec ... adfectum inclinant (-andum *codd.*). 94, 28 adfectus ipsos tangunt *hi versus.* 94, 32 adfectibus impedimur quominus probanda faciamus. 94, 47 praecepta, quae adfectus nostros velut edicto coercent et ablegant. 96, 2. 99, 16 fluat *tantum lacrimarum,* quantum adfectus eiecerit. 99, 21. 99, 27 cum aliquid lacrimarum adfectus effuderit et ut ita dicam despumaverit. 102, 13 difficiles adfectus. 104, 3 honestis adfectibus. 104, 17 peregrinaris ... cum adfectibus tuis. 106, 5 an adfectus corpora sint .... si adfectus corpora sunt et morbi animorum, ut (et *codd.*) avaritia crudelitas, indurata vitia. 108, 7 quidam ad magnificas voces excitantur et transeunt in adfectum dicentium. 108, 12 admirantur, adclamant, odium pecuniae indicunt. hunc illorum adfectum ⟨cum⟩ videris. 113, 6 non ... tantum virtutes animalia erunt ... sed opposita quoque illis vitia et adfectus, tamquam ira timor luctus suspicio. 113, 29 haberet in potestate ... adfectus. 114, 20 ex quibus tu aestimes alicuius adfectus. 114, 24 *tyrannum* excipiunt adfectus impotentes et instant. 115, 12 carmina poetarum, quae adfectibus nostris facem subdant. 116, 1 utrum satius sit modicos habere adfectus an nullos. 116, 3 inbecillus est primo omnis adfectus. deinde ipse se concitat et vires dum procedit parat: excluditur facilius quam expellitur. quis negat omnis adfectus a quodam quasi naturali fluere principio? 116, 6. 121, 4 adfectus efferatissimos inhibere. 121, 6 in omnem significationem rerum et adfectuum parata illorum (*peritorum saltandi*) manus. nat. 1 praef. 5 cum adfectibus conluctamur (*seq.* portenta vincimus). frg. 33 Pavorem atque Pallorem, taeterrimos hominum affectus. CVRT. 7, 1, 24 ad omnes adfectus impetu rapimur. LAVS Pis. 45 laudibus ipsa tuis resonant fora: tu rapis omnem (dura piso nam *vel* tu ... piso *codd.*) iudicis adfectum possessaque pectora temptas. PLIN. nat. 7, 79 hic animi tenor ... affectus ... humanos adimit, quales *homines* ἀπαθεῖς Graeci vocant. 8, 86 unus huic tam pestifero animali (*serpenti*) sensus vel potius adfectus est: coniugia ferme vagantur (SOL. 27, 34). 34, 70 duo signa ... diversos adfectus exprimentia, flentis matronae et meretricis gaudentis. STAT. silv. 2 praef. ut excusandam habuerim affectibus tuis (*i. luctui*) celeritatem. 5 praef. omnibus affectibus prosequenda sunt bona exempla. QVINT. inst. 1, 8, 7 cum per omnes et personas et adfectus eat *comoedia* (11, 1, 84; 12, 10, 62 per omnes adfectus tractus). 1, 10, 31 ad movendos leniendosque *audientium* adfectus (1, 10, 25). 1, 11, 2 nec amoris avaritiae metus discat adfectum. 2, 5, 8. 2, 6, 1 (*opp.* probationibus, *cf.* 6, 2, 5). 2, 13, 9 flexus ille et ... motus dat actum quendam et adfectum. 2, 13, 13 consumptis affectibus (*cf.* 4, 2, 120 *l. 17*) non reperiens, quo digne modo patris vultum posset exprimere, velavit eius caput. 2, 16, 4 Athenis ... actor movere adfectus vetabatur (6, 1, 7). 2, 17, 26 adfectus moveat (*hoc saepe ut* 2, 17, 27. 4, 2, 113. 6, 1, 26. 6, 2, 26. 10, 2, 27. 11, 3, 58 *passim.* 12, 10, 26 concitatius. 4 prooem. 6. 5, 8, 3 commovere. 12, 10, 26. 12, 10, 36 permovere). 3, 4, 15 concitandis componendisve adfectibus (6, 1, 11. 15. 11, 3, 65) animos audientium fingere (πλάττειν). 3, 5, 2 totum opus *orandi* in res et in adfectus partiuntur (6, 1, 1. 11, 3, 152). *ibid.* remotae ab adfectibus *materiae.* 3, 8, 11. 3, 9, 4. 4, 1, 28 in epilogo ... liceat totos effundere adfectus. 4, 1, 47 positas in adfectibus causas. 4, 2, 103 ne utamur adfectibus (4, 2, 111. 6, 1, 9). 4, 2, 104. 107. 4, 2, 110 quod exponebat ... adfectu ... implevit. 4, 2, 115 advocare ... adfectum in perorationem. 4, 2, 120 non ut consumantur adfectus, sed ut tamen velut primis lineis designentur. 4, 3, 15. 4, 5, 6 adfectibus turbandus (5, 14, 29) et ab intentione auferendus auditor. 5 prooem. 1 adfectus ... excludendos. 5, 8, 2. 5, 10, 34 pessimi adfectus, in quibus sunt ira odium *eqs.* 5, 11, 38 misericordiam ... civitas Atheniensium non ... pro adfectu, sed pro numine accepit. 5, 12, 9 probationes ... παθητικάς ... ductas ex adfectibus. 5, 13, 2 adfectus ... haec pars mitiores (minores *Ambr.*) habet. 5, 13, 55 simplicem ex adfectibus atque ex adfirmatione sola probationem. 6, 1, 7 necessarios ... adfectus fatebuntur *philosophi.* 6, 1, 25 ex personis ... trahitur adfectus. 6, 1, 29 non ... adfectum, cum ad summum perduxerimus, relinquamus. *ibid.* facile deficit affectus qui descendit. 6, 1, 36. 6, 1, 44 cum invaluit. 6, 1, 51 in prooemio atque in epilogo sedem habere *adfectus.* 6, 1, 53 tractandus erit adfectus, ut quisque nascetur. 6, 2, 1. 6, 2, 2 per totam ... causam locus est adfectibus. 6, 2, 6 iudex occupatus adfectibus. 6, 2, 7 spiritus operis huius atque animus est in adfectibus. horum autem ... duae sunt species: alteram Graeci πάθος vocant, quod nos vertentes recte ac proprie adfectum dicimus (6, 2, 20), alteram ἦθος, cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus: mores appellantur. ... adfectus igitur hos concitatos, illos mites (9, 2, 3. 10, 1, 48. 10, 1, 73 remissis. 11, 3, 162 flebiles) atque compositos esse dixerunt. ... adiciunt quidam, ἦθος perpetuum, πάθος temporale esse (*similia* AVG. civ. 9, 4 *ubi adduntur synonyma* perturbationes, adfectiones, passiones). 6, 2, 10 continuum. 6, 2, 16. 17 ille iam paene medius adfectus est ex amoribus et ex desideriis amicorum et necessariorum. 6, 2, 23 non id solum agere adfectus, ut quae sunt ostendantur acerba ..., sed etiam ut quae toleranda haberi solent, gravia videantur. 6, 2, 24. 27. 6, 2, 29 (φαντασίας) quisquis bene ceperit, is erit in adfectibus potentissimus. 6, 2, 32 (ἐνάργειαν) adfectus ... sequentur. 6, 2, 35 pronuntiatio ita falsis accendit adfectibus *audientes.* 6, 2, 36. 6, 3, 1 tristes solvit adfectus. 6, 3, 104 ad delectandos movendosque homines in omnem adfectum animi. 6, 4, 10. 7, 1, 15. 7, 4, 23. 7, 10, 12 an per totam actionem diffundendi adfectus. 8 prooem. 7. 8, 3, 4 erupisse in hunc voluptatis (volun- *codd. plerique*) adfectum. 8, 3, 30 *Graeci* sonis etiam quibusdam et adfectibus non dubitaverunt nomina aptare (8, 6, 31). 8, 3, 67 in adfectus minus penetrat (11, 3, 67. intrare 9, 4, 10) brevis hic velut nuntius. 8, 6, 7. 9, 1, 21 adfectus nihil magis ducit *quam figura.* 9, 1, 23 qui totidem figuras putant quot adfectus, repudiandi, non quia adfectus non sit quaedam qualitas mentis, sed quia. 9, 2, 26 augendis adfectibus accommodatae (10, 1, 69) figurae. 9, 2, 54. 9, 2, 58 leviores (len- *Turnebus*). 9, 2, 64 huc erumpit (9, 3, 54) eius adfectus, ut. 9, 2, 71. 9, 3, 46. 97. 9, 3, 102 nimia ... cura verborum deroget adfectibus fidem. 9, 4, 4 argumentis probare, adfectibus commovere. 9, 4, 143 perdit a⟨mitti⟩tque et fidem et adfectus motusque omnes qui est in hac cura *verborum nimia* deprehensus. 10, 1, 27. 53 55. 10, 1, 68 in adfectibus ... mirus, ... praecipuus. 10, 1, 101 adfectus ... dulciores (*i.* ἦθος) ... nemo commendavit (commod- *Halm*) magis *Livio.* 10, 1, 107. 10, 2, 11 actus histrionum veris adfectibus *minor est.* 10, 3, 18 adfectus sequemur (decl. 346 p. 366, 1). 10, 7, 14 bene concepti adfectus (11, 3, 25 ex rebus). 10, 7, 15 adfectu concitati. 11, 1, 33. 11, 1, 41 adsimulamus adfectus. 11, 1, 52 quidquid meris adicietur adfectibus, omnes eorum diluet vires. 11, 1, 55 in schola finguntur adfectus. 11, 1, 56 argumentari ... mixtis ... adfectibus. 11, 3, 2 adfectus omnes languescant necesse est, nisi voce ... inardescunt. 11, 3, 14 ad animum penetrat adfectus. 11, 3, 46. 11, 3, 52 adfectus ... aliqua sua parte fraudantur. 11, 3, 58 ab his adfectibus, in quos inducendus est iudex, recedere. 11, 3, 61 cum sint alii veri adfectus, alii ficti et imitati, veri naturaliter erumpunt. 11, 3, 73 artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuantur. 11, 3, 111. 116. 11, 3, 133 frigescit. 11, 3, 148 prae se ferre aliquid adfectus (*gen.*). 11, 3, 156 movendi ... ratio aut in repraesentandis est aut imitandis adfectibus. 11, 3, 176 intra se quisque ... hoc ... per omnes adfectus verset. 12, 1, 7 tam variis adfectibus concisum atque laceratum. 12, 5, 3. decl. 247 p. 14, 11. 252 p. 31, 8 iudicio non alienum et adfectibus meis necessarium. 267 p. 91, 3 istius ... adfectus argumentum lacrimae habent. 270 p. 102, 5. p. 107, 26 paternis. p. 108, 3. 272 p. 114, 15. p. 115, 17.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

280 p. 141, 8. 289 p. 157, 23. 294 p. 167, 6 nondum omnes exuimus adfectus. 296 p. 172, 1 magni adfectus iura non spectant. 297 p. 175, 6 detegemus tibi etiam huius mulierculae adfectus. 298 p. 177, 24 inpono, iudices, adfectibus meis, qui nihil adhuc inter querelas habeo nisi desiderium. 299 p. 180, 19 probativae duae, altera παϑητική, altera πραγματική, id est adfectus et iuris quaestiones. p. 181, 16 puella tam honesti adfectus. 306 p. 205, 6. 315 p. 242, 6 quo me ducis, anime? quo me trahis, adfectus? 321 p. 260, 9 diversos ceperint adfectus. 332 p. 307, 20 testamenta, quibus omnem adfectum fateremur. 338 p. 335, 24. 376 p. 417, 4 adfectus nostri nobis non serviunt. 388 p. 435, 20 quibus ... intellectus negatus est, hic tamen adfectus relinquitur. Ps. Qvint. decl. 1, 2 hoc ... publicis allegamus affectibus (4, 6. 11, 7. 17, 2). 10, 12 quicquid rationem vicit, adfectus est. Frontin. strat. 1, 11, 6 (adi- *cod.*). 4 praef. Tac. dial. 6, 17 accipere adfectum, quemcumque orator induerit. 23, 26. hist. 1, 15 (*bis*). 1, 72. 1, 83 ut adfectus vestros in amorem mei accenderem. 4, 31 militia sine adfectu. Agr. 30 opes atque inopiam pari adfectu concupiscunt. ann. 3, 15 Tiberium ... clausum ..., ne quo adfectu perrumperetur (*i. ne adfectum proderet*). 11, 38. 13, 16 omnis adfectus abscondere. 13, 45 adfectui suo aut alieno obnoxia. 15, 16 ambitio gloriae, felicium hominum adfectus. 15, 53 cupido dominandi cunctis adfectibus flagrantior est. Plin. epist. 9, 13, 16 modestissimum. paneg. 85 Flor. epit. 1, 7 Palaemon Char. gramm. I 238, 24 interiectiones ... significant adfectum animi (238, 20 *cum seqq., cf.* 240, 19. 242, 9. Serv. gramm. IV 420, 19. Sacerd. gramm. VI 447, 3 *syn.* animi variae passiones). Char. gramm. I 276, 14 ironia adfectu mutat significationem (462, 16). Diom. gramm. I 438, 27. 439, 8 cum ὑποκρίσεως affectu. 464, 9 parabole ... comparatio ... per affectum. Gell. 1, 26, 10 (*v. sub* affectio *p. 1177, 66*). Apvl. met. 1, 12 naturalitus quosdam affectus in contrarium provenire. 5, 21 multis ... calamitatis suae distrahitur affectibus. 10, 6 in exitium ... filii plenis operabatur affectibus. Tert. spect. 15 si cessat affectus, nulla est voluptas. Porph. Hor. epist. 2, 1, 211 qui potestate carminis moderatur adfectibus meis. sat. 1, 1, 7 quid enim] quasi interpellante affectu hoc dicitur. Don. Ter. Andr. 284 moriens: affectus a tempore, quod postrema vox erat. Lact. inst. 6, 5, 17 sedatio commotionum et adfectuum. 6, 13, 7 Stoici adfectus omnes, quorum inpulsu animus commovetur, ex homine tollunt, cupiditatem laetitiam, metum maestitiam, quorum duo priora ex bonis sunt aut futuris aut praesentibus, posteriora ex malis. *vide sequentia et universa capita* 6, 15—19, *in quibus haec quoque sunt notanda*: 6, 15, 1 ratio ... quatitur adfectibus. 2 quam necessario deus sive natura ... nos armarit adfectibus. 4 ut medici affirmant, laetitiae adfectus in splene est, irae in felle, libidinis in iecore, timoris in corde. 8 adfectus ... quasi ubertas est naturalis animorum. 9 deus ... *homini* ingeneravit ... istas animi commotiones ... posuitque materiam vitiorum in adfectibus, virtutis in vitiis. 6, 17, 14 currus ... vitae ... adfectibus velut equis pernicibus ducitur. 21 evulsis adfectibus (6, 15, 10. 6, 19, 1), quibus omnis constat humanitas. 6, 18, 32 sustentatio sui recte patientia nominatur, quae una virtus omnibus est opposita vitiis et adfectibus. 6, 19, 4 tres ... adfectus, qui homines in omnia facinora praecipites agant (*comparantur tres Furiae*; epit. 56, 1). epit. 56, 2 adfectus Stoici amputandos, Peripatetici temperandos putant. ... nos vero neque detrahendos neque minuendos esse dicimus. 56, 7 redigendi sunt ... adfectus intra fines suos et in viam rectam dirigendi (*cf.* frg. 5). ira 4, 12 nullus adfectus in deo est, quia quidquid adficitur inbecillum est. Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. 25 rhet. p. 54, 8 cum ... transitum facimus ratione aliqua vel adfectu. Ivl. Sev. rhet. 17 p. 364, 14 evenit ut sit narratio, quae inter se locos communes patiatur, quos etiam adfectus vocamus. Empor. rhet. p. 561, 6 ethopoeia nominatur, quod ethos id est affectum dicentis effingat. p. 562, 10 est sane praeter ethos et pathopoeia, qua imitamur adfectum, non naturalem, sed incidentem. *cf.* p. 562, 20. Mar. Victor. rhet. p. 203, 22 inductiones ... ratiocinationes ..., quae fidei sunt, non adfectus. Ivl. Sev. rhet. 20 p. 366, 22 adfectus sibi aliquotiens vicini sunt. Hil. in psalm. 1, 2 id nec modo nec ratione docuerunt: bonae quidem opinionis affectu. 136, 4 humani sensus. 52, 12 fidei suae (Favstin. trin. praef. p. 37ᵇ). 14, 10 falsitatis adfectum mendacii condicionibus temperavit. Gavdent. serm. 13 *med.* fraudatoris. 14 *extr.* fideli affectu. Priscill. tract. 2, 54 benignitatis. Symm. epist. 2, 86 ut quidquid explicat adfatus tuus, id noster quodammodo visat adfectus. Serv. auct. Aen. 2, 41 omnis adfectus tribus rebus ostenditur: vultu voce gestu. 4, 468 bonus. 8, 565 *poeta* his quibus fides difficilior est, interponit affectum (*sc. parenthesin*). Hier. epist. 142 habentes affectum erroris pristini. 130, 13 affectus et perturbationes ... moderari et regere possumus, amputare non possumus. 46, 3 non ignoratione, sed affectu labi. 21, 7 non locorum spatiis, sed affectu aut esse nos cum deo aut ab eo discedere. in Is. 24, 16 p. 334 Vall. locutus sum mihi interno cordis affectu (dixi: secretum meum mihi *Isaias*). Vvlg. psalm. 72, 7 transierunt in affectum (διάϑεσιν) cordis. sap. 14, 21 affectui (συμφορᾷ) aut regibus deservientes. Ezech. 25, 6 gavisa es ex toto affectu (ἐκ ψυχῆς σου). III Esdr. 8, 53 virtus domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu (εἰς πᾶσαν ἐπανόρϑωσιν). Pavl. Nol. carm. 8, 21 discordia concors dissimiles socians affectus pectore in uno. Avg. civ. 1, 17 humanus (1, 31 p. 49. 3, 14). 8, 15 religionis. 9, 5 p. 376 effectus, non ... affectus (11, 14 p. 482. 16, 4 p. 131). 14, 9. 14, 9 p. 22, 13 *syn.* motus. 14, 16 p. 38 animi ... affectu cum carnis appetitu coniuncto *in libidine.* 19, 8 p. 368, 8 interdicat amicalem vel intercidat affectum. 22, 8 p. 569, 21 quo affectu, quo motu animi *coeperit orare.* serm. ed. Mai 2, 1 *syn.* spiritu. 6, 2 dilectio ... affectus germen est. epist. 95, 2 pulvereis vel etiam luteis affectibus ... animas aggravantes. Clavd. Mam. 1, 3 in homine diversae adfectiones id est iustitia misericordia sanctitas res accidentes sunt et ideo adfectus vocantur. *similia passim in hoc capite.* Alc. Avit. c. Eut. 2 p. 27, 4 humanae condicionis *Christi.* Boeth. herm. sec. 1 p. 11, 30 M. in hoc libro Aristotelem passiones animi non pro adfectibus, sed pro intellectibus posuisse. 1, 2 p. 56, 20 in passionibus adfectibusque. Conc. Vasense a. 529, 3 ut Quirieleison frequentius cum grandi affectu et conpunctione dicatur. Ennod. epist. 1, 3 p. 6, 4 H. talem ... dignatio vestra tenuisset affectum, ut ... elegisset. 1, 12 p. 22, 23 ad adfectum scriptionis erigere. 1, 20 p. 33, 4 quibus affectus est ... amicitiam custodire. Bened. reg. 20 ex affectu inspirationis divinae.

i. q. propensa voluntas, amor, dilectio, pietas (*saepe pluralis de uno*): Comm. Einsidl. gramm. suppl. 266, 17 affectus dicitur desiderium i. voluntas. Gloss. στοργή, dilectionis teneritudo vel propinquitas. desiderium amor dilectio studium. *passim c. gen. obi. vel* in, erga, circa (*p. 1191, 11 sqq.*). Ov. met. 7, 147 tu quoque victorem *Iasona*) complecti, barbara (*Medea*), velles, sed te ne faceres tenuit reverentia famae. quod licet adfectu tacito (Litvrg. Gall. Bunsen anal. Antenic. III p. 273) laetaris agisque carminibus grates. 7, 171 *Medeae* animum subiit Aeeta relictus. nec tamen adfectus tales confessa. trist. 4, 5, 30 quo pius affectu Castora frater amat. Sen. contr. 7, 6, 19 scio, cuius in nos adfectus sit. 7, 7, 7 paternus adfectus non sustinet moram. Val. Max. 4, 1, 5 patrios adfectus, qui potentissimi habentur, superavit *moderatio.* 4, 6, 4 consimilis adfectus Iuliae (*gen. subi.*). Sen. Phaedr. 60 matris superbum est nomen ..., nostros humilius nomen affectus decet; me vel sororem, Hippolyte, vel famulam voca. Phoen. 383 utrumque quamvis diligam affectu pari (461). dial. 11, 18, 9 ex adfectu tuo, quis illius in te sit, cogita. 12, 5, 3. 3, 21, 1 amici. epist. 78, 4 amicorum. Scrib. Larg. praef. p. 6, 2 consummasti amicissimo adfectu vota mea. Lvcan. 8, 132 tenuit nostros hac obside Lesbos adfectus (*verba Pompei de coniuge*). 9, 1100 ut ... adfectus a te veteres vitamque rogarem. 10, 95 *Cleopatrae frater* habet sub iure Pothini adfectus ensesque suos. Plin. nat. 1 ind. 10, 96 amicitiam animalium esse et adfectus animalium. exempla affectus serpentium. 10, 203 sunt *animalibus* ... bella amicitiaeque, unde et adfectus. 10, 207 non et adfectus indicia sunt etiam in serpentibus? 35, 87 *Alexander* nec torum tantum suum, sed etiam adfectum donavit *Apelli dando paelicem.* Qvint. inst. 1, 2, 15 nec officium in docendo spectet, sed affectum. decl. 298 p. 179, 24 ducimus quendam adversus ipsas terras consuetudine adfectum (*v.* adfectio *p. 1178, 70. 26*). 306 p. 202, 24 virginem ..., quae nullo adhuc suspirat adfectu. 317 p. 248, 19 adfectus et pietatis simulatione. 321 p. 260, 5 consuetudo, quae alienos ... componere et astringere adfectibus potest. 322 p. 268, 22 quoniam pater erat, quoniam numquam hi adfectus in tantum vincuntur odio, ut. 325 p. 281, 27 potuit in hunc adfectum incidisse. 327 p. 286, 17 hoc amore et adfectu. 357 p. 389, 25 iudicio patris auctum (factum *codd.*) iuvenis adfectum. Ps. Qvint. decl. 2, 14 frigidis. 4, 2. 6, 15 inter parentes caecus affectus est. 9, 9 praestes adfectum. 15, 3 ubi sit medicamenti quod obicitur totus affectus? 15, 9 eludis affectum. 16, 2 aliquem fraternitatis affectum. Ivv. 6, 214 haec (*mulier*) dabit affectus *i. praecipiet quem ames.* 8, 161 hospitis. 12, 10 si res ampla domi similisque affectibus esset. 15, 150 adfectus petere auxilium et praestare. Tac. ann. 13, 21 matrum adfectus ignotos habere. dial. 27 iudicium animi citra damnum adfectus proferre. Agr. 32 fide et adfectu teneri. Plin. epist. 2, 1, 8 mihi tutor relictus adfectum parentis exhibuit. 3, 10, 3 adfectibus. 4, 19, 1 amitae ei adfectum *et* patris amissi repraesentes (*syn.* diligas). 8, 11, 1 adfectum tuum erga fratris filiam. 10, 4, 6. paneg. 4 cedis adfectibus nostris. 69 cepisti ... et adfectus nostri et iudicii experimentum. 75. 79 adfectus nostros ... cohibere. Svet. Tit. 8 non modo principis sollicitudinem, sed et parentis affectum unicum praestitit. Roman. Char. gramm. I 191, 4 pergere si iuberet adfectus vel ... casus adferret. Palaemon Char. gramm. I 234, 11 'erga' ad adfectum refertur ..., 'in' ad simultatem. Papin. dig. 33, 3, 6 quod affectu filiae datum est *et passim similiter in* Dig., *nota* Iavol. 38, 2, 36 mancipium, quod non pretio, sed affectu sit aestimandum (*cf. p. 1178, 62 sqq.*). Apvl. Plat. 2, 21 philosophiam esse mortis adfectum consuetudinemque moriendi. Ps. Apvl. Ascl. 22 dii ... pio affectu humana omnia respiciunt. Tert. anim. 16 disciplinae. 31 alienus studio et affectu Euphorbi. 32 sensus et affectus (*plur.*). Porph. Hor. carm. 2, 4 non esse domino ancillae affectum erubescendum. Cypr. hab. virg. 3 *virgines* adhortamur adfectu potius quam potestate. laps. 4. Sol. 45, 13 equinum. Cod. Iust. 5, 62, 23 pr. (*Dioclet.*) ut eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem eius non inhibeatur affectu *sc. proprio.* 8, 53, 26 pr. (*Const. I*) priusquam fari possit *infans* aut habere rei quae sibi donatur adfectum. Paneg. 3, 7 p. 107, 26 di-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versum sanguinem affectibus miscuistis. 6, 7 p. 153, 20 ex intimis affectibus. 7, 7 p. 165, 16 privatis. 7, 8 p. 166, 11 milites utilitati publicae magis quam tuis affectibus inservientes. IVL. VAL. 1, 15 integrationem coniugalis adfectus. LACT. inst. epit. 18, 6 matris. inst. 6, 10, 3 pietatis. PS. IVL. RVF. schem. dian. 3 rhet. p. 60, 28 quasi in affectum hospitis . . . inducta sit *Dido*. PALLAD. 14 vers. 8 socii. LVCIF. Athan. 1, 19 singulari dilecturus affectu (1, 43). 2, 6 *v. sub* affectio *p. 1179, 28 et* PHYSIOGN. 37 sine affectu, ἄστοργα (129 *de noctua*). GAVDENT. serm. 13 *med.* erga pauperes. 21 *extr.* AVSON. 390, 1 credideram nil posse meis adfectibus addi. DICTYS 3, 12 omni affectu dilecta. AMM. 28, 4, 21. PELAGON. 163 tuus ille circa generositatem equorum curulium occupatus affectus (HEGES. 1, 37, 7 tantus erat affectus circa defunctam; *item* circa 2, 12, 2 HIER. epist. 74, 9). CHIRON 189 intentione pascuae adfectum vitae intendunt. HEGES. 1, 38, 3 pio erga matrem affectu, sed erga patrem impio. 1, 40, 12 domesticis affectibus. 3, 15, 1 subeundae mortis. 4, 4, 1 nocendi. HIER. epist. 22, 21 affectum sanguinis relinquentes. 60, 14 patriae. 60, 19 iungamur spiritu, stringamur affectu. 125, 6 sunt quae oderunt suos et non suorum palpantur affectu. VVLG. II Macc. 14, 37 pro affectu (κατὰ τὴν εὔνοιαν) pater Iudaeorum appellabatur. PRVD. perist. 10, 229 *Veneris* libidinoso . . . adfectu. PAVL. NOL. carm. 11, 9 adfectu observare fideli. 27, 326 (*syn.* amore). epist. 4, 5 *med. syn.* caritatis (13, 1 *init.*). 15, 3 *init.* ut eos ultra solitum affectum diligatis. 16, 1 *init.* contra officium et affectum. AVG. civ. 8, 13 iste affectus (*eorum qui ludos scaenicos amant*) . . . indicat malos. 12, 22 cognationis. SVLP. SEV. chron. 1, 31, 4 *boum* affectu foetus. MACR. somn. Scip. 1, 8, 7 pietas religio affectus humanitas. PHYSIOGN. 122 in his ingeniis affectus nullus, nulla fides amicitiae, nulla religio. MART. CAP. 2, 131 omni studio affectuque cucurrit. RVT. NAM. 1, 212 filius affectu, stirpe propinquus. LEO M. serm. 96, 1 p. 466 consensionis. epist. 159, 4 p. 1137 in affectum a deo initum. MAR. VICT. aleth. 2, 551 lucis. SIDON. epist. 3, 13, 1 castitatis. 3, 14, 1 non operis effectus . . ., sed auctoris affectus (7, 1, 2. 9, 2, 2 ALC. AVIT. epist. 35 p. 65, 17). FAVST. REI. epist. 1 p. 161, 3 *tit.* speciali. grat. 1, 3 p. 15, 11 quis non ad tam reverendum nomen omni cordis inclinetur affectu? 1, 12 p. 41, 5 *deus* nisi ei (*mundo*) bonum ad meliora contulisset affectum, mali ei non interdiceret appetitum. 2, 6 p. 71, 20 *opp.* odio. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 221, 14 *opp.* odii. VICT. VIT. pass. 5 pro Christo moriendi plenus affectus. pers. 2, 98 voluntarie et ex affectu. PAVL. PELL. 244 tradentes mutua nobis officia affectu *parentes liberique*. ALC. AVIT. epist. 6 p. 34, 12 quorumlibet affectuum personae. 66 affectui pietati sollicitudini. 77 *opp.* despectus. 92 p. 99, 29 sancti (*i. regii*) affectus recognitio. OREST. trag. 3 funeris (*i. Agamemnonis mortui*) affectus *Cassandrae*. ENNOD. epist. 2, 3 p. 42, 4 H. quod meo militabat (*i. inserviebat*) affectui. HIST. Apoll. 23 *extr.* ingens amor fit inter coniuges, mirus affectus, incomparabilis dilectio, inaudita laetitia, quae perpetua caritate complectitur. VEN. FORT. carm. 6, 10, 27 ast ego posthabeo affectu mea seria vestro. MAXIM. carm. 5, 145 tu cogis rabidas affectum discere tigres. CONC. Turon. a. 567, 2 ut pontificalis affectus inter consacerdotes inviolabiliter conservetur. FERRAND. Fulg. epist. 13, 1 multa volui affectu interrogare discendi.

saepe legitur in elogiis lapidum: CORP. V 2197, 9 splendidum publicae pietatis adfectum. IX 1128 industriae et eloquentiae praecipuo et in omni adfectu praenstantissimo (*sic*). X 1782, 22 quo testatior sit erga eum adfectus rei publicae nostrae. 5670, 2, 11 ob tam egregium eius adfectum. XI 6123 (*post Traian.*) adfectus, quos civibus nostris . . . praestas. XIV 2795, 7 templum . . . pietatis suae adfectu exornet. CORP. II 1399, 5 (= CARM. epigr. 1140) coniugis illius, quem vix aequare mariti adfectu poterint. V 6729 (= CARM. epigr. 706 *f. a. 520*) germano ad⟨f⟩ectu instituit dominoque dicavit. V 7640 (= CARM. epigr. 783, 11) adfectu superare volens. VI 11511 affectus et blandities et caritas. 12672 usi adfectibus eius matris. 20674 (= CARM. epigr. 436) incomparabilis erga maritum adfectus sanctitatisque et eximiae erga liberos pietatis *femina*. VIII 7255 (= CARM. epigr. 560, A, 2) Caelía Ru⟨fino: a⟩dfectu simil⟨ique fid⟩e pares. IX 1776 quod eum pleno adfectu dilexerit, fecit. X 2316 rarissimi adfectus feminae. 4142 adfectu et offi⟨cis⟩ et inpendis suis patronum dilex⟨it⟩. XII 1724 (*a. 472*) qui vixer⟨unt in coniu⟩gali adfectu et carita⟨te⟩. 5350 (= CARM. epigr. 1443, 7) maxima Festae adfectus pietas forma pudicitia. XIV 936 incomparabilis adtfsctus (*sic*) erga parentes. *nota*: SCHOL. Germ. Bas. p. 63, 17 B. hospitio dapsili copiosoque adfectu (*i. largitione*).

pro ipsis hominibus (raro rebus) amatis (*cf.* GLOSS. cod. Paris. gr. 1357 ἀφέκτουμ. πρόσωπον): APVL. Plat. 2, 22 angetur carissimis orbatus adfectibus (IVL. VAL. 2, 30). ITIN. Alex. 14 affectibus in tentoriis regiis hosti relictis. 44 cum regis affectus opesque repperisset. CAPITOL. Aur. 24, 8 nec ⟨in⟩ eius affectus saevit. IVL. VAL. 2, 25. 3, 31. IVVENC. 3, 545 quicumque sui linquet generisque domusque gazas adfectusque omnes pro nomine nostro (PAVL. NOL. epist. 25, 2 *init.*). COLL. Mos. 6, 4, 2 ut sancta necessitudinum nomina (*i. parentes*) optineant apud affectus suos (*i. liberos*) . . . debitam caritatem (= COD. Greg. 5, 1, 2, 2). COD. Theod. 12, 1, 26. OROS. hist. 7, 28, 26 gladium . . . etiam in proprios egit affectus. CASSIAN. conl. 3, 4, 1 totius cognationis affectibus. SIDON. epist. 6, 4, 1 unam feminam de affectibus suis. 8, 8, 2 amicis, qui iure ponuntur inter affectus. FAVST. REI. epist. 2, 39 p. 423, 17. PAVL. PELL. 457 plena domus caris affectibus. 492 cunctis affectibus expers. DRAC. laud. dei 1, 394 affectusque novos (*i. Evam*) blandi genuere sopores *Adami*. FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 2 ad semet sororios perducit affectus *i. sorores*. CORP. X 1534 (= CARM. epigr. 1390, *ex schedis*) felix qui affectus potuit demittere tutos. XIV 2709 (= CARM. epigr. 1248) adfectus omnis possidet iste lapis *de uno amico*.

i. q. animus, consilium (*hic illic additur* animi): PAVL. dig. 41, 2, 1, 21 non est enim corpore et ⟨t⟩actu necesse adprehendere possessionem, sed etiam oculis et affectu. VLP. dig. 43, 4, 1, 6 affectu carent *pupillus et furiosus*. 27, 6, 11, 3 affectu . . . propensiore magis quam dolo malo id videri fecisse. IAVOL. dig. 27, 5, 3 ut eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debeat. GAIVS inst. 3, 208 furtum ex adfectu (adiectum *cod.*) consistit, *nequit igitur impubes furtum facere*. PAVL. dig. 44, 7, 34 iniuria . . . ex affectu fit, damnum ex culpa. GAIVS inst. 4, 178 calumnia . . . in adfectu est. VLP. dig. 21, 1, 17, 3 fugitivum fere ab affectu animi intellegendum esse, non utique a fuga (21, 1, 17, 4). PAVL. dig. 29, 7, 17 litterae, quibus hereditas promittitur vel animi affectus exprimitur. HERM. Pal. mand. 10, 2, 2 quando exciderit ab eius (*actus*) affectu (ταύτης ἀποτύχῃ). PS. CYPR. abus. 8 quasi dives est pauper superbus mentis affectu et quasi pauper est dives mentis humilitate. SVLP. SEV. Mart. 22, 5 auctoritatem praestare non potuit, ostendit affectum. dial. 2, 12, 11 hoc . . . affectu. *c. gen. expl.*: PAVL. sent. 5, 4, 2 furiosus itemque infans affectu doli . . . carent. VLP. dig. 42, 4, 7, 9 animum et affectum occultantis ⟨s⟩e. 47, 10, 3, 1 cum . . . iniuria ex affectu facientis consistat. PAVL. dig. 48, 16, 6, 1 affectum et animum accusandi deposuit. 41, 2, 3, 3 possidendi affectum habuero. GAIVS inst. 2, 50 furtum . . . sine adfectu furandi non committitur. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 2 bono . . . affectu rei publicae . . . vindicandae.

synonyma: adfectio. *ad I*: morbus, dolor. *ad II*: impetus. impulsus. animus. motus animi. commotio. perturbatio. passio. morbus animi. vitium. mores. quaedam qualitas mentis. amicitia. pietas. amor. sollicitudo. studium. caritas. dilectio. appetitus (*p. 1191, 37*). *opposita*: *ad II*: ratio. iudicium. fides. probatio. argumentum. virtus. officium. enses *i. inimicitias*. bella. odium. simultas. despectus. officium. pretium.

personatus **Affectus:** DRAC. Romul. 10, 264 simplex Affectus inhaeret *comes Amori*. *V.*

Affenet *v.* Ascenez.

Afferenda, -ae *f. dea*. TERT. nat. 3, 2, 11 Afferenda est ab afferendis dotibus. *Zimmermann.*

Afferezei *v.* Pherezaei. **afferial** *v.* arferius.

[**adferme**] *falso traditum in cod. Flor.* APVL. flor. p. 55 Oud. *pro* ac ferme. *V.*

affero (adf-), attulī (adt-), allātum (adl-), afferre (adf-). [*cps. ex* ad *et* ferre, *i. q. got.* at-bairan '*offerre, afferre*', *phryg.* αββερετ '*affert*' (*vel* '*afferat, afferet*'), *cf. c. umbr.* adfertur arfertur arsfertur '*flamen*'. *Th.*] GLOSS. προσφέρω; affer⟨t⟩: adducit; adfer: ἔνεγκε, φέρε, πρόσφερε, huc tolle; attulisti *etc.*: ἤνεγκες *etc.*; attulit: adduxit vel adportavit; adtulero: προσάγ[ορεύ]ω; allata: reverentia (renuntiata? *Goetz*) vel cognita, renuntiata. *de glossa* adferunda: calamitates *cf. Goetz et Dziatzko, Archiv 2 (1885) 140.* *de assimilatione* CLED. gramm. V 78, 10 iuxta orthographiam affero scribitur, non adfero (POMP. gramm. V 277, 35 GRAMM. inc. suppl. 295, 21). CASSIOD. gramm. VII 207, 11 sonat . . . d littera et ascribitur. alatum *sine duplicatione incisum*: CORP. IV 1239 (*cf.* add. p. 205). *legitur inde a* PLAVTO, *saepius apud scriptores quam in sermone poetarum (praeter scaenicos), deest apud* GRATT. MANIL. GERM. MELAM, *raro extat apud* SALL. VITR. VELL. (*neuter utitur notione I B 1 p. 1199, 67*) SCRIB. LARG. SVET. FLOR. *scriptores.* *de usu Plautino et Terentiano cf. Langen, Fleckeisens Jahrbücher 125 (1882) 676.*

de coniugatione et de formis attulas, -at (*cf. Lindsay, Latin language 464, 4*): DIOM. gramm. I 380, 14 adfero attuli, quoniam et fero tuli dicimus, quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio verbo proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est attollo, ut Naevius (Novius *Bothe Ribbeck*) in Tabellaria (NOV. com. 87): dotem ad nos nullam attulas. Plautus pluraliter * (*v.* attollo *II p. 1148, 80*). *idem* 382, 18 attulat (PACVV. trag. 228 *ubi* attollat *Non. 246*). CONSENT. gramm. V 378, 26 in his *verbis* . . . dissimili voce significationem praeteriti temporis declarabimus. dicimus . . . adfert attulit. *praes.* afferet: VVLG. Matth. 13, 23 *cod. Fuldens.* intellegit et fructum afferet et facit (καρποφορεῖ). afferturus: APRINGIVS in apoc. 13, 16.

I *generatim* **προσφέρειν: A** *proprie*: **1** *afferuntur* **res corporeae:** *de vocibus* adferre *et* adducere *iocando* PLAVT. Cist. 284 i, adfer mihi arma et loricam adducito! 285 loricam adducam? :: i, curre, equom adfer (292). Pseud. 711 attuli hunc. :: quid, attulisti? :: adduxi volui dicere.

varia: PLAVT. Aul. 341 siquid uti voles domo abs te adferto. 355 temeti nihil allatum intellego. 356 at iam adferetur. 433 utinam mea mihi modo auferam, quae adtuli, salva. 571 iussero cadum unum vini veteris a me adferrier. Men. 220 obsonium. Merc. 783. Mil. 988 anulum istunc. Poen. 617 exta. Trin. 814 adferre, non petere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adfīnis (aff-), -e [*ab* ad fines *ductum. Th.*]. PRISC. gramm. II 35, 4 antiquissimi ... arfines ... pro ... adfines. atfinis: CORP. VI 1343 (*ex schedis*). 10247 (*item periit lapis*). X 1754 (*periit*). atfinitate: LEX VRS. 3, 2, 19. *abl.*: adfini: PLAVT. Trin. 622, adfine: CORP. V 2117 TER. Hec. 807 HEGES. 2, 13, 7. *pro comp.* magis adfinis: AETNA 253 TERT. resurr. carn. 32 adv. Marc. 5, 3. PAVL. FEST. 11 adfines in agris vicini sive consanguinitate coniuncti. *c. gen. vel dat. potest coniungi secundum* PRISC. gramm. III 219, 27 (*similiter* 286, 12), *qui hac in re componit* affinis cognatus propinquus. *apud poetas praeter scaenicos non legitur nisi singulis locis apud* LVCR., *in* AETNA, *apud* MANIL. LVCAN. SIL., *bis apud* OV. *in capite primo, quod est de propinquitate, iam inde a* CIC. *non dedi omnes locos.*

propinquus factus per nuptias, subst., raro adi.: FEST. 162 necessarii sunt, ut Gallus Aelius ait, qui aut cognati aut [aut] adfines sunt. MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 3 adfines sunt viri et uxoris cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur et altera ad alterius cognationis finem accedit: namque coniungendae adfinitatis causa fit ex nuptiis. nomina vero eorum haec sunt: socer socrus, gener nurus, noverca vitricus, privignus privigna. gradus autem adfinitati nulli sunt. *est totum caput de adfinibus.* ISID. diff. 1, 110 cognatus eiusdem generis, affinis nuptiis veniens, propinquus sanguine vel affinitate coniunctus. DIFF. Beckii p. 32, 34. 57, 22. GLOSS. ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής, ὅμορος προσγενής. ἀνεψιός. ἀγχιστής *vel* -εύς. συγγενής. proximus.

PLAVT. Aul. 473 Megadorus meus affinis. 536 sed eccum adfinem ante aedes. 612. Bacch. 380 tuom patrem meque una, amicos, adfines tuos tua infamia fecisti gerulifigulos flagiti. Cist. 779 Stich. 408. Trin. 422 adfinis noster. 622 eccillum video cum adfini suo. 626 orationem audire duorum adfinium. 1163. Truc. 771 senem, meus qui (que *codd.*) adfinis fuit. 848 remittam nuntium ad⟨fin⟩i meo. CATO apud Front. p. 57, 9 N. Cato ... dissuadet neve suos neve alienos quis liberos ad misericordiam conciliandam producat neve uxores neve adfines vel ullas omnino feminas. TER. Ad. 948 Hegio est his cognatus proxumus, adfinis nobis, pauper. [Andr.] exit. supp. 7 non ... quod eum omnino affinem mihi nollem. Haut. 936 et gener et adfines (-is *Bemb.*) placent. Hec. 211 ex amicis inimici ut sint nobis adfines facis. 807 Bacchidem ab nostro adfine exeuntem video. Phorm. 582 ille si me alienus adfinem volet, tacebit, dum intercedet familiaritas. ACC. trag. 502 ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem, tuam petii gnatam. [PACVV. trag. 23.] CIC. inv. 2, 35 parentes cognatos amicos affines necessarios. Quinct. 74 adfinis socius necessarius (*cf.* 15. 54. 26). Verr. 4, 138 Vettius, tuus familiarissimus, Vettius, tuus adfinis, cuius sororem habes in matrimonio. 3, 36 erant adfines istius, quorum iste uxores numquam alienas existimavit (*iocose dictum videtur de adulterio*). 3, 94 Agathinum, novum adfinem atque hospitem. 3, 89 adfinem atque propinquum. Cluent. 41 nemo illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem umquam liberis suis scripsit. 94 Sulla maximis opibus, cognatis adfinibus necessariis clientibus plurimis. leg. agr. 2, 21 *lex* collegas eius, cognatos, adfinis (p. red. 2, 6 Cael. 34) excipit, ne eis potestas ... mandetur. har. resp. 45 adfinis et sodalis. Sest. 20 amicum et adfinem. Planc. 29 cum parente ..., cum patruo, cum adfinibus, cum propinquis. Ligar. 21 domi una eruditi, militiae contubernales, post adfines, in omni denique vita familiares. part. orat. 35 spectantur in fortuna genus amicitiae liberi propinqui affines opes honores. fin. 5, 67 propinqui ... affines ... cives. Att. 1, 5, 1 amantem adfinem amicumque. ad Brut. 1, 18, 2 coniuge liberis, vobis adfinibus ornatus (epist. 2, 13, 2. 3, 10, 9). 2, 2, 1 Lepidi, tui necessarii, qui secundum fratrem adfinis habet quos oderit proximos. epist. 12, 2, 2 tuus ... necessarius adfinitate nova delectatur ..., alter item adfinis novis commentariis Caesaris delenitus est. BELL. Afr. 32, 3. SALL. Iug. 14, 1 vos mihi cognatorum, vos in adfinium locum ducerem. 14, 15. 85, 4. NEP. Timol. 1, 4 per haruspicem communemque affinem, cui soror ex eisdem parentibus nata nupta erat. OV. Pont. 4, 8, 14 adfinem te pudet esse meum. LIV. 5, 11, 5 amissis liberis fratribus propinquis adfinibus. 6, 20, 2. MANIL. 2, 671 *sidera cognata* affines signant. SEN. contr. 9, 5, 4 agamus tamquam adfines. VAL. MAX. 2, 1, 8 maiores ... caristia appellaverunt *convivium*, cui praeter cognatos et adfines nemo interponebatur (*sq.* necessarias personas). 2, 7, 7. 5, 5. 7, 2 ext. 1 dotis exprobratio, adfinium grave supercilium. 9, 9, 1 SEN. dial. 6, 1, 6. 10, 4, 5 benef. 5, 19, 9. PLIN. nat. 7, 90 ex praealto tecto lapsus matris et adfinium propinquorumque cepit oblivionem. TAC. Germ. 20 hist. 3, 25. 3, 34 ann. 2, 10. 2, 29. 6, 8. PLIN. epist. 4, 27, 5 alteri adfinis, utrique contubernalis est. 7, 19, 1. 9, 30, 1. 10, 51, 1 SVET. Iul. 1 Claud. 4. FRONTO p. 198, 13 N. nepotibus, genere adfinibus. DIG. *passim, nota* IMP. SEV. frg. Vat. 158 cognati vel affines utriusque necessitudinis. PAVL. dig. 23, 2, 68 qui ... ex latere eam duxerit *uxorem* quam vetatur, vel adfinem quam impeditur. MAS. SAB. Gell. 5, 13, 5 *officium* primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, postea adfini. APVL. met. 4, 26. 7, 13. 10, 25 AVSON. 178 *tit.* VVLG. lev. 25, 49 et consanguineus et affinis (ἢ ἀπὸ τῶν οἰκείων τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ⟨ἢ⟩ ἐκ τῆς φύλης). COD. Iust. 6, 24, 5 uxor non uxor, sed affinis testamento nominata est. CORP. II 254 filii patri p(onendum) c(uraverunt) et Q. Sertorius Calvus adfinis. 3842 Antoniae L. f. Sergillae L. Terentius Fraternus adfini. III 9067 Felix adf(ini) b(ene) m(erenti) posuit. 13692 (*Corinthi*) viro suo aff(inibus) posterisque suis. [XIII 2072 adfinibus et *interpolatum.*] V 2117 proximum adfínem. *ibid.* honorato suo adfíne (*abl.*). 4352 Postumiae ... adfini. VI 1343 (*ex schedis*) perfecerunt atfines. 4102 (*ex schedis*) C. Caesíu⟨s⟩ C. f. Stilo ad fine (*sic*) Ennia C. l. Lesbía. VI 10229 (*a. 108*) adfini meo. VIII 8934 adfini piíssimo ob merita. IX 1887 Cassiae Veneriae adfini. X 1754 (*ex schedis*) Aur. Victor atfinis. XI 576. CARM. epigr. 1109, 15 (*aevi Flavii*) adfinis memorande. *poetice translata*: OV. Pont. 4, 8, 9 ius aliquod faciunt adfinia vincula (*i. adfinitas*) nobis. SIL. 6, 627 stirpe genus clarum caeloque affinis origo.

liberius de hominibus vel de rebus: VARRO rust. 1, 2, 15 aliud pastio et aliud agri cultura, sed adfinis et ut dextra tibia alia quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta. AETNA 253 haec (*terra*) nobis magis adfinis caelestibus astris. SCRIB. LARG. praef. p. 1, 10 longe summotos a disciplina medicinae ac ne adfines quidem eius professioni[s]. VEL. LONG. gramm. VII 65, 12 'per' ... omnibus integra praeponitur nisi cum incidit in 'l' litteram, adfinem consonantem. 69, 18 't' ... et 'd' litterae, quae sunt inter se adfines. TERT. adv. Hermog. 29 adfinis eius (*terrae*) caro nostra. 16 *deus et materia* ex aequo mali ac boni adfines (37). adv. Marc. 5, 3 Iudaismi magis adfines. patient. 11 numquid impatientes pacis adfines? idol. 14 blasphemiam martyrii adfinem. pudic. 5 moechia adfinis idololatriae. SYMP. poet. min. IV 440, 236 *lapis* affinis terrae, sed longe durior illa. FILASTR. tract. 2, 46 cuius ... infelicitatis (*Arrianae haeresis*) Photinus adfinis. BOET. herm. sec. 1, 3 p. 71, 24 M. verbum ... nomini sit adfine.

i. q. astrictus, particeps, sim.: *c. dat.*: PLAVT. Trin. 331 publicisne adfinis fuit an maritumis negotiis (*locum in suspicionem vocat Langen, Beitr. z. Krit. d. Plaut. 272; non recte*). M. AEM. SCAVRVS orat. apud Val. Max. 3, 7, 8 Aemilius Scaurus huic se affinem esse culpae negat. CIC. inv. 2, 32 si animus nulli minus honestae rationi affinis ostenditur. 2, 33 avarum ... aliis adfinem vitiis esse. 2, 34 si nulli affinis poterit vitio reus ante admisso demonstrari. Cluent. 127 duos solos video auctoritate censorum affines ei turpitudini iudicari. Catil. 4, 6 huic *facinori* si paucos putatis adfinis esse, vehementer erratis. Sulla 70 homines, qui huic adfines sceleri fuerunt (*cf.* 17 *p. 1219, 9*). LVCR. 3, 733 corpus enim magis his vitiis adfine laborat. LIV. 39, 14, 4 ne quis adfinis ei noxae esset. VAL. MAX. 8, 4, 2 sexies tortus pernegavit ei se culpae adfinem fuisse (esse *Halm*). FRONTO p. 227, 20 N. Somnus ... se ... adfinem esse negotio et adtingi iniuria ait. SCHOL. Germ. Bas. (*ex Nigidio*) p. 86, 7 Br. Aristaeus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicitur omni[bus]modis artibus[que] adfinis fuisse. HEGES. 3, 3, 4 nulli affinem crimini. 4, 10, 1 nihil quod adfine sceleri esset.
c. gen.: TER. Haut. 215 qui aequom esse censent nos ⟨iam⟩ a pueris ilico nasci senes neque illarum adfinis esse rerum, quas fert adulescentia. RHET. Her. 4, 8, 12 huius sceleris qui sunt adfines. CIC. inv. 2, 129 affinem esse alicuius culpae eum qui accusaretur. S. Rosc. 18 hunc affinem culpae iudicatote. Verr. 3, 94 eum rei capitalis affinem esse. Sulla 17 ubi neque homines fuisse putantur huius adfines suspicionis et … (*cf.* 70 *p. 1218, 80*). LIV. 38, 31, 2 qui eius rei auctores affinesque essent. 43, 16, 2 ne quis … socius … aut adfinis eius conductionis esset. TERT. idol. 10 affines illos esse multimodae idololatriae. anim. 24 *animam* oblivionis affinem. patient. 7 adfines cupiditatis deprehendemur. COD. Theod. 16, 5, 29 (*a. 395*) quoscumque … deprehenderis culpae huius affines. *i. q. cupidus*: TERT. resurr. carn. 32 discendi magis adfinis quam praesumendi et credendi diligentior quam contendendi.

de agro et possessore: GLOSS. *ἀγχιτέρμων*. prope manens. CIC. Tull. 14 cui fundo erat adfinis M. Tullius. Vat. 39 vicini … adfines … tribules. *ibid.* cognati … tribules … vicini … adfines (*quamquam utrubique possunt propinqui esse*). LIV. 28, 17, 5 Masaesulii, gens adfinis Mauris. 45, 29, 14 regionibus, quae adfines barbaris essent. LVCAN. 3, 270 saevisque adfinis Sarmata Moschis. FRONTIN. grom. p. 26, 2 *arbores* quotiens inclinatae in alterutram partem fructum iactaverunt, inter adfines movent disputationem. HYG. lim. grom. p. 199, 5 inscriptio ex uno latere … finem coloniae demonstret, ex altero, qua foras erit, adfines. p. 199, 8. p. 202, 17 typum perticae totius … adscriptis adfinibus. PAVL. dig. 10, 1, 12 demonstratio adfinium (GROM. p. 280, 14). PORPH. Hor. sat. 2, 1, 34 Venusini Lucanis sunt adfines et Apulis. CYPR. GALL. Ios. 384 Iebuso adfinis Amorreus. TABVLA Baebian. (Corp. IX 1455) *passim ager definitur indicatis adfinibus sic fere*: 2, 6 fund(i) Pomponiani, pertica Benevent(ana), pago Aequano in Ligustino, adf(ine) Nasidio Vitali *vel* 2, 67 adf. Suellio Flacco et Rufo *vel* 2, 44 adf. Metilio Marcello et pop(ulo) (*i. situs ad viam publicam*) *vel* 2, 35 adf. Caes(are) n(ostro). *similiter* in TABVLA Veleiate (Corp. XI 1147) 1, 3 adfinibus M. Mommeio Persico, Satrio Severo et pop(ulo). 7, 39 adf(inibus) rep(ublica) Lucensium et rep(ublica) Veleiatium. CORP. II 5042, 5 adfines ⟨f⟩undo dixit L. Baianius L. Titium et C. Seium et populum et si quos dicere oportet. III p. 944 (*a. 159*) inter adfines Platorem Acceptianum et Ingenum Callisti filium et si qui ali adfines sunt et viam publicam. VI 10247 (*ex schedis*) iuxta monumentum Claudi quondam Proculi et si qui ali adfines sunt et qua quemque tangit et populum. 10234, 4 inter adfines Vibium Calocaerum et populum. INSCR. christ. Rossi I 1122 (*a. 578*) inter affines fundi Capitiniani.

syn.: *de hominibus*: necessarius, cognatus, propinquus, proximus. *opp.*: alienus. *usu liberiore*: *syn.*: coniunctus. socius. *opp.*: summotus. *de agris*: *syn.*: vicinus.

adfīnitās (aff-), -ātis *f.* *ab* adfinis. *plur. passim post* RHET. Her. CIC.; *gen. in* -atium IVST. 17, 3, 8; *in* -atum CIC. *l. 75* PLIN. *p. 1220, 35* VVLG. I par. 4, 38 *p. 1220, 55.* *in versum heroicum non intrat; habent scaenici et semel* PHAEDRVS. *exemplorum de necessitudine hominum numerum post* SVET. *recidi.*

necessitudo per nuptias inita (*haud raro pro ipsis affinibus*): MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 3 *v.* adfinis *p. 1217, 59.* NERAT. dig. 12, 4, 8 donec maneat inter eos (*sponsum et sponsam*) adfinitas. PAVL. dig. 22, 1, 38, 1 *inter coniuges.* GLOSS. *συγγένεια, ἀγχιστεία, ἐπιγαμβρία οἰκειότης, οἰκειότης ἀναγκαία, ἡ κατ' ἐπιγαμίαν συγγένεια*, consanguinitas, amicitia vel cognatio. *Leonhard, PW. I 358.* PLAVT. Aul. 267 affinitatem hanc obstinavit. Trin. 443 inter te atque nos adfinitatem ut conciliarem et gratiam. 453 adfinitatem vobis aliam quaerite. 505 adfinitate vostra me arbitramini dignum. 699 ubi adfinitatem inter nos nostram adstrinxeris. 702 patriam deseres, cognatos, adfinitatem, amicos factis nuptiis. TER. Andr. 247 nullone ego Chremetis pacto adfinitatem (GLOSS. cognationem) effugere potero? Hec. 252 si perpetuam vis esse adfinitatem hanc (636). 723 manere adfinitatem hanc inter nos volo. ACC. trag. 580 gent[i]um aut generum adfinitas. RHET. Her. 1, 5, 8 factionem …, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates adversariorum proferemus. 3, 3, 4 hospitia, clientelas, cognationes, adfinitates caste colenda esse. CIC. inv. 2, 177 *virtutes* extraneae honos pecunia affinitas genus amicitia patria potentia. Quinct. 16 pro fraterna illa necessitudine et pro ipsius adfinitate. 25 adfinitas … divelli nullo modo poterat. 48 quicum tibi adfinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant. 53 ius amicitiae, societatis, adfinitatis. Cluent. 190 adfinitatis coniunctionem. *ibid.* adfinitatum discidia. *ibid.* novis adfinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt. Verr. 3, 27 ut quisque te maxime cognatione, adfinitate, necessitudine aliqua attingebat. dom. 135 adfinitatis impurissimae. sen. 15 cognoram … propter Pisonum adfinitatem quam longe hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset. Planc. 37 cum illo maximis vinculis et propinquitatis et adfinitatis coniunctus. Brut. 98 cum … Ser. Galba, cuius Gaio filio filiam suam conlocaverat, adfinitate sese devinxerat. de orat. 2, 100 cognationes adfinitates. off. 1, 54 conubia et adfinitates. fin. 5, 65 *caritas* serpit … foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus. Att. 2, 17, 1 ista repentina adfinitatis coniunctio (epist. 3, 10, 10). epist. 3, 12, 3. 3, 12, 4 nova. 8, 13, 1 gratulor tibi adfinitate⟨m⟩ viri medius fidius optimi. 12, 2, 2 tuus … necessarius adfinitate nova delectatur. Q. CIC. pet. 16 qui sunt amici ex causa iustiore cognationis aut affinitatis aut sodalitatis aut alicuius necessitudinis. CAES. civ. 1, 4, 4 illo adfinitatis tempore (*de Caesare et Pompeio*). 3, 83, 1. Gall. 1, 18, 8. 2, 4, 4 propinquitatibus adfinitatibusque coniuncti. SALL. Iug. 111, 2 cognationem adfinitatem, praeterea foedus intervenisse. NEP. Att. 2, 1. 5, 3. 12, 1 eius deligeret (dil- *Wolfenbutt.*) affinitatem. 19, 2 in affinitatem pervenit imperatoris divi filii. Dion 1, 3. Paus. 2, 3 seque tecum affinitate coniungi cupit. LIV. 1, 1, 6. 1, 13, 3 *seq.* conubii. 1, 49, 8 neque hospitia modo cum primoribus eorum, sed adfinitates quoque iungebat. 4, 4, 6 ne adfinitatibus, ne propinquitatibus inmisceamur, cavent, ne societur sanguis. 6, 34, 5. 24, 22, 14 quicumque aut propinquitate aut adfinitate … regiam contigissent. 26, 33, 3. 29, 23, 3 mentio quoque incohata adfinitatis, ut rex duceret filiam Hasdrubalis. 29, 28, 7 regia. 33, 40, 3 ut brevi etiam adfinitas iungatur. 34, 32, 17 adfinitatem … pepigisti. 42, 29, 4. SEN. contr. 7, 6, 8 adfinitatem tuam moratus est. contr. exc. 8, 6 duo sacratissima inter homines …, hospitium et adfinitas. VELL. 2, 44, 3 adfinitas … inter Caesarem Pompeiumque contracta nuptiis. 2, 65, 2 facta (pacta *Heinsius*). 2, 100, 4 *Iulum Antonium* matrimonio sororis suae filiae in artissimam adfinitatem receperat *Caesar*. VAL. MAX. 2, 1, 7. 4, 2, 3. 4, 4, 9. 6, 2, 3 tam artam. 8, 1 abs. 9 dirempturum se fuisse adfinitatem. SEN. benef. 6, 3, 2 ruptis totiens adfinitatis amicitiae … foederibus. CVRT. 8, 1, 9. 8, 3, 22 PS. QVINT. decl. 15, 4 TAC. Germ. 22 hist. 3, 4. 3, 59 propinqua. 4, 49. 4, 68 domui Vespasiani per adfinitatem innexum (ann. 6, 36). ann. 2, 43 per adfinitatem conexum Germanico. 6, 30 adfinitatem sibi cum Seiano … coeptam. 11, 24 iam moribus artibus adfinitatibus nostris mixti. 1, 10 subdolae. 16, 29 innoxiae. 6, 8 domus, quas adfinitate occupaverat. 6, 9. 12, 4 adfinitatem Claudius diremit. 13, 23. Agr. 44 salvis adfinitatibus et amicitiis. PLIN. paneg. 37 Romanam civitatem non vicesimae modo, verum etiam affinitatum damno bene compensari. 39 ne remotus quidem iamque deficientis adfinitatis gradus. epist. 2, 4, 2 ductus adfinitatis officio. 8, 18, 7 testamentum …, in quo … omnibus adfinitatibus … gratia relata est, relata et uxori. SVET. Iul. 21 novam. Aug. 48 promptissimus affinitatis cuiusque atque amicitiae conciliator et fautor. Tib. 65 Nero 35. FLOR. epit. 1, 10 adfinitatis quodam contagio[ne]. AVREL. ad Front. p. 33, 13 adfinitate sociatum. DIG. *passim, ut* VLP. 9, 3, 5, 5 adfinitate cognationeve. FLOR. 35, 1, 34 necessitudinis vel adfinitatis. GAIVS inst. 1, 63 nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est. GELL. 13, 3, 5 in oratione C. Caesaris … necessitatem dictam pro necessitudine id est iure adfinitatis. PANEG. 2, 11 p. 98, 13 ut etiam eos qui circa te potissimo funguntur officio necessitudine tibi et affinitate devinxeris. IVL. VAL. 3, 45 adfinitati functarum *Amazonum* pecuniae … numerantur. FIRM. math. 7 p. 111ʳ col. 1 ed. princ. praeclaro affinitatis ornatus consortio habebit plurimos liberos. IVST. 12, 12, 2 affinitatibus conubiorum victos victoribus miscuisse. DICTYS 1, 9 repetebat … cum Hecuba materni generis adfinitatem. 2, 5 iunctos sibi generis adfinitate. *ibid.* artissimum adfinitatis pignus *filius*. VVLG. lev. 18, 14 uxorem eius (*patrui*), quae tibi affinitate coniungitur (*συγγενής ἐστιν*). III reg. 3, 1. I par. 4, 38 in domo affinitatum (*πατριῶν*). II par. 18, 1 affinitate coniunctus est Achab (*ἐπεγαμβρεύσατο ἐν οἴκῳ Ἀχαάβ*). AVG. civ. 3, 13 *fin.* foedera germanitatis adfinitatis. 15, 16 propter multiplicandas adfinitates. COD. Theod. 3, 7, 1 (*a. 371*) publice consulatur affinitas, adhibeatur frequentia procerum. ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 6 non sine grandi macula fieri de affinitatis propinquitate coniugium. COD. Iust. 3, 38, 11 proxima agnatio vel adfinitas. 10, 36, 1, 4 adfinitatis coeundae causa. INST. Iust. 1, 10, 7 dissoluta … adfinitate. LEX VRS. (Corp. II 5439) 3, 2, 19 neve quem invitum testimonium dicere cogito, qui ei … gener socer vitricus privignus patron(us) lib(ertus) consobrinus ⟨sit⟩ propiusve eum ea cognatione atfinitateve contingat. CORP. IX 984, 5 neque filius neque nepotes neque de adfinitate ullus.

translate: PHAEDR. 4, 14, 2 adfinitatem traxit inde obscaenitas. QVINT. inst. 1, 6, 24 si animadverterint litterarum adfinitatem, scirent … ab eo quod est 'robur', 'roboris' fieri. GELL. 1, 18, 5 per adfinitatem litterarum qui *φώρ* graece, est latine 'fur' (VEL. LONG. gramm. VII 76, 14 hae duae litterae, e et i, per ius adfinitatis recipiunt immutationem). 4, 13, 4 tanta prorsus adfinitas est corporibus hominum mentibusque et propterea vitiis quoque aut medelis animorum et corporum. 7, 1, 13 dum virtus hominibus per consilium naturae gignitur, vitia ibidem per adfinitatem contrariam nata sunt. APVL. Plat. 1, 8 sicut ignis aeri cognatione coniungitur, ita humor adfinitati terrenae iungatur. mund. 5 elementorum inter se mutui nexus artis adfinitatibus inplicantur. TERT. idol. 12 ut non usque ad idololatriae affinitates necessitatibus largiamur. AMBR. hexam. 3, 4, 19 ut … humida sit, aquarum id adfinitate sortitur *terra*.

de agris: VARRO rust. 1, 16, 1 altera pars, quae est extra fundum, cuius appendices et vehementer pertinent ad culturam propter adfinitatem (*seq.* vicina regio, confines fundi, vicinitas, vicinia, confinium).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: cognatio, necessitudo, conubium, propinquitas, agnatio. *de agro*: vicinitas *et cf. p. 1220, 83.* *V.*

affirmātē *v. s.* affirmo *p. 1227, 62.*

affirmātio (adf-), -ōnis *f. ab* affirmare. *actio affirmandi*: *technice apud rhetores, grammaticos, dialecticos. raro cum gen. obiect. vel acc. c. inf.*: GLOSS. *διαβεβαίωσις, ἐπίδειξις, κατάθεσις (κατάφασις?).* ISID. orig. 2, 27, 3 per cataphasin et apophasin, id est affirmationem et negationem. CIC. inv. 2, 10 nos ... sine ulla affirmatione simul quaerentes dubitanter unum quidque dicemus. part. 53 est ... amplificatio gravior quaedam affirmatio. ac. 1, 17 nulla adfirmatione adhibita. off. 3, 104 est ... ius iurandum adfirmatio religiosa. epist. 9, 17, 3 nec sollicitudinem ex dubitatione ... nec spem ex adfirmatione adferre. 10, 7, 1. 10, 21, 1. CAES. Gall. 7, 30, 4 in spem veniebant eius adfirmatione de reliquis adiungendis civitatibus. SEN. contr. 10, 3, 12 eo vultu, ea adfirmatione, ut. CVRT. 6, 11, 35. 9, 1, 3 quia numquam eos adfirmatio eius fefellerat. 9, 2, 8. PLIN. nat. 28, 15 constantissima annalium adfirmatione transiturum fuisse fatum in Etruriam (QVINT. inst. 4, 2, 79 cui *expositioni* ... plurimum conferet ... adfirmatio effecturos nos quod dicimus). QVINT. inst. 3, 11, 27 summa quaestio, ..., ceterae *quaestiones* ..., propositio cum adfirmatione. 5, 11, 17 nisi quod iis (*poeticis fabulis*) minus adfirmationis adhibetur. 5, 12, 12 altera ex adfirmatione probatio est. 5, 13, 55 illam ... simplicem ex adfectibus atque ex adfirmatione sola probationem recipit refutatio. 8, 3, 54. 11, 1, 28. 11, 3, 154 persuadendi vis adfirmatione *constat*, quae interim plus ipsis probationibus valet. Ps. QVINT. decl. 8, 12 (*in malam partem*) quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter et affirmationem. FRONTIN. strat. 1, 1, 6 inducti hac adfirmatione barbari. 2, 5, 18 huic adfirmationi, ut fidem faceret (IVST. 1, 7, 17). TAC. ann. 2, 82 iuvat credulitatem nox et promptior inter tenebras adfirmatio. PLIN. paneg. 67 quae adseveratio in voce! quae adfirmatio in vultu! 91. SVET. Otho 4 aliquanto maiorem *spem imperii cepit* ex affirmatione Seleuci mathematici. CHAR. gramm. I 61, 17 *rete* feminine ... multam capit adfirmationem. 181, 4 *significant adverbia* negationem ... adfirmationem (DIOM. gramm. I 404, 16). 228, 17 quod est apud Graecos *ναί*, rei factae adfirmatio (DIOM. gramm. I 394, 21. PRISC. gramm. III 89, 19 *similiter de* 'per' *adverbio*). ANTONIN. *et* VER. Scaev. dig. 22, 3, 29 probationes, quae de filiis dantur, non in sola adfirmatione testium consistunt. MEN. dig. 49, 16, 5, 6 ut adfirmationi eius credatur (COD. Iust. 4, 28, 1). GELL. 19, 12 tit. (*om. codd. multi*). TERT. nat. 1, 11 *Tacitus* oblitus affirmationis suae. AVG. civ. 12, 16. c. Iul. op. imp. 4, 50 horum ... affirmatione construitur catholica fides, quorum negatione .... EVGRAPH. Ter. Haut. 856 vel confirmantis pronuntiatione accipi potest vel quasi cum affirmatione interrogantis. nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur. COD. Iust. 4, 19, 14 adfirmationem eius falsam detege. 4, 28, 1 *filii* adfirmationi credidisse te. 7, 16, 5 qui (*adsertor*) si adfirmationem suam non impleat. 7, 37, 3, 4 ut maneat ... donatio plena nullo alio adfirmationis tempore expectando.
ex dialecticorum scriptis, qui voce creberrime utuntur, haec selegi: BOET. herm. pr. praef. p. 34, 19 quoniam de simplicibus enuntiativis orationibus tractaturus est *Aristoteles*, id est de simplici adfirmatione et simplici negatione, quoniamque adfirmationes et negationes verbis ac nominibus coniunguntur, ut in ea quae est 'homo currit' adfirmatione. 1, 1 p. 35, 6 primum oportet constituere, quid nomen et quid verbum, postea quid est negatio et adfirmatio et enuntiatio et oratio. p. 35, 19 *orationis enuntiativae* duae sunt species, una adfirmatio, altera negatio. adfirmatio est ut 'homo animal est' negatio .... 1, 4 p. 68, 8 id quod dicimus 'homo' dictio quaedam est, sed adfirmatio non est. p. 68, 13 docet ... illa res nomen hoc (*sc. homo*) adfirmationem non esse, quod in adfirmatione semper veritas aut falsitas invenitur. p. 68, 20 haec autem dictio si ei aliquid addatur, ut 'est' verbum aut quodlibet verbum aliud quod enuntiationem possit efficere, erit affirmatio. 1, 5 p. 72, 4 est ... una prima oratio enuntiativa adfirmatio, deinde negatio. p. 72, 12 hoc ... tollit negatio, quod adfirmatio ante constituit, et hoc negatio dividit, quod illa coniunxit. 1, 6 p. 78, 24 adfirmatio ... est enuntiatio alicuius de aliquo, negatio .... p. 79, 14 quoniam omni adfirmationi est negatio opposita et omni negationi adfirmatio. et sit hoc contradictio, adfirmatio et negatio oppositae. 1, 7 p. 84, 4 omnis adfirmatio omnisque negatio aut universalis est aut particularis aut indefinita (*sequuntur definitiones*). 1, 8 p. 100, 4 una ... est affirmatio et negatio, quae unum de uno significat. 2, 10 p. 132, 11 adfirmatio privatoria est, quae. p. 135, 15 negatio ... simplex finiti nominis adfirmationi infiniti nominis convenit. 2, 13 p. 182, 6 in superioribus ... descriptionibus sese sequentium adfirmationem possibilem sequebatur impossibilis negatio, rursus negationem possibilis sequebatur inpossibilis adfirmatio. 2, 13 p. 186, 1 *et* 187, 14 *de* adfirmatione contraria *et* contradictoria. in categ. 4 (Migne 64, 271) Aristoteles ... dicens negationem affirmationemque affirmativas esse negativasque orationes. *similia vel paria* BOET. *in aliis scriptis dialecticis.* Ps. APVL. herm. CASSIOD. art. 'de dialectica' (Migne 70, 1167 *sqq.*). ISID. orig. 2, 22 *sqq.* MART. CAP. *unus* 4, 327 *sqq. de arte agens dialectica vocem* affirmatio *vitavit* proloquium, aientia *sim. praeferens.*
syn.: adseveratio. *opp.*: negatio, dubitatio.

adfirmātīvus (aff-), -a, -um *ab* adfirmatus. *technice in grammaticis, dialecticis, rhetoricis scriptis*: DIOM. gramm. I 395, 11 species verborum sunt hae: relativa, usurpativa, adfirmativa, concessiva. 396, 14 'de adfirmativa specie'. adfirmativa ... species est huius modi, cum ⟨in⟩ re dubia ... specie subiunctiva quasi sit factum adfirmamus. 396, 27 talis est adfirmativa, quae altercationis tollendae gratia sub simulatione confessionis inducitur. 397, 7. PRISC. gramm. III 103, 28 invenitur '*enim*' ... etiam pro affirmativa (*sc. coniunctione*). 104, 6. 236, 3 adverbiis vel coniunctionibus. CAPER gramm. VII 107, 13 'alioquin' adfirmativum est. BOET. herm. pr. 1, 7 p. 99, 17 adfirmativas *propositiones* negativis ... opponens. 2, 10 p. 135, 10. herm. sec. 1, 3 p. 75, 7 neque adfirmativum aliquid nec negativum est. 2, 6 p. 120, 11 species. p. 120, 28 pars *vocis*. p. 121, 22 vox. p. 122, 2 oratio. 4, 10 p. 270, 27 modo. anal. pr. (Migne 64, 645) 1, 5 syllogismus (1, 6); *sic passim in scriptis dialecticis. sim.* CASSIOD. art. 'de syllogismis *et* paralogismis' Migne 70, 1192 *sqq. substantivo addito sive omisso, velut* prima figura modos habet quatuor, qui universaliter affirmativam vel negativam concludent. *ibid.* primae figurae modus primus est qui conficitur ex duabus universalibus affirmativis habens conclusionem universaliter affirmativam. *ibid.* secundus modus figurae primae conficitur ex universali abnegativa et universali affirmativa *eqs.* (ISID. orig. 2, 28 *de iisdem syllogismis agens* dedicativus abdicativus directus *scripsit*). *pro subst.*: BOET. herm. sec. 2, 7 p. 144, 27 M. quae totum colligant in adfirmativo ... aut totum perimant in negativo. ISID. orig. 2, 21, 21 *aliae sententiae* dehortativae .... sunt et affirmativae, ut quidni, quippe.
opp.: negativus, abnegativus, dehortativus.
adv. **adfirmātīvē** (aff-). *technice ut* adfirmativus. PRISC. gramm. III 248, 22 optem, *εὐχοίμην ἄν*, affirmative dixit. 246, 15. 18. 248, 22. 249, 1. 250, 5. 253, 1 ecce et *ἄν* et *ἄρα* affirmative posuit. 259, 15 hic quoque affirmative ponuntur subiunctiva verba. SERV. Aen. 3, 47 'vero' adfirmative. AVELL. p. 303, 29 cum Paulus ad Corinthios adfirmative dicat. BOET. herm. pr. 1, 7 p. 84, 24 M. *in adfirmatione universali* universale universaliter praedicatur adfirmative. 2, 13 p. 185, 4 in his ..., quae necessarium praedicant vel adfirmative vel negative. herm. sec. 2, 7 p. 142, 27. 28. in top. Cic. (Migne 64, 1136) 5 prior pars ⟨pro⟩ponitur, sive affirmative sive negative. syll. categ. (Migne 64, 799) 1 quae (*propositiones*) de eodem idem demonstrant vel affirmative vel negative; *saepius.* CASSIOD. art. Migne 70, 1192 tertia figura habet sex modos, qui affirmative vel negative, sed particulares facient conclusiones. *opp.*: negative.

adfirmātor (aff-), -ōris *m. ab* affirmare. *is qui affirmat.* VLP. dig. 4, 4, 13 praef. *mandator* velut adfirmator fuit et suasor. 27, 7, 4, 3 adfirmatorum, qui ... cum idoneos esse tutores adfirmaverint, fideiussorum vicem sustinent (*v. Leonhard, PW. I 358*). MIN. FEL. 31, 2 Fronto non ut adfirmator testimonium fecit. TERT. anim. 46 quanti ... commentatores et affirmatores in hanc rem? adv. Marc. 4, 7 Romulus ascensus in caelum habuerit Proculum affirmatorem. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 1 ut ... tuorum consiliorum bonorum cohaeredes quia et adfirmatores esse possemus. AVG. serm. 7, 3 nec temerarium debet habere affirmatorem, sed cautum inquisitorem (*cf.* in psalm. 85, 18 scrutatorem verbi dei, non temerarium affirmatorem). 270, 3 nostrarum opinionum affirmatores.

affirmātū *abl. ab* affirmare. Ps. RVFIN. in Os. (Migne 21, 989) 5, 3 quid tali affirmatu indicatum vellet, subiecto statim sermone patefecit.

adfirmo (aff-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* firmare. *de* -ī- *antiqua v. sub* firmus. *verbum a poetis aut raro usurpatum aut omnino vitatum, velut a* TER. VERG. OV. (*bis tamen in* trist.) GERM. SEN. trag. LVCAN. PERS. VAL. FL. STAT., *ne in pedestri quidem sermone apud* VARRONEM RHET. Her. SALL. VITR. *invenitur, frequenter apud* CIC. LIV. VAL. MAX. PLIN. nat. TAC. SVET. AMM. *al.* *dedi poetarum locos omnes, orationis solutae plerumque, praecipue in priore parte, selectos. usitatiores sunt forma* affirmant, *formulae* affirmare non audere, pro certo affirmare *sim.* [*it.* affermare, *francog.* affermer, *hisp.* ahirmar. *M.-L.*]

I ***confirmare, pro certo dicere, asseverare, contendere*** *dicendo sive scribendo, imprimis rem incertam falsam addubitatam. persaepe ad adiuvandam actionem, quae verbo principali exprimitur, vel ad causam actionis cuiusdam explicandam ponitur. technice utuntur grammatici dialectici rhetores.* GLOSS. *βεβαιῶ.* adfirmat *διαβεβαιοῦται, διορίζει.* affirmandi *διαβεβαιωτικοί.* DIFF. ed. Beck p. 31, 24 adfirmamus testimonio, confirmamus efficacia vel effectiva. *subiungitur saepe dat. commodi. coniunguntur item verba varia declarandi et sentiendi, quibus aut fere par est aut fortius aliquid intendit. minus fere valet quam* probare, comprobare, *praesertim appositis his ipsis verbis (cf. p. 1224, 54. 1225, 48. 1226, 46. 65).* *c. acc. c. inf., maxime futuri (deest, ut solet, saepius acc. pronominis. cum passivo aut nom. aut acc. c. inf. ponitur; additur interdum qua re nitatur iudicium; raro res ipsae affirmare dicuntur).* PLAVT. Pers. 141 *numquam prius* quam te hoc facturum ... adfirmas mihi. CALP. PISO frg. hist. 18 quodcumque deliquisset, agnosciturum adfirmabat. CIC. inv. 1, 77 ea nos commodius quam ceteros adtendisse non affirmamus. Verr. 4, 36 resistente Apronio et adfirmante se plus decuma non daturum (61).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 17 Apollonius adfirmare se ... nomine illo servum habere neminem. 6, 22 tantumque in hoc crimine suspicionis esse adfirmabo, ut. Cluent. 144 adfirmabat ... lacrimans non se cupidiorem esse civitatis retinendae quam existimationis. Sest. 132 qui C. Caesarem ... saepe increpuit, saepe accusavit, cum adfirmaret illum numquam ... sine cura futurum. Vatin. 3 te esse ... mentitum, cum adfirmares nullum tibi ... cum Albinovano sermonem ... fuisse. Pis. 93 quibus cum iuratus adfirmasset se ... persoluturum, domum se abdidit. Marcell. 4 adfirmo et ... dicam nullam ... esse laudem ampliorem quam. rep. 1, 70 sic ... decerno, sic sentio, sic affirmo nullam omnium rerum publicarum ... conferendam esse cum ea, quam. ac. 2, 28 qui adfirmaret nihil posse percipi (2, 109). 2, 55 unde omnia Democritus gigni adfirmat. fin. 1, 65 quam (*amicitiam*) ... affirmatis nullam omnino fore. off. 3, 105 ne malum quidem *dolere* esse maxima auctoritate philosophi adfirmant. orat. 237 neque hoc meum, de quo ... hoc libro adseveravi, umquam adfirmabo esse verius quam tuum. epist. 2, 16, 3 nonne tibi adfirmavi quidvis me potius perpessurum quam ...? 12, 14, 5 mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram et apsenti mihi scripserunt Verrioque nostro Pansa adfirmavit se daturum operam, ne. Att. 1, 19, 11 Quintus ... purgat se mihi per litteras et adfirmat nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. 13, 23, 3 omni tibi adseveratione adfirmo ... mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas. SEN. dial. 5, 38, 2 (*dictum Catonis Vticensis*) adfirmabo ... omnibus ... falli eos, qui te negant os habere. LVCR. 4, 583 quorum (*faunorum*) noctivago strepitu ludoque iocanti adfirmant volgo taciturna silentia rumpi. BELL. Alex. 8, 1 puteis fossis aquam dulcem reperiri posse adfirmabat (24, 4). NEP. Them. 4, 2 Themistocles ... dispersos testabatur perituros idque Eurybiadi ... fore affirmabat. HOR. epist. 2, 1, 111 qui nullos me adfirmo scribere versus. OV. trist. 5, 4, 43 pro quibus affirmat fore se memoremque piumque. LIV. 3, 12, 3 cum multa referret sua familiaeque decora adfirmabat neque in Quinctia gente neque in civitate Romana tantam indolem ... umquam extitisse. 3, 52, 1 *plebs* in Sacrum montem ... transit adfirmante Duilio non prius, quam ..., curam in animos patrum descensuram. 3, 65, 4 plebem ab seditionibus continuere ... omnia tranquilla esse adfirmantes. 4, 54, 4 multarum magnarumque rerum molem ... populo ostentantes, cum adfirmassent nihil se moturos, si. 7, 3, 7 Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templis Nortiae ... conparere ... Cincius adfirmat. 7, 32, 4 ferociter pro se quisque signum duces poscere; adfirmare ... Romanum Campano laturum opem. 10, 18, 7 Appio abnuente missas *litteras*, Volumnio adfirmante Appi se litteris accitum (21, 12, 6). 10, 40, 14 quo laetus augurio consul adfirmans numquam humanis rebus magis praesentes interfuisse deos signa canere et clamorem tolli iussit. 21, 12, 4 apud hostem mansit moriturum adfirmans, qui. 23, 16, 15 vix ... ausim adfirmare ... duo milia et octingentos hostium caesos. 24, 10, 11 adfirmantes quidam legiones se armatas in Ianiculo videre concitaverunt civitatem ad arma, cum qui in Ianiculo essent, negarent quemquam ibi ... adparuisse (41, 22, 2). 26, 29, 3 circumibant ... senatorum ⟨domos⟩ ... adfirmantes se non modo suam ... patriam, sed totam Siciliam relicturos. 26, 50, 11 orare Scipionem ... coeperunt haud minorem eius rei apud se gratiam futuram esse adfirmantes quam. 29, 12, 9 de pace communi ad Philippum misere satis confidere conventuram eam (*pacem*) adfirmantes. 30, 7, 11 omnem iuventutem adfirmat ex regno exciturum. 33, 28, 14 cum ... traditurum eas (*litteras*) adfirmasset. 34, 26, 1 Quinctius adfirmantibus iis ... non sine effectu motum eum futurum fuisse ... misit. 36, 26, 5 auxilia terrestria navaliaque adfirmavit missurum. 38, 25, 11 affirmante Attalo venturos reges et transigi rem posse profectus. 38, 33, 9 affirmantibusque *exulibus* simul numquam talem occasionem habituros ... multitudo ... saxa coniecit. 40, 55, 7 alii *Philoclem* tormenta ... perpessum adfirmant. 45, 13, 10 Pisanis querentibus agro se a colonis Romanis pelli, Lunensibus adfirmantibus eum, de quo agatur, ab triumviris agrum sibi adsignatum esse. MANIL. 3, 182 per tempus licet affirmes natum esse diei. PAVL. FEST. 89 flumentana porta Romae appellata, quod Tiberis partem ea fluxisse adfirmant. 149 adfirmant alii Taurum fuisse nomen adulteri. 318 quod adfirmat M. Cato in ea (?), quam scripsit, aedilis plebis sacrosanctos esse. SEN. contr. 10 praef. 1 dimittite ... adactum iureiurando quo adfirmem (quod firmem *dett.*) dixisse me quae scii. suas. 6, 25 adfirmare vobis possum nihil esse in historiis eius hoc quem rettuli loco disertius. VELL. 2, 40, 2 quippe plerique non sine exercitu venturum in urbem adfirmarant (*Mommsen*; -abant *codd.*). VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 Aesculapio barbam auream demi iussit, quod adfirmaret non convenire patrem ... inberbem, ipsum barbatum conspici. 1, 7, 7 quibus adfirmantibus neminem illuc accessisse, iterum se quieti et somno dedit. 3, 1, 2 ut ferrum sibi daret obsecravit, adfirmando perfacile se eum interfecturum. 4, 1, 14 ipse id fieri passus non est iniquum esse adfirmans, quod. 4, 1 ext. 7 illis (*piscatoribus*) piscium se capturam vendidisse adfirmantibus, hoc (*emptore*) fortunam ductūs emisse dicente. 5, 9, 4 iugulum feriendum praebuit nec veneno nec latrone ei ... opus esse adfirmans. 6, 4, 3 rex adfirmavit fore, ne amplius de se Ptolemaeus quereretur. 6, 8, 1 Antonium ... est hortatus, ut se iudicibus torquendum traderet adfirmans nullum ore suo verbum exiturum, quo. 7, 6, 1 querentibus *propraetoribus*, quod ..., adfirmantibus etiam ne habere quidem eos, unde. 8, 1 absol. 9 pauca verba ..., quibus adfirmavit ... dirempturum se fuisse adfinitatem. 8, 10, 3. 8, 13 ext. 7 Alexander ... in eo volumine, quod de Illyrico tractu conposuit, adfirmat Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum ... processisse. 9, 5 ext. 2 Maharbalem ... clara voce adfirmantem prospexisse, quonam modo paucis diebus Romae in Capitolio cenaret *Hannibal*. PHAEDR. 1, 17, 5 lupus citatus testis non unum modo deberi dixit, verum adfirmavit decem *panes*. 3, 3, 9 hic *monstrum* pertinere ad domini respondet caput ..., ille autem adfirmat coniugem esse adulteram. 5, 7, 21 rumor de tibicine fremit in theatro. quidam adfirmant mortuum, quidam in conspectum proditurum sine mora. app. 9, 3. SEN. benef. 7, 8, 3 Demetrio si res nostras aliquis deorum possidendas velit tradere ... adfirmaverim repudiaturum. nat. 3, 29, 1 *Berosos* ait ista cursu siderum fieri; adeo ... adfirmat, ut. epist. 81, 31 referendam bene merentibus gratiam omnes tibi uno ... ore adfirmabunt. 102, 10 si laudati bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis, quam si adfirmetis meum esse, quod alius bene valeat. apocol. 1 verbis conceptis affirmavit se non indicaturum. CVRT. 3, 1, 16 incolis ... adfirmantibus editam esse oraculo sortem. 5, 7, 3 *Thais* maximam apud omnes Graecos initurum gratiam adfirmat, si. 6, 7, 4 ut adfirmet iureiurando, quae commisisset, silentio esse tecturum. 9, 8, 27 colorem ... herbae referebat adgnitūrum, si quis repperisset, adfirmans. COLVM. 1, 4, 9 sunt quae tepent hieme, sed aestate saevissime candent, ut affirmant Euboicam Chalcidem. 4, 29, 1 tempus inserendi Iulius Atticus tradidit ex ..., quoad posse custodiri surculum sine germine affirmat. 6, 28 nostri arbitrii fore Democritus affirmat. 7, 3, 6 Epicharmus ..., qui pecudum medicinas ... conscripsit, affirmat pugnacem arietem mitigari. 7, 4, 8. 7, 5, 10 Georgicum carmen affirmat nullam esse praestantiorem medicinam. 9, 11, 5 Celsus ... affirmat in extremis favis transversas fistulas esse .... Hyginus quoque ... negat. 11, 3, 64 Democritus in eo libro, qui ..., affirmat has ipsas bestiolas enecari. SCRIB. LARG. 152 *Ambrosius* adfirmavit multos se hoc medicamento sanasse. 271 quas cum iureiurando adfirmaverunt sese ipsos expertos esse. MELA 1, 64 ubi Cephea regnasse eo signo accolae adfirmant, quod. 2, 102. PETRON. 15 invaserat pallium exhibiturumque crastino die affirmabat. PLIN. nat. 2, 187 quod fieri in insula Thyle Pytheas ... scribit ..., quidam vero et in Mona ... adfirmant. 6, 139 *fuit oppidum a litore* Iuba ... prodente $\overline{L}$ pass., nunc abesse a litore $\overline{CXX}$ legati Arabum ... adfirmant. 17, 189 quidam ita determinant: ... peritiores adfirmant, si ..., in tantum tenerescere acinos, ut. 22, 31 semen eius cicutae contrarium esse Nicander adfirmat. 23, 110 adfirmatur nullam oculorum inbecillitatem passurus. 24, 152 Etruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem ... boum nervos abscisos vomere solidari ea ... adfirmans. 28, 45 immatura morte raptorum manu strumas, parotidas, ... sanari adfirmant (28, 73. 156. 30, 19. 38. 104. 31, 38. *al.*). 34, 132 utilissima *spodos* ... oculis adfirmatur. 36, 125 marmora in lapicidinis crescere auctor est Papirius Fabianus ... exemptores quoque adfirmant compleri sponte illa montium ulcera. 37, 147 adfirmatur natura eius quae magnetis esse. SIL. 13, 43 *Danais, nisi* ..., non umquam affirmat Therapnaeis Ilion armis cessurum. MART. 4, 21, 2 nullos esse deos, inane caelum affirmat Segius: probatque quod se factum, dum negat hoc, videt beatum (*cf.* TERT. test. anim. 3). 6, 14, 2 versus scribere posse te disertos affirmas. QVINT. inst. 1, 6, 36 ἠϊθέους ... eadem de causa dici adfirmat *Gavius*. ... Modestus ... hoc nomine appellatos, qui ..., ait. 3, 8, 31 ut crudelius etiam perituros adfirmemus, si se dediderint. 6, 3, 11 hoc ... ut non ausim dicere carere ... arte ..., ita plane adfirmo praecipue positum esse in natura. 9, 2, 1 nec adfirmare ausim quidquam esse melius. 12, 10, 9 ad veritatem Lysippum ac Praxitelen accessisse optime adfirmant. decl. 344 p. 360 vis adfirmare iudicibus filium meum, nisi ..., non fuisse victurum. 388 p. 345 adfirmavimus ... futurum, ut. FRONTIN. strat. *saepius*. IVV. 6, 58 quis tamen adfirmat nil actum in montibus aut in speluncis? TAC. Agr. 10 Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam adfirmavit. 12 transire *solem* adfirmant. hist. 1, 45 vinciri iussum et maiores poenas daturum adfirmans praesenti exitio subtraxit. 1, 54 inde atrox rumor adfirmantibus plerisque interfectos, ac ni ..., fore, ut. ann. 11, 33 non aliam spem incolumitatis Caesaris adfirmat quam. PLIN. epist. 2, 20, 5 sacrificium facit, adfirmat exta cum siderum significatione congruere. 10, 56, 2 adiit ... me quidam indicavitque adversarios ... relegatos in provincia morari: illi contra ... se restitutos adfirmaverunt. 10, 114, 3 adfirmabatur mihi in omni civitate esse buleutas ex aliis civitatibus futurumque, ut. SVET. Iul. 52 M. Antonius adgnitum ... *filium Cleopatrae* ab eo senatui adfirmavit. Aug. 40 immunitatem *Gallo* optulit affirmans facilius se passurum .... Tib. 34 semesa obsonia apposuit dimidiatumque aprum affirmans omnia eadem habere, quae totum. Cal. 19 quod Thrasylus ... Tiberio ... affirmasset non magis Gaium imperaturum quam. Tit. 2 aiunt metoposcopum ... constantissime affirmasse illum quidem nullo modo, ceterum Titum ... imperaturum. SVET. (DON.) vita Verg. p. 57 R. Asconius ... adfirmat ipsam postea maiorem natu narrare solitam .... FLOR. 1, 1, 18 cui

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*consecrationi*) mox Iulius Proculus fidem fecit visum a se Romulum adfirmans augustiore forma quam fuisset. FRONTO p. 170, 11 N. certum habeo et adfirmare ausim eadem modestia usurum *Appianum*, qua. CAPER Char. gramm. I 194, 29 non ausim adfirmare *alias* pro aliter dici. DIOM. gramm. I 384, 3 haec ita esse ... adfirmat Cassius Hemina. 396, 21 hic sermo confitentis est; superior ... non confitentis fecisse vel legisse, sed adfirmantis (25). SERG. gramm. IV 521, 29 'i' quaeritur utrum possit geminata unam syllabam facere, et quidam negant, alii adfirmant. GAIVS dig. 3, 3, 12 si ... actor adfirmet tractu temporis futurum, ut. VLP. dig. 5, 2, 27, 1 qui se filium eius esse adfirmat, qui testamento id denegavit. 30, 71, 3 si aliena res legata sit negetque *heres* dominum eam vendere vel immensum pretium eius rei petere adfirmet. 37, 10, 3, 7. 14, 6, 9, 2 *de filiabus*: si adfirmetur ornamenta ex ea pecunia comparasse. PAVL. dig. 22, 3, 25, 2 qui opponendas esse exceptiones adfirmant vel solvisse debita contendunt. VLP. dig. 37, 14, 17 praef. coram nobis adfirmavit non arbitratum se aliter respondere debere. 40, 5, 30, 7 quem compotem mentis non esse adfirmatur. 50, 13, 1, 3 qui hos (*medicos*) sibi profuisse cum praedicatione adfirment. VLP. frg. Vat. 130 si ... huiusmodi valetudo adfirmetur. *nota apud* ICTOS *mendaciter* affirmare: POMP. dig. 19, 1, 6, 4 ut adfirmares integrum *vas*, si id integrum non sit. ALF. VARVS dig. 19, 1, 26 si quis ... dolia centum, quae in fundo esse adfirmabat, accessura dixisset, quamvis ibi nullum dolium fuisset. VLP. dig. 21, 1, 17, 20 si quis adfirmaverit aliquid adesse servo nec adsit vel abesse et adsit. GAIVS dig. 21, 1, 18 praef. si quid venditor de mancipio adfirmaverit idque non ita esse emptor queratur. *ibid.* si constantem aut laboriosum aut curracem ⟨aut⟩ vigilacem esse aut ... adfirmaverit et is ex diverso levis protervus ... inveniatur. VLP. dig. 40, 11, 1 qui se ingenuum natum principi adfirmavit, si ex ancilla natus est. APVL. met. 5, 18 *sorores de serpente ad Psychen*: nec diu ... te saginaturum (saginarum F^1) omnes adfirmant, sed ... opimiore fructu praeditam devoraturum. 7, 20 gregariis ... omnibus adfirmavit me ... ignem ... accersisse mihi. TERT. idol. 5 dummodo apostolus affirmat omnia tunc figurate accidisse. nat. 1, 4 confessus est *Apollo* ... se deum non esse, [sed] eum quoque sapientissimum affirmans, qui. 2, 10 tot exemplis ... quis non deus affirmari potuit? 2, 13 ⟨recipiunt in⟩ divinitatem *homines* affirmando illos post mortem deos factos. test. anim. 3 cum daemonia affirmamus esse ..., quasi non et probemus. scorp. 13 Thessalonicensibus ... de vinculis scribens utique beatos affirmavit, quibus. anim. 3 alii immortalem negant animam, alii plus quam immortalem adfirmant. 9 omne ... effigiatum compositum et structile affirmat *Plato*. 18 ut ex hoc quoque separatior habeatur *intellectus*, quo potior affirmatur. 43 redditum officiis eius (*animae*) resurrectionem mortuorum tibi affirmat *corpus*. PORPH. Hor. carm. 3, 1, 16 qua (*opinione*) adfirmatur sorte ductus (-os *Fabricius falso*) ad mortem ab Orco trahi. 3, 5, 41 adfirmatur Regulus ... aversatus uxoris osculum. 3, 17, 12 quoniam *cornix* mille annos vivere adfirmatur. COMM. apol. 486 adfirmat *Christus* filium altissimi esse. SOL. *saepe*. LACT. inst. 1, 11, 39. IVST. 11, 6, 8 rex ... nihil astu agere (*inf. hist.*) affirmans suis occulta consilia victoriae furtivae convenire. OPTATVS 2, 8 p. 44 umbilicum altare adfirmare conatus est. FILASTR. 8, 1 *haeresis* carnaliter ... vivendum affirmat. 32, 6 Christum dicit ... putative passum fuisse. Simonem ... pro eo ad passionem venisse adfirmat (38, 6. 125, 4). AMM. 15, 3, 7 quibus alii optatam permutationem temporum adventare ... adfirmabant, non nulli maiorum auguria sibi portendi ... promittebant. 18, 6, 8 quoniam speculatores apparatus omnes apud hostes fervere constanti adseveratione ... adfirmabant. 20, 7, 8 suadebat ... discedere Persas ... formidari ... maiores adfirmans. 22, 9, 7 quidam ... adseruere ... alii memorant ... Theopompus non Ilum id egisse, sed Midam adfirmat. 23, 5, 13 id vetare procinctum fidentius adfirmabant *interpretes*. 24, 1, 10 *senex* testibus adfirmans et praescisse se olim et praedixisse, quod. 31, 12, 11 *carpenta* ad speciem rotunditatis detornata digestaque exploratorum relatione adfirmabantur. SCHOL. Germ. Bas. p. 57, 9 Br. Stoici Iovem esse adfirmant, qui ..., Zenodotus ... et Diodorus aiunt .... 58, 2 omnium parens adfirmatur Iuppiter. VVLG. II Macc. 7, 24 non solum verbis hortabatur, sed et cum iuramento affirmabat (ἐπίστου) se divitem et beatum facturum *eqs.* PRVD. apoth. 111 nil mobile et anceps affirmare decet. 555 affirmant *Christum* non esse deum. Symm. 2, 70. 686. AVG. civ. 6, 11 reprehendit *Seneca* ... sacramenta Iudaeorum ... inutiliter eos facere adfirmans, quod. 7, 19 caelum ... esse Iovem innumerabiliter et diligenter adfirmant. 7, 23 Varro in eodem de diis selectis libro tres esse adfirmat animae gradus. 19, 3 de bonorum ... et ... malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum et hanc inter se et novos Academicos adfirmant esse distantiam. 20, 17 quis ... tam sit absurdus ... qui audeat adfirmare in huius mortalitatis aerumnis ... unumquemque sanctorum ... nullas habentem lacrimas et dolores. 22, 13 abortivos fetus ... resurrecturos ut adfirmare, ita negare non audeo. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 2 cum miles insisteret adfirmans nihil hoc proposito esse nociturum. MACR. sat. 1, 21, 21 per singulas horas mutare colores adfirmatur *taurus Bacis* et hirsutus saetis dicitur. SIDON. epist. 7, 4, 1 testis horum est Vindicius noster ... constanter affirmans ... non ... esse vos amplius dignitate quam dignatione laudandos. HIST. Apoll. 11 ad Pentapolitas ... adfirmabatur navigare. *subiungitur acc. pronominis*: CIC. de orat. 2, 32 illud adfirmo praecepta posse quaedam dari peracuta. Brut. 190. epist. 1, 7, 5 illud tibi adfirmo ... fore, ut. 4, 13, 4 id tibi adfirmo te in istis molestiis ... non diutius futurum. Att. 3, 7, 2. 4, 1, 2 hoc tibi vere adfirmo ... complexum mihi tuum defuisse. ad Q. fr. 3, 1, 3. LIV. 36, 7, 12 hoc semper adfirmavit fremere Philippum. 44, 22, 4 illud adfirmare pro certo audeo me omni ope adnisurum esse, ⟨ne⟩. VAL. MAX. 8, 13 ext. 6 hoc amplius adfirmans Litorium ... trecentesimum annum cumulasse. PLIN. nat. 36, 28 id ... adfirmatur Alcibiaden esse principem forma. PLIN. epist. 10, 37, 3 illud unum adfirmo et utilitatem operis et pulchritudinem saeculo tuo esse dignissimam.

c. quod: SOL. 2, 43 *Metrodorus* quod resistat *curallium* typhonibus et fulminibus adfirmat (PLIN. nat. 37, 164 *acc. c. inf.*). AMM. 30, 8, 8 id adfirmando, quod ... crudelitati cupiditatem ... miscebat. HIER. epist. 73, 4 affirmat ... apostolus, quod Aaron sacerdotium ... et principium habuerit et finem. in Gal. 1, 6 p. 381 Vall. coepit *Dionysius* affirmare, quod dolor esset summum omnium malorum. VVLG. II par. 32, 11 quod ... deus ... liberet vos. AVG. civ. 7, 17. *c.* quoniam: VVLG. act. 9, 22 affirmans (συμβιβάζων, ὅτι), quoniam hic est Christus.

c. oratione indirecta: CIC. ad Brut. 1, 15 (9, 24), 10 hoc bello victores, quam rem publicam simus habituri, non facile adfirmarim. LIV. 3, 5, 12 difficile ad fidem est ... quot pugnaverint ceciderintve exacto adfirmare numero. 27, 1, 13. 30, 29, 6 id utrum sua sponte fecerit an publico consilio, neutrum cur adfirmem habeo. SEN. epist. 108, 22 nec tibi ... adfirmaverim, an fuerit *animus mihi agitatior*. COLVM. 11, 2, 82 quod an recte fieri possit, affirmare non ausim. TAC. hist. 4, 60 simulata ea fuerint an retinere saevientes nequiverit, parum adfirmatur. PLIN. epist. 9, 13, 25 verane haec, adfirmare non ausim. AVG. civ. 8, 4. 15, 15 utrum solos Cain et Abel *genuerit Adam*, adfirmare quis audeat? *cum enuntiato coordinato et oratione directa*: OV. trist. 3, 3, 27 non agis *iucundum tempus*; affirmo. SEN. contr. 2, 6, 13 illud adfirmo, nihil tota vita frugalius feci. 9, 5, 3 adfirmo tibi, non indicabit, quisquis faverit. VVLG. Luc. 22, 59 alius quidam affirmabat dicens (διισχυρίζετο λέγων): 'vere et hic cum illo erat'. HIER. epist. 92, 4 tota ... adfirmat audacia: 'hoc fecit semel se ipsum offerens'.

c. obiecto nudo: CIC. inv. 1, 67 approbatio, per quam id, quod breviter expositum est, rationibus adfirmatum probabilius et apertius fit. 2, 55 ex quibus affirmetur nostra descriptio. Verr. 4, 26 cum hoc tota Sicilia diceret, tamen adfirmare non auderem. rep. 1, 15 quae vix coniectura qualia sint possumus suspicari, sic adfirmat, ut. ac. 1, 16 ut nihil adfirmet ipse, refellat alios (LIV. 1 praef. 6. 5, 21, 9). 1, 45 nihil oportere neque profiteri neque adfirmare quemquam neque adsensione approbare. 2, 128 ut *hoc* adsentiatur, credat, adfirmet. *ibid.* cum physica ista valde adfirmant. fin. 2, 43 *Academici* nihil affirmant (MELA 1, 90 GELL. 11, 5, 6). nat. deor. 1, 10 siquid *Pythagorei* adfirmarent in disputando; *sic saepe in philosophicis.* de orat. 2, 146 nihil ... aliud adfirmare possum nisi sententiam et opinionem meam (LIV. 32, 35, 5 opinionem. APVL. mund. 33. CAES. Gall. 6, 37, 9 adfirmatur opinio barbaris ... nullum esse intus praesidium *codd.* β *fort. recte; codd.* α confirmatur). LIV. 1, 1, 10 spem ... finiendi erroris. 1, 3, 2 rem tam veterem. 2, 12, 4 fortuna tum urbis crimen adfirmante. 3, 23, 7 certum adfirmare ... non ausim (22, 36, 1). 7, 14, 5 fidem. 8, 24, 1 sortes. 10, 41, 7 errorem. 22, 13, 4 promissa rebus (26, 24, 7 dicta promissaque ... auctoritate sua). 22, 30, 7 famam. 26, 19, 8 arte quadam nec abnuendi tale quicquam nec palam adfirmandi. 28, 2, 2 dicta (26, 24, 7). 29, 23, 5 societatem ... iureiurando. SEN. benef. 7, 23, 2 incredibilia (PLIN. nat. 25, 13 incredibilia dictu). nat. 7, 30, 1 ne quid temere, ne quid impudenter (imprudenter *codd.* Φ) aut ignorantes adfirmemus. CVRT. 4, 10, 34 vera esse, quae adfirmaret spado. 5, 10, 14 credere ..., quae adfirmabant, ... coegerunt *Dareum*. COLVM. 9, 2, 4. QVINT. inst. 2, 4, 42 qui hoc fortissime adfirmant (12, 3, 3). 5, 6, 6 se ... probare malle, quae adfirmet (7, 2, 2). 9, 2, 88 quod priore iudicio adfirmavit. 11, 3, 67 si tristia dicamus hilares, adfirmemus aliqua renuentes. 12, 1, 12 falso haec adfirmare conabitur. *cf. p. 1225, 20 sqq.* TAC. hist. 1, 22 novos motus et clarum Othoni annum observatione siderum adfirmant. 2, 1 arma Vitellii bellumque. 4, 31 miles ... sacramentum non voltu neque animo satis adfirmans. 4, 73 virtutem armis. ann. 14, 22 iram deum. PLIN. epist. 7, 27, 12. 10, 31, 4 SVET. Aug. 94 FRONTO p. 179, 4 N. GAIVS dig. 18, 6, 16 (15). 21, 1, 18 praef. IVL. dig. 36, 3, 36. APVL. met. 2, 12 edicit ..., qui dies copulas nuptiales adfirmet. TERT. idol. 10 idolorum praedicationes. DON. Ter. Andr. 347 iusiurandum. AMM. 17, 5, 5. HIER. epist. 28, 6 exemplis ... quod dicimus. 51, 4 nugas et deliramenta. 58, 10 nostra adfirmare (*opp.* aliena destruere). 69, 1 paucitatem. 80, 2 regulam. 120, 12 triplicem ... substantiam. CLAVD. rapt. Pros. 3, 304 praedam. carm. min. 9, 5 Herculeas ... aves. AVG. civ. 21, 7 ut neque neganda neque adfirmanda *cetera* decreverim. Ps. APVL. herb. 39 herbae experimentum. PHYSIOGN. 20 aliarum partium signa si oculi affirmaverint. MART. CAP. 4, 388 cum ... *nomen et verbum* coniuncta iam possunt et adfirmari et negari. 4, 391 sententiae ..., quae ... adfirmari ... aut negari non possunt. *sic saepius adhibito etiam* confirmare. COD. Theod.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 27, 1 *de chirographis*: hoc ... toto iure cantatum est, ut scripturam prolator affirmet. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 39 *arteriae divisura* caducā atque temerariā Asclepiadis inventione affirmata. SIDON. epist. 4, 6 quae voluit. BOET. *saepius technice in dialecticis, velut* 1, 6 p. 79, 12 quod quis adfirmaverit negare et quod quis negaverit adfirmare. 1, 7 p. 97, 22 hoc ... oportet negare negationem, quod adfirmavit adfirmatio.

obiecto sive enuntiato omisso vel ex praecedentibus supplendo: CIC. off. 2, 8 adfirmandi arrogantiam vitantem fugere temeritatem. Att. 12, 2, 1 ut Paciaecus adfirmat (SEN. contr. 7 praef. 2 ut adfirmabant, qui propius norant. SEN. dial. 10, 13, 8 ut ille adfirmabat. nat. 3, 16, 5 ut Theophrastus adfirmat. COLVM. 7, 12. 14. 8, 8, 9 sicut ... Varro nobis affirmat. 9, 13, 6 MELA 3, 90 PLIN. nat. 17, 137. 24, 150 PLIN. epist. 1, 16, 6 CHAR. gramm. I 58, 23 APVL. met. 5, 9. 9, 30 TERT. spect. 8 anim. 57 SOL. *saepius* AMM. *item* HIER. epist. 96, 11. 98, 14). LIV. 36, 23, 7 quod ita transfugae adfirmabant. SEN. suas. 3, 4 quare ..., si nescit Calchas, adfirmat? contr. exc. 6, 6, 8 'felices nuptae' cupientis est; 'peream nisi' adfirmantis est. SEN. rem. fort. 16, 5 mors effecit, ut affirmare sine periculo possis. COLVM. 6 praef. 4. PLIN. nat. 10, 136 adfirmet licet Dinon. SIL. 12, 668 durat et affirmans non ultra spondet in ipsos venturam ... rabiem. QVINT. inst. praef. 3 si tanto opere efflagitantur *libri* quam tu adfirmas. 4, 2, 125 hoc plus habeat necesse est in adfirmando ponderis. 6, 3, 70 et interrogamus et dubitamus et adfirmamus et minamur et optamus (11, 3, 176). 8, 6, 75. 9, 3, 28 alterum est ..., quod indicat, alterum, quod adfirmat. 11, 3, 94 paulum inclinatus *digitus* adfirmat. 12, 1, 12 immodeste proponunt, sine pudore adfirmant. TAC. hist. 1, 35 nemo scire et omnes adfirmare. PLIN. epist. 4, 2, 8 unde hoc augurer quaeris: non quia adfirmat ipse, ... sed. CHAR. gramm. I 233, 23 iure iurando adfirmamus aut negamus. *saepius grammatici technice de adverbiis* adfirmandi *et* negandi *velut* CHAR. I 181, 26. 188, 21. GAIVS inst. 4, 119 omnes ... exceptiones in contrarium concipiuntur, quam adfirmat is cum quo agitur. HIER. epist. 148, 19 templum dei sanctorum corda dicuntur affirmante apostolo, qui ait: ....

impersonaliter: TAC. hist. 2, 49 noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem. PLIN. epist. 10, 31, 3 senes et, quantum adfirmatur, frugaliter modesteque viventes.

cum praepositionibus: CIC. Phil. 13, 43 quamquam adfirmare de altero difficile est, de Lepido praesertim, quem. Brut. 190 de reliquis hoc adfirmo. Tusc. 1, 60 si ulla alia de re obscura adfirmare possem. epist. 5, 20, 1 de ceteris rebus adfirmare non possum. Att. 7, 8, 1. ad Brut. 1, 1 (9, 7), 1. LIV. 40, 35, 11 si neque de fide barbarorum quicquam recipere aut adfirmare nobis potes. PLIN. nat. 10, 136 tragopana, de qua plures adfirmant. 10, 210 de thynnis confidentius adfirmatur. 30, 78. GAIVS dig. 18, 4, 15 de substantia. 18, 6, 16 (15) de bonitate *vinorum*. APVL. apol. 53 de illis ..., quae neque conspexisti ... neque. VVLG. I Tim. 1, 7 non intellegentes ..., de quibus affirmant. AVG. civ. 7, 17 poterat adfirmare de Iano, quod mundus ipse esset. 13, 16. 17. 18. TIB. 1, 4, 25 perque suas impune sinit Dictynna sagittas adfirmes crines perque Minerva suos. CVRT. 4, 10, 30 Tyriotes adfirmare per deos patrios. CELS. 4, 26 frigidam ... potionem esse debere, contra priores auctores Asclepiades adfirmavit.

II ***rigidum reddere,*** *sublucente propria significatione simplicis verbi* firmare: APVL. met. 7, 22 corium adfirmatum cineris inspersu; *inde translate* 11, 2 tu fortunam conlapsam adfirma.

syn. et iuxta posita: *ad I*: resistere, dicere, decernere, sentire, asseverare, promittere, scribere, se purgare, testari, referre, queri, respondere, aio, tradere, prodere, determinare, auctorem esse, indicare, contendere, promittere, adserere, memorare, profiteri, approbare. *opp.*: *ad I*: abnuere, negare, denegare, refellere, (renuere), destruere.

adv. part.: **adfirmātē**. CIC. off. 3, 104 quod ... adfirmate quasi deo teste promiseris, id tenendum est. GELL. 1, 21 tit. Hyginus affirmatissime contendit. 10, 12, 9 plerique ... Graecorum et Favorinus ... affirmatissime scripserunt. *Bannier.*

Affis *v.* Apphia.

affīxio (adf-), -ōnis *f. ab* adfigere. *proprie*: HIER. in Iob 16 *Christum* iam verberibus et affixione clavorum (GREG. TVR. vit. patr. 2 praef.) confregerat *adversarius*. PS. AVG. serm. 207, 3 crux domini ... ligni affixione construitur. HIER. hom. Orig. in I reg. 1, 9 affixione manuum salvatoris. GREG. TVR. glor. mart. 3 Iustum ... morti tradiderunt et crucis affixione damnaverunt. *translate*: NON. 64, 29 propages est series et adfixio continuo vel iuge ducta. *pro assiduitate*: MART. CAP. 1, 37 quae ... polos et climata axiumque vertigines cum ipsorum puto siderum multitudine numerare nisi ... Philologia gracilenta quadam adfixione consuevit? *cf.* adfixus *p. 1216, 16.*

adfīxo, -āre *intens. ab* adfigere, adfixum. GLOSS. II 400, 6 περιπείρω adfigo adfixo. *Zimmermann.*

affla, -ae *f. barbare formatum ab* afflare. VIRG. gramm. epit. 4 p. 23, 16 plastum (*i. corpus*) ... in famulatum sibi affla id est anima noverit deputatum. 23, 11 plastum ex limo, dein afflam ex superioribus et haec ineffabiliter coniuncta habet *homo*. 4, 5 plastum telleum afflamque habet aetream. 4, 7 servire ... plastum afflae. 8, 6 homo plasto et affla et quodam caelesti igne consistit. *cf. p. 1229, 36 sqq.*

? **afflăgito,** -āre *ab* ad *et* flagitare. GREG. TVR. Franc. 6, 29 benedictionem a nescio quo afflagitans (flag- *vel* effl- *pars codd.*).

? **afflagro,** -āre *ab* ad *et* flagrare. AMM. 21, 12, 23 nec privatorum utilitates in tempore a⟨f⟩flagranti (flagitanti *Bentley*, flagranti *Petschenig*) despiciens. *V.*

afflātīcius, -a, -um *ab* afflatus. PS. AVG. hypomn. 4, 1, 1 et a Marso, id est incantatore, inspectus afflaticius dicitur; quia serpens illum, inquit, afflavit. *cf.* SERV. auct. Aen. 2, 649 sane afflati (afflatitii *cod. Cassell. saec. IX*) tactique dicuntur capti membris.

afflātio, -ōnis *f. ab* afflare. THEOD. PRISC. eup. 54 si afflatio oris (afflatum os *B*) fuerit, quod ... aptham appellamus, ... rosam siccam cum melle tritam locis impone. GREG. M. moral. 5, 50 vel certe haec ipsa afflatio sancti Spiritus absconditum verbum est. in ev. 26, 3 per afflationem spiritus donum sanctae unctionis emanavit.

afflātor (adfl-), -ōris *m. ab* afflare. TERT. adv. Herm. 32 eum spiritum ..., qui super aquas ferebatur librator et adflator et animator universitatis.

afflātōrius, -a, -um *ab* afflator. COMM. Bern. Lucan. 1, 151 tria sunt genera fulminum, unum afflatorium tantum, ut Vergilius: ex quo me divum pater atque hominum rex fulminis afflavit ventis.

afflātus, -ūs *m. ab* afflare. *extant sing. abl. 69[ies], dat. semel* (TERT. anim. 1), *aliae formae 40[ies]; desunt plur. gen. et dat. legitur inde a* VARRONE, *rarum vocabulum apud poetas; habent* OV. *sexies,* CARM. de b. Aeg., SEN. *bis*, SIL. *ter*, STAT. *bis*, AVIEN. CLAVD.

A ***proprie***: **a** *de vento, aura, spiritu*: OV. Ib. 108 deneget afflatus ventus et aura suos. VITR. 6, 6, 4 frumenta ... adflatu (abflatu *G H*) *aquilonis aut septentrionis* refrigerata diu servantur. SEN. Oed. 37 non aura gelido lenis adflatu fovet anhela flammis corda. PLIN. nat. 6, 57 eius venti (*favonii*) adflatu iuvari Indiam *docuit Posidonius*. 9, 6 quando nullius aurae recipit adflatum *sinus maris rubri*. 13, 60 etesiarum adflatu. 15, 13 non ante favonii adflatum. 17, 10 densiores *arbores* ab adflatu eius (*aquilonis*). 17, 60 bacae ... aquilonis adflatu siccatae leguntur. 17, 118 ut ... statim fiat unitas nec umorem nec adflatum recipiens. 17, 165 melior ea (*vitis*) vino, quoniam ... adflatum magis sentit. 17, 228 si necessariis temporibus imbres aut tepores vel adflatus defuere. 18, 337 adflatuque nutricium exercebit *Zephyrus*. 37, 201 benigno ventorum afflatu. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 193 corporis fluor aëris occurrentis afflatu densatus prohibetur. ISID. orig. 5, 30, 4 quando et mesonyctius adflatus fit. PLIN. nat. 3, 41 tot montium adflatus. 14, 32 maritimo adflatu gaudent *vites helvennacae*. 14, 60 maritimo adflatu paucas coquente amphoras. 17, 24 quibusdam locis adflatus maris noxii, in plurimis iidem alunt. 20, 206 *papaver* nascitur ... in adflatu maris aut nitroso loco. 21, 57 non durante Attico thymo nisi in adflatu maris. PLIN. epist. 5, 6, 29 triclinium saluberrimum adflatum ex Apenninis vallibus recipit. *imprimis de aëre noxio vel pestifero*: OV. met. 7, 551 dilapsa *corpora* liquescunt adflatuque nocent et agunt contagia late. VAL. MAX. 1, 8 ext. 19 corporisque iacentis pestifero adflatu vicina regione polluta. CELS. 6, 6, 8 cavere *debet morbo relevatus*, ne quo frigore afflatuve laedatur. SEN. dial. 1, 4, 9 quem specularia semper ab adflatu vindicaverunt. 9, 7, 4 in pestilentia ... correptis iam corporibus ... adflatu ... ipso laborabimus. nat. 6, 27, 4 oves ... correptas esse non miror, cum adflatus aëris diri circa ipsam humum exceperint. epist. 94, 20 adflatum et vim frigoris in os occurrentis evita. COLVM. 11, 3, 51 *cucumeres* ab omni afflatu protegantur. PLIN. nat. 4, 89 regio aprica ... omni adflatu noxio carens. 6, 55 gens hominum Attacorum apricis ab omni noxio adflatu seclusa collibus (*cf.* SOL. 51, 1 arcent sane adflatum noxium colles). 12, 9 ab omni adflatu securum ... cubuisse in eadem *platano consulem*. 15, 59 aquilonis quoque adflatu poma deturpante rugis. 16, 222 architecti eas (*arbores*) ... fimo inlitas siccari iubent, ut adflatus non noceant. 18, 150 granum ... adflatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortu. 18, 301 horrea ... aliqui iubent ... nec adflatus admittere. 18, 330 lippiuntque ab adflatu *septentrionis pecudes*. 33, 158 argentum ... inficitur ... adflatu salso. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 67 haec ... nullo fumi afflatu vexata *esse debent*.

b *de igni, fulmine, sim.*: LIV. 28, 23, 4 alii ambusti adflatu vaporis. 39, 22, 3 ignesque caelestes ... adussisse complurium levi adflatu vestimenta ... dicebantur (*cf.* OBSEQ. 3). COLVM. 4, 24, 5 trunci pars secta solis afflatu peraruit. APVL. mund. 3 superi oris vicinia claritatis et propinqui caloris adflatu nitescit (*regio mortalis ac iam paene terrena*). GAVDENT. serm. 17 p. 969[a] caloris adflatu ... exanimatus ... vitam perdidit. SYMM. orat. 1, 7 sentio divinae lucis adflatum ..., cum iubar emicat. AMM. 24, 4, 30 alios ignium adflatus immissus prodire in perniciem coegit. OBSEQ. 41 argentum signatum afflatu fulminis diffluxit. 50 fulminis afflatu pleraque animalia exanimata. AVG. civ. 5, 6 cum ... dici posset ad solas corporum differentias adflatus quosdam valere sidereos. MACR. somn. 2, 5, 12 medius cingulus et ideo maximus aeterno adflatu continui caloris ustus spatium ... facit inhabitale. *nota de nitore metalli*: PLIN. nat. 36, 98 translucent iuncturae *parietum delubri e lapide polito* tenuissimis capillamentis *aureis* lenique adflatu simulacra refovent.

c *de oris anhelitu animantium*: CARM. b. Aeg. 47 perc⟨u⟩lit ⟨ad⟩flatu brevis hunc sine morsibus anguis. OV. met. 2, 793 adflatu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que suo populos urbesque domosque polluit *Invidia.* 3, 49 hos necat adflatu funesti (-ta *MN*) tabe veneni *serpens.* 8, 289 frondes adflatibus *apri* ardent. epist. 12, 44 praetentaque naribus *taurorum Martis* aera nigra per adflatus haec quoque facta suos. SCRIB. LARG. 165 theriace facit ad omnium serpentium morsus et ictus et adflatus mirifice. PLIN. nat. 9, 92 *polypus* adflatu terribili canes agebat. 9, 162 ova eius (*saepiae*) ... masculus prosequitur adflatu. 10, 102 concipiunt *perdicum feminae* et supervolantium *marium* adflatu. 13, 35 illum (*palmae marem*) ... adflatu visuque ipso ... reliquas maritare *tradunt.* 37, 140 quod in Siculis utique crediderim, quoniam primo (-um *codd.*) eius provinciae adflatu scorpionum pestis extinguitur. SIL. 1, 436 flagrantia bella cornipedum afflatu domat et stridoribus axis *Gradivus.* 6, 159 alvum *serpentis* ... satiabant ... tractae foeda gravitate per auras ac tabe adflatus volucres. 6, 240 *serpens* catervas longius avectas afflatus peste premebat. STAT. Theb. 2, 57 *Hermes* vivis adflatibus ora serenat. 5, 527 percussae calidis adflatibus *anguis* herbae, qua tulit ora, cadunt. AVIEN. orb. terr. 179 pestifero afflatu serpens vagus inquinat aethram. HYG. fab. 30 p. 64, 5 haec (*hydra*) tantam vim veneni habuit, ut afflatu homines necaret. CLAVD. rapt. Pros. 3, 221 prima Venus campos Hennaeaque rura maligno ingerit adflatu.

B *translate*: *i. q.* ἐνθουσίασις: CIC. div. 1, 34 *oracula* instinctu divino adflatuque funduntur. 1, 38 *vis terrae* mentem Pythiae divino adflatu concitabat. 2, 117 quid tam divinum ... quam adflatus e terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat? nat. deor. 2, 167 nemo ... vir magnus sine aliquo adflatu divino unquam fuit. de orat. 2, 194 poetam bonum neminem ... sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam adflatu quasi furoris. *similiter, liberius*: TERT. anim. 1 quodsi ... sapientissimus Socrates ..., quanto dignior ... Christianae ... sapientiae adsertio, cuius adflatui tota vis daemonum cedit. nat. 1, 10 taceo de philosophis, quos ... nonnullus etiam adflatus veritatis adversus deos erigit. SYMM. orat. 3, 5 si quis Apelleus imitator illud caeleste iudicium verisimili adflatu (adfectu *codd.*) artis animaret. AVSON. 407 ille floridus tui sermonis adflatus (affatus *E*). *sic apud christianos de animae ortu*: TERT. adv. Marc. 2, 9 imprimis tenendum, quod graeca scriptura signavit, afflatum nominans *animam,* non spiritum (πνοήν, *non* πνεῦμα) ... imago ... spiritus afflatus (*homo imago dei, deus est spiritus*) ... imago minor veritate ... afflatus spiritu inferior. anim. 16 rationale credendum est, quod animae a primordio sit ingenitum, a rationali videlicet auctore ... afflatu suo. 27 ex afflatu dei anima. quid aliud afflatus dei *quam* vapor spiritus? 36 *Evam* dei afflatus animasset. bapt. 5 dei spiritum ... de adflatu eius acceperat *homo.* paenit. 3 caro et spiritus dei, res, alia manu eius expressa, alia afflatu eius consummata. (NOVATIAN.) hom. 17 p. 188, 4 an tu putas deum ... afflatus sui vaginam ... in aeternum destinasse interitum? HIL. in psalm. 63, 9 animam ... ex adflatu dei ortam. *fusius hanc rem tractat* IREN. 5, 12, 2. *item de malis, morbis, furore*: VAL. MAX. 9, 12 ext. 1 *vitae* caduca possessio tam levi adflatu violentiae concussa. TERT. idol. 12 omnem afflatum eius (*idololatriae*) vice pestis etiam de longinquo devitemus. adv. Herm. 15 plus bonum floruisset sine mali adflatu. haer. 3 avolent paleae levis fidei adflatu temptationum. MIN. FEL. 27, 1 daemones ... adflatu suo auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur. SIRICIVS epist. 5, 1 ne per alicuius morbidae ovis adflatum conscientia nostra contaminata videretur (INNOC. Aug. epist. 181, 9 morbi saevientis afflatu). AMM. 27, 6, 1 quasi adflatu quodam furoris bestiarum more humani sanguinis avidus. SACR. Leon. 352 praesta, domine, ... ut toto tibi corde subiecti tumentium voluntatum respuamus afflatus. *technice i. q. aspiratio*: VARRO rust. 3, 1, 6 lingua prisca et in Graecia Aeolis Boeoti sine adflatu vocant collis 'tebas' et in Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt. *Zimmerm.*

adflecto, -xī, -xum, -ere. *flectere ad*: MELA 3, 16 Galliae ... ora ... grandi circuitu adflexa ad occidentem litus advertit. APVL. met. 6, 18 nec tu tamen inlicita adflectare pietate *ad senem ut se tollas orantem* (*et hoc igitur proprie*). AVIEN. Arat. 734 huic (*Sirio*) si Sol afflexerit axes. *deriv.* adflexus.

adfleo, -ēre. *flere in agendo vel cum aliquo*: PLAVT. Persa 152 et ut adfleat, cum ea memoret. Poen. 1109 ut adflet, quo illud gestu (illum gestum *A*) faciat facilius. HOR. ars 101 ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent (adsunt *vel* assunt *libri*). *aliquid*: GLOSS. II 236, 40 ἀποδύρομαι adfleo defleo deploro (*noli substituere* ἀντοδύρομαι).

adflexus, -ūs *m. ab* adflectere. SYMM. orat. 2, 20 *favet urbi* soli tribunal et duorum fluminum benignus adflexus. *V.*

afflīctātio (adfl-), -ōnis *f. ab* afflictare. *plur.* AVG. mor. Manich. 2, 16, 46 MART. CAP. 2, 140. 9, 926. **1** *aegritudo, cruciatus, tormentum corporis*: CIC. Tusc. 4, 18 adflictatio *est* aegritudo cum vexatione corporis. 3, 27 aegritudo maiora quaedam *habet*: tabem, cruciatum, adflictationem, foeditatem. AVG. loc. hept. p. 501, 39 qui afflictatione corporis morte propinquante iactantur. MART. CAP. 9, 926 quid adflictationibus corporeis nonne adsidua medicatione succurri? *voluntaria vexatio corporis*: TERT. pudic. 8, 2 ex paenitentia flentes et ieiunantes et adflictationem suam offerentes deo. pat. 13 afflictatio carnis. paen. 9 temporali afflict⟨at⟩ione aeterna supplicia ... expungat (expugnat *codd.*). **2** *actus afflictandi, afficiendi*: *c. gen. subi. vel instrumenti*: CYPR. epist. 59, 15 pastor, qui ita morbidas et contactas oves gregi admiscet, ut gregem totum mali cohaerentis adflictatione contaminet. AVSON. 431, 3 qua afflictatione fortunae. MART. CAP. 2, 140 post tanti laboris adflictationes aestusque mentis. COD. Theod. 11, 30, 22 iniuriarum afflictatione deterritos. *sine casu*: GLOSS. II 337, 11 κάκωσις. TERT. adv. Marc. 5, 16 afflictatoribus nostris rependi afflict⟨at⟩ionem. pat. 5 quo Aegyptiis adflictationibus fuerat extractus. AVG. mor. Manich. 2, 16, 46 afflictationibus. serm. ed. Mai 90, 4 afflictatio et despectus *Ninivitarum.* ALC. AVIT. c. Eut. p. 26, 39 in qua (*divinitate*) inveniri non potest afflictatio corporalis. **3** *aegritudo animi, sollicitudo, desperatio, luctus*: CIC. Tusc. 4, 16 ut aegritudini *subiciuntur*: ... molestia, adflictatio, desperatio. SEN. dial. 11, 17, 5 nunquam ... intrabit *in animum* dolor, nunquam sollicitudo, nunquam adflictationis inritae supervacanea vexatio. APVL. Plat. 2, 22 nec angetur — carissimis orbatus — adfectibus ..., quod ... interdicitur eiusmodi adflictatio, et quod, si de tali se causa discruciet, illam aegritudinem ... suscipiat. AMBR. Iob 4, 1, 1 esse in adflictationibus et aerumnis. 4, 3, 10. MART. CAP. 5, 565 re⟨o⟩rum adflictatione commotus. *cf.* afflictio.

synonyma: *ad 1*: vexatio, cruciatus. paenitentia. *ad 3*: molestia, desperatio, sollicitudo, vexatio. aerumna.

afflīctātor (adfl-), -ōris *m. ab* afflictare. *qui afflictat, vexator*: TERT. adv. Marc. 5, 16 afflictatoribus nostris rependi afflict⟨at⟩ionem. *cf.* afflictor.

afflīctim (adfl-) [*cf. c.* affligere afflictus. *Th.*]. *cum afflictione, contentione, labore*: DIOM. gramm. I 407, 5 adflictim, strictim. MART. CAP. 4, 327 sed licet ipse modos demum bis quinque profatus pallens afflictim verset Aristoteles.

afflīctio (adfl-), -ōnis *f. ab* affligere. *vox christianorum. sing. et plur. inde ab* AMBR. HIER. epist. 55, 1 κακία ... quam Latinus vertit in malitiam, apud Graecos duo significat, et malitiam et afflictionem, quam κάκωσιν Graeci dicunt, et hic magis pro malitia transferri debuit 'adflictio'. *ibid.* nolens κακίαν adflictionem sonare et angustias, sed malitiam. 140, 19. *cf.* in Ezech. 7, 5—6 p. 65 Vall. CASSIAN. conl. 6, 6, 1 nonnunquam solet scriptura divina abusive mala pro adflictionibus ponere.

1 *effectus affligendi, prosternendi, ruina* (*cf.* affligo *I 4 p. 1233, 72*): VVLG. Ier. 51, 64 sic submergetur Babylon et non consurget a facie afflictionis (τῶν κακῶν), quam ego adduco super eam. AVG. civ. 1, 7 quidquid ... vastationis, trucidationis, depraedationis, concremationis, adflictionis in ista recentissima Romana clade commissum est. 2, 19 rem publicam pessimam ac flagitiosissimam factam ... adflictionem eius. 3, 19 de afflictione belli Punici secundi. 4, 7 Romanum imperium ... et ab illa est adflictione recreatum. 16, 24 adflictio civitatis dei. **2** *actus affligendi, afficiendi, vexandi. addito instrumento* (*cf.* affligo *II 1 p. 1234, 42*): AVG. civ. 1, 9 temporalium poenarum adflictione punire. CASSIAN. inst. 5, 5, 2 defessis ... ieiunium sine laboris adflictione toleratur. conl. 1, 10, 1 ieiuniorum adflictio. SALV. gub. 1, 9 haec adflictio infirmitatum. 5, 21 ne persecutionis publicae adflictione moriantur. VICT. VIT. 2, 54 deus ... cognoscat afflictionem persecutionum. SEDVL. op. pasch. 4, 7 p. 260, 7 parvi gemitus afflictione. GREG. M. epist. 2, 35 p. 131, 19 ipsa ⟨a⟩egritudinis eius (inde *Pa*) afflictio. *absolute*: *vexatio, persecutio; omnia, quibus homines a deo afficiuntur, castigantur*: GLOSS. II 310, 21 ἐπίπληξις. AVELL. p. 25, 17 in afflictionem ... sacerdotum et in perniciem fidelium. AMBR. Abr. 1, 7, 60 rex non adflictionis ... sed munitionis. *cf.* 2, 4, 13 ipsa est Aegyptus nostra (*sc. caro*) ... ipsa est adflictio *saep.* PS. AMBR. vit. virt. 12 nullus ... in afflictionibus maeroris locus esse debet. HIER. epist. 36, 7 qui interfecerit Cain, ab ingenti eum [adflictione *addunt codd. interpol.*] et omnia supplicia transeunte liberet poena. 140, 19 mala ... non ea appellat, quae contraria bonis sunt, sed pro adflictione ponit et angustiis. VVLG. gen. 31, 42 afflictionem (ταπείνωσιν) meam et laborem manuum mearum respexit deus. exod. 3, 7 vidi afflictionem (κάκωσιν) populi mei in Aegypto. *cf.* 2, 11. 3, 9. 17. 4, 31 deut. 28, 60 III reg. 8, 35. IV reg. 14, 26 vidit ... dominus afflictionem Israel amaram nimis. II Esdr. 1, 3 in afflictione magna sunt et opprobrio. *cf.* 9, 9 Iudith 4, 20. psalm. 17, 19. 43, 20 sap. 3, 2. Ier. 15, 11 si non occurri tibi in tempore afflictionis (τῶν κακῶν) et in tempore tribulationis. *cf.* 17, 17. 18. 19, 3. 24, 9 dabo eos in vexationem afflictionemque. *cf.* 25, 32. 29, 11. 35, 17. 51, 2 thren. 1, 3. 7 Ezech. 7, 5. 35, 5 act. 7, 34. AVG. civ. 1, 8 in ... adflictione mali deum detestantur. 1, 13 cum ... gravi adflictione desint. 22, 8 cum adflictione animalium et servorum. epist. 93, 6, 20 errantibus cordatis utilis admonitio est, et insensatis inutilis afflictio. 100, 1 in afflictionibus ecclesiam constitutam. 155, 4, 16 qui nulla hinc afflictione avertitur, fortis est. 166, 6, 16 anima tantis afflictionibus poenas luit. PS. AVG. serm. 31, 2 labore afflictionis. CASSIAN. conl. 3, 4, 3 de adflictione Aegypti. *cf.* 6, 6, 2 *saep.* inst. 5, 22 toleravimus adflictiones tantas. EVCHER. form. 7 p. 46, 3 bipennis, geminata adflictio. SACR. Leon. p. 381 respice domine ... afflictionem populi tui. LEO M. epist. 14, 1 p. 670 de indignissima afflictione conquestus est. AVELL. p. 25, 17 in afflictionem ... sacerdotum, *cf.* 36, 28. PROSP.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. coll. 15, 4 mirabilis in tanta afflictione patientia, *cf.* in psalm. 108, 24. SALV. gub. 5, 43 ut publica adflictione moriantur. SIDON. epist. 9, 4, 3 vitae praesentis adflictio. MAX. TAVR. hom. 55 videmus in prophetae afflictionibus. FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 85, 14 extendi in se manum afflictionis extremae. VICT. VIT. 1, 44 poteris eum diversis afflictionibus interficere. 3, 52 inter haec adflictionis incommoda. ENNOD. epist. 3, 2 p. 72, 20 in summis adflictionibus queri non posse. CASSIOD. var. 11, 14, 6 facile onus afflictionis sentiunt. NOVELL. Iust. 159 praef. pr. litigantes tradere afflictioni (τριβῇ). EVGIPP. vita Sev. 40, 2 ne illorum afflictio vestram dissipet potestatem. GREG. M. epist. 5, 56 p. 360, 12 afflictionem vel molestiam sustinere. 6, 35 p. 413, 28 in afflictione oppressioneque. *saepius.* *id, quo affligimur, malum, plaga*: AMBR. Abr. 2, 4, 13 ipsa est Aegyptus nostra ... ipsa est adflictio. VVLG. deut. 31, 17 invenient eum omnia mala et afflictiones (θλίψεις). *cf.* 31, 21. II reg. 24, 16 misertus est dominus super afflictione (κακίᾳ). Ier. 28, 8 prophetaverunt ... de afflictione et de fame. AVG. civ. 1, 1 corruptos hominum mores bellis emendare atque ... talibus afflictionibus exercere. 3, 10 perpetuis adflictionibus pervenire (*sequitur* agitari malis). 16, 19 hoc Pharaonem facere adflictionibus magnis non fuisse permissum. 18, 29 in dolore et in plaga et in adflictione. *aegritudo corporis, morbus*: AVG. civ. 3, 19 qui nondum mortui sunt, sed imminente morte iam extrema et mortifera adflictione iactantur. gen. ad litt. 7, 19, 25 cum afflictiones corporis moleste sentit. *dissolutio corporis, mors*: AVG. quaest. hept. 6, 8 p. 425, 18 visibiles igitur adflictiones hominum sive mortes. *voluntaria vexatio corporis*: AMBR. Abr. 2, 4, 13 in adflictionem corporis. HIER. epist. 100, 1 ieiuniis et continentia omnique adflictione. VVLG. eccles. 12, 12 frequens ... meditatio carnis afflictio (κόπωσις) est. PS. AVG. serm. 75, 2 *saepius* pro nimia afflictione sua. CASSIAN. inst. 5, 18, 1 corporale ieiunium atque adflictionem carnis. *cf.* 5, 18, 2 conl. 1, 10, 3. 20, 8, 3 per adflictionem ... cordis et corporis. LEO M. serm. 13 p. 172 per voluntarias afflictiones caro concupiscentiae (-iis *vulg.*) moritur. 44, 2 p. 287 quae (*aegritudo*) saepe mensuram voluntariae afflictionis excedit. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 26, 14 sine labore cordis, sine adflictione carnis. **3** *vexatio animi, sollicitudo, cura*: VVLG. eccles. 1, 14 universa vanitas et afflictio (προαίρεσις) spiritus. *cf.* 2, 11. 2, 17. 2, 22. 2, 26 peccatori ... dedit afflictionem et curam (ματαιότης καὶ προαίρεσις πνεύματος). *cf.* 3, 10. 4, 6. 4, 8. 4, 16. 8, 16. 12, 1. *luctus, maeror, desperatio*: ITIN. Anton. Plac. rec. A. 34 extr. cuius adflictionem et ploratum nulla ratione potuimus consolare. VVLG. gen. 16, 11 audierit dominus afflictionem (τῇ ταπεινώσει) tuam. deut. 16, 3 septem diebus comedes ... afflictionis (κακώσεως) panem, quoniam in pavore egressus es de Aegypto. *cf.* I reg. 1, 11 II reg. 16, 12. 22, 19. I Esdr. 9, 5 sedebam tristis ... surrexi de afflictione mea. II Esdr. 2, 10 contristati sunt afflictione magna. *cf.* 2, 17. Iob 10, 15 saturatus afflictione et miseria. *cf.* 30, 16. 27 prov. 10, 22. 27, 10 eccles. 5, 13 Ier. 2, 27. 2, 28. **11**, 12. 11, 14. thren. 1, 9 non habens consolatorem: vide domine afflictionem (ταπείνωσιν) meam. Ion. 4, 1 et afflictus est Ionas afflictione magna (ἐλυπήθη ... λύπην). PS. AVG. serm. 15, 1 permisit eum longa afflictione consumi. MART. CAP. 9, 926 ad afflictiones (*sic Bern.*, affectiones *vulgo*) animi tibias Theophrastus adhibebat. LEO M. serm. 95, 4 p. 463 luctus hic ... non est cum mundi huius afflictione communis. VICT. VIT. 2, 52 episcopi afflictione et maerore confecti. ENNOD. dict. 1, 6 adflictionis imitatio *est* vocem in laetitia non habere. *cf.* dict. 12, 10. 21, 30 carm. 1, 6, 8 opusc. 2, 63. 5, 4 epist. 2, 1. 4, 31 retinet afflictionem reus. *cf.* 6, 8. 7, 2. 7, 14. 9, 28. CASSIOD. var. 11, 40, 9 qui habuisti de multorum afflictione laetitiam. *voluntaria vexatio animi, cordis, paenitentia*: TERT. pudic. 8, 2 non exaudiam in tempore, quo invocaverunt me, in tempore adflictionis suae. AVG. quaest. hept. 4, 25 p. 334, 11 ipsa enim adflictio paenitentis poena peccati est. epist. 130, 16, 29 in dolore animi et adflictione cordis. ARNOB. in psalm. 70 paenitentiae suae adflictiones. FVLG. RVSP. epist. 18, 2, 3 p. 324 afflictio pro peccatis. GREG. M. epist. p. 361, 9 afflictionem, quam pertulit.

synonyma: *ad 1*: vastatio. *ad 2*: angustiae, tribulatio, molestia, oppressio. contritio, labor. *ad 3*: cura. maeror. dolor. paenitentia. *opposita*: *ad 2*: munitio (AMBR.). *ad 3*: laetitia.

afflīcto (adfl-), -āvī, -ātum, -āre *frequentativum ab* affligere. **1** *allidere* (*cf.* affligo *p. 1232, 70*): PLAVT. Rud. 164 video sedentes in scapha solas duas *mulierculas*, ut adflictantur miserae. CAES. Gall. 3, 12, 1 rursus minuente aestu naves in vadis adflictarentur. 4, 29, 2 tempestas adflictabat naves (*sc. ad litus*). **2** *ferire* (*cf.* affligo *p. 1233, 56*): PLAVT. Aul. 632 quid me adflictas, quid me raptas, qua me causa verberas? Bacch. 154 valens afflictat me vacivom virium. Rud. 645 sacerdos Veneria indigne adflictatur (*sequitur*: *quis* sacerdotem violare audet?) [Stich. 606 efflictentur *ς Camerarius*]. Pseud. 1295 cur ego adflictor (-er *A*, ego me adflictor *P*)? TAC. ann. 2, 81 Piso ... semet adflictando. *prosternere, superare* (*cf.* affligo *p. 1234, 17*): TAC. hist. **4, 79** ne ... legio ... adflictaret Batavos. AMM. 27, 10, 13 *barbaros* exercitus ... adflictabat. 31, 7, 15 aequo Marte partes semet altrinsecus adflictabant. *agitare, vexare, cruciare aliqua re* (*cf.* affligo *p. 1234, 42*): GLOSS. II 460, 53 τρύχω. 343, 7 καταπονῶ. V 531, 4 adflictes crucies. *pass.* II 348, 8 καταπονοῦμαι. 328, 44 θλίβομαι. PLAVT. Mil. 414 saevis fluctibus ubi sum adflictata multum. BELL. Hisp. 3, 5 tempestate advorsa vehementique vento adflictaretur. TAC. ann. 6, 35 quos ... propioribus vulneribus pedites adflictabant. *cf.* hist. 3, 18. ann. 11, 17 rex per laeta, per adversa res Cheruscas adflictabat. 13, 60 Italiam luxuria saevitiaque adflictavisset. hist. 2, 56 Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. AVREL. ad Front. p. 92, 18 N. non me omnibus incommodis sponte ipse adflictem. LACT. inst. 2, 1, 10 si quis aliqua vi adflictatur. HIL. trin. 1, 2 *haec vita* tantis afflictata angoribus. DICT. 2, 5 ⟨O⟩ene⟨u⟩m multis afflictavi. AMM. 19, 13, 1 per latrocinia finitimos adflictabant. 26, 6, 12 malis, quibus adflictabatur. 27, 9, 6 praedones magnitudine iacturarum Pamphyliam adflictabant. 27, 12, 2 nationem dispendiis levibus adflictabat. HEGES. 5, 8, 1 Iudaei afflictabantur domestico proelio. 5, 35, 2 nec minore pernicie afflictabantur. COD. Theod. 10, 4, 2 ut ... minime necessitatibus terrerentur atque adflictarentur iniuriis. *amore*: LVCR. 4, 1158 quoniam foedo adflictentur amore. *morbo, dolore* (*cf.* affligo *p. 1235, 5*): LIV. 29, 10, 1 se exercitumque suum gravi morbo adflictari (adfectari *P*). TAC. ann. 13, 6 morbum, quo prima ab infantia adflictaretur Britannicus. SVET. Tit. 2 gravi ... morbo adflictatus diu. HIL. in psalm. 91, 5 omnem infirmitatem, qua adflictaretur, evaderet. DICT. 2, 5 etsi dolore vulneris immodice afflictabatur. *cf.* 2, 10. AMM. 14, 2, 13 inedia gravi adflictabantur. *absolute: deprimere, vexare* (*cf.* affligo *p. 1235, 44*): PLAVT. Merc. 648 quia enim me adflictat amor. CIC. Mil. 20 adflictantur coloniae. har. 40 hoc enim etiam turpius adflictatur res publica. AVR. VICT. Caes. 40, 24 quos (*senatum et plebem*) in tantum afflictaverat. HEGES. 5, 16, 56 quos aquae inopia vehementer afflictare coeperat. *de aegrotantibus* (*cf.* afflictus *p. 1238, 65*): GLOSS. II 7, 17 adflictantur-κάμνουσιν. *cf.* 7, 34. CIC. Catil. 1, 31 homines aegri ... primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque adflictantur. OROS. hist. 3, 8, 4 (*imit.* CIC.) ut ... multo gravius vehementiusque adflictarentur. **3** *pass. luctu, desperatione affici* (*cf.* affligo *p. 1236, 46*): CIC. Tusc. 3, 83 aegritudinis est ... in molestia esse, adflictari, desperare. Att. 11, 1, 11 de quibus acerbissime afflictor. s e   a f f l i c t a r e, *proprie prae luctu pectus palmis afflictare, tundere, inde maerere, lugere* (*cf.* afflictus *p. 1239, 1*): PLAVT. Mil. 1032 lamentari ait illam, miseram cruciari et lacrimantem se adflictare. TER. Eun. 76 et ne te adflictes. CIC. Att. 3, 12, 1 tu me accusas, quod me adflictem, cum ita sim adflictus, ut nemo umquam. Tusc. 3, 77 cum se Alcibiades adflictaret lacrimansque Socrati supplex esset. SALL. Catil. 31, 3 mulieres ... adflictare sese, manus supplices ad caelum tendere. PETRON. 111 sic afflictantem se ac mortem inedia persequentem *matronam*. APVL. met. 4, 25 vehementius adflictare sese et pectus etiam palmis infestis tundere.

afflīctor (adfl-), -ōris *m. ab* affligere. *qui affligit, prosternit, vexat*: CIC. Pis. 64 senatus odit te ... adflictorem ac perditorem non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui. SALV. gub. 5, 56 esto adflictor omnium, dummodo extraneorum: tandem suis parce. *f.* **afflīctrīx** (adfl-), -īcis (*cf.* afflictus *infra l. 51*). APVL. mund. 15 ubi nubes ⟨nubis *addidi*⟩ adflictrix ut ignifera saxa adtrita inter se ⟨ignem⟩ dat.

afflīctus (adfl-), -ūs *m. ab* affigere. *afflictio, allisio, collisio, affrictio*: VERG. Aen. 9, 664 scuta cavaeque dant sonitum flictu (adfl- *MR*) galeae; *cf.* SERV. *ad l.* flictu[m] pro adflictu vel inflictu, id est ictu. [SEN. nat. 5, 14, 4 *v. sub* affrictus.] APVL. mund. 15 flamma ..., quam nubium afflictus excussit. *? transl. vexatio, prostratio animi* (*cf.* affligo *II 5*): SEN. Oed. 207 *v. sub* affectus *p. 1186, 25.*

afflīgo (adfl-), -xī, -īctus, -īgere *ab* ad *et* fligere. *saepe confunditur in mss. cum* affigo. † *simplex legitur in* INSCR. Vertul. (*saec. I a. Chr. ineuntis*) carm. epigr. 4, 1 CORP. III 1612 (*Daciae*) *passimque in codd.* *formae rariores*: FRONTO p. 42, 7 N. adflixint. SER. SAMM. 826 adfligier. INSCR. Vertul. afleicta. *cf.* CORP. V 2117 adflíctus, XIII 2027 adflícti. *v.* CHAR. gramm. I 245, 12 DIOM. gramm. I 369, 13. *verbum notione propria usurpatum construitur cum dat. a* PACVV. LVCR. PROP. OV. LIV. SEN., *acc. a* SALL. *cf.* ARVS. gramm. VII 456, 5, *acc. cum* ad *a* PLAVTO CIC. *orationi solutae proprium, ante* CIC. *haud frequens, a poetis raro usurpatur*: ACC. PACVV. CATVLL. *singulis locis*, LVCR. VERG. *binis*, HOR. TIB. *singulis*, PROP. *duobus*, OV. *quàttuor*, PHAEDR. STAT. *singulis. solus* SEN. *habet vicies septies.*

I proprie: **1** *allido, vi impello*: GLOSS. II 422, 57 προσρήσσω. PACVV. trag. 334 undae eque gremiis subiectare, adfligere (adfigere *codd.*). CIC. Rab. Post. 25 *in metaphora*: ad quos (*scopulos*) Sex. Titii adflictam navem ... videres. *cf.* off. 2, 19 cum *fortuna* reflavit, affligimur. LVCR. 4, 1081 *amantes* dentes inlidunt saepe labellis osculaque adfligunt. CAES. **civ.** 3, 27, 2 tempestas et nostros texit et naves Rhodias adflixit. 5, 10, 2 maxima coorta tempestate prope omnes naves adflictas atque in litore eiectas esse. *cf.* 4, 31, 2. SALL. hist. frg. 2, 105 circumventi⟨s⟩ dextera nuda ferrum, saxa [erat] aut quid tale capit⟨a⟩ adfligebant (*locus varie temptatus, v. Maurenbr. adn.*). 3, 54 nam qui enare conati fuerant, icti saepe fragmentis (frumentis *codd.*) aut adflicti alvos (asuis *cod. Nonii*, alveos *cod. Arusiani*) undarum vi ... interibant. PROP. 3, 7, 61 a miser, alcyonum scopulis adfligar (affig- *Itali*) acutis. LIV. 24, 34, 11 *prora* remissa subito velut ex muro cadentem navem ... undae adfligebat. 41, 18, 4 satiati caede

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

animantium, quae inanima erant parietibus adf⟨l⟩igunt. 31, 35, 12 omnis ... via ... lubrica erat, ut neque sustinere se a lapsu possent nec, qui paulum titubassent, haerere adflicti (-is *Colbert. Medic.*, adfixi *Drak.*) vestigio suo. TAC. ann. 4, 45 caput saxo adflixit.

2 *humi prosternere, in terram proicere*: PLAVT. Persa 793 ne sis me uno digito attigeris, ne te ad terram ... adfligam. Rud. 1010 adfligam ad terram te. CIC. carm. frg. 19, 7 *aquila serpentem* abicit efflantem et laceratum adfligit in unda. CAES. Gall. 6, 27, 2 *alces* neque si quo adflictae casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. *cf.* 6, 27, 5 arbores ... adfligunt atque una ipsae concidunt. OV. met. 14, 206 vidi bina meorum ter quater adfligi sociorum corpora terrae. *cf.* 12, 139. SEN. clem. 1, 8, 5 neminem adflige⟨s⟩, nisi ut, quidquid circa fuerit, quatiatur. *cf.* 1, 21, 4. dial. 3, 4 quid opus est mensam evertere? quid pocula adfligere? OCTAVIA 686 affligat humo violenta manus similes nimium vultus dominae. LVCAN. 2, 31 hae pectora duro adflixere (adfi- *plur. codd.*) solo. PLIN. nat. 8, 150 *leo elephantum* adsidua notatu⟨m⟩ vertigine adflixit, ad casum eius tellure concussa. SIL. 9, 631 telluri elisis afflixit (*sic Colon.*, tellure elisit ac flexit *Sang.*), flebile, membris. STAT. Theb. 2, 518 *Sphinx* tristis inexpletam scopulis adfligeret alvum. TAC. ann. 2, 17 alios prorutae arbores adflixere. hist. 1, 41 Galbae imaginem solo adflixit. SVET. Aug. 96 aquila ... duos corvos ... afflixit et ad terram dedit. Dom. 23 *senatus* clipeos ... et imagines eius (*Domitiani*) coram detrahi et ibidem solo affligi iuberet. FRONTO p. 89, 19 N. pueri dum e balneis me sellula ... advehunt, inprudentius ad ostium balnei fervens adflixerunt. SOL. 25, 4 *elephanti* pariter affligunt utrosque *dentes*. 45, 13 *equus* et se et equitem adfligeret. CAPITOL. Maximin. 19, 2 reclamantem et se terrae adfligentem. TREB. trig. tyr. 24, 8 fortissimos quosque uno digito ... adflixisse *dicitur*. LACT. inst. 5, 1, 1 *lector libello* vix lecto fortasse principio adfligat, proiciat. *in metaphora, retenta imagine*: CIC. Sest. 89 an causam susceptam adfligeret (abiceret *Ruhnken*, *sed cf.* SVET. gramm. 30 negotium [*i. causam*] afflixit). 32 ut ... consulare nomen adfligeres. Brut. 47 rem augere ... laudando vituperandoque rursus affligere. Att. 8, 11, 6 res publica, quae et nunc adflicta est nec excitari ... potest. 12, 50 ut me levarat tuus adventus, sic discessus adflixit. HOR. sat. 1, 1, 81 at si condoluit temptatum frigore corpus, aut alius casus lecto te adflixit (adfixit *cum* ς *Bentley*). LIV. 28, 19, 12 Mars communis et victum saepe erigeret et adfligeret victorem. APVL. Socr. 12 p. 146 Oud. hos prosperare et evehere, illos contra (*sic* AVG. civ. 9, 3; et vere illos secundum *codd.*) adversari et adfligere. SOL. 30, 3 adflicta (*i. abiecta*) disciplina. VVLG. gen. 31, 50 afflixeris (*i. abieceris, repudiaveris*, ταπεινώσεις) filias meas. Ios. 24, 20 affliget (κακώσει) vos atque subvertet. *cf.* Ruth 1, 21. IV reg. 17, 20 proiecit ... dominus omne semen Israel et afflixit (ἐσάλευσεν) eos. psalm. 37, 9 afflictus sum et humiliatus sum nimis. *cf.* HIER. epist. 36, 10 Mich. 4, 6 eam, quam eieceram, colligam et quam afflixeram. *pass. prosterni, labi, cadere*: PLAVT. Mil. 1331 te⟨ne⟩ mulierem, ne affligatur *torpens*. Most. 332 nolo equidem te affligi *vinolentum*. CIC. off. 2, 62 qui se adiuvari nolent, non ne adfligantur, sed ut alteriorem gradum ascendant. SALL. Iug. 67 ubi unae atque alterae scalae comminutae, qui supersteterant, adflicti sunt. LIV. 21, 58, 4 contra enitentes vertice intorti adfligebantur. VVLG. eccles. 10, 9 qui transfert lapides, affligetur (διαπονηθήσεται) in eis. AVG. civ. 10, 29 non enim hoc faciunt, ut erigantur, sed ut cadendo gravius adfligantur.

3 *ferire, percutere aliqua re, vel sine casu*: GLOSS. adfligo te αἰκίζομαί σε. adfligor de te αἰκίζομαι ὑπό σου. affligit necat vel occidit. CVRT. 4, 6, 24 saxo crus eius affligitur. *cf.* SIL. 11, 83. TAC. ann. 14, 8 fusti caput eius afflixit. 16, 6 a quo *Poppaea* gravida ictu calcis adflicta est. APVL. met. 6, 10 *Venus Psychen* graviter affligit. TERT. mart. 4 p. 13 adulescentes flagellis affliguntur. LAMPR. Comm. 9, 6 clava ... leones ..., homines multos afflixit. PASSIO coron. 7 verberibus scorpionum eos adflige. *cf.* PRISCILL. tract. 2, 49 *extr.* AMM. 28, 4, 16. VEG. mil. 3, 24 funditores ... rotundis lapidibus ... Indos ... cum ipsis turribus affligerent atque mactarent. AMBR. Abr. 1, 4, 26 adflixit eam Sara ..., quod ... ad iracundiam adfligentis refertur. *cf.* HIER. in Matth. 6, 34. VVLG. gen. 16, 6 (ἐκάκωσεν). 19, 9. Iob 30, 11 pharetram aperuit ... et afflixit (ἐκάκωσε) me. prov. 19, 26 qui affligit (ὁ ἀτιμάζων) patrem et fugat matrem. AVG. civ. 18, 29. SEDVL. op. pasch. 2, 274 si nos adfligere ... conservum senserit.

4 *destruere, diruere, evertere*: CIC. dom. 106 domum ... affligere. 107 in ... domum adflictam et eversam. *cf.* Deiot. 33. Cael. 78 qui Catuli monumentum adflixit, meam domum diruit. Pis. 93 illi autem statuam istius persimilem ... deturbant, adfligunt, comminuunt, dissipant. SOL. 7, 30 plerumque feminae *perdicum* transvehunt (transeunt R^a) partus, ut mares fallant, qui eos saepissime adfligunt impatientius adulantes. VVLG. Iob 20, 26 devorabit eum ignis ... affligetur (κακῶσαι ... τὸν οἶκον) relictus in tabernaculo suo. *in metaphora, retenta imagine i. q. perdere aliquid*: CIC. Sest. 5 in ruinis eversae atque adflictae rei publicae. 144 subsidium adflictae rei publicae. *cf.* leg. agr. 2, 87 haec, quae procul erant a conspectu imperii, non solum adflixerunt, sed etiam ... funditus sustulerunt. PS. SEN. mon. 61 nullae tantae sunt nec vires nec opes, quas non discordia affligat atque distrahat. CVRT. 4, 14, 20 Persarum imperium ... magno motu concuterent magis quam adfligerent. SIL. 8, 317 cur, uni patriam si affligere fas est, uni sit servare nefas? MART. CAP. 1, 18 in adfligendum meare cogebat orbem. *sine imagine i. q. evertere, exstinguere, delere*: *rem*: CIC. Cael. 80 ne ... adulescentiam ... perculisse atque adflixisse videamini. Phil. 2, 55 auctoritas huius ordinis adflicta est; adflixit Antonius. HIRT. Gall. 8, 21, 3 adflictas (adfectas β) opes equestri proelio Bellovacorum esse. *hoc saepius, cf.* LIV. 2, 16, 6. 23, 11, 11 rem. 28, 39, 11 *urbem*. 28, 41, 17 rem publicam. VAL. MAX. 5, 1, 1. 5, 6, 7 urbem. PLIN. nat. 2, 54. FRONTIN. strat. 3, 6, 6 urbem. TAC. hist. 2, 33 partes. 4, 78 rem. AVG. civ. 3, 14 *Alba* confligens ... et adflicta est et adflixit. OROS. hist. 3, 23, 29 multas Graeciae civitates adflixit. *aliquem; i. q. delere, devincere*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 38 haec (*dextra*) bicorporem adflixit manum *Gigantum*. dom. 120 si qui ... quem mei dissimilem ... per vim adflixerit. har. 49 posse se ... illum externorum bellorum hostiumque victorem adfligere. *et ita saepius de belli, pugnae eventu, cf.* CIC. rep. 1, 5. 1, 68 leg. 3, 19. Phil. 10, 21 post eiusdem furorem (*i. eum furentem*) Martia legio fregit, quarta adflixit. *cf.* VELL. 2, 17, 1 victis adflictisque. VAL. MAX. 3, 1, 1. 4, 8, 1 clade, qua ... erant adflicti. 8, 6, 2. SEN. Tro. 277 affligi ... vincique. SIL. 12, 677. SVET. Oth. 9 ne victis quidem adeo afflictis. VOPISC. Aur. 26, 7, 1. LACT. epit. 27, 1 cum ... impugnent et adfligant. RVT. LVP. 2, 7 plurimos *hostes* superarat atque adflixerat. *cf.* AMM. 29, 6, 15 VEG. mil. 1, 21. VVLG. III reg. 8, 37 (θλίψῃ). II par. 28, 20 II Esdr. 9, 27 Sirach 36, 9. I Macc. 9, 68 (ἔθλιβον). AVG. civ. 2, 17. 3, 21 OROS. hist. 3, 23, 29 IORD. Rom. 363. *sine pugnae imagine*: CIC. Sest. 17 qui ad delendum senatum, adfligendum equestrem ordinem ... se illis fascibus ... ornatos esse arbitrabantur. Pis. 39 scribere ad eum ordinem, quem despexeras, quem adflixeras, quem deleveras. VAL. MAX. 8, 5, 2 nec tamen aut auctoritate ... aut religione ... quemquam eorum adfligere potuit. SEN. benef. 4, 17, 3 gratias ... agi sibi ab iis, quos adflixere, patiuntur. TAC. hist. 2, 16 Corsicam prope adflixit ... procuratoris temeritas. SERV. Aen. 8, 203 Garanum fuisse ... qui Cacum adflixit. *cf.* 8, 342. VVLG. iud. 16, 5 quo modo eum (*Samsonem*) superare valeamus et vinctum affligere (ταπεινῶσαι). Ier. 31, 28 et dissiparem et disperderem et affligerem. *cf.* Zach. 10, 2. II Macc. 1, 28 afflige opprimentes nos. act. 12, 1 misit ... rex manus, ut affligeret (κακῶσαι) quosdam de ecclesia, occidit autem .... AVELL. p. 13, 14 reliquiae cruoris ... daemonia affligunt. OROS. hist. 7, 25, 13 adfligi interficique.

Africa publica populi Romani sunt. *al.* MON. Ancyr. 5, 5 ⟨provi⟩nciae Galliae Hispaniae Africa Sicilia Sardinia. 5, 35 in Africa. CORP. IX 1592 (*ca. a. 200*) legat(o) provinc(iae) Africae dioeceseos Hipponiensis. 4119 leg(atus) pro pr(aetore) prov(inciae) Afric(ae). XI 5210 procos. provinciae Africae, legato eiusdem provinciae Tu⟨lli⟩ fratris sui, . . . praetorio legato provinciae Afr⟨i⟩c⟨ae⟩ imp(eratoris) Caesar(is) Aug(usti), . . . quaest(ori) propraetore provinciae Afric⟩ae⟩. V 531 (*saec. I*) leg(ato) pro praet(ore) ex⟨ercit(uum)⟩ ⟨Afri⟩cae. †1662 Africae pro⟨vin⟩ciae. 9960 próconsuli provinc(iae) Africae. II 1262 leg(atus) pr⟨o⟩vinciae Africae dioecesis Carthaginiensium. VII 344 (*a. 242*) natus in pro(vincia) Africa de Tusdro. VIII 969 (*a. 400/401*) proc(onsule) p(rovinciae) A(fricae). 994. 1016. 1358. 1550. 1269 pro(curatori) Aug(usti) prov(inciae) Afric(ae) tract(us) Kart(aginiensis). 1578. 84 proco(n)s(ul) provinciae Af(ricae). 7050 ⟨leg(ato)⟩ pro pr(aetore) provinc(iae) Africae. 7059 (*saec. II*) leg(ato) Rosiani Gemini proco(n)s(ulis) in Africa. 15876 ἀνθυπ(άτου) Ἀφρικῆς. *tertia orbis terrarum pars*: SALL. Iug. 17, 3 in divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantum modo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa. ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani, ab ortu solis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant. 19, 3 ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit. VELL. 2, 40, 4 ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet et, quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriae suae. MELA 1, 8 quod terrarum iacet a freto ad ea flumina (*Tanaim et Nilum*), ab altero latere Africam vocamus, ab altero Europen; ultra quicquid est, Asia est. 1, 12 ab his (*Arabibus*) quod in Africam restat Aethiopum est. 1, 20 Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago a ceteris, brevior est quidem quam Europa, quia nec usquam Asiae et non totis huius litoribus obtenditur, longior tamen ipsa quam latior, et qua ad fluvium adtingit latissima. 1, 25 primae partes illa (*Hispania*) Europae, haec (*Mauretania*) Africae. 1, 40 Catabathmos vallis devexa in Aegyptum finit Africam. 1, 50 *Nilus* ex desertis Africae missus. 1, 60 Alexandria Africae contermina. 3, 90 dubium aliquamdiu fuit essetne ultra pelagus...an exhausto fluctu sine fine se Africa extenderet. LVCAN. 9, 871 patriae non arva requiro Europamque alios soles Asiamque videntem: qua te parte poli, qua te tellure reliqui, Africa? PLIN. nat. 2, 173 quibus (*maribus*) Africam, Europam, Asiam dispescit *Oceanus.* 3, 3 terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. . . . intranti *per fretum Gaditanum* dextera Africa est, laeva Europa, inter has Asia. termini amnes Tanais et Nilus. 5, 1 Africam Graeci Libyam appellavere. 5, 30 ad flumen Nigrim, qui Africam ab Aethiopia dirimit. 5, 38 ad eum terminum (*Catabathmon*) Cyrenaica Creta a Syrti minore LX pass. in longitudinem patet. 5, 43 interiori autem ambitu Africae ad meridiem versus superque Gaetulos intervenientibus desertis primi omnium Libyes Aegyptii, deinde Leucoe Aethiopes habitant. ... ab his omnibus vastae solitudines orientem versus usque ad Garamantas Augilasque et Troglodytas, verissima opinione eorum, qui desertis Africae duas Aethiopias superponunt. 5, 48 proxima Africae incolitur Aegyptus. ... inferiorem eius partem Nilus . . . determinat, Canopio ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco. 5, 62 Alexandria a Magno Alexandro condita in Africae parte. 6, 177 Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Aegypti situ diximus, Arabas conditores habere. sunt qui et ulteriorem ripam Aethiopiae auferant adnectantque Africae. 6, 197 promunturium, quod Hesperu Ceras vocatur, confine Africae iuxta Aethiopas *et Aethiopiae.* 6, 209 quoniam in Cyrenaica eius (*Africae*) parte $\overline{\text{DCCCCV}}$ eam (*Africae latitudinem*) fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usque, qua noscebantur, conplectens. 6, 219 apparet ergo Europam . . . altero tanto et sexta parte Africae ampliorem quam Africam. 8, 31 in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae est. 8, 42 multiformes ibi animalium partus .... unde etiam volgare Graeciae dictum 'semper aliquid novi Africam adferre' (*graeca v. ap. Otto, Sprichwörter p. 8*). 11, 124 strepsiceroti, quem addacem Africa appellat. 12, 107 Aethiopiae subiecta Africa hammoniaci lacrimas stillat in harenis suis, inde nomine etiam Hammonis oraculo. 28, 24 in Africa nemo destinat aliquid nisi praefatus Africam. 36, 63 in Africae parte Aegypto adscripta. 36, 76 in *Aegypti* parte Africae. 37, 165 in Aethiopia, Africa, Cypro. APVL. mund. 7 in divisione terrarum orbis Asiam et Europam et cum his vel, sicut plures, praeterea Africam accepimus. . . . Africam vero ab isthmo Rubri maris vel ab ipsis fontibus Nili oriri putandum eiusque in Gaditanis locis fines esse. sed ipsam Aegyptum plerique Asiae, plures Africae adiungunt. ANTH. 403 aut Asia aut Europa tegit aut Africa Magnum. quanta domus, toto quae iacet orbe, fuit! SOL. 24, 2 quidam . . . Africam . . . ab Afro Libyis Herculis filio . . . dictam receperunt. COSMOGR. 1, 1ᵃ (geogr. p. 71) Asiam Europam et Africam. sed . . . plurimi qui res divinas evidentius agnoverunt, duas tantum partes accipiendas suadent, id est Asiam et Europam tantummodo, Africam vero censent Europae finibus deputandam. 3 (geogr. p. 91) Africae principium est a finibus Aegypti urbisque Alexandriae, ubi Parethonio civitas sita est.... unde per loca quae Catabathmon vocant, . . . deinde iuxta superiores fines Avasitorum missa in transversum per Aethiopica deserta meridianum contingit oceanum. IVST. 30, 4, 8 Africam ipsam, tertiam partem mundi. HYG. astr. p. 27 una pars Europa, altera Asia, tertia Africa vocatur. AVG. civ. 16, 17 *Asiam* quidam in altera duarum, plerique autem in tertia totius orbis parte posuerunt, ut sint omnes Asia Europa et Africa. ... si in duas partes orbem dividas, orientis et occidentis, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa. VICT. VIT. 2, 4 ecclesiis quae in provinciis Africae constitutae sunt. MART. CAP. 6, 622 circulus omnis superae habitabilisque telluris sic ut plerique testantur in tres partes est distributus: Europam Asiam Africamque. 6, 626 Nilus eandem (*Asiam*) Africamque disrumpens. 6, 667 Africa vero ac Libya dicta ab Afro Libe, Herculis filio. 6, 672 totius autem Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto ..., 6, 673 interior autem Africa ad meridiem versus intervenientibus desertis habet Leucaethiopes Nigritas . . . . 6, 674 Pharusi comites Herculis fuere. post hos finis est Africae. OROS. hist. 1, 2, 1 maiores nostri . . . *orbis totius terrae* tres partes Asiam Europam et Africam vocaverunt, quamvis aliqui duas hoc est Asiam ac deinde Africam in Europam accipiendam putarint. 1, 2, 8 Africae principium est a finibus Aegypti urbisque Alexandriae ubi Parethonio civitas sita est.... unde per loca quae accolae Catabathmon vocant . . . deinde . . . per Aethiopica deserta meridianum contingit oceanum. termini Africae ad occidentem idem sunt qui et Europae, id est fauces Gaditani freti. EVCHERIVS instr. 2 (150, 22). CORIPP. Ioh. 1, 47 tertia pars mundi fumans perit Africa flammis. ISID. orig. 14, 5, 3 *Africa habet* provincias Libyam Cyrenensem, Pentapolim . . . et circa solis ardorem Aethiopiam. RAVENN. p. 165 completur autem portio Cham, quam geometrici philosophi Africam appellaverunt, habens finem ad orientem iuxta oceanum praelatam Arabiam e regione maris rubri et ex parte regionis Hebraeorum. deinde ad mare magnum finitur . . . ipsa portio Cham a civitate quae dicitur Rinocuronon, quae pertinet ex parte Aegypti. p. 388. *dioecesis*: LATERC. Veron. p. 250 diocensis Africae habet provincias numero VII: proconsularis Zeugitana, Bizacina, Numidia Cirtensis .... FILASTR. 121, 3 Cham etiam filio suo omnes Syrias et diocesin Aegypti, Africae, Aethiopiae . . . distribuit *Noe.* SYMM. epist. 3, 34 ut frater meus Magnillus vicaria potestate per Africam functus . . . variis in ea provincia retardetur obstaculis. AMM. 26, 5, 5 Italiam vero cum Africa et Illyrico Mamertinus *regebat.* NOT. dign. occ. 1, 26 *vicarius* Africae. 1, 61 *consulares* per Africam duo: Byzacii, Numidiae. 1, 98 *praesides* per Africam duo: Mauritaniae Sitifensis, Tripolitanae. 2, 5 sub dispositione viri illustris praefecti praetorio Italiae dioceses infrascriptae: Italia, Illyricum, Africa. 2, 35 *provinciae* Africae septem. 2, 41 praefectus annonae Africae. 20, 8 sub dispositione viri spectabilis vicarii Africae. 1, 25. COD. Theod. 16, 2, 34 (*a. 399*) Sapidiano vicario Africae. NOVELL. Iust. 243, 43 in Africa diocesi. CORP. IX †5300 (*a. 385*) vicarius Africae. *comes Africae*, *cf. Seeck, PW. IV 637.* SYMM. epist. 4, 48 vir laudabilis Africae comes (*cf.* Africanus comes). AMM. 28, 6, 5 comitis per Africam recens provecti. 30, 7, 3 post dignitatem protectoris atque tribuni comes praefuit rei castrensi per Africam. AVG. civ. 41, 4 Bathanarius quondam comes Africae. NOT. dign. occ. 5, 126 comites ⟨l⟩i⟨m⟩itum infrascriptorum . . . : Italiae, Africae, Tingitaniae .... 7, 140 intra Africam cum viro spectabili comite Africae: .... 7, 179. 25, 19. OROS. hist. 7, 42, 10 Heraclianus interea Africae comes missus. CORP. VIII 10937 (*imperantibus Valente Gratiano Valentiniano*) primi ordinis comes Africae. *praefectus praetorio Africae*: COD. Iust. 1, 27, 1 (*a. 534*) imperator . . . Iustinianus . . . Archelao praefecto praetorio Africae. . . . sancimus ut omnis Africa, quam deus nobis praestitit, per ipsius misericordiam optimum suscipiat ordinem et propriam habeat praefecturam, ut, sicut Oriens atque Illyricum, ita et Africa praetoriana maxima potestate specialiter a nostra clementia decoretur. cuius sedem iubemus esse Carthaginem. . . . et ab ea . . . septem provinciae cum suis iudicibus disponantur, quarum Zeugi, quae proconsularis antea vocabatur, Carthago et Byzacium ac Tripolis rectores habeant consulares: reliquae vero, id est Numidia et Mauritaniae et Sardinia, a praesidibus cum dei auxilio gubernentur. . . . in scriniis praefecti praetoriorum per Africam. IOH. BICL. chron. II p. 212 a. 569 (?), 2 Theodorus praefectus Africae. CORP. VIII 4677 (*aetatis Iustinianae*) praefecti Afri⟨cae⟩. ⟨ἐπάρχου τῆς Ἀφρι⟩κῆς. 4799 (*item*) Solomanis excellentissimi magistri militum ex consule bis praefecto ⟨pr⟩aetoriorum Africae nac patricio. *cf.* 101. 102. *magister militum*: GREG. M. epist. 1, 74 Gaudioso magistro militum Africae. IOH. BICL. chron. II p. 213 a. 571 (?), 2 Amabilis magister militiae Africae.

vīcus capitis Āfricae *Carthagine, cf. Hülsen, PW. III 1564.* PROBI app. gramm. IV 198 vico capitis Africae, non vicocaput Africae.

adi. **Āfricānus**, -a, -um. CIC. epist. 6, 13, 3 Africanae causae. Att. 11, 10, 2 de Africanis rebus. epist. 5, 21, 3 rerum Africanarum. Deiot. 25 rumores Africanos. NEP. Att. 12, 4 Africanas possessiones. VLP. dig. 26, 2, 15 si tamen tutor detur rei Africanae. 26, 7, 3, 4 *tutorem* rerum Africanarum. COD. Theod. 11, 1, 31 (*a. 412*) possessor Africanus. SPART. Sev. 2, 8 in quadam civitate Africana. SIDON. epist. 8, 11, 9 urbium cives Africanarum. NOVELL. Iust. 36, 6 cunctis civibus Africanis. OPTATVS 2, 15 Africanos populos et orientales et ceteros transmarinos. AVG. serm. script. 138, 10 timens errorem incidere Africanum.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SYMM. rel. 18 ex Africanis portibus. OROS. hist. 4, 19, 1 Africanum litus. SALV. gub. 7, 61 Africanae potentiae (*dat.*). 7, 67 Carthaginem ... in Africano orbe quasi Romam. OROS. hist. 7, 42, 12 Africana annona extra ordinem detenta. CIC. Deiot. 25 bellum... Africanum. HIRT. Gall. 8 praef. 8 Alexandrino atque Africano bello. VELL. 2, 55, 2 victorem Africani belli Caesarem. SYMM. rel. 43 Africani et Brittannici belli. *cf.* HOR. epod. 9, 25 (*ubi sunt qui bellum intellegant*). FLOR. 1, 22, 39 Africanae victoriae. PLIN. nat. 8, 4 Pompei Magni Africano triumpho. SVET. Caes. 37 triumphum... Africanum. Aug. 8 triumpho Caesaris Africano. AMM. 30, 2, 9 Africanas clades. 30, 9, 1. LAMPR. Comm. 17, 1 classem Africanam.... cum classem quoque Africanam Commodianam Herculeam appellasset. SYMM. epist. 4, 48 Africani comitis (*v. supra p. 1260, 46*). COD. Theod. 11, 17, 3 (*a. 401*) dioeceseos Africanae (*v. supra p. 1260, 32*). COD. Iust. 1, 3, 54 (*imperante Iustiniano*) omnes iudices et religiosissimi antistites sive Africanae dioeceseos... sive aliarum provinciarum. PAVL. NOL. epist. 7, 2 quod hanc dei curam meruerint Africanae ecclesiae. CASSIAN. Nest. 1, 6, 1 omnes Africani episcopi. VICT. TONN. chron. II 193 a. 497, 4 omni Africana ecclesia. 204 a. 556, 2 episcopi Africani. 204 a. 557, 1 totius Africanae ecclesiae pontificum. IOH. BICL. praef. chron. II 211, 5 ecclesiae Africanae episcopum. AVELL. p. 99 Africanos episcopos. CIC. epist. 10, 24, 4 Africanus exercitus, qui est veteranus. 10, 24, 8 Africanae legiones. CAES. civ. 3, 10, 5 Africani (*sic af*; Afraniani, Afranii *cett.*) exercitus. CORP. XI 3718 ⟨legato⟩ imp. Caesaris Traiani Hadriani Aug. ⟨pro pr.⟩ leg. III Aug. et exercitus Africani (*i. e. legato Numidiae*). *cf.* V 531 (*ca. a. 80*) leg(ato) pro praet. ex⟨ercit(us) Afri⟩cae. XI 5210 missus est ab imp. Vespasiano Aug. legatus pro praetore ad exercitum qui est in Africa. LIV. 31, 14, 2 ex Africano exercitu. OPTATVS 3, 3 p. 78 apud Africanos iudices. SYMM. rel. 18 iudices Africanos. 23 iudicia Africana. GREG. M. epist. 11, 7 Africanos iudices. CORP. VI 510 (*a. 376*) Sextilius Agesilaus Aedesius v. c. causarum non ignobilis Africani tribunalis orator. SOL. 32, 5 quem (*Nigrim fluvium*) supra diximus esse terminum limitis Africani. VOPISC. Firm. 3, 1 dux limitis Africani idemque pro consule. *res militaris*: CORP. IX 3907 (*Alba Fucente*) Herculei d. ⟨d.⟩ milites Africa⟨ni⟩ Caecilianis. mag(ister) curavit C. Saltorius C. f. NOT. dign. occ. 6, 64 equites stablesiani Africani. OROS. hist. 7, 36, 4 apud Africanam militiam. VICT. TONN. chron. II 205 a. 560 Africanae... dux militiae. SYMM. epist. 7, 68 tardior Africanarum navium commeatus. ISID. diff. 1, 61 Afrum dicimus civem, Africum ventum, Africanum negotiatorem. OROS. hist. 5, 11, 2 Africano pelago. TREB. Claud. 15, 4 proconsulatui Africano. SPART. Hadr. 13, 4 provinciis Africanis. OPTATVS 1, 9 per provincias Africanas. 3, 3 p. 77 ex aliqua Africana provincia. SYMM. epist. 4, 74 provinciis Africanis. AMM. 28, 6, 1 Tripoleos Africanae provinciae. VICT. VIT. pers. 2, 4 in Africanis provinciis. 3, 21 per universas Africanae terrae provincias. pass. mart. 3 per totam provinciam Africanam. GREG. M. epist. 5, 3 Africanam ... provinciam. 6, 61 ex Africana provincia. COD. Theod. 8, 10, 4 (*a. 412*) ex Africanis provinciis. 12, 12, 1 (*a. 355*) in Africanis provinciis. NOVELL. Iust. 7, 1 in Africana provincia (ἐπὶ τῆς Ἄφρων χώρας). RAVENN. p. 146, 6 per ipsam Africanam provinciam. p. 164, 13 qui dividit Mauritaniam ab Hispania, id est Africanam provinciam ab Europa. VICT. TONN. chron. II 203 a. 553, 1 Felix Gillensis monasterii provinciae Africanae hegumenus. a. 554, 2 proconsularis concilii provinciae Africanae sacerdotes. IOH. BICL. chron. II 212 a. 570 (?), 1 magister militum provinciae Africanae. AVELL. p. 109 fratres et coepiscopos nostros Africanae provinciae. p. 234 Africanae et aliarum provinciarum. p. 81 ex Africanis ... provinciis. CONC. Carth. a. 411 Mansi IV p. 71[D] ecclesiam Christi omnium, non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum provinciarum. p. 52[C] de omnibus provinciis Africanis, id est de provincia proconsulari, de provincia Byzacena, de Numidia, de Mauretaniis Sitifensi et Caesariensi, sed etiam et de Tripolitana provincia. CORP. VIII 7014 Dracontius v. c. ⟨vices agens⟩ ⟨p⟩er Africanas ⟨provincias⟩ (*fuit vicarius Africae a. 365*). COD. Theod. 11, 13, 1 (*a. 383*) per urbicarias Africanasque regiones. 16, 11, 2 (*a. 405*). RAVENN. p. 7, 8 tota Africana ... regio. p. 146, 13 iuxta mare magnum proxima eiusdem Africanae regionis reiacet patria quae dicitur Numidia Bizacium. p. 147, 9 cum ... Vtica civitate Africanae regionis. CASSIOD. var. 3, 53, 1 aquilegum Romam venisse de partibus Africanis. GREG. M. epist. 4, 7 de Africanis partibus. 8, 31 in Africanis partibus. NOVELL. Iust. 36, 6 in omnem Africanum tractum. RAVENN. p. 139, 15 in qua Africana patria plurimas fuisse civitates. OROS. hist. 7, 2, 4 Africanumque regnum. 2, 1, 4 Africanum *regnum* (Affricum *Bobiensis*). 2, 1, 6. GREG. TVR. Franc. 2, 3 Honericus ... Africanum occupat regnum. HIER. vir. ill. 66 de synodo Romana et Italica et Africana. 69. OROS. apol. 19, 4 apud Africanam synodum. RVF. FEST. brev. 5 in solo terrae Africanae. SIDON. carm. 23, 25, 6 ut Byrsam peteres et Africanae telluris Tanaiticum rebellem. *v. etiam supra sub* provincia. SCHOL. Iuv. 15, 3 (*ex* CIC. nat. deor. 1, 101) vento Africano (Africo *Cicero*). VOPISC. Car. 20, 6 birri Canusini, Africani. CHIRON 993 bulbos Africanos. VARRO rust. 3, 13, 3 in circo maximo aedilium sine Africanis bestiis cum fiunt venationes. CIC. epist. 8, 9, 3 quas ipsas (*decem pantheras*) Curio mihi et alias Africanas decem donavit. MON. Ancyr. 4, 39 ⟨ven⟩ati⟨o⟩n⟨es⟩ best⟨ia⟩rum Africanárum. PLIN. nat. 8, 64 senatus consultum fuit vetus, ne liceret Africanas *pantheras* in Italiam advehere. 36, 40 ferae Africanae. *item* Africanae *absolute*: CIC. epist. 8, 9, 10 quae ad ludos ei advectae erant Africanae. LIV. 44, 18, 8 ludis circensibus P. Corneli Scipionis Nasicae et P. Lentuli aedilium curulium sexaginta tres Africanas et quadraginta ursos et elephantos lusisse. PLIN. epist. 6, 34, 3 Africanae quas coemeras plurimas. SVET. Cal. 18 interiecta ... Africanarum venatione. Claud. 21 Troiae lusum exhibuit et Africanas. PLIN. nat. 19, 105 Africana *cepa capitata*. SCRIB. LARG. 122 coclea vera Africana, id est inde adlata. PLIN. nat. 9, 173 Africanae *cocleae* (30, 44. 45. 57. 74. 127. 32, 109). 20, 161 Africano cumino. CATO agr. 8, 1 Africanas *ficos*. VARRO rust. 1, 41, 6 genera ficorum, Chiae ... Africanae. COLVM. 5, 10, 11. PETRON. 35 super leonem ficum Africanam *imposuerat*. PLIN. nat. 15, 69. 74. TERT. nat. 2, 16 ficum viridem Romae nemo noverat ⟨Africanam, c⟩um Cato senatui intulit. CHIRON 993. ATHEN. 3, 75 f τὰ Ἀφρικανά (σῦκα). VARRO rust. 3, 9, 1 gallinae ... Africanae. 3, 9, 16. 18 COLVM. 8, 2, 1. 2. PLIN. nat. 21, 41 Africana *iris*. PLAVT. Poen. 1011 mures Africanos (acrificanos *A*) praedicat in pompam ludis dare se velle aedilibus. PLIN. nat. 30, 43 mures ... Africani. MACR. sat. 3, 20, 6 Africana *olea*. THEOD. PRISC. log. 101 panis Africanus (Afrus *b*). PLIN. nat. 35, 35 *rubrica* Africana. 24, 65 Hispanum Africanumve spartum. SCRIB. LARG. 158 spongia vel Rhodia vel Africana. PLIN. nat. 31, 129. 130. 131. CHIRON 590 spongia⟨m⟩ Affricana⟨m⟩. PANEG. 11, 14 Africano tritico. SYMM. epist. 4, 54 frugis Africanae tenues commeatus. *homines* (*substantive*): TERT. nat. 2, 7 Mopsus Africanus et Boeotus Amphiaraus. SPART. Hadr. 22, 14 ab Africanis dilectus est *Hadrianus*. Āfricānus *imperatorum cognomen*: P. Cornelius P. f. L. n. Scipio Africanus maior *qui Hannibalem devicit*: CIC. de orat. 2, 250 Africano illi superiori. Brut. 77 cum superiore Africano. LIV. 30, 45, 6 Africani cognomen militaris prior favor an popularis aura celebraverit an ... coeptum ab adsentatione familiari sit, parum compertum habeo. primus certe hic imperator nomine victae ab se gentis est nobilitatus. VAL. MAX. 2, 10, 2 superiori Africano. PLIN. nat. 7, 47 Scipio Africanus prior. 7, 114 prior Africanus. QVINT. inst. 11, 1, 12 prior ille Africanus. PANEG. 6, 5 superiorem Africanum. AMM. 15, 10, 10 superioris Africani. OROS. hist. 4, 22, 1 maioris Africani. 5, 12, 9 *al.* P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor *qui Carthaginem delevit*: PORC. LIC. 4, 2 dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus *Terentius*. CIC. de orat. 2, 270 Africanum hunc Aemilianum. HOR. epod. 9, 25 neque Africanum cui super Carthaginem virtus sepulcrum condidit. VAL. MAX. 4, 1, 10 ne Africanus quidem posterior. PLIN. nat. 7, 211 Africanus sequens. 15, 126 Africani sequentis. SYMM. epist. 1, 20 Africanorum secundus. *saepe cum* Africanus *dicitur hic intellegitur*. LACT. inst. 1, 9, 1 Hercules qui ob virtutem clarissimus et quasi Africanus inter deos habetur. Africani (*intellegitur plerumque minor ille Africanus*): CIC. Verr. 4, 209 Africanos ... et Catones et Laelios. Vat. 28 illis viris clarissimis Paulis, Maxumis, Africanis. fin. 3, 37. or. frg. VIII 9 M. quibus (*divitiis*) omnis Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt. de orat. 1, 210 utererque exemplis Africanorum et Maximorum. 2, 290 Fabricios ... et Africanos Maximos Catones Lepidos. MART. 4, 14, 4 astus Hannibalis levesque Poenos magnis cedere cogis Africanis. PLIN. epist. 8, 6, 2 Africani, Achaici, Numantini. QVINT. inst. 12, 10, 10 Laelii, Africani, Catones etiam Gracchique. PLVT. comp. Arist. et Cat. 1 Σκηπίωνας Ἀφρικανοὺς καὶ Σερουίους Γάλβας.... imp. Caesar M. Antonius Gordianus Sempronianus Romanus Africanus Aug. *pater et filius*: CAPITOL. Gord. 9, 4 ipsum etiam Gordianum Africanum appellaverunt. addunt quidam Africani cognomentum Gordiano idcirco inditum, non quod in Africa imperare coepisset, sed quod de Scipionum familia originem traheret. 17, 2 Africanus Gordianus senior appellatus est cognomine Scipionum. imperator Caesar Flavius Iustinianus Alamannicus ... Africanus ...: INST. praef. CORP. III 13673. IORD. Get. 315 victor ac triumphator Iustinianus imperator et consul Belesarius Vandalici Africani Geticique dicentur. *alii, de quibus vide PIR*: Africanus Fabius Maximus (Q. Fabius Maximus Africanus) *cos. a. u. c. 744* (*de nomine Africani v. PIR II p. 49*). Iulius Africanus, *e Santonis, civitate Gallica, a. 32 damnatus*. T. Sextius Africanus *cos. suff. a. 59, oriundus a T. Sextio* (CORP. X 6104 T. Sextí imp(eratoris) in Africa, *a. u. c. 712*). Paccius Africanus *senator temporibus Neronis et Vespasiani*. Sex. Caecilius Africanus *iuris consultus aetate Pii*. Lucilius Africanus v. c., *cui a. 138 permisit senatus nundinas bis in mense habere regione Beguensi provinciae Africae*. Sex. Iulius Africanus *chronicorum scriptor, qui vixit imperante Severo Alexandro*. M. Pupienius Africanus *cos. a. 236*. AMM. 15, 3, 7 (*a. 354*) Africani Pannoniae secundae rectoris. 29, 3, 6 (*a. 371*) Africanus causarum in urbe defensor adsiduus post administratam provinciam ad regendam aliam adspiravit. AVG. epist. 175 inscr. Africanus *episcopus qui concilio ecclesiae Carthaginiensis interfuit*. COD. Iust. 2, 7, 3 (*a. 396*) ad Africanum p(raefectum) u(rbi). MART. 12, 10, 1 habet Africanus milies, tamen captat. *v. etiam PW. I 715*. CORP. VI 5305 Hilarus Africani filius Aug. verna. 5306. 7946 M. Laelio Africano M. Laelius Africanus *pater*. 17924 Fidus Augusti serus fecit Africano fratri. 19806 C. Iul.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Africano. 19807. 29152 P. Aelius Augg. lib. Africanus. 34436. XIV 3681 (*Tibure*) Venuleiae M. l. Primae Africani. 546a. IX 353 (*Canusi*) L. Apronio Africano Ignatia Afra patri. 1973. 2693 (*Aeserniae*) Aelia Africana. 5907. 6083, 10. X 67 (*Vibone*) Aurelius Africanus. 3855 (*Capuae*) P. Flavio Menandro Africano c(larissimo) i(uveni). 4809. IV 817. 818 M. Cerrinium aed(ilem) Africanus rog(at). 1206. 2258a. XI 5382 (*Asisi*) ⟨C. Tetti⟩o C. f. Ouf. Africano ⟨p⟩raef. vigilum ... (*idem* III 35, *a. 82*). 6689, 125. V 1301 (*Aquileiae*) C. Minatius C. f. Africanus, M. Minatius C. f. veivi fecere. 5015 (*Tridenti*) Q. Iulius Africanus. 8110, 97. XII 1933. 5683, 24. 5686, 18. XIII 5466 (*in Germ. sup.*). 10010, 56 (*in vasculis Gallicis*) Africani m(anu). III 14147, 2 (*in Aegypto, a. 99*) *cohors* I Hispanor(um) eq(uitata) cui praeest Ti. Claudius Africanus. 14253. II 2195 (*in Hisp. Baetica*) Cornelií Re-s⟨ti⟩tutus et African⟨us⟩. 5969. VIII 660 (*in prov. Byzac.*) Q. Refrius C. f. Aem. Africanus. 963d. 2431 (*in prov. Numidia*) Vettius Africanus. 2554, d, 24. 2557, a, 17 (*ibid., imperante Septimio Severo*) C. Iulius Africanus *miles legionis*. 3383 (*ibid.*) Amulliae C. f. Africanae ... C. Amullius Africus pater. 4440, 1, 12. 4746. 5792. 7724. 8024. 9321. 9332 (*in Mauretania Caes.*) Africanus lanio. 9633 (*ibid.*) Maecius Africanus. 12944 (*in prov. procos.*) Africanus Aug. ser 15605 (*ibid.*) Pompeia Africana. INSCR. Graec. Sit. It. 1493 (*Romae*) βωμὸν τόνδ' Ἀφρικανῷ ἀνέστησέν με Τιτιανός. CORP. inscr. Att. III 1091, 5, 40 (*imperante Domitiano*) Ἀφρεγαν⟨ός ...⟩. CORP. inscr. Graec. 1999ᵇ *traditur*: Μανλίαν Ποντείαν Λουκούλλαν Ἀφρυκανήν Αὔλου Ποντίου Βήρου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου γυναῖκα. *signum*: CORP. X 3049 (*Puteolis*) M. Val(erio) Laotí cui et Africano. *nom. gent.*: CORP. V 3481 (*Veronae*) Maria Africana C. Africano Abascanto et Africanae Elpidí parentib(us) et C. Africano Iuniano fratr(i). 6386 (*in Dalmatia*) M. Africano Mercurio. **Āfricānius** *nom. gent.* CORP. V 3921 (*Veronae*) C. Africanius C. f. Capito flamen. **Āfrārius** *adi.* CORP. VI 1620 mercatores frumentari et oleari Afrari.

Afriānia *v. sub* Afius *p. 1249, 70.*

Āfriānus *v. sub* Afius *p. 1249, 68.*

caput Āfricae *vicus urbis Romae, cf. Hülsen, PW. III 1564.* NOT. reg. II caput Africes. caput Africae. ITIN. urb. p. 75 Urlichs: caput Affricae. CORP. VI 1052 (*a. 198*) paedagogi puerorum a capite Africae. 8982 pedagogi puer(orum) kap(ite) Afr(icae). 8983 P. Aelius Aug. lib. Lycus paedagog(us) puerorum a caput Africas. 8984 Niceratus Augustorum n(ostrorum) ser(vus) paedagogus a caput Africae. 8985 M. Vlpio Agathonico paedagogo a caput Africe. 8986 ⟨paedagog...⟩ a caput Africa⟨e⟩ (*a. 214*). V 1039 (*Aquileiae*) Philagrypno Aug(usti) vern(ae) ex kap(ite) Africaes ... Heliodorus unctor ad kaput Africaes. *adi.* **Caputāfricēnsis**. CORP. VI 8987 Alexander Aug(ustorum) ser(vus) fecit ... Marco filio dulcissimo Caputafricesi qui deputabatur inter bestitores. *vide etiam* Africa *p. 1256, 46.*

africia, (-ae *f.*) *genus libi.* ARNOB. nat. 7, 24 quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla...? ex quibus duo, quae prima, sunt pultium nomina..., series vero quae sequitur liborum significantias continet. *Otto.*

Afrīnus, Afrīnius *v. sub* Afius *p. 1249, 77.*

Afrisilānus, -ī *cogn. vir.* CORP. VI 1056 (*a. 205*), 4, 74 Vrseni Afrisilane *vigil* (*voc.*). *Diehl.*

Afrius *v. sub* Afius *p. 1249, 66.* **Afro** *v.* Aphro.

Afrodītē, Afrodīsius *sim. v. sub* Aphrodite.

afronitrum *v.* aphronitrum. **Afrōnius** *v. sub* Afius *p. 1249, 83.*

afroselinon, ἀφροσέληνος *lapis.* GALEN. alfab. 13 afrosilino (afroselinum *cod. Lucc.*) in Aegypto tantummodo invenitur. quod ita creatur: rus (*i.* ros) celestem positum a lunae claritatem in speciem lapidis quem speclarem vocamus, coacolatum (*i.* coagulatum) constringitur, unde et nomen sumpsit.

afrunuel *v.* agaru.

afrutābulum (adfr- V 491, 4) vasculum GLOSS. IV 405, 17. V 491, 4. *ab* afrutum.

afrutum, -ī *n.*, ἀφρωτόν; *si forma proba est, adsimulata videtur ad* defrutum. *non recte Haupt opusc. III p. 587 contulit Alex. Trall. 3 (II p. 125 Puschmann)* ἀφράτου, *12 (I p. 335 P.)* ἄφρατος, *ubi de piscis genere agi videtur.* ANTHIM. 34 afrutum (afratus *sim. codd.*) graece quod latine dicitur spumeum, quod de pullo fit et de albumine ab ovo. *seq. praeceptum. ibid.* opus ipsud afruti (afratu *cod. Sangall.*, afratei *Londin.*). *ibid.* coquatur ipsud afrutum (afratu *codd.*). ISID. orig. 20, 2, 29 afrutum (afratum, afructum, afrotum *pars codd.*) quod latine spumeum vocatur. *V.*

Afsīth, הַחָפְשִׁית, Ἀφφουσώθ. *vocab. hebr. a LXX et* ITALA *pro nomine proprio acceptum.* HIER. nom. hebr. p. 44, 16 Afsith libertas. *cf.* sit. et nom. p. 97, 27 Aopsithe sive Aphusoth, quod Aquila in libertatem vertit. VVLG. IV reg. 15, 5 *vertit* in domo libera seorsum. *Plenkers.*

Afudiēna *v. sub* Afius *p. 1249, 64.*

Afufeniēnsis, -e, *ethn. oppidi prov. Byzacenae.* NOT. episc. Byz. 2 Mansuetus Afufeniensis.

Afulānī *v. sub* Aefula. **Afullinius** *v. sub* Afius *p. 1249, 58.*

Afun *acc. nom. Punici.* CORIPP. Ioh. 8, 603 tum celerem prosternit Afun fortemque Nicandrum. *cf.* Aflunus.

Afurius *v. sub* Afius *p. 1249, 61.* **afvolo** *v.* avolo.

in monte **Aga** *Armeniae maioris oritur Euphrates.* PLIN. nat. 5, 83.

Agab *i. q.* Achab.

Agabana *castellum Persidis.* AMM. 27, 12, 3 ad castellum Agabana nomine.

Agabis, *Ptolemaeo* Ἀκαβίς, *opp. Cyrenaicae, de quo cf. Pietschmann, PW. I 1132 sub* Akabis. TAB. Peut. 8, 5 RAVENN. p. 354, 5 (8. 358, 1 Guido p. 522, 22). p. 137, 10 cum. Agabis civitate Aegypti. Guido p. 525, 11 ab Agapis civitate. RAVENN. p. 135, 2 Agabus (Guido p. 522, 20). *Diehl.*

Agabra, Agabrēnsis *v.* Igabrum, Egabrensis.

Agabus, -ī, Ἄγαβος, *nom. prophetae Iudaei.* VVLG. act. 11, 28. 21, 10 TERT. fug. 6 scorp. 15 AVG. epist. 149, 2, 11 *saepius ap.* ECCL. HIER. chron. a. Abr. 2061 profetia Agabi ... sub Claudio expletur. nom. hebr. p. 67, 6 Agabus nuntius tribulationis. sed et hoc violentum. *Plenkers.*

Agaclytus, -ī, Ἀγάκλυτος, *nom. serv.* CAPITOL. Aur. 15, 2 multum ... potuerunt liberti sub Marco et Vero Geminas et Agaclytus (Ver. 9, 3. 10, 5). *cf. tituli*: CORP. VI 1592 (*teste Gudio*) L. Aurelio | Agaclyto | eq. Rom. 12995 (*teste Marinio*) L. Aureliu⟨s⟩ | Agaclyt⟨us⟩: *adnotat Marini versuum litteras extremas legi non posse.* XV 7402 (*in fistula*) L. Aur. Agaclyti Sabinae Aug(usti) soror(is) (liberti). *cf.* 7401. X 2488 (*Puteolis*) Cerdo Agaclyti (servus).

Agad *v.* Baalgad.

C. Arrius **Agaeviu⟨s⟩**. CORP. III 2767 (*Riditis in Dalmatia*). *Diehl.*

Agag *indecl.*, אֲגָג, Ἀγάγ, *nom. regum Amalecitarum.* VVLG. num. 24, 7 propter Agag (Γώγ). I reg. 15, 8 apprehendit Agag regem Amalec. 9. 20. 32. Esth. 3, 1 Aman, qui erat de stirpe Agag (Βουγαῖον). 10. 9, 24. FVLG. aet. mund. p. 156, 17 parcit Saul Agag regi. HIER. nom. hebr. p. 15, 27 Agag δῶμα id est tectum. 34, 16. *e gente horum regum* **Agagīt(ēs)**, -ae, הָאֲגָגִי, Βουγαῖος. VVLG. Esth. 8, 3 malitiam Aman Agagitae. 9, 6. *Plenkers.*

agaga, (-ae) *m.* [*a vocabulo graeco* ἀγαγᾶς *non tradito ductum esse videtur, cf. Heraeus, Sprache des Petronius p. 30. Th.*] PETRON. 69 non omnia artificia servi nequam narras. agaga est; at curabo stigmam habeat. *v. Sittl, Archiv 2 (1895) 611.*

agagula, -ae *m.* [*ab* agaga *deminutive. Th.*] GLOSS. agagula (agac- *pars codd.*) lenocinator (-tur *pars codd.*). Scal. V 589, 19 agagola lenocinator pantomimus. 164, 43 agagula vanus fornicator. Iuv. V 652, 12 agagulis le⟨n⟩onibus. Scal. V 590, 65 acucula acutus (-lus *trad.*) solers [agagula]. 591, 25 accuculia acutus solers. IV 404, 23 accula accutis solers. V 162, 26 accucula exsilium *contaminata videtur.* *V.*

Agai *v.* Hai.

Agaius *nom. gent.* CORP. VIII 5936 (*in prov. Numidia, vidit Renier*) A. Agaius (?) L. f. Quartus eques sesquiplicarius ala veterana. *Otto.*

Agal *v.* Egla.

Agalassēs, *Diodoro* Ἀγαλασσεῖς, *gens Indica.* CVRT. 9, 4, 5 *e coni.* alia gens *F*, milia gens *rell.*

Agalia, *ex Echinadibus insulis*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 728 *Echinades* Artemita Agalia Megale (*v. l.* -gg-, -ll-).

Agaliēnse monasterium. ILDEF. vir. ill. 7. 8 *bis.* IVLIAN. vita Ildef. monasterium. cellam. coenobii.

fl. **Agalingus**. TAB. Peut. 8, 3/4 *pontum Euxinum influit.* *cf. Tomaschek, PW. I 717.* *Diehl.*

Agalla, Agallīm *v.* Gallim. **Agalliopūs** *v.* Agathopus.

agallochon, -ī *n.*, ἀγάλλοχον, *ligni genus.* DIOSC. 1, 22 de agalacu. agalacon lignu est in India vel Arabiae, *iam describitur. inde* GLOSS. III 552, 57, *ubi traditum* agalicon. *falso olim lectum* DIG. 39, 4, 16, 7 *pro* aloe lycium.

agalma, -atos *n.*, ἄγαλμα. MART. CAP. 6, 567 qui agalmata (*Minervae*) formant (fir- *codd.*). *V.*

Agalma, Ἄγαλμα, *cogn. mul.* CORP. VI 22731 Murria Agalma. **Agalmatiōn** (-o), -ōnis, *cf.* ἀγαλμάτιον; *cogn. mul.* CORP. VI 22241 Marciae Agalmationi . . . C. Marcio Vero eiusdem Agalmationis patrono.

Agalumnus, -ī *mons Byzacenae.* CORIPP. Ioh. 2, 69 Agalumnus ... nubibus in mediis celsum qui ferre cacumen cernitur.

Agam *v.* Azau.

Agamathae, -ārum *gens Caucasia.* PLIN. nat. 6, 21 Agamathas. asgamatas *R.*

Agamēdē, *Steph. Byz.* Ἀγαμήδη. **1** *opp. Lesbi*: PLIN. nat. 5, 139 et Agamede obiit et Hiera. **2** *nom. myth.*: HYG. fab. 157 p. 14, 4 Dictys ex Agamede Augiae filia. *cf. Kern, PW. I 719.* **Agamēdēs,** -is, Ἀγαμήδης. **1** *nom. myth.*: CIC. Tusc. 1, 114 Trophonius et Agamedes ... cum Apollini Delphis templum exaedificassent ... deum petiverunt mercedem ... quod esset optumum homini. ... post ... diem tertium ... mortui sunt reperti. SCHOL. Stat. Theb. 7, 345 Trophonius et Agamedes Tauropolitae fratres fuerunt, filii Augae famosissimi. *cf. Kern, PW. I 719.* **2** *cogn. vir.*: CORP. VI 20558 Sexto Iulio Agamedi.

Agamemno (-ōn), -onis, Ἀγαμέμνων. *ad orthographiam*: CORP. XIV 4108 (*in vasculo Praenestino*) Acmemeno. *cf. Etruscorum* aχ-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

memrun (Inscr. Etrusk. Spiegel II 181. 229. V 115) *et* a*χ*mem ⟨run?⟩ (*ibid.* IV 382,1 *cf.* V p. 108) *et* a*χ*menrun (Inscr. Fabretti Corp. inscr. ital. 2162). *nonnumquam codd. exhibent* -nn- (*veluti* Plavt. Bacch. 946 *BCD* Sen. Oed. subscr. *cod. Etrusc.*) *vel* -n- *simplex* (*veluti* Cic. off. 3, 95 *cod. Bern. 514 saec. X* Sen. Ag. subscr. *cod. Etrusc.* Not. Tir. 114, 94). *nota praeterea* Prosp. chron. I p. 390, 92 agaminon *A. cf. Ludwig, de Petronii sermone pleb. p. 18; v. Guericke, de linguae vulg. rell. ap. Petronium p. 3.* Chron. Alex. chron. I p. 120, 262 Agamomnus. *ad declinationem: nomin.* -o: Plavt. Bacch. 946 *ante vocalem in syllaba quae sequitur diaeresin codd. ACD: hic autem hiatus ferri nequit.* Acc. trag. 160 Varro ling. 5, 19 Cic. Tusc. 3, 62. 4, 17 Sen. Ag. 514 (*e correctura Gronovii,* -on *EA*) Corp. XIV 4108. VI 10395 (*a. u. c. 754*). Stat. Ach. 1, 553 stimulatque Agamemno volentes. Serv. gramm. IV 429, 31 notha non primis syllabis, sed ultimis a Graeco sermone dissentiunt, ut . . . Agamemnon Agamemno. *cf.* Consent. gramm. V 364, 32 Mart. Cap. 3, 296 Explan. in Don. gramm. IV 538, 6 *sqq.* -ōn (*cf. Etrusc. in* -un *l. 1 sq.*): *apud poetas ante vocalem:* Plavt. Bacch. 946 (*male cod. B*) Sen. Ag. 779 (*ante cons.* 39. 396[a]. 932. 962. 779 Thy. 325. *adde* Homer. 171). *saepe apud scriptores* (*ca. 70*[ies]) *inde a* Rhet. Her. 4, 34, 46 Cic. off. 3, 95 Flacc. 72, *imprimis apud* Hyg. fab. Dares Dict. Mythogr. Ars Bern. gramm. suppl. 113, 25 in 'on' dua masculina tantum nomin⟨um gener⟩a terminantur, ut . . . Agamemnon. -nus: Chron. Alex. chron. I p. 120, 262. *acc.* -a: Hor. carm. 4, 9, 25 Prop. 4, 6, 33 Ov. met. 13, 184. 444 epist. 3, 83 Pont. 4, 8, 51 Ivv. 14, 286 Orest. trag. 873. 875. -em: *saepe semperque apud scriptores et grammaticos (fere 60*[ies]*) inde a* Rhet. Her. 1, 10, 17. 3, 21, 34 Cic. inv. 1, 18. 31 Tusc. 1, 90 Att. 1, 18, 3. *voc.* -o: Trag. inc. 23 *ante voc.* Varro Men. 570 Agamemnó *ante cons.* (*ubi* -ona *codd.*). -on: Petron. 46. 48 *bis.*

1 Atrei filius (Hyg. fab. 77 p. 80, 14. 97 p. 90, 1. 225 p. 133, 1. 240 p. 134, 9. 244 p. 136, 22), *Mycenarum rex, de quo cf. v. Arnim, PW. I 721. inde a* Plavt. Acc. *et* Varr. Cic. *saepe memoratur per totam latinitatem, praecipue a scriptoribus mythographis. epitheta:* Cic. nat. deor. 2, 166 principibus heroum . . . Agamemnoni Achilli. Att. 14, 17[a], 2 regum regi (epist. 9, 14, 2 Vell. 1, 1, 2 Sen. Ag. 39. *cf.* Avson. 218). Tusc. 1, 90 regem (Avr. Vict. orig. 9, 1. 9, 3 Dict. 2, 19 Avg. civ. 18, 18 Mythogr. 1, 20. 2, 202). *cf.* 1, 98 summi regis. Avson. 419, 59 regem ditium Mycenarum. Apvl. Socr. 17 p. 158 Oud. regno pollens. Cels. 1 prooem. ducem. Sen. Ag. 39 ductor . . . ducum. Serv. auct. Aen. 3, 80 dux Argivorum. *cf.* Dares 11 Agamemnonem imperatorem et ducem praeficiunt (29). Prop. 4, 6, 33 Pelopeum (*cf.* Homer. 739 Pelopeius heros). *adde* Atrides *sub* Atreus *II p. 1096, 50.* Ov. met. 13, 444 iniustum. 15, 855 magni. Sen. Ag. 396[a] telluris . . . Argolicae decus . . . victor (*cf.* 779 victrice lauru cinctus). Dares 13 albo corpore, membris valentibus, facundum, prudentem, nobilem, divitem. *notanda:* Nep. Epam. 5, 5 Agamemnonis belli gloriam. Ov. Pont. 3, 1, 121 saeva Agamemnonis uxor. Sen. Ag. 962 quis iste est alter Agamemnon tuus (*Aegisthus*)? Homer. 353 ira. Macr. somn. 5, 2, 15 altercatio . . . Achillis et Agamemnonis. *persona apud Homerum:* Cic. Tusc. 3, 62 ille Agamemno Homericus (*cf.* 4, 52 div. 1, 29 Hor. sat. 2, 3, 187 Sen. suas. 3 *thema* Qvint. inst. 3, 7, 12. 9, 3, 57. 11, 1, 37 Fvlg. myth. 3, 5), *et apud fabularum scriptores* (Trag. inc. 23 Acc. trag. 160 Lvcil. 548 Varro Men. 570 ling. 5, 19 Rhet. Her. 3, 21, 34. 4, 34, 46 Sen. Ag. Thy. Tac. dial. 9 Svet. Tib. 61). *fabularum titulus:* Non. 473 Pomponius Agamemnone subposito. Sen. Ag. *appellat cod. E:* Agamennon *vel* Agamenon. *apud artifices:* Cic. orat. 74 *in tabula Timanthis* (Val. Max. 8, 11 ext. 6). Plin. nat. 35, 71 *inter opera Parrhasii.* Corp. XIV 4108 *in vasculo Praenestino.* Inscr. Etrusk. Spiegel *cf. l. 1 sqq. sumitur pro marito decepto veluti* Atrides *significat coniugem ab uxore interfectum:* Plavt. Bacch. 946 miles Menelaust, ego Agamemno (*Chrysalus servus*), idem Vlixes Lartius. Cic. Att. 1, 18, 3 M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit. Menelaus aegre id passus divortium fecit: quamquam ille pastor Idaeus Menelaum solum contempserat, hic noster Paris tam Menelaum quam Agamemnonem (*sc. L. Lucullum fratrem*) liberum non putavit. 2 *nom. serv. et cogn.:* Petron. sat. 3 *rhetor* (6. 26. 28. 46. 48 *sqq.* 52. 59. 65. 69. 78). Oros. hist. 5, 18, 10 archipiratam. Corp. VI 10395 (*a. u. c. 754*) C. Iulius Agamemno. *deriv. graeca: adi.* **Agamemnonius,** -a, -um, Ἀγαμεμνόνιος, *ad Agamemnonem pertinens.* Serv. auct. Aen. 4, 471 'Agamemnonius' non est patronymicon: nam 'Agamemnonides' facere debuit. Verg. Aen. 6, 838 Agamemnoniasque Mycenas (Bvc. Eins. 1, 39 Sil. 1, 27). Anth. 411, 5 arces. Verg. Aen. 4, 471 Orestes (Ov. Ib. 527). 7, 723 Halaesus. Prop. 4, 1, 111 puellae (Ov. epist. 3, 38). Verg. Aen. 6, 489 phalanges. Liv. 45, 27, 9 classis (Mela 2, 45 Clavd. 15, 484). Sen. Tro. 153 currus. Verg. Aen. 3, 54 res. Prop. 3, 7, 21 curas. Sen. Ag. 356 laurus. Hyg. fab. 261 p. 144, 13 oracula dixerunt Agamemnonio sanguine esse placandam Dianam (Serv. Aen. 2, 116 Mythogr. 1, 20. 2, 202). Clavd. 3, 82 Penates. *patronym.* **Agamemnonidēs,** -ae, Ἀγαμεμνονίδης, *Agamemnonis filius.* Ivv. 8, 215 par Agamemnonidae crimen (*sc. Orestis*). *adde l. 71. plur. tragoediae titulus:* Non. 146 Accius Agamemnonidis. *adi.* **Agamemnoniacus,** -a, -um, *quasi* Ἀγαμεμνονιακός. Iord. Get. 108 bello illo Agamemnoniaco.

Agamestōr, -oris, Ἀγαμήστωρ, *archon Atheniensis.* Hier. chron. a. Abr. 1219 Atheniens. XI Agamestor a. XX (epist. 18, 1). 1241 p. 79 ε ϛ Aeschylus Agamestoris filius.

pāgānīs Agaminīs *dat.* Corp. V 6587 (*in agro Novariensi*). *nunc* Ghemme. *cf. Mommsen, Corp. V p. 725; Hülsen, PW. I 729. Diehl.*

agamus, -ī *c.,* ἄγαμος. Hier. adv. Iov. 1, 15 primus Adam monogamus, secundus agamus. Gloss. V 263, 59 agamus sine nuptiis; Graecus 'a' pro non ponit, 'gamus' nuptias. *V.*

Agan *nom. barb.* Corp. XIII 130 (*Convenis*) Xuban deo Agan v. s. l. m. *Diehl.*

? **aganactesis** *f.,* ἀγανάκτησις. Ivl. Rvf. rhet. 11 p. 41, 28 ἀγανάκτησις indignatio, quae fit maxime pronuntiatione (*graecene an potius latine scriptum fuerit non constat.*). *V.*

Agandeī, -ōrum *gens Sarmata.* Plin. nat. 6, 22 *transisse Tanaim tradunt* Agandeos.

Aganippē, -ēs, Ἀγανίππη. **1** *fons Boeotiae et nympha.* Catvll. 61, 29 nympha . . . frigerans Aganippe. Verg. ecl. 10, 12 Aonie (*falso* -iae *MR alii*) Aganippe (*cf.* Serv. *ad l.*: Aonie Aganippe nominativi sunt singulares. Aganippe autem fons est Boeotiae, quae et Aonia dicitur. *cf.* Schol. Med. *ad l.* Gloss. V 490, 43). *cf.* Ov. Pont. 4, 2, 47 Aonius fons. Serv. auct. ecl. 10, 12 Callimachus Aganippen fontem esse dicit Permessi fluminis (Schol. Iuv. 7, 6). *cf.* Clavd. carm. min. 30, 8 *l. 35 sq.* Ov. met. 5, 312 Hyanteā Aganippe. Plin. nat. 4, 25 fontes in Boeotia . . . Hippocrene Aganippe (Sol. 7, 20 Mart. Cap. 6, 653. *cf.* Vib. Seq. geogr. p. 152, 14). Ivv. 7, 6 desertis Aganippes vallibus (Schol. *ad l.* locus in Boeotia Musis sacer. *cf.* Prob. Verg. georg. 3, 10 Musius fons . . . quem alii Aganippen, alii Hippocrenen vocant) Avson. Mos. 447 Aganippen. Clavd. carm. min. 31, 61 doctumque fluens Aganippe. Clavd. 17, 272 fluxitque Aganippe largior. *cf. Maass, Hermes 31, 394 sq.* **2** *mons Boeotiae:* Vib. Seq. geogr. p. 155 *inter montes* Aganippe Boeotiae ante Enippe dictus. **3** *uxor Acrisii:* Hyg. fab. 63 p. 61, 23 Danae Acrisii et Aganippes filia. *adi.* **Aganippēus,** -a, -um, Ἀγανίππειος, *ad Aganippen fontem, nympham pertinens.* Prop. 2, 3, 20 Aganippeae . . . lyrae. Clavd. carm. min. 30, 8 *flores* fons Aganippea Permessius educat unda. *cf. l. 22. adi.* **Aganippis,** -idos, Ἀγανιππίς. Ov. fast. 5, 7 fontes Aganippidos Hippocrenes. *adi.* **Aganippicus,** -a, -um, *quasi* Ἀγανιππικός. Sidon. epist. 8, 16, 2 fontis Aganippici. 9, 13, 96 Hippocrenen Aganippicosque fontes.

Aganis, -idis *cogn. mul. cf.* ἀγανός. Corp. X 2721 (*Puteolis*). mansio **Agannia** *cf.* Laganeos.

Aganthangelus *v.* Agathangelus. **aganthē** *v.* acanthus.

Agantici *v.* Avantici. **Aganzaga** *v.* Gazaca *et* Phisganzaga.

? **agaone** *v.* vermicaria.

Agapa f. (*in vasculo Gallico*). Corp. XIII 10010, 58 (*descr. Hirschfeld*). *cf.* VII 1336, 7 Acapa f. *contulerim* **Agapus.** Corp. XIII 10010, 19 *b* Agapus. *a* Acapusos. *c* Acapu. *Diehl.*

agapē, -ēs *f.,* ἀγάπη, *vox christianorum. formae latinae sing. acc.* agapem *plerumque, item plur. acc.* agapes, *abl.* agapibus Avg. *l. 70. i. q.* *caritas* (Gloss. IV 202, 25 acapis caritas): Tert. orat. 28 *hostiam* (*i. orationem*) de toto corde devotam, fide pastam, veritate curatam . . . agape coronatam. bapt. 9 cum de agape docet *Christus.* ieiun. 17 apud te agape in caccabis fervet, fides in culmis calet, spes in ferculis iacet. sed maioris est agape (*cf.* I Cor. 13, 13), quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt. Cypr. testim. 3, 3 tit. agapem (-en *hic cod. Vind. et inter capitula Bamb.*; caritatem *hic Sessor.*) et dilectionem fraternam religiose et firmiter exercendam. *i. q.* *dona vel epulae a ditioribus in usum pauperum datae* (*v. Jülicher, PW. I 733, Funk, revue d'hist. ecclés. 4, 1903, 5 et* Tert. apol. 39 cena nostra de nomine rationem sui ostendit. id vocatur quod dilectio penes Graecos; *iam describitur.* Cassian. conl. 16, 14, 1 caritatem, quae dicitur ἀγάπη. Vvlg. Iudas 12 in epulis suis, ἐν ἀγάπαις. Gloss. II p. XIII agape: elemosina, distributio, erogatio. nam agapis est dilectio, unde agapitus dilectissimus dicitur): Tert. mart. 2 per curam ecclesiae et agapen fratrum. Hier. epist. 22, 32 cum ad agapen vocaverint *pauperes,* praeco conducitur. Avg. serm. 178, 4 agapes facio. 259, 5 agapes facitis. c. Faust. 20, 4 p. 538, 6 Vind. *paganorum* sacrificia . . . vertistis in agapes, idola in martyres (20, 20 p. 560, 22). 20, 20 p. 560, 25 agapes . . . nostrae pauperes pascunt. p. 561, 8 in agapibus etiam carnes pauperibus erogantur. Cassian. conl. 24, 12, 2 agapem alienae miserationis. 24, 12, 3 ad agapem referri. 24, 12, 4. Conc. Laod. 27 Migne 56, 717 clericos vel etiam laicos ad agapen vocatos. *ibid.* p. 718 agapen facere (Conc. Gangr. *ibid.* p. 789). Ps. Fvlg. serm. 64 p. 936[c] pauperis illius viduae duo quadrantes praecesserunt divitum magnas agapas. Pass. Perpet. 17 cum . . . non cenam liberam, sed agapen cenarent. Pass. Iac. Mar. 11 cum . . . quasi ad agapen raperemur. *V*

Agapē, -ēs (-ēnis, -ae), Ἀγάπη. **1** *aeon Valentinianorum.* Tert. adv. Val. 8 (Iren. 1, 2). **2** *cogn. mul. ethnicae:* Cod. Iust. 8, 27, 17 (*a. 294*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Agapae. Corp. V 1260 (*Aquileiae, periit*) domum aeternam Iulia Agapae posuit obsequenti marito. VI 13785 Manlia Agape. 21527 Lucceii Alexander iun(ior) et Agape et Felix fili. X 2505 (*Puteolis*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Flavia Agape (*fort. christ.*). 3674 (*Miseni*) Aemil. Agape et Sofia *sorores eq. Rom.* VIII 20956 (*Caesareae*) Claudiae Agape. III 2104 (*cf.* 8588, *Salonis*) Vettia Agape. *christianae*: HIER. epist. 133, 4 in Hispania Agape Elpidium, mulier virum, caecum caeca duxit in foveam (*eadem* SVLP. SEV. chron. 2, 46, 2). INSCR. christ. Rossi I 188 (*a. 366*) benemerenti filiae Agapeni vircini in pace (487 *a. 400*). 278 (*a. 378*) Agape sebiba fecit. *ibid.* Agape in pace. 601 (*a. 415*) clusit locum parentum Heuni et Agapenis cum filia Agapitilla. *ibid.* locus Agapeties. CARM. epigr. 730 (*Romae*), 3 sic nobis sita filia et Agape Christ⟨i fidelis⟩. 9 sit vestrae mentis Agapes carae meminisse, ut deus omnipotens Agapen in saecula servet. 1064 (*Ostiae*) ...⟩inia Agape. 1897 (*Ostiae*) Cip. Sept. Agape ... kast. f(i)d. *cuius soror gemella* Irene. CORP. VI 34909 (*in adnotatione*) Aurelia Agape.

Agapēma, Ἀγάπημα, *cogn. mul.* CORP. VI 5966 (*e columb.*) ossa Agapema. 21299 Fabia (mulieris) l. Agapema. *nota* 6555 (*e columb., teste Gorio*) Statilia T. f. Agaphima. **Agapius**, -ī, Ἀγάπιος, *cogn. vir. signorum modo fictum. unus fort. ethnicus*: COD. Theod. 13, 11, 14 (*a. 416*) peraequationem Agapii. *christiani*: HIL. op. hist. frg. 4, 29 (Migne 10, 678^{a}) episcopus a Theriaco (*v. l.* Therinco). PATR. Nicaen. 1, 175 Agapios Seleuciae (*Isauriae episc.*). 2, 175 Agapius (4, 163). 3, 174 Acapius. ENNOD. epist. 8, 41 Ennodius Agapio (9, 28. 9, 29). CONC. Rom. a. 531 (Mansi VIII 741^{a}) *diaconus.* Const. a. 536 (Mansi VIII 920^{d}) diaconus. 905^{c} presbyter. Tolet. a. 589 (Mansi IX 1001^{c}) Cordubensis ecclesiae episcopus (CONC. Hisp. a. 590 Mansi X 451^{c}). CARM. epigr. 1621 (*Luguduni, a. 601*) Agapi neguciatoris. CONC. Cabilon. a. 639—654 (Mon. Germ. leg. I 1) p. 212, 20 Agapium ... Diniensis urbis *episcopum.* *huc fort. pertinet* LIB. pont. p. 59, 19 sub civitate Armenia possessio Agapi, quod donavit Augusto Constantino.

Agapēma *v. sub* Agape.

Agapēnōr, -oris, Ἀγαπήνωρ, *nom. myth.* HYG. fab. 97 p. 91, 12 Agapenor (Agepenor *F*) Ancaei et † iotis filius. DARES 14 ex Arcadia (DICT. 3, 10). DICT. 1, 17 Agapenorem. HOMER. 175 ferox Agapenoris ira. HYG. fab. 81 p. 82, 9 *ex Helenae procis.* *cf. Knaack, PW. I 733.* *Diehl.*

Agapētilla *v. p. 1268, 5.*

agapētus, -a, ἀγαπητός. GLOSS. IV 202, 26 acapitus dilectus. HIER. epist. 22, 14 unde in ecclesias agapetarum pestis introiit? *agitur de concubinis spiritale contubernium praetexentibus.* VIRG. gramm. epit. 8 p. 70, 13 adverbia congregandi ... stabilia sunt ... aut controversia ... aut dicessiva ut 'abinvicem disiungimur' aut agapeta ut 'pro invicem laboramus' *i. dilectionem, curam significantia.* *V.*

Agathus, -ī, Ἀγαθός, *cogn. vir.* COD. Iust. 5, 14, 4 (*a. 240*) *imp. Gordianus* A. Agatho. 8, 44, 31 (*a. 294*) *Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Agatho. CORP. VI 27942 d. m. Valerí Agath(i?). XIV 721 (*Ostiae*) Aufidio Agatho. II 1401 (*in Baetica*) *trad.* Acathus. III 450 (*Lesbi, a. 292/305*) Aurel. Acathus ⟨G⟩ennadius v. p. praes. prov. insul. *cf.* Archagathus *II p. 455, 66.* CORP. VI 21627 adn. (*christ.*) Agato dulcismo et incomparali. **Agathē** (-a), -ēs, -ēnis (-ae), Ἀγαθή, *cogn. mul.* *ad orthographiam*: CORP. VI 19805 Iulius Aeolus et Iulia Agate (*in exemplari simillimo lingua vulgari composito* 19804 Iulia Agele). V 571 (*Tergeste, periit*). 6176 (*Mediolani, a. 512*) hic requiescit in pace Agate filia comites Gattilanis. CORP. VI 10835 d. m. Aeliae Acathe coniuci benemerenti fecit P. Aelius Auc. lib. Hermes. VIII 13434 (*Carthagine, christ.*) Acat⟨he?⟩. **1** *in titulis*: *declinatur sic*: *nomin.*: CORP. VI 35308 Avilia Agathe. 11224. XIV 1442 (*Ostiae, lib. reipubl. aetatis?*) C. Ovi(us) Agat(ho?) ... Ovia Agathe. X 2580 (*Puteolis*) Iulia Agathe. 5291 (*Casini*) Stellia Agathe. *adde* INSCR. Not. degli scavi 1892 p. 55 *v. sub* Agatho *p. 1273, 31.* CORP. XI 76 (*Ravennae*) Marcia Agathe. 671 (*Fori Corneli*) Aur. Agathe. 281 (*Ravennae*) + sca Agathe. XII 4388 (*Narbone*) Clodia Agathe. II 5456 (*Astigi*) Castricia Agathe (*cf.* 6137 *Tarracone*). III 7350 (*Philippis*). 5804 (*Augustae Vindelicum*). 11057 (*Brigetione*) Sorania Agathe. 9505 (*Salonis, a. 372, sed cf.* add. p. 2139) Αὐρηλία Ἀγαθή. *gen.*: CORP. VI 20356 dís man. Íuliae Agathes. 34564 Atiniae Agathes. V 108 (*Polae*) d. m. Agathes Caesar(is vernae). III 3529 (*Aquinci*) Flaviae Agathes. CORP. VI 15104 Liciniaes Agathenis. CORP. VI 17577 dís manibus Fabiae Agathe ... et fratrum suor(um) (*cf.* Aristobulus *II p. 583, 23*). 17578 (*periit*) Fabiae Agathae. *dat.*: CORP. X 1996 (*Puteolis*) M. Acútius Aegipás Siliciae Agathé contubernáli. VI 11221 d. m. s. Agathe Sabinae Aug. libertae. 11222. 11223. 21314 Liciniae Agathe. 24521 ⟨Po⟩mpeiae Agathe. CARM. epigr. 562 (*Romae*) *praescr.* Geminiae Agathe matri. CORP. XIV 290 (*Ostiae*) Agriae Agathe. XI 6551 (*Sassinae*) Aufidiae Agathe. V 4577 (*Brixiae*) Cornel. Agathe. CORP. VI 4408 (*e columb.*) Visellius Fortunatus fecit Agatheni matri optimae. XI 436 (*Arimini*). III 1651 (*Viminacii*) Oppiae Agathen⟨i⟩. *nota*: CORP. XI 3349 (*Blerae*) ⟨Ma?⟩eciliae Aga⟨t⟩hene matri. VI 11234 Agathias pater et Secundilla mater Agathaeni filiae dulcissime. *acc.*: CARM. epigr. 562 (*Romae*), 6 Agathen. 18 Geminiam Agathen. **2** *apud scriptores*: COD. Iust. 5, 73, 3 (*a. 294*) impp. Diocletianus et Maximianus AA. et CC. Agathae. PS. DAMAS. 71, 1 martyris ... Agathae (SACRAMENT. Gelas. 640. 697). GREG. M. epist. 4, 19 ecclesia sanctae Agathae sita in Subora (LIB. pont. p. 162, 8 *cf.* GREG. M. dial. 3, 30). *cf. Hartmann ad l.* LIB. pont. p. 123, 26 basilicam sanctae martyris Agathe. RAVENN. Guido p. 495, 14 splendidissima Agathe ... virgo et martyr *Catinae* (*cf.* CORP. X 7114). **Agathis**, -īnis, Ἀγαθίς, *cogn. mul.* CORP. VI 4912 (*e columb.*) Caelia C. l. Agathis. *ibid.* Caelia C. l. Antiochis. XI 493 (*Arimini*) Scantiae Agathíní amicae. III 8865 (*Salonis*) d. m. Agathiní defunct⟨...⟩. *deriv. lat.* **Agathiānus**, -ī *cogn. vir.* CORP. V 4474 (*Brixiae*) L. Sei⟨...⟩ Agatian⟨...⟩. *an acc. ab* Agathias?

Agathusa, -ae, *Steph. Byz.* Ἀγαθοῦσα. PLIN. nat. 4, 69 Telos unguento nobilis, a Callimacho Agathusa appellata. *cf.* Agathosa.

Agathȳnus *v.* Agyrinus.

Agathyrna (-um), -ae (-ī), Ἀγάθυρνα, Ἀγάθυρνον, *opp. Siciliae.* LIV. 26, 40, 16 ab Agathyrna (27, 12, 5). 26, 40, 17 Agathyrnam. SIL. 14, 259 mille Agathyrna dedit. PLIN. nat. 3, 90 Agathyrnum *nomin.* ITIN. Anton. 92 Agatinno *abl.* (*ubi plurr. ll. et optt.* agant-). TAB. Peut. 7, 1/2 Agatinno. RAVENN. p. 402, 15 Agathinon. Guido p. 496, 3 Acatinon. *v. Hülsen, PW. I 764.* *oppidi eponymus*

Agathyrnus, -ī, *Graecis tantum memoratus.* *apud Latinos est pro cogn.*: PROB. vita Pers. p. 58, 28 B³ Claudi Agathurni (agaturini *vel* agaturrini *libri*, Agathemeri *Reinesius*, Agathini *Osannus*) medici Lacedaemonii.

Agathyrsī, -orum, Ἀγάθυρσοι, *gens Sarmata.* VIB. SEQ. geogr. p. 157, 17 Scythae partis Europae. MELA 2, 10 ora artusque pingunt (SOL. 15, 3 AMM. 31, 2, 14). PLIN. nat. 4, 88 caeruleo capillo. VERG. Aen. 4, 146 picti (PRISC. perieg. 302. *cf.* AVIEN. orb. 447 praecinctique sagis semper pictis Agathyrsi). *cf.* SERV. *et* SERV. auct. *ad l.* IVV. 15, 125 immanes. AVIEN. orb. 455 proceros. PRISC. perieg. 311 fortes. MELA 2, 2 AMM. 22, 8, 31. NOT. Tir. 106, 11 thirsus. 12 Agathirsus. *cf. Tomaschek, PW. I 764.* *ab hac gente deriv. cogn. vir.* Agathyrsus, -ī, Ἀγάθυρσος. CORP. XIV 2161 (*Ariciae, saec. I ex.*) Agathyrsus Aug. lib. *bis.* XV 462 b (*in latere*) ex predis Quintanesib. Agathyrsus Aug. lib. f. *variant inscriptiones tegularum* 461—470 (*inter a. 123—152*): Agat. Agathyrs. Agathyrsi. *nota* 467 (*a. 151*) Agatyrsi. 466 (*a. 150*) Agatursi. VI 164 (*a. 165*) P. Caecilius Agatyrsus. CORP. VI 8718 Agathyrsus Aug. n. ser. arkarius. 10637 P. Aelius Aug. lib. Agathyrsus sen. 12997 M. Aurelio Agatyrso. 19340 T. Aelio Agathyrso. 25897 Sex. Sattio Agathyrso. 26445 L. Servilius Agathyrsus. 29192 M. Vlpio Felici Agathyrsi liberto. 29430 M. Quintilius Agathyrsus. XIV 289 (*Ostiae*) L. Iulius Agathyrsus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

304 (*ibid.*) Aurelius Augusti liber⟨t.⟩ Agathyrsus tabular. ob honorem q. q. p. p. ⟨. . .⟩. *idem titulum posuit* 2261 (*in agro Albano*) d. m. L. Aurelius Aug. lib. Agathyrsus tab. 1348 (*Ostiae*) P. Metili Agathyrsi. INSCR. Not. degli scavi 1897 p. 527 (*Ostiae*) ⟨Se⟩x. Avienio Agathurso. CORP. X 2746 (*Puteolis*) C. Modestio Agathyrso. 2198 (*ibid.*) P. Caesonio Agaturso. XI 979 d. m. Agathyrsi Reg(iensium). *cf.* 5576 (*Asisii*), *ubi trad.* Acanthyrus. XIII 2099 (*Luguduni*) Cl. Agathyrsi. *cf.* Agathonicus *p. 1274, 77.* *Diehl.*

Agatia *v. sub* Agathias *et* Agathius. **agatillis** *v.* acanthyllis.

Agatinius, -a *nom. gent.* CORP. XI 1755 (*Volaterris*) Agatinia L. f. ann. IV. 1756 (*ibid.*) Agatinia Prima.

Agatinnō *v.* Agathyrna (-um).

1. Agatius *v.* Agathius.

2. Agatius, -a *nom. gent.* CORP. III 13912 (*in Dalmatia*) Agatia L. f. Veneria (*?*).

? **Agatonus** *nom. vir. barb.* CORP. III 2180 (*Salonis, periit*) Apiciae Selloni Agatonus Dassius coiugi. *Otto.*

Agatopula *v. sub* Agathobulus. **Agatus** *v.* Agathus.

Agauē, -ēs, Ἀγαύη, *nom. myth.* *ad declinationem*: *acc.* -en: SEN. Oed. 933 *ante voc. in vers. fine*: LVCAN. 1, 574 *et* IVV. 7, 87 (*ubi tamen P et* GLOSS. V 652, 13 -em). HYG. fab. 179 p. 35, 5 SCHOL. Stat. Theb. 1, 229. 2, 294. 4, 565. MYTHOGR. 1, 204 p. 64 -em. **1** *Cadmi filia* (HYG. fab. 239 p. 134, 6 *cf.* 179 p. 35, 5): HYG. fab. 184 tit. Pentheus et Agaue. 184 p. 37, 22 Pentheus Echionis et Agaues filius (SERV. auct. Aen. 4, 469 SCHOL. Stat. Theb. 1, 168 MYTHOGR. 2, 83). CVLEX 111 Cadmeis Agaue (*cf.* LYGD. 6, 24 Cadmeae matris. STAT. Theb. 4, 565 genetrix Cadmeia). HOR. sat. 2, 3, 303 OV. met. 3, 725. SEN. Oed. 615 genetrix ... furibunda. Phoen. 363 LVCAN. 6, 359. 7, 780 STAT. Theb. 3, 190 TERT. anim. 17 HYG. fab. 240 p. 134, 10. 254 p. 140, 14 SERV. auct. *l. l.* FVLG. myth. 2, 12 SCHOL. Stat. Theb. 1, 11. 2, 80. 2, 272. 2, 663. 3, 274 MYTHOGR. 1, 120. 151. 2, 78 SIDON. carm. 22, 89 (*ubi* agauue *CP*). *titulus pantomimi*: IVV. 7, 86 cum fregit subsellia versu *Statius* esurit, intactam Paridi nisi vendit Agauen (*cf.* GLOSS. V 652, 13 Agauem cantionem novam). *non iam agebatur Claudiani aetate; cf.* CLAVD. 20, 363 necdum commissa choro cantatur Agaue. **2** *Nereis*: HYG. fab. praef. p. 10, 16. **3** *Amazon*: HYG. fab. 163 p. 16, 5. *de singulis cf. Knaack, PW. I 765.* *form. masc.* **Agauus,** -ī, Ἀγαυός *exhibet* DICT. 4, 7 *inter Priami filios ab Aiace Telamonio interfectos nisus Homer. Il. 24, 251 Δῖον ἀγαυόν.* *celticae vel celtibericae originis videtur esse figulus* CORP. II 4970, 14 Agavi. *plur.* Agauī, -ōrum, *gens Sarmata.* PRISC. perieg. 299 equites ... celeres ... Agaui. *Dionys. perieg. 308 πολυίππων φῦλον Ἀγαυῶν.* *Diehl.*

1. Agaunus, -um, **Agaunēnsis** *v. sub* Acaunus.

2. Agaunus *numen, cf.* Acaunus. CORP. III 14359[27] (*in Pannonia sup.*) ⟨I(ovi) o(ptimo)⟩ m(aximo), N⟨ept⟩u⟨no⟩, ⟨S⟩alaceae, Nim⟨phis, Danuv⟩io, Agauno, di⟨s deabus⟩que omnib(us) v⟨eteran⟩i Aug. *Otto.*

Agausus (*in lucerna aetatis labentis*). CORP. XIII 10001, 29.

Agauus, *plur.* **Agauī** *v. sub* Agaue.

Agaz *i. q.* Achaz. **Agazaca** *v.* Gazaca.

Agazaren *v.* Garizim. **Agazarī, Agazirī** *v.* Chazari.

agazarius *v.* cassia.

Agbadeus *cogn. vir. barb.* CORP. X 7809 (*in agro Caralitano*) *ter* Agbadeus *qui posuit titulos* Burce *fil.* *Benustillae neptillae Benustae nurui.*

Agbia, -ae, *Ptolem. Δαβία, opp. Africae proconsularis, nunc* Hr. Aïn Edja. CYPR. sent. episc. 65 Quintus ab Acbia (*sic M T*, aggya *A optimus et* AVG. de bapt. c. Don. 7, 56, acdia *L*). TAB. Peut. 5, 2/3 Aobia. RAVENN. p. 151, 13 Adviam. *deriv. adi.* **Agbiēnsis,** -e, *plur.* **Agbiēnsēs,** -ium *oppidi incolae.* CORP. VIII 1550 (*Agbiae rep., aevi Diocletianei*) respublica municipi Agbiensium. *ex eodem oppido ortus videtur episcopus qui subscripsit* CONC. Lateran. (Mansi X 942[b]) Fortis gratia dei episcopus sanctae ecclesiae Agensis. *cf. Wilmanns, Corp. VIII p. 189 et Joh. Schmidt, PW. I 766.*

Agbō. CORP. VIII 21547 (*in Mauret. Caes.*) *parieti cellae vel ambulacri inscriptum est* Agbω *vel* Agbω.

Agcello (-ōn?), -ōnis *cogn.* (*mul. potius quam vir.*)? CARM. epigr. 1312 (*Alexandreae, aetatis Gordianae; cf.* CORP. III 14124) hunc habet aeternus cinis Agcellonis honorem: hic iacet adsiduo rapta puella loco, quam genuit tellus Maurusia. *nominis si vere est humani vel loci quas temptaverunt interpretationes — ἀγγέλλων,* ancello *ab* ancora *vel* ancilla *— explicavit Bücheler ad l.*

agceps *v.* anceps.

Agdeī, -ōrum *gens Sarmata.* PLIN. nat. 6, 21 Agdeos.

Agdestis *v.* Agdus.

Agdibil *cogn. Afric.* CORP. V 4920 (*apud Trumplinos, a. 27*), 14 Azrubal Sufes Annobalis f. Agdibil. 17 ...⟩ Ammicaris f. Agdibil.

Agdus, -ī, Ἄγδος. ARNOB. nat. 5, 5 in Phrygiae finibus inauditae per omnia vastitatis petra ... est quaedam, cui nomen est Agdus, regionis eius ab indigenis sic vocata. 5, 9 in summo Agdi (*trad.* acdi) vertice. *deriv.* **Agdestis,** -is, Ἄγδιστις. ARNOB. nat. 5, 5 petra (*sc.* Agdus) concepit (*sc. voluptatem Iovis*) et mugitibus editis multis prius mense nascitur decimo materno ab nomine cognominatus Agdestis: *trad.* acdestis *et hoc loco et cett.* 5, 6. 5, 12 *sqq.* 5, 7 Agdesti *dat. ibid.* Agdestim. 5, 6 ab Agdesti (5, 7. *ibid. bis* cum Agdesti). *hinc ortum est adi.* **Agdestius,** -a, -um, *quasi Ἀγδέστιος.* ARNOB. nat. 5, 11 patrem ... Liberum debellatorem ferocitatis Agdestiae (*trad.* acd-). 5, 13 quid in adulti corpore furor desiderasset Agdestius (acd- *P*). *v. Knaack, PW. I 767.* *Diehl.*

Āgē *indecl.*, אָגֵא, *Ἀγοά cod. A, nom. vir. hebr.* VVLG. II reg. 23, 11 Summa filius Age. HIER. nom. hebr. p. 37, 18 Aga meditans sive loquens. *Plenkers.*

agēa, -ae *f.* [*a gr. ἀγυιά tractum esse videtur. Th.*] *Luebeck, PW. I 768.* ENN. ann. 567 multa foro ponit et agea (*sic Isid.*, ponens ageaque *Osbern.*) longa repletur (-eto *duo codd. Isid.*). *Festi qui hunc locum adnotaverat doctrina varie apud posteros turbata est, v.* PAVL. FEST. 10 agea via in navi dicta, quod in ea maxime quaeque res agi solet. ISID. orig. 19, 2, 4 agea viae sunt vel loca in navi, per quae ad remiges hortator accedit, de qua Ennius. OSBERN. apud Maium, auct. class. VIII 29 item ab ago agea, -eae, id est locus in navi per quem ad remos acceditur, unde Ennius. GLOSS. II 563, 7 *πάροδος πλοίου* agea. 11, 17 agear *πάροδος πλοίου*. 11, 16 agear *παραμένων* (*contaminata*). V 438, 8 agia via in navi longa, qua erimigis hortantur et nolent ambulare. 520, 9 ageia via navis in [a]qua dextra laevaque ⟨. . .⟩ (490, 44. 560, 30, *ubi* agela). 263, 51 ageta utagirum (*?*) navis. 632, 15 aegea uagirum navis vel recurrens unda. IV 479, 26 agia recurrens unda. *alius originis videtur* GLOSS. V 503, 50 in agea (-eo *cod.*) in medio.

ageātor hortator GLOSS. V 343, 8 (*eadem glossa passim cum lemmate* aegeator, *semel* aegeatores). Scal. V 599, 13 (*ex Osberno*) egeator hortator navis [a mari egeo]. *cf. Götz, Archiv 2 (1885) 340, qui ab* agea *originem ducit; referri potest ad* agere, *cf.* abigeare, abigeator. *V.*

Agecius, -ī *cogn. vir. barb.* CONC. Aurel. a. 549 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 112, 8 Agecius presbyter directus a domno meo Avolo episcopo ecclesiae Segestericae subscripsi. *Diehl.*

Agedilicus *nom. vir. barb.* CORP. VII 1336, 25 (*Londini, in patellis*) Agedilici Se⟨c(undi servi?)⟩.

Agedillus *nom. vir. barb.* CORP. VII 1336, 24 (*Londini, in patellis*) Agedilli. Ageedillus f. 1337, 3 (*ibid., item*) Agedilli. XIII 10010, 59 (*in vasculis Gallicis*) Agedilu f., Agedillus f., Agedilli, Aged. CORP. II 4456 (*in Hispania Tarrac., periit*) L. Caecilio Agidillo, L. Caec. Agilio patri ... et Severiano filio. **Agedillius** *nom. vir. barb.* CORP. XIII 1041 (*in Aquitania, litteris saec. I*) C. Iulio Ag⟨e⟩dil⟨li f(ilio) Voltini?⟩a Macro Santono duplicario alae Atectorigianae.

Agedincum *primarium Senonum opp., cf. Ihm, PW. I 768; Hirschfeld, Corp. XIII p. 443.* PTOL. 2, 8, 12 *Ἀγέδικον* (*sic A, Ἀγήδηκον, Ἀγήνδικον, Ἀγηδικόν cett.*). CAES. Gall. 6, 44, 3 in Senonum finibus Agedinci (Acedici *B M*). 7, 10, 4 duabus Agedinci legionibus ... relictis. 7, 57, 1 supplemento ... relicto Agedinci (Agetinci *Q*, Egedinci *h*). 7, 59, 4 ut incolumem exercitum Agedincum (Egedincum *B Mh*) reduceret. 7, 62, 10 revertitur Agedincum (Adgedincum *af*). ITIN. Anton. p. 383, 4 Agedincum (*sic Parisin. D saec. X*; Agredincum *Remens., Vindobon., Vatican.*; Agredicum *cett.*). TAB. Peut. 2, 4 Agetincum. NOT. Tir. 87, 14 Agedicum (Agid- *Paris. 8777*). CORP. XIII 2949 (*in provinc. Lugudun., a. 250*) aedil(i) vikan(orum) Agied(incensium), aedil(i) c(ivitatis) S(enonum). Senones *oppidum appellant Ammianus al., similiter alii, unde hodie vocatur* Sens.

Agedinius *nom. vir. barb.* CORP. XIII 5929 (*in Germania sup.*) Nivalius Agedinius f.

1. Agedius, -a *nom. gent., cf.* Agidius. CORP. VI 31724 C. Calpurnius Crassus Frugi Licinianus consul (*suff. a. 87?*) pontifex et Agedia Quintina Crassi.

2. Agedius *nom. vir. barb.* CORP. II 5747 (*in conventu Asturum*) Q. Vendiricus Agedi f. 6257, 9 (*Emporis, in vasculo*) Agedi m(anu).

Agedomopatis *nom. vir. barb.* CORP. XIII 1042—1045 (*Mediolani Santonum, litteris saec. I*) C. Iulio Congonnetodubni f. Volt(inia) Victori Ag⟨ed⟩omopatis nepoti, praefecto fabrum, tribuno militum .... *v. etiam nummorum Gallicorum inscriptiones apud Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 56.*

Agedovirus *nom. vir. barb.* CORP. XIII 3101 (*in territorio Namnetum*) Agedovirus Morici fil. *Otto.*

Ageio, -ōnis *deus Pyrenaeorum.* CORP. XIII 180 (*in Aquitania*) Ageioni deo (386). 221 Ageioni. 385 deo ⟨A⟩g⟨ei⟩oni. 384 Ageio(ni?) deo pagani Ferrarienses ex voto. 383 Montibus Ageioni(s).

Ageladās *v.* Hageladas. **Agelās** *v.* Agelaus.

agelastus, -ī, *ἀγέλαστος.* GLOSS. V 546, 18 agelas⟨t⟩us dicitur qui numquam ridet. QVEROL. p. 46, 21 agelasto illi et perfido. *V.*

Agelastus, -ī, *Ἀγέλαστος, cogn. vir.* **1** PLIN. nat. 7, 79 ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis interempti, numquam risisse, ob id Agelastum vocatum (SOL. 1, 72). *cf.* LVCIL. apud CIC. fin. 5, 92, *ubi ἀγέλαστος.* CIC. Tusc. 3, 31. *vide* GLOSS. *sub* agelastus. **2** CORP. VI 16861 Diogenis Agelasti (uxor?).

Agelāus, -ī, *Ἀγέλαος, nom. graec. et cogn. vir.* **1** HOMER. 667 *Troianus a Diomede occiditur* (*cf. Hom. Il. 8, 257*). egeus *codd., corr. Boudam.* **2** HIER. chron. a. Abr. 988 Corinthior. III Agelaus (agalaus *B*) a. XXXVII (EXC. Barb. p. 306, 9 Frick). 1095 Corinthior. VI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Agelas a. XXX (Exc. Barb. p. 309, 12). **3** Corp. VI 4896 (*e columb.*) ossa sita Agelavi Plancinae. *Diehl.*

Agelē, -ēs, -ēnis, Ἀγέλη, *cogn. mul. ex titulis tantum innotuit, in usu inde a primo post Chr. saec. erat.* **1** *ad orthographiam*: Corp. V 1166 (*Aquileiae, periit*) Claudiae Accle. XII 859 (*Arelate*) Acele *nom.* VI 21966 (*vidit Gudius*) Manlia Agelle. Agile: Corp. VI 35145 Ovia Agile. IX 770 (*Larini*) Varia (mulieris) l. Agile. XI 1440 (*Pisis*) Occia Agile. II 4007 (*in Tarraconensi*) Cassia Agile. 4031 (*ibid.*) Baebia Agile. Corp. XI 6712, 189 (*in signaculo*) Flaviae Agile. XII 5161 (*Narbone*) viv. Terentiae Sperati l. Agile. Corp. X 270 (*Grumenti*) Stabilita matri benemereti fecit Agileni que visit an. L. VI 11254 (*periit*) d. m. Agilini . . . Narcissus amicae. **2** *ad declinationem*: *nom.*: Corp. VI 7486 (*e columb.*) Clodia Pothi l. Agele. 33274 (*e columb.*) Marcia T. l. Agele. 11253 d. m. Agili . . . fecit Agele mater filio. 12875 Caecilii Nymphicus et Agele. 13635 Petronia Agele. 14025 Arria L. l. Agele. 15107 Minucia Agele. 18121 Flavia Agele. 20708 d. m. Iuliae Threptes . . . L. Iulius Nedymus et Iulia Agele fil. kariss. (20357. 19804. *cf.* Agathe *p. 1276, 14*). 22118 Marcia A. l. Agele. 22792 d. m. Myrineni C. Vari Agatangeli filia ic sita est . . .; fecit Cornelia Agele filiae b. m. et sibi. 28802 Claudia Agele. 35335 ⟨Fr⟩esidia N. l. Agele. XIV 3639 (*Tibure*) Agele Aug. vern. pecul. 3851 (*ibid.*) d. m. Terentiae Amoene Terentia Agele matri et Aelius Irenaeus socer(ae) b. m. f. X 4397 (*Capuae*) Versiculana Sp. f. Agele sibi et Versiculanae Daphne matri suae et suis. *gen.*: Corp. VI 35856 d. m. Meusiae Age⟨l⟩es ⟨L.⟩ Aqueilius ⟨G⟩eme⟨ll⟩us coniugi bene merenti. XIV 1141 (*Ostiae*) Agelenis. *fort. gen.*: Corp. VI 23820 ossa sita Paquviae C. Paquvi Rufi l. Agele. *dat.*: Corp. VI 5143 (*e columb.*) Agele l. *bis.* 7543 (*ibid.*) Claudiae Agele. 7887 (*e columb.*) Flaviae Agele. 11250 Agele Caesaris n̄. ser(vae). 12555. 12758 Attiae Agele. 16345 Corneliae Agele. 25985 Scantiae Agele *libertae.* 28974 Antoniae Agele. 35264. XIV 2522 (*in agro Tusculano*) Sextiliae Agele. IX 1963 (*Beneventi*) Vibia Agele. V 605 (*Tergeste*) Iuliae Agele. *adde l. 10.* Corp. VI 11919 Antistiae Ageleni. *adde l. 11 sq.* **Agelius,** -ī *v. sub voce.*

Agelea *v.* Agileius.

Agelentīn⟨us⟩ *cogn. vir.?* Corp. XI 3314 (*Fori Clodi*).

Agelēs, Ἀγέλης, *nom. vir. graec.* Prisc. gramm. II 245, 4 Thales Apelles Menes Ageles Calles Dares.

Agelito *in patella Londinii reperta.* Corp. VII 1336, 28. *Diehl.*

Agelius *nom. vir.*, Ἀγέλιος, Ἀγελιανός; *cf.* Agele. Cassiod. hist. 7, 26 Agelium Novatianorum episcopum ecclesiae Constantinopoli constitutae exsilii deportatione damnavit *imp. Valens.* 9, 36 quadraginta annis Agelius praesul fuit *Novatianorum* a temporibus Constantini usque ad annum sextum Theodosii.

1. Agella *nom. mul., ab* agna *deminutive, cf.* Agnella. Corp. VI 13764 L. Caecilius Papia sibi et Caeciliae Agellae coniugi.

2. Agella *v.* Agylla. **Agellānius** *v.* Agrius.

agellānum collegium. Corp. IX 4129 (*Aequiculis*) Ianuario L. Iuli Frontonis . . . collegius agellanus. *Otto.*

agellārius, -ī *m. ab* agellus. Papyr. dipl. Marini 20 (*a. 572*), 3a domnino v(iro) h(onesto) agellario. 31 *et saepius. cf.* Osbern p. 31 ager . . . agellus . . . agellarius.

Agellē *v.* Agele.

1. Agellius *v.* Agrius. **2. Agellius** *v.* Gellius.

agellulus, -ī *m. ab* agellus. Verg. priap. 2, 3 agellulum hunc, sinistr⟨a⟩ et ante quem vides, *tueor ego Priapus.* Arnob. nat. 1, 21 pluviarum quicumque sunt rores nostris ab agellulis abigant *di.* Ambr. off. 1, 36, 184 agelluli sui contentus fructibus. apol. Dav. 1, 14, 67 mancipia . . . per agellulos relegare. Symm. epist. 2, 30, 2 parvi agelluli retentione. Avg. epist. 126, 7 paucis agellulis paternis contemptis. serm. 356, 3 de agellulis suis agere. Corp. X 6720 in agellulis meis secessi. [*falsus est* VI *3400.]

agellus, -ī *m.* [*ab* ager *deminutive. Th.*] Gloss. ἀγρίδιον, ager diminutive (*cf.* Prisc. gramm. II 109, 15), modicus ager. in agello: in agro. *plur. poeticus inde a* Diris. *neutr.* agellum Cassiod. *v. p. 1280, 37.*

Ter. Ad. 949 agellist hic sub urbe paulu[lu]m. Varro rust. 3, 16, 10 parva villa et agellus non sane maior iugero uno. Cic. Verr. 4, 85 agellos suos . . . redimere a piratis. nat. deor. 1, 72 cum agellus eum non satis aleret. 3, 86 minora di neglegunt neque agellos singulorum nec viticulas persequuntur. frg. phil. V 15 M. paulum agelli occupavisse. Lvcr. 5, 1367 culturam dulcis agelli temptabant. Nep. Phoc. 1, 4 hic . . . agellus illos alet. Verg. catal. 8, 1 villula, quae Sironis eras, et pauper agelle. ecl. 9, 3 advena nostri . . . possessor agelli (Avien. ad Flav. 25). Dirae 45 pertica qua nostros metata est impia agellos. 82 o male devoti, pra⟨e⟩torum crimina, agelli. 90 felix nomen, agelli. Hor. sat. 1, 6, 71 macro pauper agello. 2, 2, 114. 2, 6, 9 o si angulus ille proximus accedat, qui nunc denormat agellum. epist. 1, 7, 81 uti mercetur agellum. 1, 12, 12 si Democriti pecus edit agellos. 1, 14, 1 mihi me reddentis agelli. ars 117 cultor . . . virentis agelli. Tib. priap. 1, 1 nunc cultor agelli (= Carm. epigr. 861, 1). 1, 5 si quis nostrum violarit (-abit *lapis*) agellum. Priap. 15, 1. 16, 7 dominus florentis agelli. Ov. fast. 5, 499 angusti cultor agelli (Phoc. vit. Verg. 30). Livi per. 18. Val. Max. 4, 4, 6 in agello, quem VII iugerum in Pupinia habebat. 4, 4, 7 huius agelli reditu. 7, 1, 2 terminos agelli sui numquam excesserat. Phaedr. 4, 5, 23 agellos pecora villam operarios. Sen. benef. 2, 28, 3 saepe quae agellos pessimi cuiusque transierat, optimorum virorum segetem grando percussit. 5, 24, 3 agellos . . . militi suo donavit. nat. 4, 6, 3 ab huius agello grando se vertebat. epist. 88, 11 scire agellum in partes dividere. Colvm. 3, 3, 14 in agellis esse nostris abundantiam vini. Petron. 48 coniungere agellis Siciliam volo. Plin. nat. 18, 41 cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet quam ex amplissimis vicinitas. Mart. 1, 116, 5. 2, 32, 3 vexat saepe meum . . . confinis agellum. 7, 31, 8 nil nostri nisi me ferunt agelli. 7, 91, 1. 7, 92, 13 agelli mite parvuli numen. 7, 93, 5 quid Nomentani causam mihi perdis agelli? 10, 61, 3 quisquis eris nostri post me regnator agelli (Coripp. Ioh. 1, 430). 12, 16, 1 *et* 3 tres agellos. 12, 25, 2 si pro me spondet agellus. *ibid.* 5. 6. 12, 72, 1 iugera mercatus prope busta latentis agelli. Qvint. decl. 298 p. 179, 24 non vendes tu agellum meum. Ps. Qvint. decl. 13, 3 est mihi paternus agellus sane angustus et pauper. Frontin. strat. 4, 3, 3 ut se, coniugem liberosque toleraret agello, qui colebatur per unum vilicum. Ivv. 6, 57 agello cedo paterno. 8, 109 capto . . . agello. Plin. epist. 1, 24, 1. 3. 2, 4, 3 reditus propter condicionem agellorum nescio minor an incertior. 5, 14, 8 circumibam agellos. 6, 3, 1 colendum suscepisti. 8, 15, 2 eadem ex meis agellis nuntiantur. Scaev. dig. 33, 7, 27, 3 fundum meum Titianum et agellum Sempronianum. *ibid.* 5 non in fundis supra scriptis, sed in adiectis agellis. Apvl. apol. 18 Atilius Regulus, cuius agellus . . . publica pecunia cultus est. 23 usque agellum Zarathensem . . . exarabas. 101 Pudentillae nomine pro eo agello tributum dependi. *ibid.* quantulo pretio mulier locuples agellum suum praestinarit. Porph. Hor. carm. 1, 17, 18. 1, 22 praef. 2, 13 praef. in Sabino agello suo. 3, 16, 29 epist. 1, 1, 4. Ivvenc. 2, 814 *granum* disponit cultor agello. 4, 641 figuli . . . agellum. Avien. ad Flav. 2. Favon. p. 14, 17 sine libris in agello positus. Hier. epist. 88, 4 si urbibus et frequentia urbium derelicta in agello habites. Avg. serm. 356, 3 ipsos agellos habet cum suo fratre communes. 356, 5 habet . . . in patria sua aliquos agellos. Svlp. Sev. dial. 2, 12, 2 cum praeter agellum illius praeteriret. Phoc. vit. Verg. 113 Caesaris . . . placido nutu repetuntur agelli. Cassiod. var. 8, 28, 1 iuris proprii agellum, quod (qui *unus cod.*) Fabricula nominatur, . . . causantur ablatum. Conc. Aurel. a. 538, 13 de agellis . . . ceterisque facultatibus ecclesiasticis. a. 541, 34 agellum ecclesiae. Matiscon. a. 583, 20. Corp. V 4489 (*Brixiae*) coll(egio) fabror(um) agellum Aescianum suum mancipavit. *ibid.* ex redit(u) eiusde(m) agelli. III 6418 (*in Dalm.*) hic est occisus finibus Varvarinorum in agello secus Titum flumen ad petram longam. VI 26259 L. Septimius Severinus Aug. lib. fecit munimentum a solo cum agello concluso . . . habet autem agellus conclusus latitiae p. LXXV, longitiae p. CXXXVII. *V.*

1. Agellus *nom. vir. ab* ager *deminutive; an ab* agnus, *cf.* Agnellus? Conc. Rom. a. 601 Mansi X p. 488 C. Agellus episc(opus) civitatis Terracinae.

2. Agellus *nom. vir. barb.* Corp. III 9929ª (*in Dalmatia*) Agelli f.

3. Agellus *locus.* Greg. M. epist. 9, 96 appendicem quae Agellus (Aggellus *C 3*) dicitur ex corpore massae Gratilianae cum suis finibus ei (*monasterio Blerano Etruriae*) debeas . . . contradere. *titulus S. Gratiliani fuit in territorio Viterbiensi.* *Otto.*

Ageloco *v.* Segeloci.

agema *n.*, ἄγημα, ἥγημα, *cohors in exercitu Macedonico, v. Droysen, PW. I 771.* Liv. 37, 40, 6 addita his ala mille ferme equitum, agema eam (hegemeam *Bamb.*, ageam eam *Mogunt., de Spirensi non liquet*) vocabant; Medi erant, lecti viri. 42, 51, 4 [h]agema hanc ipsi legionem vocabant. 42, 58, 9 medius omnium rex erat, circa eum agema quod vocant, equitumque sacrae alae. Cvrt. 4, 13, 26 equites quos agema appellabant. 5, 4, 21 ala, quam agema appellabant. *V.*

Agemachus, -ī, Ἀγέμαχος, *cogn. vir.* Corp. VI 200 (*a. 70*) 1, 76 A. Larcius Agemachus.

Agemōn, Ἀγήμων, *nom. graec.* Hier. chron. a. Abr. 1185 Corinthior. VIIII Agemon a. XVI (Exc. Barb. p. 306, 15 Igemonius). *cf* Hegemon.

Agenantia, -ae *cogn. mul.* Cassiod. var. 9, 4, 2 (*ca. a. 527*) Agenantiam uxorem Campaniani viri disertissimi. *cf.* Aginatius.

Agenarichus, -ī *nom. germ.* Amm. 16, 12, 25 filium suum Agenarichum genitali vocabulo dictitatum ad Serapionis transtulit nomen *Chonodomarii Alamannorum regis frater Mederichus.*

?Agenaus, -ī *cogn. barb.* Corp. II 822 (*in Lusitania*) Sedatus Agenai S⟨i?⟩lonis f. Cluniensis.

agenda *v. sub* ago. **Agenda** *v. sub* Agens.

Agennetos, *acc.* -on *m.*, Ἀγέννητος, *aeon Valentinianorum.* Tert. adv. Valent. 35 (Iren. 1, 11, 5) Iren. 1, 11, 3.

Agennum, Agennēnsis *v.* Aginnum.

Atilio **Agenonti.** Corp. VI 13237 (*descr.*). *estne* Agnonti Hagnonti?

Agēnōr, -oris, Ἀγήνωρ. *latine declinatur, veluti acc.* -em: Cvrt. 4, 4, 15 Dict. 1, 9 Hyg. fab. *saepius. nota genetivi formas has*: Chron. Alex. chron. I p. 97, 54 de Cathmo Aginoru (*at* Lib. gener.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ibid. 78 Cadmo Agenoris filio). EXC. Barb. p. 290, 8 (Frick) Aginorus. p. 296, 19 Cadmus Aginori. **A** *nom. myth.* **1** *pater Cadmi et Europae*: HYG. fab. 157 p. 13, 14 Agenor *Neptuni filius.* 145 p. 24, 9 *Triopae filius.* ISID. orig. 14, 4, 1 Libyae filius. VARRO ling. 5, 32 Europa *dicta* ab Europa, Agenoris *filia* (PAVL. FEST. 78. *cf.* NIGID. apud AMPEL. 2, 2, 2 *et* SCHOL. Germ. Bas. p. 74, 14 HYG. fab. 155 p. 13, 6. 178 p. 34, 12 HIER. chron. a. Abr. 732 SCHOL. Stat. Theb. MYTHOGR. ISID. orig. 14, 4, 1). OV. met. 2, 858 Agenore nata. *nota translationem de porticu Europae*: MART. 11, 1, 10 *sqq.* turbam non habet otiosiorem Pompeius vel Agenoris puella vel primae dominus levis carinae (*sc. porticus Argonautarum*). OV. met. 3, 51 Agenore natus (*sc. Cadmus.* 3, 97. SEN. Oed. 715 magni. HYG. fab. 6 p. 40, 16. 179 p. 35, 4. 76 p. 80, 3 *alii*). OV. Pont. 1, 4, 37 Agenore natus (*sc. Phineus.* VAL. FL. 4, 444 cretus Agenore Phineus. HYG. fab. 14 p. 47, 16. 19 p. 51, 17 SERV. auct. Aen. 3, 209). HYG. fab. 124 p. 106, 4 Pelasgus Agenoris filius. HYG. fab. 178 p. 34, 14 huius (*Rhadamanthi*) pater Agenor. VERG. Aen. 1, 338 Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem *sc. Carthaginem* (GLOSS. IV 428, 49. *cf.* SERV. *ad l.* SIL. 6, 387. 17, 421 HIER. in Gal. 2 praef. [Migne 26, 354[c]]. *cf.* CVRT. 4, 4, 15. 4, 4, 19). SIL. 1, 88 gloria gentis (*sc. Tyriae*). STAT. Ach. 2, 72 imperiosus. OV. met. 3, 257 DICT. 1, 9 HYG. fab. 64 p. 62, 19. 244 p. 136, 20 SERV. Aen. 1, 338 SERV. auct. Aen. 1, 642 (*cod. D*). 3, 88 (*cod. D et Guelferb. I*) SCHOL. Stat. Theb. MYTHOGR. *cf. Dümmler, PW. I 773.* **2** *alii*: HYG. fab. 170 p. 33, 2 Euippe (*Danai filia*) Agenorem (*Aegypti filium*) *interfecit.* HYG. fab. 112 p. 100, 3 *Achilles* cum Agenore dimicavit. Agenorem servavit Apollo. 113 p. 100, 12. 115 p. 101, 17. STAT. Theb. 9, 272 *et* 274 *Thebanus.* **B** *apud scriptores et in titulis*: IVST. 13, 4, 21 in colonias in Indis conditas Pithon, Agenoris filius, mittitur (OROS. hist. 3, 23, 12). CORP. VI 12859 L. Genicius Agenor. 22290 C. Mati (mulieris) l. Agenoris. II 4975, 66 (*in signaculo aereo*) T. Vetti Agenoris. XII 5686, 22 (*in vasculis*) Agenor fe. Agenor f. Acenor f. (III 12014, 104). *adi.* **Agēnoreus,** -a, -um *ad Agenorem (1) eiusque gentem pertinens. apud* SIL. *16[ies]*, STAT. *10[ies]*. *ad Agenorem*: STAT. Theb. 1, 6 legis (*Cadmo a patre datae*). RVT. NAM. 1, 261 Agenorei ... gaudia tecti (*trad.* furti) *sc. Europen.* *ad Europam*: OV. fast. 6, 712 bovis (*qui Europam tulerat*). GERM. frg. 4, 145 Tauri (AVSON. 371, 14. 382, 5). STAT. silv. 3, 2, 89 iuvenci. *ad Cadmum et Thebanos*: OV. met. 3, 307 domum (*Cadmi*). STAT. Theb. 2, 383 arces (*sc. Thebas*). *cf.* SCHOL. *ad l.* propter Cadmum, conditorem Thebarum. STAT. Theb. 10, 540 armis. 3, 31 ductor (*sc. Eteocles*). 8, 554 Ismenen. Ach. 1, 593 Bacchi (SCHOL. *ad l.* Thebani, quod illic colitur eximie, quia ibi natus est). 12, 551 penates. 11, 26 miles. 7, 192 nepotes. *ad Phinea*: VAL. FL. 4, 522 tectis. *ad Minoem, Agenoris nepotem*: STAT. Theb. 11, 571 iudicis. *ad Poenos et Carthaginienses*: SIL. 1, 14 arces. 11, 239 in Agenoreis nostrae Carthaginis oris. 17, 196 portas. 17, 58 terrae. 15, 343 collis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum Ausonio. SIL. 15, 741 ductor *i. Hasdrubal.* 3, 631 *i. Hannibal* (12, 282. 13, 3). 17, 391 Agenoreus praefulgens ductor in ostro (*i. Hannibal*). 17, 403 nepotes. SIL. 16, 692 dextrae. 12, 168 nubem (*i. Poenos*). *nota subst. plur. pro Poenis*: SIL. 6, 303. 17, 516. *sing. collect.* 8, 671. *ad Tyrios, Phoenices*: MART. 10, 16, 7 aheno (SIL. 7, 642 aënis). 2, 43, 7 lacernas. AVIEN. Arat. 345 ostro. *patronym.* **Agēnoridēs,** -ae, *plur.* **Agēnoridae,** -um, Ἀγηνορίδης, Ἀγηνορίδαι, *Agenoris filius* (*-i*), *nepos* (*nepotes*). OV. Pont. 1, 3, 77 Cadmus (*de eodem*: met. 3, 8. 81. 90. 4, 563). met. 4, 772 *i. Perseus.* VAL. FL. 4, 582 Agenoride *voc.* (*i. Phineu*). *plur.*: STAT. Theb. 12, 736 Agenoridas (*i. Thebanos*). SIL. 8, 1 Agenoridum ... terga *i. Carthaginiensium* (DRAC. laud. dei 3, 421 terror *i. Regulus*). SIL. 8, 214 Agenoridis *dat.* SERV. Aen. 1, 338 'Agenoris urbem' quam fecerunt Agenoridae. *Diehl.*

Agenoria *dea.* AVG. civ. 4, 11 de actu Agenoria. 4, 16 vocaverunt deam Agenoriam quae ad agendum excitaret. *Otto.*

Agenorum *idem quod* Angenior. *Diehl.*

Agēns *cogn. vir., cf.* Actus. CORP. IX 5447 (*Falerione*) C. Helius Agens VIIIvir. XI 1147, 6, 41 (*Veleiae, aetate Traiani*) adf(inibus) Antonio Vero et Popilio Agente. **Agentius** *signum.* CORP. VIII 863 (*in prov. procos., litteris saec. III*) Agenti. Victoriae Aug(ustae) sacr(um). C. Gemnius Felicis fil. Pap(iria) Felix. 858 (*ibid., litteris saec. III*) Agenti. Apollini Aug(usto) sac(rum). D. Fundanius Pap(iria) Primianus. *in muliere*: INSCR. Graec. Sic. Ital. 2117 (*Romae*) *Μνῆμ' ἀρετῆς, Μοίρης τὸ τέλος, φίλον οὔνομα Χρήστη .... Ἀγέντι, εὐψύχι, κἀμὲ μένει τὸ θανεῖν.* *cogn.*: CORP. VI 1367 (*ca. a. 200*) C. Caerellio Pollittiano c(larissimo) v(iro) ... Boncií Victorinus Agentius et Brutto patrono. *nom. gent.*: CORP. VIII 4961 (*in prov. procos.*) Agentius Faustinus. **Agenda** *cogn. mul.* CORP. IX 3937 (*Alba Fucente*) Q. Gargilio Sabiniano sevir(o) Aug(ustali) Gargilia Agenda coiugi.

Agēnsis, -e *v.* Agbia. [*Otto.*

Agensonae, -ārum *gens Indiae vel potius oppidum.* IVST. 12, 9, 2 *Alexander in Oceano* Agensonas Sibosque, quos Hercules condidit, in deditionem accepit. *sic Gutschmid, trad.* agesinas acensanas accensonas. *Diehl.*

Agentius *v.* Agens.

Agenus (*an* -ius?) *nom. gent.* Agenus Vrbicus *qui scripsit de controversiis agrorum, commentum de agrorum qualitate, de controversiis.* GROM. p. 59, 1 Ageni Vrbici. 403, 23 Ageni Vrbici. 1, 6 Ag geni Vrbici. *cf.* p. 246, 16 ex commentario Vrbici. PS. BOETH. geometr. p. 428 si qui vero de controversiis et de qualitatibus et nominibus agrorum ... scire desideret, Iulium Frontinum nec non Vrbicum Aggenum lectitet. *Otto.*

Agepolis, -is, Ἀγέπολις, *nom. graec.* LIV. 45, 3, 4 Agepolim, principem *legatorum Rhodiorum.* *Diehl.*

ager, agrī *m.* [*i. q. umbr.* ager, *gr.* ἀγρός, *got.* akrs 'ager', *ind.* ájraḥ '*campus planus*', *fort. cf. c.* agere. *Th.*] *legitur inde ab antiquissimis temporibus.* VARRO ling. 5, 34 ager dictus in quam terram quid agebant et unde quid agebant fructus causa. ali⟨i⟩ quod id Graeci dicunt ἀγρό⟨ν⟩. ut ager qui[d] agi poterat, sic .... QVINT. inst. 1, 6, 37 qui (*Varro*) 'agrum', quia in eo agatur aliquid, ... *dictum* Ciceroni persuadere voluit (DON. Ter. Ad. 401 ISID. orig. 15, 13, 1). DIFF. ed. Beck p. 34, 54. CHAR. gramm. I 24, 5 omnia ... quae apud Graecos aut per -γρος aut ... efferuntur, haec omnia amissa Graeca extremitate et per -er elata ut secundae declinationis declinantur, velut ἀγρὸς ager agri. *formae vulgares* aggro CORP. III 2448, acro CORP. VI 35797, acru CORP. XI 5559; agger aggeris *saepius ap.* GREG. TVR., *qui et* ager *pro* agger *scripsit.* DVB. NOM. gramm. V 571, 15 ager generis masculini. *neutri generis*: ITALA Ioh. 4, 5 (cod. Cantabr.). GRAMM. suppl. 67, 35 *de derivatis*: ager agri agrestis (*cf.* VARRO ling. 7, 23). (MAR.) VICTOR. gramm. VI 197, 12 *positione longa vocalis fit*, cum excipitur a duabus consonantibus, ut agri. *poetae dactylici positione debili quam dicunt utuntur* (*iam* ENN. ann. 332 āgri *prima sede versus, item* sat. 34, *at* ann. 518 ăgros *tertia*); *sescenties positum* agri agros, agro agris *in pede sexto.* *de synonymis*: GLOSS. ἀγρός, villa, fundus, rus; agri: ἀγροί, praedia, χωρία. VARRO ling. 7, 18 ut ager Tusculanus sic Calydonius ager est, non terra (*sc. Calydonia*). VLP. dig. 50, 16, 27 ager est locus, qui sine villa est. MODESTIN. dig. 50, 16, 115 fundus est omne, quidquid solo tenetur. ager est, si species fundi ad usum hominis comparatur. *ibid.* possessio ... usūs, ager proprietas loci est. *ibid.* ager et possessio *praedii* ... species sunt. FLORENT. dig. 50, 16, 211 fundi appellatione omne aedificium et omnis ager continetur. *ibid.* locus sine aedificio ... rure ... ager appellatur. idemque ager cum aedificio fundus dicitur. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 34, 54. SERV. georg. 2, 412 agros incultos 'rura' dicebant, id est silvas et pascua, 'agrum' vero, qui colebatur; *quae significationis proprietates apud scriptores modo attenduntur, modo negleguntur, ut haec e multis sumpta exempla docent*: VARRO rust. 1, 9, 6 in agro pingui ..., in mediocri autem terra. CIC. Verr. 4, 47 Aetnensis ager ... campus Leontinus. agr. 2, 85 adiungit Stellatem campum agro Campano ..., quasi vero paulum differat ager Campanus a Stellati. 3, 8 fundus Hirpinus ... ager Hirpinus. 3, 14 eos fundos, quos in agro Casinati ... continuavit. div. 1, 79 Solonio, qui est campus agri Lanuvini. VERG. georg. 2, 274 pinguīs agros ... campi. Aen. 12, 898 limes agro positus, litem ut discerneret arvis. EDICT. Aug. Venafr. (Corp. X 4842) 16 qui ... ager in fundo ... [est]. COLVM. 3, 1, 5 pingui et uberi ... agro ..., terrae densae, resoluto et laeto sŏlo, ... humido loco. *significat* ager *et* arva fundos *et* fines, *hic possidendi illic colendi nota praevalente, coniunguntur etiam interdum ambae significationes velut* PLAVT. Epid. 306 nullum ... agrum in agro Attico. SENT. Minuc. 29 LEX agr. 25 *al.*; *sed distinctio certa fieri nequit neque a nobis facta est. enumeratur saepissime inter alias res sive naturales sive humanas, quorum locorum e copia satis sit* CIC. inv. 2, 168 *afferre*: ut in re publica quaedam sunt, quae ... ad corpus pertinent civitatis, ut agri portus pecunia classis nautae milites socii. *vulgatissima oppositio est* urbs oppidum civitas *sim. notandae etiam dictiones velut* SALL. Catil. 42, 1 in agro Piceno Bruttio Apulia. VERG. Aen. 11, 431 Latio et Laurentibus agris *sim.* *nota lusum*: RVT. NAM. 1, 39 postquam Tuscus ager postquamque Aurelius agger perpessus Geticas ... manus. *dedi plerumque selectionem tantum exemplorum, locos pares vel omnino similes saepius afferre supersedi.* [*val. vet.* agru, *lomb.* ager. *M.-L.*]

I ***proprie***: *de agro* ***usui humano subiecto***:

A *de agri* ***possessione*** *et* ***pretio***: *definitiones et nomina*: CATO orig. 43 ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. VARRO ling. 5, 32 qua regnum fuit Latini universus ager dictus Latius, particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia Aricinus. 5, 33 agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, peregrinus, hosticus, incertus *eqs. ibid.* ex agro Reatino, qui appellatur Palatium. 5, 55 ager Romanus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium Ramnium Lucerum. apud Serv. Aen. 7, 712 agrum, qui Rosulanus vocatur. CIC. Mur. 26 fundus ..., qui est in agro, qui Sabinus vocatur. OV. met. 10, 644. CORP. III 355, 8 qui es[se]nt c[leruc]hici agri. LIV. 5, 34, 8. 31, 13, 8 trientabulumque is ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat, appellatus. PAVL. FEST. 36 Boicus ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. 53 centuriatus ager in ducena iugera definitus. 58 censui censendo agri proprie appellantur, qui et emi et venire iure civili possunt. 101. 116 limitatus ager est in centurias dimensus. 180 occupaticius ager dicitur, qui desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur. FEST. 245

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

peregrinus ager est, qui neque Romanus, neque †hostilius habetur. Pavl. Fest. 276 Remurinus ager dictus, quia possessus est a Remo. Fest. 333 scripturarius ager publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est. Pavl. Fest. 373 viritanus ager dicitur, qui viritim populo distribuitur. Plin. nat. 3, 52 in eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri. Frontin. grom. p. 1 agrorum qualitates sunt tres; una agri divisi et adsignati, altera mensura per extremitatem comprehensi, tertia arcifinii (Sic. Flacc. grom. p. 137 arcifinalis), qui nulla mensura continetur. p. 8 ager extra clusus est, qui inter finitimam lineam et centurias interiacet. p. 35 *in Italia* nullus ager est tributarius, sed aut colonicus aut municipalis aut alicuius castelli aut conciliabuli aut saltus privati *eqs.* Agenn. grom. p. 62 ager est finiruris (*lacuna*). Hyg. grom. p. 110 strigatus ager est, qui a septentrione in longitudinem in meridianum decurrit; scamnatus autem, qui eo modo ab occidente in orientem crescit. p. 115 occupatorius ager dicitur eo, quod occupatus est a victore populo. *ibid.* quaestorii ... dicuntur agri, quos populus Romanus devictis pulsisque hostibus possedit mandavitque quaestoribus, ut eos venderent. p. 116 vectigales ... agri sunt obligati *eqs.* p. 122 agri regii, id est illi, quos Ptolomeus rex populo Romano reliquit. Sil. Flacc. grom. p. 137 *occupatorii agri* a quibusdam soluti appellantur: soluti autem non sunt, quorum fines deprehendi possunt et finiuntur. Hyg. lim. grom. p. 167 quod ab eo (*limite duodecimano*) omnis ager nominetur. Lib. col. I grom. p. 246 *in indice nominum agrorum praeter* agrum adsignatum *et* centuriatum *exhibentur* subsicivus, dextratus, sinistratus, citratus, ultratus, tetragonus, tessellatus, cultellatus, normalis, epipedonicus, triumviralis, solitarius Sullanus, Neronianus podismatus, Caesarianus adsignatus, iugarius in quinquagenis iugeribus, meridianus in XXV iugeribus, commutatus ex beneficio Augusti. Pavl. dig. 6, 3, 1 agri civitatium alii vectigales vocantur, alii non. vectigales vocantur qui in perpetuum locantur .... non vectigales sunt, qui ita colendi dantur, ut privatim agros nostros colendos dare solemus. Procvl. dig. 41, 1, 56, 1 agrum, qui insula fuerat, insulam appellant. Serv. Aen. 6, 197 (*ex Varronis doctrina*) ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur effatus (*cf.* Varro ling. 6, 53 Gell. 13, 14, 1). Isid. orig. 15, 13, 15 subsecivi agri, quos in pertica divisos recusant. Frontin. grom. p. 6 *ager arcifinius* postea ... terminos accipere coepit. *ibid.* in his agris (*arcifiniis*) nullum ius subsicivorum intervenit. *ibid.* quod in extremis adsignatorum agrorum finibus centuria expleri non potuit. p. 12 quibus (*flexibus*) arcifinii agri continentur. p. 13 haec ... controversia frequenter in arcifiniis agris ... exercetur. *ibid.* de modo controversia est in agro adsignato. p. 21. 24. 45. 58 in agris centuriatis excipitur limitum latitudo causa itineris. Hyg. grom. p. 110. 116 vetustas ... longi temporis plerumque paene similem reddidit occupatorum agrorum condicionem. 125 in quaestoriis ⟨et⟩ vectigalibus agris fere eadem observatio est, quae in adsignatis. 131 de modo quaestiones fere in agris divisis et adsignatis nascuntur, item quaestoriis et vectigalibus subiectis. Sic. Flacc. grom. p. 154 agrorum divisorum, qui instituendis limitibus divisi sunt, formae varias appellationes accipiunt. *ibid.* in quaestoriis agris ... aliqua vestigia reservant. p. 151 omnia ... finitionum genera, quae in occupatoriis agris videntur inveniri posse, in quaestoriis et divisis et assignatis agris frequenter inveniuntur. p. 152 *agri quaestorii* limitibus institutis laterculis quinquagenum iugerum effectis venierunt. *ibid.* horum ... agrorum (*quaestoriorum*) paene iam oblitterata sunt signa. p. 153 qui (*limites*) in agris divisis et assignatis semper pervii esse debebunt. p. 163 non ... omnis ager centuriatus in assignationem cecidit. Hyg. lim. grom. p. 204 agrum arcifinium vectigalem ad mensuram sic redigere debemus.

de agro publico et privato: Lex agr. 23 is ager privatus esto. 12. 27 quo pro agro loco ex privato in publicum tantum modum agri locei commutavit, ⟨is ager ...⟩ domneis privatus ita, utei quoi optuma lege privatus est, esto. *ibid.* quei ager ex priva⟨to in publicum commutatus est, quo pro agro tantus modus agri publici ex p⟩ublico imprivatum commutatus est (80). 66 isque ager locus privatus vectigalisque ... esto. Cic. Verr. 4, 13 quarum ager cum esset publicus populi Romani factus. agr. 1, 10 *agros*, quos libeat publicare. 1, 11 *si* Recentoricus ager privatus est .... *sin* ager Recentoricus dicitur non numquam esse publicus. 2, 56 privatus sit *ager* an publicus. 2, 57 illum agrum publicum esse fatentur. *ibid.* si est privatus ager Recentoricus ... sin autem publicus *eqs.* 3, 12 sunt ... multi agri lege Cornelia publicati. *ibid.* hos agros privatos facit. Att. 1, 19, 4 quorum agrum Sulla publicarat neque diviserat. Liv. 3, 72, 6 iudicaverunt agrum publicum populi Romani esse. 27, 3, 1 agro, qui publicatus erat. 31, 13, 7 testandi causa publicum agrum esse. 40, 38, 3 ager publicus populi Romani erat in Samnitibus. Frontin. aq. 97 agri ..., qui aqua publica contra legem essent inrigati, publicabantur. Sent. Minuc. 5 qua ager privatus casteli Vituriorum est, quem agrum eos vendere heredemque sequi licet, is ager vectigal(is) nei siet. 6 Langatium fines agri privati. 13 agri poplici quod Langenses posident, hisce finis videntur esse. 24 quem agrum poplicum iudicamus esse, eum agrum castelanos Langenses Veiturios posidere fruique videtur oportere. 37 prata quae fuerunt ... in agro poplico. Lex agr. *saepe* quei ager poplicus populi Romanei in terra Italia ... fuit *sim., sequentibus legis praescriptis.* Cass. Hem. hist. frg. 17 quicunque ... agro publico eiecti sunt. Lex Anton. 1, 12 quei agrei quae loca aedificia publica preivatave Thermensium maiorum Pisidarum intra fineis eorum sunt. Cic. Verr. 6, 53 qui publicos agros arant. agr. 1, 10 iubet ... Xviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere. 2, 10 plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. 2, 65. 2, 68. 2, 82. Phil. 3, 22 in agro publico campi Leontini. de orat. 2, 284 quom ageretur de agris publicis. *ibid.* depasci agros publicos. Brut. 136 qui agrum publicum lege vectigali levavit. Att. 2, 15, 4. Lex Vrson. 96, 5 de ... locis agris aedificiis publicis quo facto quaeri iudicarive oporteat. Liv. 2, 61, 2 possessorum publici agri. 4, 58, 12. 6, 14, 1. 31, 12, 7 in Lucanis in agro publico. 39, 44, 4 aquam publicam ... in privatum aedificium aut agrum fluentem. 42, 1, 6 ad agrum publicum a privato terminandum. 45, 16, 5 Calatiae in publico agro. Fest. 241 possessiones appellantur agri late patentes publici privatique. 333. Frontin. grom. p. 5 hunc agrum (*privatum*) multis locis mensores ... in formam in modum limitati condiderunt. *ibid.* eadem ratione et privatorum agrorum mensurae aguntur. Pavl. dig. 39, 4, 11, 1 agri publici, qui in perpetuum locantur, sine auctoritate principali revocari non possunt. Call. dig. 49, 14, 3, 6. Greg. Tvr. Franc. 6, 44 *locustae* agerem ... publicum tenentes.

agrum dare, adsignare, dividere, attribuere, sim. publice et privatim, praemissis de agri metiendi ratione locis: Frontin. grom. p. 2 ager ... divisus adsignatus est coloniarum. hic habet condiciones duas ... quidquid ... in longitudinem est delimitatum, per strigas appellatur; quidquid per latitudinem, per scamna. ager ... limitatus hac similitudine decimanis et cardinibus continetur. ager per strigas et per scamna divisus et adsignatus est more antiquo in hanc similitudinem, qua in provinciis arva publica coluntur. p. 28 duo limites duxerunt ... decimanus *limes* ... dividebat agrum dextra et sinistra, cardo citra et ultra (Serv. auct. georg. 1, 126 *cf.* Plin. nat. 18, 326. 331). p. 31 agrum rectis lineis dimetiemur. Balb. grom. p. 97 per quae (*longitudinem et latitudinem*) metiemur agros. Sic. Flacc. grom. p. 148 si ... substructionibus et maceriis finientur agri. p. 153 limites agris ... introitus exitusque *praebent. ibid.* omnes limites dirimunt agros. Hyg. lim. grom. p. 204 primum ... agrum limitibus includemus, hoc est centuriabimus. Lex agr. 97 ⟨agrum locum⟩ ... me⟨tiun⟩dum terminosque statui ⟨curato⟩. *cf.* Varro rust. 1, 10, 1. Cic. epist. 9, 17, 2 Veientem ... agrum et Capenatem metiuntur. Verg. Aen. 12, 359 (*per ironiam*) agros ... metire. 12, 897 Ov. fast. 2, 641. Liv. 21, 25, 5 in triumviros agrum metantis. 31, 4, 2 decemviros agro Samniti Apuloque ... metiendo dividendoque. Sen. Thy. 461 nullus mihi ultra Getas metatur et Parthos ager. Phaedr. 529 nullus in campo sacer divisit agros arbiter populis lapis. Colvm. 5, 1, 2 de commetiendis agris rationem. Stat. silv. 5, 2, 43 metiri ... agros. Theb. 5, 559 saxum, quo discretus ager. Frontin. grom. p. 42 nisi ita fundaverint agros *agricolae terminis ponendis*, ut. Hyg. grom. p. 130 solent quidam ... duos aut tres agros uni villae contribuere et terminos, qui finiebant singulos agros, relinquere. Lib. col. I grom. p. 211 lex agris limitandis metiendis. II grom. p. 254 ager eius (*Castellensis municipii*) limitibus d(ecumanis) et k(ardinibus) continetur. Hermog. dig. 1, 1, 5 ex ... iure gentium ... agris termini positi. Serv. ecl. 3, 41 ad quos (*terminos Nilo confusos*) innovandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diviserunt agros. Lib. col. I grom. p. 220 ager eius (*coloniae Gravisci*) in absoluto tenebatur. p. 234 ager eius (*Formiarum oppidi*) in absoluto resedit, pro parte in lacineis est adsignatus. finitur terminis siliceis et Tiburtinis. p. 236 ager eius (*Nuceriae Constantiae*) limitibus Iulianis ... militibus est adsignatus et alibi in absoluto resedit. *sim.* Isid. orig. 15, 15, 1 *maiores* loca in territoriis, territoria in agris, agros in centurias *eqs.* diviserunt.

Enn. trag. 112 inter se sortiunt urbem atque agros. Corp. I 552 (*a. 624/25*) IIIvire a(gris) i(udicandis) a(dsignandis). 554. *cf.* Lex Bant. 15 IIIvir a(greis) d(andeis) a(dsignandeis). Lex repetund. 13. 16. 22 Lex agr. 3. 15. 16 Corp. I 583. I 1^2 27 Xvir agr(is) dand(is) adtr(ibuendis) iud(icandis). 30. 40 Lex Vrs. 97, 16. Cato orig. 43 ager Gallicus ..., qui viritim cis Ariminum datus est. Lex agr. 3 ⟨quem agrum locum⟩ quoieique de eo agro loco ... IIIvir sortito ceivi Romano dedit adsignavit. 6 ⟨quei ager ...⟩ exceptum cavitumve est nei divideretur. 12 quem (*agrum*) venire dari reddive oportebit. 13. 15. 16. 17 quoi is ager ... datus adsignatusve ⟨redditus⟩ve fuerit. 24 quoi IIIvir eum agrum locum ... dedit ⟨reddidit⟩ adsignavitve. 80 eum agrum locum, quem IIvir ... stipendiarieis dederit adsignaverit. 81 quem *agrum* Xvirei ... Vticensibus reliquerunt adsignaverunt. 91 agrumque, quei eis publice adsignatus esset. Varro rust. 1, 2, 10 viginti virum qui fuit ad agros dividendos Campanos. 1, 10, 2 in agris divisis viritim. vita pop. Rom. Non. 43, 8 extra urbem in regiones XXVI agros viritim liberis adtribuit. Cic. Verr. 4, 13 *ager* illis est redditus. 6, 125 cui civitati maiores nostri maximos agros atque optimos concesserunt. agr. 1, 1. 1, 17 eis (*colonis*) agros adsignent. 1, 21 his colonis agrum Campanum ac Stellatem campum dividi iubet. 2, 19. 2, 58 quos *agros* P. Africanus populo Romano adiudicarit. 2, 75.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nota in descriptione agri posita *substantiva vel pronomina* *haece*: PLAVT. Aul. 13 agri reliquit ei non magnum modum. CATO apud Char. gramm. I 215 agri ... parte multati. agr. 10, 1 agri iugera CCXL. CORP. I 1430 agrei sescunciam. VARRO ling. 5, 21 fines agrorum. rust. 1, 10, 2 unciam agri aut sextantem. 1, 22, 2 agri magnitudine. 1, 23, 3 utilitate. 1, 25 in omne genus agri. 3, 4, 2 naturam. CIC. Verr. 4 *saepe de* decumis. 4, 28 glebam. 4, 106 quaestu ac lucro. 4, 108 calamitates. 4, 226 instrumenta. 5, 107 planities. 6, 123 alumnos. agr. 2, 42 propter agrorum bonitatem. 2, 79 iucunditas. 2, 80 fructibus. 2, 81 vectigal. 2, 89 cellam atque horreum Campani agri. Manil. 14 ubertate. har. 31 in hac ... sterilitate agrorum. Phil. 1, 7 promunturium. div. 1, 79 campus agri Lanuvini. 1, 97 labe agri Privernatis. 1, 131 sterilitas agrorum vel fertilitas. Att. 12, 27, 1 nil agri. CAES. Gall. 1, 11, 5 sŏlum. 1, 31, 10 tertiam ... partem agri. 6, 22, 2 quantum ... visum est agri. 7, 13, 3 in ... agri fertilissima regione. VERG. Aen. 7, 262 uber. DIRAE 22 spiritus. HOR. epist. 1, 16, 4 forma ... et situs. carm. 2, 18, 24 terminos. LIV. 1, 14, 4 agri quod inter urbem ac Fidenas est. 1, 38, 1 quidquid citra Collatiam agri erat. 2, 41, 1 agri aliquantum. 6, 31, 8 tectis. 9, 29, 1 propinquitate. 21, 31, 9 oram. 26, 41, 16 angulum. 27, 40, 11 urbes. 27, 41, 1 praesidiis. 30, 20, 5 oppida. 31, 44, 1 Scyllaeum. 33, 6, 10 ad Eretriam Pthiotici agri. 33, 6, 11 ad Melambium ... Scutosaei agri. 35, 21, 9 spolia. 35, 27, 5 stationem. 38, 15, 9 fecunditas. 45, 25, 12 litoribus. FEST. 206 petrae. 243 vitio. COLVM. 1, 3, 11 vastitatem. 2, 2, 2 varietates. 3, 8, 5 vites. 5, 10, 10 differentia. 5, 12, 4 saepem. PLIN. nat. 2, 194 tractu. 16, 242 colle. 18, 272 mālā. 19, 174 *cannabis* Rosea. TAC. ann. 1, 17 nomen. 14, 53 spatiis. PLIN. epist. 3, 19, 7 reditus. 7, 14, 1 pretium. FRONTIN. grom. p. 15 silvae. p. 31 extremitas. p. 38 qualitatem. p. 51 exiguitas. HYG. grom. p. 109 corpus. p. 123 condiciones. SIC. FLACC. grom. p. 155 particulas. HYG. lim. grom. p. 168 *limites.* p. 170 longitudinem. *ibid.* amplitudinem. p. 178 facilitatem. p. 201 inmanitas. LIB. col. I p. 221 viarum, riparum. TRACT. de agr. insp. grom. p. 284 aequalitate. GROM. p. 302 vertices. VLP. dig. 7, 1, 9, 3 usus fructus. 7, 1, 13, 6 caelum. PAPIN. dig. 20, 4, 3, 2 portionem. SCAEV. dig. 32, 41, 9 plagam. VLP. dig. 33, 6, 3, 1 instrumentum. 39, 3, 1, 23 lex. PROCVL. dig. 41, 1, 56 praef. frontem. VLP. dig. 50, 15, 4, 2 tributum. POMP. dig. 50, 16, 239, 8 universitas. APVL. apol. 88 caespite. TERT. pudic. 7 bestiis. PORPH. Hor. carm. 2, 6, 10 fertilitate et amoenitate. PALLAD. 1, 6, 1 provectus. 1, 7, 3 positio. 1, 8, 1 merito. 1, 35, 16 semina. AVIEN. Arat. 999 viscera. SERV. ecl. 9, 15 damnum. AMBR. hex. 3, 3, 14 vallestria. 3, 6, 26 germinatio et viriditas. in Luc. 7, 127 siccitatibus. VVLG. gen. 2, 5 virgultum. 23, 19 spelunca. exod. 9, 22 herbam. 23, 11 bestiae. levit. 25, 31 iure. I reg. 14, 25 faciem. II reg. 23, 12 in medio. IV reg. 4, 39 colocynthidas. 19, 26 faenum. psalm. 49, 11 pulchritudo. 102, 15 flos. Ezech. 16, 7 germen. 20, 46 saltum. 31, 15 ligna. 36, 30 genimina. Os. 10, 4 sulcos. Ioel 1, 11 messis. Matth. 6, 28 lilia. 13, 36 zizaniorum. *c. genet. obiect.*: *de* agri cultura *v. sub* agricultura. TER. Eun. 972 neque agri neque urbis odium me umquam percipit. VARRO Men. 589 depolitionibus (*codd.* Non. 66, 25; politionibus *Müller secundum lemma*). CIC. Verr. 4, 120 aratores. 4, 116 professio. 4, 226 cultionem. agr. 1, 14 emptionibus. 2, 52 iudicium et potestas. 2, 43 iudex, arbiter, dominus. 2, 34 spem. 2, 60 cognitio. 2, 68 invidiam. 2, 78 divisione. 2, 84 adsignatione. *ibid.* possessio. 2, 88 cultu. 3, 11 concessiones. Phil. 2, 35 nundinae. 5, 6 latronibus. 13, 37 decempedator. Pis. 40 depopulatio. Tull. 42 vastationes. rep. 1, 29 consitura. Cato 53 irrigationes ... fossiones ... repastinationes. 56 cultione. off. 3, 74 patronum. ad Q. fr. 1, 1, 25 latrocinia. 2, 1, 1 causam. SALL. Iug. 54, 3 cultorem. hist. frg. 2, 87 populationibus. TIB. 1, 1, 19 custodes. LIV. 3, 68, 13 populatores. 4, 36, 2 possessoribus. 29, 4, 3 incursiones. 45, 29, 10 commercium. *saepe* populatio, vastatio. PAVL. FEST. 158 communionem. 233 usus. 235 mensuris. VELL. 2, 25, 1 cura. COLVM. 1 praef. 32 molitione. 2, 1, 5 agitationibus; *saepe* cultus. QVINT. decl. 346 p. 324 venditione. TAC. ann. 14, 18 disceptatorem. PLIN. epist. 10, 8, 5 locatio. FRONTIN. grom. p. 31 constitutio. p. 37 partitionibus. AGENN. grom. p. 61 controversiis. HYG. grom. p. 109 recturas separationesve. SIC. FLACC. grom. p. 147 finitiones. HYG. lim. grom. p. 166 designatio. 176 dedicatione. LIB. col. I grom. p. 244 mensorum. TRACT. de agr. insp. grom. p. 282 dominium. NIPS. grom. p. 285 quadratura. SVET. (DON.) vita Verg. p. 59 R. distributione. POMP. dig. 33, 7, 15, 2 custodiam. CALL. dig. 49, 14, 3, 6 conductores. PALLAD. 1, 35 tit. remediis. AVIEN. orb. terr. 587 sulcator. SERV. georg. 1, 95 exaequationem. AVG. civ. 4, 8 munus. 7, 24 fascinatio. COD. Theod. 2, 26, 2 irreptor. ISID. orig. 15, 13, 15 divisura. *saepe* medius ager *velut*: LIV. 22, 3, 6. 36, 29, 5 COLVM. 4, 32, 1 LVCAN. 6, 47 HOMER. 460 SIC. FLACC. grom. p. 147.

usitatissima est formula **in agrum** *opp.* in fronte *in sepulcralibus titulis*: HOR. sat. 1, 8, 12 mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum hic dabat (PORPH. *ibid.* solet ... privatis monimentis inscribi, quod [quot?] pedes in fronte, quod in agris habeant). PETRON. 71 ut sint in fronte pedes centum, in agrum pedes ducenti. *leguntur etiam formulae*: in fronte — **in agro,** in agro — in via, in frontem — in agrum, in agro l(ongum) — in fronte l(atum), *plerumque vero abbreviationes adhibentur. exempla haec pauca affero*: CORP. I 1021 L. Aemili L. f. in fron. ped. XIIX in agr. ped. XX. I 1024 in fr. pe. XII in agr. pe. XVI. I 1039 in fronte p. XII in agro p. XIIX. I 1052 in fr. p. XIII in agr. p. XVI. I 1056 in fronte pedes XIIX in agro pedes XXVI. I 1057 in fr. . . . in agr. p. XX. I 1058 in f. p. XII in ag. p. XV. I 1059 in fronte p. XIII in agrum p. XXIIII. I 1077 in fronte p. . . . in agro XVI. I 1104 in agro l(ongum) p. XIIX in fronte l(atum) p. XIIX. I 1241 in agro pedes XV in via pedes XV. I 1248 in frontem ped. XXV in agrum ped. XXV. *similiter de aliis rebus* in agrum tolli, verti, vergere: VARRO rust. 1, 13, 4 alteram ... partem fieri oportet [villam] novam, alteram veterem tolli in agrum. 3, 5, 10 ab hac ... est in agrum versus ornithonis locus. LIV. 24, 3, 8 una parte *arx* imminens mari, altera vergente in agrum. 34, 9, 5 partem muri versam in agros. CORP. XIV 2466 *locum* latum a via publica in agrum p. X.

II ***metonymice*** ager *pro eis, qui in agris versantur* (*rhetorum et poetarum more praedicatur de eo quasi animante*): CIC. Verr. 4, 47 ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur. 4, 120 centum et unum aratores unus ager istius iniuria desiderat. Mil. 20 agri ... ipsi tam beneficum ... civem desiderant. agr. 1, 21 qui ager ipse per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitisset. 2, 9 etiam tecta atque agri mihi laetari videntur. Rab. perd. 22 ager Picenus universus utrum tribunicium furorem an consularem auctoritatem secutus est? Phil. 5, 44 adversariorum partibus agrum Picenum habuit inimicum. Att. 2, 13, 2 nec iam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. OV. met. 3, 528 festisque fremunt ululatibus agri. 7, 362 quos Maera novo latratu terruit agros (STAT. Theb. 12, 356). LIV. 28, 45, 19 Vmbriae populi et praeter hos Nursini et Reatini et Amiternini Sabinusque omnis ager milites polliciti. 41, 8, 7 ut ... deserti agri nullum militem dare possint. 43, 4, 4 pacatum agrum, qui paulo ante ingenti tumultu arserat, peragravit. VAL. FL. 5, 371 illum tanto non gliscere caelo vellet ager. STAT. Theb. 5, 334 regemque peremptum ipse ager, ipsi amnes et muta armenta queruntur. 8, 143 fugere ecce videtur hic etiam, quo stamus, ager. 9, 192 gaudet ager. 10, 174 pavet omnis ager. 11, 256 horret ager trepidaeque exspectant proelia valles. 12, 171 ipse auditu turbatus ager. 12, 613 omnis ad arma rudes ager existimulavit alumnos. silv. 5, 3, 163 quos Lucanus ager *mittit.* Ach. 1, 12 scit Dircaeus ager meque inter prisca parentum nomina ... numerant ... Thebae. AVSON. 177, 8 praeside laetatus, quo Rutupinus ager. *huc pertinet* agrum p a c a r e *et* i n f e s t u m r e d d e r e: VARRO ling. 5, 33 peregrinus (*sc. ager*) ager pacatus. CIC. Att. 5, 20, 5 in hiberna agri male pacati. LIV. 2, 11, 3 adeo infestum omnem Romanum agrum reddidit, ut. 2, 59, 9. 10, 33, 7. 22, 21, 3. 28, 24, 8. 28, 42, 6. 31, 22, 7. 34, 21, 1. 34, 28, 3. 36, 20, 2. 37, 46, 8. 43, 4, 4 *v. l. 63* frg. 91, 22.

allegorice *apud christianos pro* mundo, lege *sim. verba Christi et interpretationem de seminante quodam in agro* Matth. 13 *secutos*: COMM. instr. 2, 14, 5 *de lolii semine*: lex ager nobis est. NOVATIAN. tract. 7 Christus, qui in agro saeculi ab scripturis veteris testamenti habebatur absconsus. 10 agrum saeculum esse dominus in parabolis suis posuit. AMBR. vid. 14, 83 ut commissi mihi ruris ope-

82*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rarius agrum hunc ecclesiae fertilem cernam. in Luc. 8, 52 in hoc mundo, qui agro frequentissime comparatur. VVLG. Matth. 13, 38 ager ... est mundus. HIER. in Ezech. 7, 15 p. 72 Vall. quod, qui in agro et campo est extra fines dominicae civitatis, ... adversarii mucrone feriatur. in Matth. 13, 24 p. 92 homo, qui seminat in agro suo, a plerisque salvator intelligitur, quod in animis credentium seminat. ab aliis ipse homo seminans in agro suo, hoc est in semetipso et in corde suo. *ibid.* animus ... suscipiens gramen praedicationis ... facit in agro sui pectoris pullulare. 24, 16 p. 195 in agro spiritualium scripturarum. 24, 40 p. 200 in duobus, qui in agro commorantur, et in duabus, quae pariter molunt, vel synagogam intellige et ecclesiam *eqs.* PAVL. NOL. epist. 34, 10 tu ... ager illis fertilis, tu fundus es fructuosus. PROSP. in psalm. 103, 13, 14 ut agri dominici cultoribus semen verbi seminantibus necessaria praebeantur. 108, 15 terra dei, ager dei, ecclesia dei est. FAVST. REI. epist. 9 p. 213, 16 in agro pectoris plantentur utilia. CASSIOD. in psalm. 49, 11 species ... agri respicit ad gentes, quae erant Christo domino crediturae; *similia saepe.* *nomina geographica apud* ECCL., *quibus inest* ager: ITIN. Silv. 12, 10 *mons*, qui dictus est ante Agri s⟨p⟩ecula (HIER. sit. et nom. p. 87, 3 Agri specula mons Moabitarum, in quem adduxit Balac filius Sefor Balaam *eqs. gr. ap. Euseb.* Ἀγροῦ σκοπία). VVLG. II reg. 2, 16 nomen illius loci: Ager robustorum. IV reg. 18, 17 in via Agri fullonis (Is. 7, 3 *cf.* HIER. sit. et nom. p. 98, 26). Matth. 27, 8 propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est Ager sanguinis. *Bannier.*

Ager. *nomen v.* Agerius.

[ageraicum] *v.* agaricum.

agēraton, -ī, ἀγήρατον, *herba.* PLIN. nat. 27, 13 ⟨ag⟩eraton ferulacea est ... origano similis ... causa nominis [non haec sed] quoniam diutissime non marcescit. 1 ind. 27, 4 ageraton. 1 ind. 30, 43 ageraton medicamentum. DIOSC. 4, 54 de agerato. *V.*

Ageratos, *m.* Ἀγήρατος, *aeon Valentinianorum.* IREN. 1, 1, 2 Ageratos et Henosis (*exciderunt haec* TERT. Val. 8). *Diehl.*

ager ... inde hic **agercillus** OSBERN. p. 31. *V.*

Agerea *statio Aegypti.* RAVENN. p. 135, 11. *Diehl.*

Agerēnsis ager *Asiae minoris.* CIC. agr. 2, 50 agrumque Agerensem. *Otto.*

Agericus, Agiricus, -ī *nom. germ.* GREG. TVR. Franc. 3, 35 Agiricus *episc. Virodunensis.* 7, 44 Agerico (9 capit. 23. 9, 10. 12. 23). VEN. FORT. carm. 3, 23 de domno Agerico episcopo de Vereduno. 3, 23, 4 Ágeríce (*init. pentam.*). 3, 23ª de Agerico (*v. l.* Agirico, Agyrico), episcopo de Vereduno. 3, 23ª, 7 Ágeríce sacér (*init. hexam.*). *Diehl.*

Agerīnus *nom. serv.* TAC. ann. 14, 6 misitque *Agrippina* libertum Agerinum. 14, 7. 8. 10. SVET. Nero 34 L. Agerinum (lagerinum *vel* lagermum *codd.*) libertum eius.

1. Agerius *nom. gent. a* ICTIS, *ut videtur, fictum, quo plerumque in causarum formulis actoris persona significatur.* DIG. 46, 4, 18 eius rei stipulatio, quam acceptio sequatur, a Gallo Aquillio talis exposita est: ... tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Negidius .... INST. 3, 29, 2. HYG. lim. grom. p. 200 si convenerit Lucio Titio Luci filio, Seio Titi filio, Agerio (Aggerio *Gudianus*) Auli filio, veteranis legionis quinte Alaude. GAIVS inst. 4, 34 si A. Agerius (id est, si ipse actor) L. Titio heres esset. ... N. Negidium ⟨A.⟩ Agerio sestertium X milia dare oportere. 4, 36. 4, 40 quod A. Agerius N. Negidio hominem vendidit ...; 4, 41 si paret N. Negidium A. Agerio ... dare oportere .... 4, 43. 47. 50. 51. 119. 131. 131a. 136. SCAEVOLA respons. dig. 35, 2, 27 Seius et Agerius si intra diem trigesimum mortis meae rei publicae nostrae caverint contentos se futuros tot aureis legis Falcidiae beneficio omisso, exheredes sunto. LEX Dei 2, 6 sicut formula proposita est: quod Aulo Agerio (Auli Agerii *codd. edd.*) a Numerio Negidio pugno mala percussa est. DIG. 22, 1, 41, 2 ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuam quandam quantitatem accepit.

2. Agerius, -a *nom. gent., cf.* Agerinus. CORP. XI 6712, 29 (*in signaculo, videtur periisse*) Ageria M. Gami Ati(ani?). *fortasse idem nomen in* CORP. XII 5683, 23 (*in vasculis*) off. Ager. VII 1336, 26 (*in patella*) off. Ager. Acerius *q. v. videtur ex alio genere esse.* *Otto.*

Agermus, -ī, *cf.* ἀγερμός, *cogn. vir.* CORP. VI 17091 Egloge Rusticaes Agermi libertaes sororis. 19897 C. Iulius Agermi l. Charito. *Diehl.*

Agernius, -a *nom. gent., cf.* Agrius (Agesonius?). CORP. XI 3930 (*Capenae*) C. Agernio C. f. Hor(atia) Flavo ... IIIIvir(o) quinq(uennali) Faleris Agernia C. f. Antonia Antulla uxor fecit. *Otto.*

? **ăgero.** PLAVT. Persa 469 agerite vos *corrupte.* Truc. 111 aggerimus (acc- *fortasse A*), *ubi expectatur* egerimus (*Gesner*). *an* agg*pro* abg-? *cf.* oggero, suggero. *Leo.*

Agerochius, -ī, Ἀγερώχιος, *cogn. vir.* NOVELL. Iust. 34 *imp. Iustinianus* A. Agerochio v. c. praesidi Haemimontis (*in gemino graeco* 32 Ἀγερωχίῳ). **Ageruchia,** -ae, Ἀγερουχία, *cogn. mul.* HIER. epist. 123, 1 nunc ad Ageruchiam nobis sermo est, quae quodam vaticinio futurorum ac dei praesidentis auxilio nomen accepit. quam aviae matris amitaeque probatarum in Christo feminarum nobilis turma circumstat. *ibid.* Celerini, patris Ageruchiae.

agērus *v.* aegiros. **Agesander** *v.* Hagesander.

Agesarchus, -ī, Ἀγήσαρχος, *nom. vir. graec.* ARNOB. nat. 6, 6 Ptolomaeus Agesarchi *filius historicus.*

Agesilaus, -ī, Ἀγησίλαος. *traditur* Hages- CIC. de orat. 3, 139 *M I* (*ex parte*), off. 2, 16 *B H*, fin. 2, 116 *A B E*, NEP. *libri plerique passim*, FRONTIN. strat. 3, 11, 2 *H*, APVL. apol. 15 *F*, LACT. inst. 1, 41, 18 *libri omnes praeter Bononiensem saec. VI/VII.* OROS. hist. Agesel- *codd. P R saepius, imprimis ante corr.* **1** *dux et rex Lacedaemonius*: CIC. de orat. 2, 341 epist. 5, 12, 7 ad Q. fr. 1, 2, 7 NEP. Con. 2, 2. 2, 3 ducem summum (Chabr. 1, 2). Chabr. 2, 3 rex *Lacedaemoniorum.* Timoth. 1, 3 Ages. *saepe, veluti* 1, 1 Lacedaemonius (reg. 1, 2 FRONTIN. strat. 1, 4, 2. 1, 8, 12. 1, 10, 3. 1, 11, 17. 2, 6, 6 APVL. apol. 15). 5, 2 duce (OROS. hist. 3, 1, 9). VAL. MAX. 7, 2 ext. 15. FRONTIN. strat. 1, 11, 5 Lacedaemoniorum dux (3, 11, 2). AMPEL. 14, 10. IVST. 6, 4, 13 rex (6, 4, 9 OROS. hist. 3, 1, 12. 20). *saepius.* prol. 6. HEGES. 2, 9, 89 scrutatorem Asiae (τὸν ἐρευνήσαντα). OROS. hist. 3, 1, 11. 22. *v. Niese, PW. I 796, 4.* **2** HIER. chron. a. Abr. 1060 Lacedaemonior. VI Agesilaus a. XLIIII. **3** LACT. inst. 1, 41, 18 Plutoni cui cognomen Agesilao fuit. **4** *in titulis*: *cogn. vir.* CORP. VI 510 (*a. 376*) *vide sub* Aedesius. 22266 Martius Agesilaus Mar. Demarchiae sorori. XIV 2686 (*Tusculi*) P. Calpurnius Agesilaus. X 3037 (*Puteolis*) M. Val. Agesilaus. **Agesilais,** -idis, Ἀγησιλαΐς, *cogn. mul.* CORP. VI 1879 (*saec. I in.*) Ti. Iul. Eperasto Agesilaidis fil. eq. R. dec(uriali) aedilí⟨c(io) cur(uli)⟩. INSCR. Gruter 1036, 4 d. m. Agesilaidi L. Statius Agesilaus et Nicarete filiae dulcissimae.

Agesimbrotus, -ī, Ἀγησίμβροτος. LIV. 32, 32, 11 praefectus Rhodiae classis (31, 46, 6. 32, 16, 6). 31, 47, 2. *v. Wilcken, PW. I 805.*

Agesinae *v.* Agensonae.

Agesipolis, -idos, Ἀγησίπολις, *nom. vir. Graecorum.* **1** LIV. 34, 26, 14 princeps erat exulum Agesipolis, cuius iure gentis regnum Lacedaemone erat. *v. Niese, PW. I 806, 4.* **2** VITR. 1, 1, 6 Pausania Hagesipolidos filio duce.

Agesistratos, Ἀγησίστρατος. VITR. 7 praef. 14 de machinationibus ... *scripsit* Agesistratos (-tas *G H*). *Diehl.*

Agesonius *nom. gent., cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 3991) se. casni acesial (*et* Agernius?). CORP. III 10509 (*in Pannon. inf.*) Cl(audio) Agesonio Theodoro ... Acesonius Kalandinus (centurio) pro-t(ector) et Cerellia Thodora (*sic*) fil(io). *Otto.*

Agessinates *gens Aquitanica.* PLIN. nat. 4, 108. *Diehl.*

Agetincum *v.* Agedincum.

agga festivitas *codd. Paris. et Haun. post* GLOSS. IV 306, 56. GLOSS. IV 471, 31 agga circa (V 263, 25. 344, 40). *hoc verbum perobscurum; illud sine dubio redit ad interpretationem nominis hebr.* Aggaeus *ab* חג *'festivitas'.* *V.*

Aggaeus, -ī, חגי, Ἀγγαῖος. **1** *nom. prophetae Iudaei.* VVLG. I Esdr. 5, 1. 6, 14 psalm. 111, 1. 145, 1 Agg. *passim.* PS. CYPR. pasch. 16. *saepissime apud* ECCL. CARM. adv. Marc. 3, 197 Sophonias Aggaeusque. AMBR. epist. 30, 7 Aggaei id est epulantis, ut interpretatio declarat. HIER. in Ioel praef. p. 165 Vall. Aggaeus ἑορτάζων, quem nos festivum sive sollemnem possumus dicere (nom. hebr. p. 52, 22 in Agg. praef. p. 739 Vall. ISID. testam. prooem. 75. epist. 53, 8 p. 278 Vall. Aggaeus festivus et laetus (*cf.* ISID. orig. 7, 8, 21). *traduntur formae nominis*: A n g a e u s HIER. chron. a. Abr. 1493. A g e n s FREDEG. 2, 26. A z e o s *ibid.* 2, 24. **2** *nom. vir. semiticum.* CORP. III 4832 (*Viruni*) Aggaeo hexarcho alae celerum. XII 5681, 2 (*Massiliae*) Aggeus. *Plenkers.*

Aggai *v.* Hai. **Agganaicus** *v.* Adganai.

Aggar, *indecl.* *oppida provinciae Byzacenae.* **1** BELL. Afr. 67, 1 pervenit ad oppidum Aggar, quod a Gaetulis saepe antea oppugnatum ... erat. 76, 2 redit ... ad ea castra, quae ad Aggar habuerat. 79, 1 egressus ab Aggar. **2** TAB. Peut. 6, 1 Aggar. *cf.* Aggarsel, Aggerfel, Agarlavas. *de his oppidis v. Joh. Schmidt, PW. I 807.* *deriv. adi.* **Aggaritānus,** -a, -um *ad oppidum Aggar pertinens. utrum sit non liquet.* PLIN. nat. 5, 30 *oppidum liberum* Aggaritanum (*sic R, v. l.* acc-, acch-). NOT. episc. Byz. 29 Filtiosus Aggaritanus. 108 Donatus Aggaritanus. CONC. Carth. a. 411 (Mansi IV 100ᵇ) Aemilianus episcopus A g g e r i t a n u s. *ibid.* 128ᶜ Candorius episcopus Aggeritanus (130ᵈ).

Aggarea, -ae *cogn. mul.* SYMM. rel. 41 (*a. 384*), 1 Marcianus ... protector Aggareae (Aggaria *Γ*). *Diehl.*

aggarrio, -īre *ab* ad *et* garrire. MART. CAP. 1, 2 respersum capillis albicantibus verticem ... nugulas ineptas aggarrire non perferens. FVLG. serm. ant. 19 friguttire dicitur subtiliter aggarrire. *V.*

Aggarsel Nepte *statio Africae.* TAB. Peut. 6, 1 Aggar Selnepte. 6, 2 A g a r s e l. RAVENN. p. 143, 12. 13 Agasel Nepte. *cf.* Aggerfel. *cf. Wilmanns, Corp. VIII p. 22.*

Aggarus *v. sub* Abgarus *et in addendis.*

portus **Aggasus** *Apuliae.* PLIN. nat. 3, 103 (aggassus *A*). *Diehl.*

adgaudeo, -ēre *versum ex gr.* προσχαίρειν, *cf.* GLOSS. II 423, 40 προσχαίρω ⟨adgaudeo⟩. ITALA prov. 8, 30 *verba Sapientiae* mihi adgaudebat *deus* (ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν, *om.* VVLG., *exhibent* Lact. inst. 4, 6, 8 Iren. 4, 20, 3 Hil. in psalm. 91, 8. 148, 4 Cyprian. adv. Iud. 2, 1 Aug. in psalm. 137, 4, *cf. etiam* Hil. in psalm. 55, 12 Hier. in Is. 48, 12 p. 559 Ps. Aug. serm. 208, 11). *liberius*: PAVL. NOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. 18, 14 caelicolas Christo ... adgaudere ministros (FVLG. RVSP. epist. 6, 2, 2 cui angelicus coetus adgaudeat). epist. 39, 3 extr. pro te in suo *corde* adgaudens tibi dicet. INNOC. epist. 21 p. 543ᶜ adgaudere litteris. CASSIAN. inst. 5, 31 malis adgaudens (VEREC. in cant. Deb. 40 pravis actibus). conl. 4, 1, 1 Pafnutius virtutibus ipsius adgaudebat. FVLG. aet. mundi 9 p. 160, 12 volumen ..., quo suae causae termen conclusum adgaudeat. *V.*

Agge *v.* Nagge. **Aggedgad** *v.* Gadgad.

Aggeī, -ōrum *gens barbara, ceterum ignota.* LIB. gener. chron. I p. 101, 132, 3 (*ubi* agacei *O*). CHRON. Alex. *ibid.* p. 101, 105, 3. *Diehl.*

Aggelaoni *v.* Gedeon.

adgelat NOT. Tir. 110, 43 *inter* gelu *et* congelat regelat subgelat.

adgemo, -ere. STAT. Theb. 6, 112 migrantibus adgemit illis (*semideis*) silva. 11, 247 uterque loquenti adgemit. OV. trist. 1, 4, 10 ingemit *recte codd.*, fast. 5, 400 et gemit *codd.* (adgemit *unus Heinsianus*).

adgenero, -āre. TERT. adv. Marc. 4, 19 omnibus natis adgenerantur et fratres. *translate*: IREN. 2, 10, 1 quaestioni minori quaestionem maiorem adgenerantes.

aggeniculātio, -ōnis *f.* AQVILA apud Hier. quaest. hebr. in gen. 41, 43 *sic verterat hebr.* אברך, *qua de re longius disputat* HIER. *l. l.*

aggeniculor, -ārī *ab* ad *et* geniculum, geniculor. TERT. paen. 9 presbyteris advolvi et caris dei aggeniculari. ITALA cod. Lugd. exod. 4, 31 adgeniculans (*κύψας*, VVLG. proni) populus adoravit dominum. Matth. 17, 14 accessit ad eum homo adgeniculans ante eum (*sic* cod. Cantabr., *γονυπετῶν αὐτόν*, VVLG. genibus provolutus ante eum). 27, 29 adgeniculantes ante eum (*sic* cod. Cantabr., adgeniculantes se a. e. codd. Vercell. Veron., *γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ*, VVLG. genu flexo ante eum) inludebant ei. Marc. 10, 17 adgeniculans (*sic* codd. Cantabr. Veron. Colbert. Corbeiens., *γονυπετήσας αὐτόν*, VVLG. genu flexo ante eum) rogabat eum.

aggēns *v.* ango.

adgenuīnant adleviant GLOSS. V 436, 52. *opinor* adlēvigant, *levigando genuinam reddunt superficiem, velut gemmae.*

Aggenus *v.* Agenus.

agger, -ris *m.* [*ab* ad *et* gerere; *de forma* arger *v. Brugmann, Indog. Forsch. 13, 92. Th.*]. [*ad* arginem *spectant ital.* argine, *hisp.* arcen. *M.-L.*] PRISC. gramm. II 35, 7 'arger' quoque dicebant pro 'agger' *antiquissimi.* EVTYCH. gramm. V 481, 18 'aggero' ... ex quo verbo nomen fit 'agger' et ab eo verbum derivatum 'aggero, aggeras'. ALCVIN. gramm. VII 297, 17 'agger' per duo g scribendum est, quando stratam significat, si autem campum ubi seminari potest, per unum g. *in codd. saepe scriptum est* ager. *legitur primum apud* LVCIL., *deest apud* LVCR. NEP. TIB. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. *alios. crebrum apud* CAES. TAC., *adamatum etiam dactylicis* LVCANO SILIO STATIO. GLOSS. *χῶμα, σωρὸς γῆς.* terra. monticulus manu factus vel terrae congeries. monticulus vel acervus. strata, via publica. aggerem: vallum vel viam publicam. aggere: cumulo vel strata. IV 13, 28 aggeres: arietes murorum alterius generis (*vix recte*).

I *materies adgesta vel adgerenda, cf.* SERV. *l. 65*: LVCIL. sat. frg. 346 viai (vim *codd.*) sternendae[t] iaciendum huc aggerem et id genus rudus. *saepissime de materia in obsidione usurpata*: LVCIL. sat. frg. 577 aggere in iaciendo, si quo est vineis actis opus, primum id dant operam. CAES. Gall. 2, 20, 1 qui paulo longius aggeris petendi causa processerant (civ. 1, 42, 1; *v. infra* comportare *l. 71*). 3, 25, 1 ad aggerem caespitibus comportandis. 5, 9, 7 milites ... testudine facta et (*om. β*) aggere ad munitiones adiecto locum ceperunt. 7, 17, 1 aggerem apparare, vineas agere. 7, 22, 2 aggerem cuniculis subtrahebant. 7, 22, 4 nostrarum turrium altitudinem, quantum has cotidianus agger (*i. materies cotidie adgesta*) expresserat, ... adaequabant. 7, 23, 2 *trabes* revinciuntur introrsus et multo aggere vestiuntur. 7, 58, 1 Labienus ... vineas agere, cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur. 7, 79, 4 fossam cratibus integunt atque aggere explent (7, 86, 5. civ. 3, 63, 6 complebantur. VERG. Aen. 9, 564 fossas aggere complent. *cf.* SERV. *ad l.* agger est cuiuslibet rei coacervatio, unde fossae aut valles possunt repleri. ISID. orig. 15, 9, 3). Gall. 7, 85, 6 agger ab universis in munitionem (-one *β*) coniectus ... ascensum dat Gallis. civ. 1, 25, 9 *rates* terra atque aggere integebat. 1, 40, 4 aggere atque cratibus, quae flumine ferebantur. 2, 2, 3 agger inter manus proferebatur. 2, 15, 1 unde agger omnino comportari (3, 62, 1 BELL. Alex. 73, 1. 3. *v. supra l. 55* petere) posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateque ... excisis et convectis. 3, 62, 2 *milites* aggeremque omnem noctu in scaphas ... imponit. 3, 62, 3 naves ... aggere et ... militibus completas. BELL. Alex. 74, 3 servorum multitudinem, quae aggerem portabat. BELL. Hisp. 41, 5. LVCAN. 2, 678 aggere multo surgit opus. TAC. ann. 1, 65 struendum vallum, petendus agger (2, 81). [SVET. Cal. 19 aggere *deest in codd. bonis.*] VVLG. Ezech. 4, 2 aedificabis munitiones et comportabis aggerem (*περιβαλεῖς ... χάρακα*; *item latine* 21, 22. 26, 8, Dan. 11, 15 *ἐκχεεῖ πρόσχωμα*, Habac. 1, 10 *βαλεῖ χῶμα*). *de aliis*: VERG. georg. 3, 354 aggeribus niveis informis ... terra *Scythica.* Aen. 1, 112 aggere cingit harenae *naves Eurus.* CVLEX 395 aggere multo telluris tumulus formatum crevit in orbem. PROP. 3, 11, 22 ut solidum cocto tolleret aggere opus *Babylona.* PRVD. cath. 10, 62 qui iacta cadavera passim miserans tegit aggere terrae. CYPR. GALL. gen. 837 livor inriguos turbat puteos atque aggere conplet.

II *res aggerendo effectae* (*ut arae, rogi, moles*): VARRO Men. 94 ararum aggeres. CAES. civ. 1, 25, 5 moles atque aggerem ab utraque parte litoris iaciebat (1, 25, 6). Gall. 3, 12, 3 extruso mari aggere ac molibus. BELL. Alex. 29, 4 repentino ... aggere iniecto flumen transierunt. OV. met. 9, 234 avidus comprenditur ignibus agger *pyrae.* 12, 524 medioque ex aggere fulvis vidit avem pennis ... exire. 15, 640 incurvo munitos aggere portus. LIV. 43, 46, 6 *arx* in ipsa palude ... velut insula eminet aggeri operis ingentis inposita. VITR. 5, 12, 2 structuris sive aggeribus expediantur progressus. SEN. Herc. f. 1216 structum acervans nemore congesto aggerem *pyrae.* Phaedr. 1015 consurgit ingens pontus in vastum aggerem. Phoen. 110 flammas potius et vastum aggerem compone *rogi.* Tro. 664 pergam et e summo aggere traham sepulcra. MELA 2, 31 de aris quas in vertice sustinet *Athos*, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet (SOL. 11, 33 nec quicquam ex aggeribus suis perdunt). 2, 80 angusto aggere continenti adnectitur insula. LVCAN. 2, 300 constructoque aggere busti ipsum atras tenuisse faces. 5, 674 ab alto aggere deiecit pelagi *puppem fatum.* 7, 597 iacet aggere magno patricium campis ... cadaver. 9, 342 eminet in tergo pelagi ... sicci iam pulveris agger. 9, 489 alligat et stantes adfusae magnus harenae agger. PLIN. nat. 8, 24 aggeres construunt *elephanti ad extrahendum ex fovea socium.* VAL. FL. 3, 281 in mediis exangui rege reperto aggeribus *cadaverum.* 3, 338 medio rex aggere *rogorum* longe (-go *codd.*) eminet. 5, 641 lucus et agger (*i. ara*) ... rudis. SIL. 1, 418 corporibus cumulatus creverat agger. 4, 649 consurgens agger aquarum. 14, 610 magno cineres sese aggere tollunt. 17, 270 puppimque sub atris aequoris aggeribus tenuit *unda.* STAT. Theb. 4, 458 pineus *Ditis* (*ara*). 6, 58 picturatus moriturus floribus agger *pyrae.* 12, 62 bellicus agger (*rogus*) curribus et clipeis ... sternitur. silv. 2, 1, 159 purpureo tristis rogus aggere crevit. 3, 3, 36 alto aggere *rogi.* 5, 3, 65 tepido genetrix super aggere nati orba sedet. TAC. hist. 2, 70 aggerem armorum. ann. 2, 18 miles in loco proelii Tiberium imperatorem salutavit struxitque aggerem et in modum tropaeorum arma ... imposuit. PLIN. epist. 6, 31, 16 sensim quodam velut aggere construuntur *saxa.* SVET. Cal. 37 campi montibus aggere aequati. FLOR. 2, 13, 85 congestis cadaveribus agger effectus est. APVL. mund. 7 in altera parte orbis iacent insularum aggeres maximarum, Britanniae duae *eqs.* COMM. instr. 1, 37, 16 concludor ag⟨g⟩ere[m] congustus aratri (*in imagine de coercita facultate canendi*). CORP. X 6811 (*a. 238*) litus vicinum viae Severianae ... aggeribus marini operis a fundamentis ... extrui curaverunt. AVSON. 139, 3 ex uno surgentes aggere (*i. rogo*) flammae. AVIEN. ora 593 ruinarum aggeres. AMM. 16, 12, 54 elati cadaverum aggeres (17, 13, 12 caesorum. 31, 13, 11 equorum). 17, 7, 5 quidam collo tenus aggeribus obruti *aedium ruentium.* 19, 11, 8 celso aggere in speciem tribunalis erecto. 23, 4, 5 latericios. 23, 5, 15 aggere glebali adsistens *dux* ... disseruit. 31, 13, 2 multitudine hostili urgente sicut ruina aggeris magni oppressum. VVLG. exod. 8, 14 congregaverunt ... *ranas mortuas* in inmensos aggeres (*θημωνίας θημωνίας sic*). IV Esdr. 2, 9 *Sodomitarum* terra iacet in piceis glebis et aggeribus cinerum. CLAVD. carm. min. 27, 59 odoratus ... agger *rogus Phoenicis.* PAVL. NOL. carm. 28, 270 ruderis agger (*opp.* hortus). NOVELL. Theod. II 26, 1 praef. cum multo sit onerosius simul et in aggere coacervatam solvere quantitatem *pecuniae* quam particulatim reddere quod debetur. SIDON. carm. 16, 9 aggeribus vallatus aquae *Israel in mari rubro.* RVRIC. epist. 1, 17 p. 369, 21 semitam ... saxorum aggeribus impeditam. PAVL. PETR. Mart. 2, 455 prona et saxosae iacuerunt aggere terrae *membra cadentis.* LEX Visig. Recc. 10, 3, 3 quotienscumque de terminis fuerit orta contentio, signa, quae antiquitus constituta sunt, oportet inquiri, i. e. aggeres terrae sive arcas, quos ... apparuerit fuisse coniectos atque constructos, ... lapides etiam. *translate*: AVG. civ. 3, 1 p. 97, 26 D. quominus ab eorum malorum aggere premeretur *populus.* 3, 21 tantis malorum aggeribus oppressa Romana res publica. 19, 8 de tantis malorum aggeribus huius saeculi. 22, 24 haec ... a me velut in quendam sunt aggerem coartata. c. Iul. 1, 7, 29 verborum.

huc pertinent usus crebriores, partim technici: *in re militari, obsidione potissimum*: *aditus ad munimenta congerie structus, cf.* VEG. *p. 1307, 43*: CIC. Att. 5, 20, 5 *Pindenissum* cinximus (SEN. Phaedr. 531) vallo et fossa, aggere maximo, vineis. epist. 2, 10, 3 aggeribus vineis turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenissum. 15, 4, 10 aggere vineis turribus oppugnavi *Pindenissum.* CAES. Gall. 2, 12, 5 vineis ad oppidum actis, aggere iacto (SALL. Iug. 37, 4. 76, 3) turribusque constitutis. 2, 30, 3 aggere exstructo (7, 24, 1 civ. 2, 1, 4 HIRT. Gall. 8, 41, 2. 5 VAL. MAX. 7, 6, 5 CVRT. 4, 6, 21. TAC. hist. 2, 22 instruit. 3, 20 struere. 4, 49 AMM. 20, 7, 18. VEG. mil. 3, 7 p. 81, 7 constructo). Gall. 2, 32, 4 muri aggerisque altitudinem. 3, 21, 3 cuniculis ad aggerem vineasque actis. 7, 22, 4 aggeri ignem inferebant (civ. 2, 2, 6. 2, 14, 5). 7, 24, 2 fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant (*cf.* civ. 2, 14, 2. BELL. Hisp. 16, 1 incenderent. VAL. MAX. 2, 7, 4 FRONTIN. strat. 4, 1, 31. 37. VEG. mil. 4, 28 concremant). Gall. 7, 24, 4. 7, 25, 4 restincto aggere. 7, 24, 5 ut ... turres

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

reducerent aggeremque interscinderent. civ. 2, 1, 1 aggerem vineas turresque ad oppidum agere (BELL. Hisp. 7, 2 LIV. 8, 16, 8). 2, 2, 3 agger..., proferebatur. 2, 15, 1 aggerem novi generis atque inauditum ex latericiis duobus muris ... facere instituerunt aequa fere altitudine (lat- *codd.*) atque ille congesticius ex materia fuerat agger. 3, 69, 2 equitatus ... per aggeres ascendebat. HIRT. Gall. 8, 42, 2 SALL. Iug. 76, 3. 92, 7. AETNA 48 construitur magnis ad proelia montibus agger *ad obsidendum caelum* (GRATT. 63 aggeribus temptare superbis ⟨aethera⟩. SEN. Herc. O. 168 Thessalicum). LIV. 5, 7, 2 cum agger promotus ad urbem vineaeque tantum non iam iniunctae moenibus essent. 5, 7, 3 aggerem ac vineas ... incendium hausit. 6, 8, 9 vallo circumdare et aggere atque operibus oppugnare (32, 4, 1. 36, 25, 4. 39, 4, 9 *cf.* CIC.). 10, 5, 10 pars magna aggerem vallumque conscendit. 10, 5, 11 forte quodam loco male densatus agger pondere superstantium in fossam procubuit. 26, 6, 2 quorum corporibus cum oppleta fossa esset, velut aggere aut ponte iniecto transitum hostibus dedit. 30, 10, 3 ut pro aggere ac pontibus praebere ascensus (-um *Spir.*) possent *naves adactae.* 32, 17, 16 cum turris per aggerem parum densati soli ageretur. 32, 23, 6 undique aggeres haud facili aditu ad moenia admovebantur (TAC. hist. 3, 84). 36, 23, 2 ignes ..., quos aggeribus inicerent, ferebant. 37, 26, 8 utrimque vineas et aggerem muro iniunxit (43, 19, 11). 38, 3, 11 materiae ad aggeres excitandos (AMM. 20, 11, 16 aggeribus cumulatius excitatis). 43, 19, 9 aggerem a parte superiore ducere. VITR. 10, 16, 12 cum agger ad murum contra eos compararetur et arboribus excisis eoque conlocatis locus operibus exaggeraretur. VAL. MAX. 7, 6 ext. 2 vallo et aggere circumdati. SEN. dial. 2, 6, 4 aequaturum editissimas arces aggerem crescere. epist. 94, 61 qui aequum arcibus aggerem attollant. CVRT. 4, 2, 21 simul aggeris latitudo crescebat urbique admovebatur. 4, 3, 8 latitudinem quoque aggeri adiecit (*describitur opus*). 4, 6, 22 turres aggeri impositas. 8, 10, 27 cavernas ... aggere ... implere. 8, 10, 30 materiae faciendo aggeri. 8, 10, 31. LVCAN. 3, 455 stellatis axibus agger erigitur (SIL. 13, 109 *cf.* AMM. 19, 5, 1. 19, 6, 6. 20, 11, 17). 3, 508. SIL. 1, 348 subit arduus agger imponitque globos pugnantum desuper urbi. 9, 240 *elephantus* ceu mobilis agger (9, 580). FRONTIN. strat. 3, 7, 4 fossam pariter et aggerem instituit. TAC. hist. 4, 23 ex aggere proeliari. 5, 13 adversus urbem ... aggeribus vineisque certare. ann. 12, 35. 14, 25 aggeri demum et inrumpentium armis cessere. AMM. 19, 6, 4 structores ... aggerum ... impedire. 19, 8, 1. 20, 11, 12 aggerum moles incrementis celeribus consurgebant. 20, 11, 13 aggerum altitudine iam in sublime porrecta. 20, 11, 21 inpositorum aggeribus tormentorum (*cf.* 20, 11, 20). 24, 2, 18 operositas vinearum et aggerum. VEG. mil. 4, 15 *extr.* agger ... ex terra lignisque extollitur contra murum, de quo tela iactantur. VVLG. Is. 29, 3 iaciam contra te aggerem (χάρακα). 37, 33 non mittet in circuitu eius aggerem (κυκλώσῃ ... χάρακα). Ier. 6, 6 fundite circa Ierusalem aggerem (δύναμιν). Ezech. 17, 17 iactu aggeris (χαρακοβολίᾳ). *translate*: CIC. Phil. 10, 9 esset vel receptaculum pulso Antonio vel agger oppugnandae Italiae Graecis.

de oppidorum (cf. SERV. *l. 62) vel castrorum munimentis, de limitibus*: VARRO ling. 5, 141 *oppidum* quo moenitius esset quod exaggerabant, aggeres dicti et qui aggerem contineret moerum. rust. 1, 14, 2 (*v. p. 1308, 46*). CAES. Gall. 7, 72, 4 aggerem ac vallum XII pedum exstruxit. *ibid.* commissuras pluteorum atque aggeris. 7, 87, 5 neque aggeres neque fossae vim hostium sustinere poterant (LVCAN. 7, 749). civ. 3, 63, 1 valli agger. VERG. Aen. 7, 127 prima locare manu molirique aggere tecta. 7, 158 sedes castrorum in mores pinnis atque aggere cingit (*inutilia dat* SERV.). 9, 42 tutos ... aggere muros. 9, 69 classem ... aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis. 9, 766. 781 vestris ... undique saeptus aggeribus (11, 398 hostilique aggere saeptus). 10, 24 ipsis proelia miscent aggeribus murorum (SERV. agger proprie dicitur terra illa, quae vallo facto propius ponitur, sed abusive et muros et munimenta omnia aggerem dicimus). 10, 144 aggere murorum (11, 382. SIL. 1, 265 muri. 14, 322). 12, 446 ab adverso venientes aggere. PROP. 1, 21, 2 miles ab Etruscis saucius aggeribus. 2, 13, 48 Gallicus Iliacis miles in aggeribus. OV. met. 15, 592 aggeribus factis a milite forti. LIV. 23, 19, 13 ut ... omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent. VITR. 1, 5, 5 munitiones muri turriumque aggeribus coniunctae. 1, 5, 6 non in omnibus locis est aggeris ratio facienda. 1, 5, 7 ad defendendum supra latitudinem aggeris consistere. LVCAN. 1, 517 subitus rapti munimine caespitis agger praebet securos intra tentoria somnos. 2, 449 denso ... aggere firmant moenia. 3, 382 aggere diversos vasto committere colles. 3, 398 pressus ne cedat turribus agger. 5, 316 stetit aggere fulti caespitis. 5, 524 sic fatus ab alto aggere. 6, 31 hostem cingeret ignarum ducto procul aggere valli. 6, 44 Caesareo circumdatus aggere. 6, 69 vasto saeptas ... aggere terras. 6, 137 roboris impacti crebros vomit (gemit *G*) agger ad ictus. 6, 170 ruenti aggere consistit. PLIN. nat. 15, 47 aggeribus praecipue decora *mala.* SIL. 1, 308. 1, 331 claudi videt aggere muros. 1, 368 *murorum* aggere victo. 1, 373 prorutus. 1, 490 aggere convulso (*cf.* 492 fragmine muri). 1, 555 ab aggere cedit *Hannibal.* 2, 130 praeceps devolvitur altis aggeribus muri. 2, 225 portis atque aggere tuto erupisse. 4, 514 aggere aperto. 7, 536 ab aggere valli (14, 335). 7, 603 summas alto prensabat in aggere pinnas. 8, 627 toto ceciderunt aggere pinnae. 9, 97 aggere Sidonio. 11, 444 silice aggeribus per se scandente vocatis *voce Amphionis.* 12, 53 muris flammae totoque fluebant aggeris anfractu tela. 12, 76 agger ... murusque. 12, 664 saepsit sese aggere (16, 2). 14, 667. 15, 343 Ausonio. 15, 410 applicito saxosis aggere *castrorum* silvis. 15, 514 declivis. 17, 109 iuncto sociarant aggere (*i. castris*) vires. HOMER. 682 inclusos aggere Graios. 792 muros aggere saeptos. STAT. Theb. 2, 453 si te ferreus agger ambiat. 2, 699 cinge aggere portas. 5, 376 murorumque aggere ab omni. 7, 374. 7, 449 fortuito ductae quater aggere pinnae. 8, 260 alto castrorum ex aggere. 10, 262 abruptas castrorum ex aggere pinnas. 10, 880 dissaepto aggere. MART. 12, 14, 5 nec fossa nec agger. TAC. ann. 2, 19 latus unum Angrivarii lato aggere extulerant, quo a Cheruscis dirimerentur (2, 20 *bis*). FLOR. 2, 13, 28 aggere et vallo et per haec siti ad deditionem compulit. VOPISC. Aur. 24, 1 locum ... aggeris naturali specie tumentem. AVIEN. orb. terr. 382 aggere murorum Pelusia moenia surgunt. 616 locum Gadir ... undique saeptum aggere praeducto. AMM. 31, 8, 1 aggerum obiectu celsorum. VEG. mil. 3, 8 p. 83, 6 aggerem faciant, supra quem valli ... per ordinem digeruntur. *ibid.* fossa ..., cui intrinsecus agger excrescit. *ibid.* p. 84, 4 saepibus ductis vel interpositis stipitibus ..., ne terra facile dilabatur, agger erigitur. 3, 10 p. 92, 9 multi anni sunt, quibus nullus fossa aggere valloque mansurum circumdat exercitum. SIDON. epist. 3, 3, 3 e semirutis murorum aggeribus. *sic saepe de aggere Servii, a Tarquinio aucto*: CIC. rep. 2, 11 ⟨ut⟩ unus aditus qui esset inter Esquilinum Quirinalemque montem maximo aggere obiecto fossa cingeretur vastissima. HOR. sat. 1, 8, 15 aggere in aprico spatiari. LIV. 1, 44, 3. 3, 67, 11. 4, 21, 9. PLIN. nat. 3, 67 *Roma urbs* clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi inter prima opere mirabili, namque eum muris aequavit qua maxime patebat aditu plano. 36, 104 aggeris vastum spatium. QVINT. inst. 12, 10, 74 illi per fora atque aggerem circuli. IVV. 5, 153 mali, quod in aggere rodit *simia.* 6, 588 plebeium in circo positum est et in aggere fatum. 8, 43 quae ventoso conducta sub aggere texit. 16, 26 quis tam Pylades, molem aggeris ultra ut veniat? SVET. Cal. 27 praecipitaretur ex aggere. PORPH. Hor. epod. 5, 100 et alibi saepe ostendit in regione aggeris, quae est extra portas Esquilinas, solita fuisse pauperum corpora vel comburi vel proici. 17, 58 extra portas Esquilinas, hoc est ubi in aggeri[bu]s re[li]gione[s et] sepulcra erant, inter quae noctibus illa malefica sacra conficiebat. LAMPR. Hel. 30, 4 cum alter maneret in Capitolio ..., alter super aggerem. SCHOL. Iuv. 10, 95 iuxta aggerem posuit primus castra Seianus. CORP. VI 9821 pomario de agger(e) a proseucha. *translate*: ISID. diff. 2, 55 supercilia ... pilis brevibus adornata sunt quasi quibusdam aggeribus oculis praebentes custodiam.

in re rustica: VARRO rust. 1, 14, 2 tertium militare saepimentum est fossa et terreus agger. ... ager is bonus qui intrinsecus iunctus fossa aut ita arduus ut eum transcendere non sit facile. hoc genus saepes fieri secundum vias publicas solent et secundum amnes. ad viam Salariam in agro Crustumino videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. aggeres faciunt sine fossa: eos quidam vocant 'muros', ut in agro Re⟨a⟩tino. VERG. Aen. 2, 496 aggeribus ruptis cum spumeus amnis exiit. SEN. Herc. f. 287 rupto aggere nova cucurrit Thessalus torrens via. COLVM. 10, 152 aggere praeposito. LVCAN. 6, 272 Padus ... super aggere tutas excurrit ripas. PLIN. nat. 35, 169 contra ... fluminum impetus aggeribus. STAT. Theb. 1, 359 flumina nullae aggeribus tenuere morae. TAC. ann. 13, 53 incohatum a Druso aggerem coercendo Rheno. 12, 31 locum pugnae delegere saeptum agresti aggere. *ibid.* perfringunt aggerem. FRONTO p. 8, 12 N. neque aggeres manu ac ratione constructos montibus comparabis neque aquaeduct[ib]us amnibus. VLP. dig. 25, 1, 14 impensae necessariae sunt ... aggeres facere, flumina avertere. 39, 3, 1, 23 quibus agris magna sint flumina, liceat mihi, scilicet in agro tuo, aggeres vel fossas habere. *ibid.* aggeres munire. PAVL. dig. 39, 3, 2, 5 aggerem ... vis aquae deiecit. *ibid.* si naturalis agger fuit. *ibid. aggerem* reponat. *ibid.* si manu factus fuit. *ibid.* aggerem restituere. 39, 3, 11, 6 si ... vi fluminis ag⟨g⟩er deletus sit. 39, 3, 23, 2 aggeres iuxta flumina in privato facti. VLP. dig. 43, 13, 1, 7 si forte aggeres vel quam aliam munitionem adhibuit ut agrum suum tueretur. 47, 11, 10 chomata ... sunt aggeres qui quidem solent aquam Niloticam continere. *ibid. sycamini* arbores colligunt (-ant *Brisson*) aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur et coercentur. *ibid.* diacopi qui in aggeribus fiunt. AVIEN. Arat. 1581 aggere devicto superabunt flumina ripas. AMM. 25, 6, 8 riparum aggeribus humana manu structis. VVLG. Is. 19, 6 siccabuntur rivi aggerum (*Nili; liberius Graeci*), *item de Aegypto* 37, 25 exsiccavi ... omnes rivos aggerum (*male Graeci* πᾶσαν συναγωγὴν ὕδατος).

CORP. V 2549 (*Ateste*) via hac ad| ... agger⟨e⟩m riv| ... ta su⟨n⟩t. X 6526 (*Corae*) aquam caelestem dilabentem montibus collectam interciso aggere per formam cur(a) sua factam in piscinis ... p. p. perduxerunt. 6922 (= IX 5994 *a. 214*) ⟨mu⟩n⟨i⟩tione⟨s alvei⟩ co⟨n⟩labsa⟨s⟩ cu⟨m su⟩b⟨st⟩ructione restituit ⟨et⟩ l⟨a⟩be agge⟨ris c⟩adent⟨es p⟩rocur(atione) sui flumini⟨s red⟩di⟨d⟩it. *cf.* X 6811 *p. 1306, 42.* III 14195^{24} (*Ephesi*) ⟨a⟩gger XV⟨...⟩. INSCR. Not. d.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scavi 1900, 76 (*Venetiae*) iter ab aggere ad sepulturam L. Suilli *et* p. VIII iter ad ⟨a⟩gge⟨rem . . .⟩.

de tumulo sepulcri: CATVLL. 64, 363 teres excelso coacervatum aggere bustum. VERG. Aen. 5, 44 tumulique ex aggere fatur *Aeneas.* 5, 113. 7, 6 aggere composito tumuli. 11, 212 tepidoque onerabant aggere terrae *corpora.* 11, 850 terreno ex aggere bustum. VAL. FL. 5, 91 ab aequoreo consurgens aggere busti. VOPISC. Prob. 21, 4 ingens ei sepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt. ARNOB. nat. 5, 28 super aggerem tumuli (5, 44). 1, 46 prodire ab aggeribus (*i. sepulcris*) conditos. PAVL. NOL. carm. 18, 146 benedicti caespitis agger corpora multa tegens. AVG. civ. 20, 23 p. 466 D. *ter* dormientium in aggere terrae (VVLG. Dan. 12, 2 in terrae pulvere, χώματι τῆς γῆς, *cf.* AVG. loc. hept. p. 549, 12 *ad* exod. 8, 16). 22, 3 dormientium in terrae pulvere (sive, ut quidam interpretati sunt, aggere). COD. Theod. 9, 17, 5 praef. (= COD. Iust. 9, 19, 5 praef.) busta diem functorum et aggeres consecratos.

viae stratae pars media vel fundamentum; cf. GROM. p. 370, 14 ag⟨g⟩er est media stratae eminentia coaggeratis lapidibus, quod historici viam militarem appellant, ut (*seq.* Verg. Aen. 5, 273). *similia dat* SERV. Aen. 5, 273. 12, 446. ISID. orig. 15, 16, 7. *postea pro ipsa via.* VERG. Aen. 5, 273 viae deprensus in aggere serpens, aerea quam obliquum rota transiit. STAT. silv. 2, 1, 176 agmina, Flaminio quae limite Molvius agger (*via et pons*) transvehit. 4, 4, 3 molles solidus premit agger harenas *Appiae viae.* TAC. ann. 1, 61 pontes et aggeres humido paludum et fallacibus campis imponere. 2, 7 cuncta inter castellum Alisonem ac Rhenum novis limitibus aggeribusque permunita. 4, 73 proxima aestuaria aggeribus et pontibus traducendo graviori agmini firmat. hist. 2, 24 aggerem viae *Postumiae* tres praetoriae cohortes obtinuere (2, 42. 3, 21. 23). AMM. 18, 6, 10 in aggeris medio. 19, 8, 2 tamquam itinerario aggere vel superposito ponte conplanatum spatium. PAVL. NOL. carm. 12, 25 aggere tuto (*cf.* 20, 357). 20, 87 aggere plano. 20, 379 publica seu medii se strata per aggeris audax miserit *sus.* 28, 162. AVIAN. fab. 17, 15 medio . . . in aggere. RVT. NAM. 1, 39 Aurelius agger. MARCELL. auct. chron. II p. 105, 538, 4 per Clodiae aggerem. SIDON. epist. 1, 5, 3 pervii pontes, quos antiquitas a fundamentis ad usque aggerem calcabili silice crustatum crypticis arcubus fornicavit. 2, 9, 4 vers. 22 hinc agger sonat, hinc Arar resultat. 3, 2, 3 aggeres saxis asperos. PAVL. PETR. Mart. 1, 212 aggeris hic monstravit iter. 4, 148 aggere in ipso (*fere i. q. in itinere*). 4, 178. 5, 328 ARATOR 2, 235. 553. *sic saepius* agger publicus (GLOSS. ag⟨g⟩er publicus via publica): ITIN. Silv. 9, 3 ag⟨g⟩er publicus erat per Egyptum. AMM. 18, 8, 2 ab aggeribus publicis discedebant. 21, 10, 2 percursis aggeribus publicis. 31, 16, 2 vitatis. PS. AMBR. serm. 49, 5 per aggerem publicum egreditur. PAVL. NOL. carm. 20, 379 (*vide l. 32*). SVLP. SEV. dial. 2, 3, 2 per aggerem publicum plena militantibus viris fiscalis raeda veniebat. COD. Theod. 15, 3, 4 (*a. 399*) ad reparationem publici aggeris . . . festinare (15, 3, 6). 7, 10, 2 (*a. 407*) in remotis ab aggere publico civitatibus. SIDON. epist. 2, 9, 2 tramites aggerum publicorum (*opp.* calles compendiis tortuosos). 4, 24, 2. 9, 3, 2 custodias aggerum publicorum nequaquam tabellarius transit inrequisitus. 9, 14, 5. VICT. VIT. 2, 36 per totum aggerem publicum. PAVL. PETR. Mart. 4, 155 qua publicus agger porrigit erectam per plana iacentia molem. GREG. TVR. Franc. 1, 44 in cripta Cantabennensi iuxta aggerem publicum est sepultus. 2, 5. 6, 44 Mart. 4, 35 glor. conf. 8. 58. 80. 71 iuxta ipsum pontem aggeris publici (ager- *scriptum passim in Gregorii codd.*).

de naturalibus aggestibus: *de collibus, montibus*: VERG. Aen. 6, 830 aggeribus . . . Alpinis . . . descendens *Caesar* (*attingit usum militarem*). 12, 564 celso medius stans aggere (*praecedit* tumulum) fatur. LVCAN. 7, 649 stetit aggere campi *Pompeius.* VAL. FL. 5, 186 tumulum . . . medio videt aggere (*in colle situm*). SIL. 3, 447 aggeribus . . . Alpinis. 4, 740 aerii . . . aggere montis *Appennini.* 7, 731 collis . . . tuto repetebat in aggere castra. STAT. Theb. 2, 529 ab aggere celso. 2, 708 aggere camporum medio. 3, 676 stetit improbus alto colle minor magnoque invenit in aggere ripas *torrens.* 5, 589 modico super aggere. 6, 257 obiectus geminis umbonibus agger campum exire vetat *ex valle.* 6, 929 viridique ex aggere (*v.* v. 257) in aequum . . . descendit. 12, 663 visas . . . ab aggere Thebas. LACT. inst. 7, 3, 25 plana camporum, munimenta et aggeres montium. AVIEN. orb. terr. 839 vasto mons aggere Taurus. 926 Hemodi . . . ruit aggere montis *Oxus.* ora 625 *montis* imos aggeres stringit fluendo Rhodanus. Arat. 1159 boreae de parte trucis velut aggere ab alto prospiciens. AVSON. 334, 321 *villa* est natura sublimis in aggere saxi. DAMAS. carm. 4, 6 aggeris immensi deiecit culmina montis. 49, 1 extremo tumulus latuit sub aggere montis (*cf.* 31 sub vertice montis). AMM. 15, 10, 2 aggeribus Alpium Cottiarum. 16, 12, 59 aggerem nemorosum obsidebat. 17, 13, 6 stans . . . in aggere celsiore. 21, 10, 4 sub hac altitudine aggerum (*Haemi Rhodopes*). 23, 6, 64 celsorum aggerum summitates. 27, 4, 3 camporum placiditate aggerumque altitudine. 27, 10, 10 speculatum radices aggerum. 31, 10, 15 contra asperitates aggerum prominentium. 31, 11, 4 opertus aggeribus et frutectis. CLAVD. 15, 425 princeps . . . aggere conspicuus. PAVL. NOL. epist. 1, 11 *extr.* agger, nomen magis quam iugum, interiacet. *de ripae altitudine*: VERG. Aen. 7, 106 gramineo ripae religavit ab aggere classem. OV. met. 14, 445 solvitur herboso religatus ab aggere funis (trist. 3, 9, 13). LVCAN. 6, 778 revocatus ab aggere ripae *Stygiae.* VAL. FL. 6, 149 stupet aggere ripae *leaena.* SIL. 3, 462 ripae solutis aggere vinclis. 6, 281 longoque resolvens aggere se ripae. 6, 396 aggere (*i. de litore*) consul tendebat dextram. 10, 92 flumineo . . . in aggere. STAT. Theb. 4, 8 Aoniae celso stetit aggere Dirces. 5, 516 saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae continuus *anguis.* 6, 274 harundineae recubans super aggere ripae *Inachus.* 9, 231 magnoque fragore solutus agger *Ismeni.* 9, 456 super ripas utroque exstantior ibat aggere *Ismenos.* 9, 489 desuper infestant Tyrii geminoque repellunt aggere *fluvii Hippomedonta.* silv. 1, 3, 64 alternas gemino super aggere mensas (*triclinia*). NEM. auc. 23 *scolopax* sub aggeribus primis, qua proluit humor, pascitur. CLAVD. 3, 120 ambusto flagrantis ab aggere ripae *Phlegethontis.* 1, 230 *Tiberinus* prospexit ab aggere (*insula*) votum.

synonyma: *ad I*: rudus, terra. *ad II*: moles, structurae. arca. munitio. munimen. saepimentum. saepes. choma. limes. tumulus, collis, munimenta montium, iugum. *V.*

aggerātim *adv.* [*cf. c.* agger, aggerare. *Th.*]. APVL. met. 4, 8 estur ac potatur incondite pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.

aggerātio, -ōnis *f. ab* aggerare. GLOSS. II 450, 44 σωρός cumulus aggeratio acervus. VITR. 10, 16, 9 naves supra aggerationem, quae fuerat sub aqua, sederunt. EPIST. Alex. p. 208, 7 cadere . . . coeperunt nives. quarum aggeratione metuens ne castra cumularentur, calcare militem nivem iubebam. IVST. 2, 1, 20 Aegyptum . . . [quae ex aggerationibus regum . . . terrarum recentissima videatur] (*inclusa interpolata videntur*). *Zimmermann.*

? **aggereus** (-a, -um) *ab* agger. SISEBVT. poet. min. V p. 359 *luna deficiens* sidere casso pallescit, teres (*sic Ovet.*, **terrae** *cett.*) umbra rotae (*i. lunae*) dum transeat axem (*sic AC*, himen *Ovet.*) aggerei (*sic BA corr.*, aggeret *Ovet.*, agere *C*, aerii *Bücheler*) velox cumuli (*i. terrae*) speculoque rotanti fraternas reparet per caelum libera flammas. *V.*

Aggerfel *statio Africae in via Mediocera Hadrumetum.* TAB. Peut. 6, 1. RAVENN. p. 144, 6 Agerthel. *cf.* Aggarsel. *Diehl.*

aggeriēs. GLOSS. III 427, 17 aggeries *deest lemma graecum.* V 206, 12 grumulus ageriens congregatio cuiusque rei sive monticulus rotundus. 261, 42 adger⟨i⟩es: strues congeries via. IV 13, 8 (aggeries *b pro* aggeres). *compara* agger *et* congeries. *Zimmermann.*

Aggeritānus *v.* Aggaritanus *sub* Aggar.

Aggerius *nom. vir.* CORP. VI 32155 (= 1796 d add. p. 857) ⟨. . .⟩ Agger⟨ius⟩ v(ir) c(larissimus) et inl(ustris) ex p(raefecto) u(rbi) adq(ue) pat(ricius). 32201 R⟩uf(ius) Aggerius v(ir) c(larissimus) et ⟨in(lustris) . . .⟩. VIII 11164? *v.* Agerius. *Otto.*

1. aggero (adg-), -gessī, -gestum, -gerere *ab* ad *et* gerere. *de* -gg- *vel* -dg- *cf.* DIOM. gramm. I 424, 12 GRAMM. suppl. 295, 21. 300, 1 'aggerit' . . . per duo g. *forma* aggerunda *ter apud* PLAVT. GLOSS. II 11, 23 aggerit προσσωρεύει. IV 306, 46 aggessit: congregavit. **I** *proprie* (*sequitur* ad *vel dat., plerumque absolute*): PLAVT. Cas. 124 te aggerunda curvom aqua faciam (*per iocum dicta*). Poen. 224 aggerunda . . . aqua sunt duo viri defessi. Rud. 484 his mihi ultro adgerunda etiam est aqua. Truc. 111 eorum aggerimus (*sic P*, acc- *fortasse A; v. s.* agero) bona atque . . . ipsi aggerunt ad nos. VARRO rust. 3, 17, 6 ei pisciculos minutos adgerebant. CIC. epist. frg. VII 5 M. luta et limum adgerebant. CAES. civ. 3, 49, 3 terramque adgesserat (adiecerat *a*) *sublicis*, ut aquam contineret. VERG. Aen. 3, 63 ingens aggeritur tumulo tellus (SERV. ut ostenderet verum tumulum). AETNA 445 ni furtim adgereret *Hierae insulae* Siculi vicinia montis materiam silvamque suam. MANIL. 1, 426 montibus . . . aliis aggestos crescere montes. [VITR. 2, 3, 1 *v. sub* aggerare.] SEN. Thy. 1064 aggessi (agressi *E*) manu mea ipse flammas *fibris.* Med. 689 *serpens* tumidum . . . nodis corpus aggestis plicat. Herc. O. 1637 aggeritur omnis silva *in rogum.* epist. 36, 6 *sapienti* si . . . adgeruntur vulgaria bona. 86, 17 *arbori plantatae* terram . . . non adgessit tantum, sed calcavit et pressit. dial. 11, 10, 6 quid opes opibus adgeritis? CVRT. 5, 7, 7 vident regem ipsum . . . aggerentem faces *regiae.* 6, 5, 20 adgesta . . . humo e montibus planitiem ramis impeditam exaggerari. 6, 6, 29 adgeri alias arbores iubet *materiae.* 8, 10, 17 per herbas adgestamque frondem prostravere corpora. PLIN. nat. 8, 58 *leonem* rettulisse gratiam venatus (*acc.*) adgerendo (10, 18). 11, 20 *apes* flores adgerunt pedibus. 17, 27 neque fluminibus adgesta *terra* semper laudabilis *est.* 28, 122 *urinam lynx* terra pedibus adgesta obruere traditur. VAL. FL. 5, 62 tum vivo frondens (fronde et *V*) e caespite tellus aggeritur. SIL. 3, 641 ubi nudarunt silva densissima montis, aggessere trabes. STAT. Theb. 4, 454 *cruoris tantum* adgeritur, quantum bibit . . . tellus. 4, 781 floribus adgestis et amico murmure *solatur puerum.* silv. 2, 3, 41 platanum . . . deposuit iuxta vivamque adgessit harenam *Pan.* MART. 8, 57, 4 fragmenta . . . oris (*i. dentes*) . . . aggesta contumulavit humo. FRONTIN. strat. 1, 5, 5 humo adgesta. 1, 5, 27 Hanno . . . locum . . . adgestis levibus materiis incendit. IAVOL. dig. 33, 7, 26 dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgesta est, . . . aedium esse Labeo Trebatius putant. APVL. met. 1, 11 grabatulo . . . pone cardines supposito et probe adgesto. COMM. instr. 1, 29, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bona tua cuncta videndo, insatiabiliter quibus adhuc adgerere quaeris, *avare.* PALLAD. 5, 4, 2 ut circa codicem *zizyfi* lapidum cumulus adgeratur. 11, 8, 2 adgestae (agresti *E*) terrae beneficio. AMM. 19, 5, 2 *nil proficit* in publico . . . incendio aqua unius hominis manu adgesta (*proverbialiter dictum*). 22, 8, 46 limum globosque *in Ponto* adgerente multitudine circumvenientium fluentorum. 24, 4, 30 *milites* collectam stipulam et sarmenta specuum faucibus adgesserunt. 28, 6, 5 abundanti commeatu adgesto. 30, 5, 17 locus adgestis ruderibus . . . purgatur. 31, 13, 6 acervis caesorum adgestis. HIER. in Abac. 1, 1 p. 601 Vall. cum terra fuerit aggesta (*aggere facto*). PAVL. NOL. epist. 5, 5 *med.* divitiae de matrimonio familiae consularis adgestae. SVLP. SEV. epist. 1, 11 super fornaculam partem paleae . . . aggessit.

II *translate*: TAC. ann. 2, 57 amici *Germanici* . . . intendere vera, adgerere falsa. 3, 67 sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa. 13, 14 simul intendere manus *Agrippina*, aggerere probra. (NOVATIAN.) hom. 8 p. 89, 17 aggerebat luctum eius ereptus filius.

syn.: *ad I*: (apportare, afferre). *ad II*: (addere, augere, coacervare). *opp.*: (degero). *deriv.*: aggeries, aggestio, aggestus.

part. perf. pass. pro subst. **aggestum, -ī** *n.* AMM. 19, 8, 1 ex adgestis erectis intrinsecus . . . nostri . . . resistebant. 20, 11, 23 *Persae* prunas unius aggesti inseruere iuncturis, ramis arborum diversarum et iunco et manipulis constructi cannarum. *cf. Suidas*: *Ἄγεστα, πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοῦ ἐγειρόμενον . . . . Ἄκεσσα, Ῥωμαϊκόν τι μηχάνημα ἐκ δενδροτομίας πρὸς ἐρυμνότητα μετασκευαζόμενον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ξυνέθεσαν τὴν λεγομένην ἄκεσσαν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. et alia graeca.*

2. aggero (adg-), -āvī, -ātum, -āre *ab* agger. *cf.* EVTYCH. gramm. V 481, 18 ex quo verbo (*aggerere*) nomen fit agger et ab eo verbum derivatum aggero aggeras est primae coniugationis. MART. CAP. 3, 250 d . . . transit in g ut aggerat. GLOSS. *σωρεύω* aggerat (*scriptum et* adgerat *et* adierat) congregat, agerat congregat acerbat adtollit accumulat, grande facit. **I** *proprie*: VERG. georg. 3, 556 aggerat . . . turpi dilapsa cadavera tabo *Tisiphone.* Aen. 11, 79 multaque praeterea Laurentis praemia pugnae aggerat *Aeneas.* MORET. 51 testisque tegit *farinam subactam*, super aggerat ignes *Simylus.* VITR. 2, 3, 1 haec . . . genera *laterum* faciliter aggerantur. PHAEDR. 4, 20, 23 quadrantes aggeras patrimonio, *avare.* CVRT. 4, 3, 9 cumulo eorum alias arbores iniciebant, tum humus aggerabatur (-ebatur *codd.*). COLVM. 2, 20, 5 in area detrita frumenta sic sunt aggeranda. 5, 12, 3 stercoratam terram circa *cacumina cytisorum* aggerato. 11, 3, 38 rutam mense Martio differre oportet in apricum et cinerem aggerare. 11, 3, 48 stercorata terra usque in dimidium sulcum aggeranda . . . est. arb. 5, 5 terram ad vitem aggerato (9, 2). 26, 6 terram circa arborem aggerato (28, 3). STAT. Theb. 8, 341 vivis *pecudibus* cumulos undantis harenae aggerat *Theudamas.* PS. QVINT. decl. 6, 11 aggerant pulverem venti *circa cadaver.* TAC. ann. 1, 19 aggerabatur (-ebatur *M*) nihilo minus caespes iamque pectori usque adcreverat. 1, 61 medio campo albentia ossa . . . disiecta vel aggerata. 6, 19 iacuit immensa strages . . . dispersi aut aggerati. 15, 15 armis et corporibus caesorum aggeratis. APVL. met. 2, 21 aggeratis in cumulum stragulis. SIDON. epist. 2, 2, 19 supra molares naturaliter aggeratos. 8, 12, 6 penus aggeratis opipare farta deliciis. *liberius*: *aggerando efficere*: TAC. ann. 1, 63 trames . . . quondam a L. Domitio aggeratus. APVL. met. 9, 24 viminea cavea . . . fustium flexu tereti in rectum aggerata cumulum. HEGES. 4, 15, 1 caesorum cadaveribus aggerata moles adaequaverat murorum altitudinem. *i. q. aggere exornare*: COLVM. 9, 5, 5 virgis ac lapidibus aggeretur *praeterfluens unda* apium causa, 'pontibus ut crebris possint consistere'. 11, 2, 46 omnes arbores fructiferae circumfossae aggerari debent. 11, 3, 47 cura est eius (*raphani*) ut . . . terra obruatur, post, ubi ceperit aliquid incrementum, subinde aggeretur. arb. 6, 5 ne, cum aggerata fuerit *vinea* (*potest tamen et* terra *suppleri*), supra terram extet. APVL. met. 4, 6 convalles lacunosae cavaeque nimium spinetis aggeratae. PALLAD. 12, 9 circumfossas vites harena fluviali vel cinere debebimus adgerare. CLAVD. 18, 236 portentaque monstris aggerat *Eutropius.* *audacius* ARNOB. nat. 3, 9 ut eos (*deos*) *natura* his partibus (*genitalibus*) aggeraret. *pro attollere, augere*: *de rebus corporeis*: SOL. 27, 38 ardua in valles residunt, . . . vallibus pressa coetu pulveris aggerantur (*inter Syrtes*). CLAVD. 20, 439 vicina palus . . . cumulis immanibus aggerat undas. **II** *translate*: VERG. Aen. 4, 197 incenditque animum dictis atque aggerat iras *Iarbae Fama.* 11, 342 his onerat dictis atque aggerat iras *Drances.* SIL. 2, 359 Libyae clades et primi incendia belli aggerat . . . Hannon. STAT. Theb. 2, 198 dictis impensius aggerat omne promissum Inachius pater. FRONTO p. 212, 22 N. argumenta nectemus non sparsa nec sine discrimine aggerata. ARNOB. nat. 1, 3 p. 6 quae gentes . . . aggerata interierint vastitate. SYMM. epist. 4, 19, 1 taxatione pretiorum graviter aggerata. AVG. civ. 4, 3 divitem . . . illis augmentis curas quoque . . . aggerantem. nat. et grat. 1, 1 iste (*Sallustius*) sententiam quantis potuit ingenii viribus aggeravit. quant. anim. 22, 40 atque his temporibus doctrinae aggerari atque exstrui solent. MART. CAP. 2, 122 soritas cumuli accessibus aggerans *Philologia.* 9, 998 loquax docta indoctis adgerans *Satura.* LEO M. serm. 85, 4 auxisti palmam (*persecutor*), dum aggeras poenam.

syn.: (aggerere, accumulare, acervare, exstruere, exaggerare). *opp.*: (minuere, detrahere). *pass.* residere.

deriv.: aggeratim, aggeratio.

aggestio (adg-), -ōnis *f. ab* aggerere. CHALC. comm. 276 ante ortum mundi . . . , ante tractus fontium aggestionesque montanas. PALLAD. 2, 13, 3 valles, quas fluminum saturabit adgestio. 8, 1 arbores . . . sectis messibus obruantur adgestione (aggre- *E*) terrarum. 12, 7, 4 si haec arbor . . . inarescit, frequenti adgestione (*sc. terrae*) cumuletur. SCHOL. Stat. Theb. 1, 358 si his fluminibus . . . riparum aggestiones opponeres, quominus effunderentur. SCHOL. Iuv. 6, 587 pontifex . . . locum figurata tumuli aggestione consecratum it. [MART. CAP. 2, 170 *lege* egestionibus *cum Bernensi, cf.* 2, 135.] VICT. VIT. 3, 59 sibi videbantur servorum adgestione superbi *Vandali.*

aggestum, -ī *n. v. s.* 1. aggero.

aggestus (adg-), -ūs *m. ab* aggerere. *praevalet abl. sing.* GRAMM. suppl. 291, 11 'aggestus' per duas g (297, 11). [*val.* agest. *M.-L.*] SEN. epist. 84, 12 gradus divitum et magno adgestu suspensa vestibula. PS. QVINT. decl. 5, 6 ignotis cadaveribus humum ingerimus et insepultum . . . nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non . . . veneretur aggestu. TAC. ann. 1, 35 propriis nominibus accusant *milites* vallum, fossas, pabuli materiae lignorum adgestus. hist. 3, 60 locus ipse castrorum placebat . . . tuto copiarum adgestu. LIB. col. II grom. p. 258, 1 per montes . . . foveas *posuimus* sed et a⟨g⟩gestum petrarum. ITIN. Alex. 17 quod adgestu iacto eam urbem (*Tyrum*) terrae continuaret. 19 accessus *ad urbem Gazam* aggestu solidatur. 45 *vallum naturale* explet caesu frondium et adgestu humi. PS. AVR. VICT. epit. 3, 9 arenae aggestu ad terrae speciem viam solidatam . . . decucurrit *Caligula.* HIL. in psalm. 122, 11 *pauper* in aggestu fimi ante divitis ianuam sederat. AMM. 20, 11, 20 dimicare succinctius parans per sublimes aggestus, qui . . . muris altius imminebant. VVLG. II Macc. 13, 5 turris . . . aggestum (*ὄργανον*) undique habens cineris. RVFIN. bell. Iud. 7, 38 vallibus . . . quas . . . nec transire erat facile nec aggestu compleri ulla ratione possibile. *Zimmermann.*

Aggeus *v.* Aggaeus. **Aggi, Aggitae** *v.* Haggi, Haggitae.

Aggia, Aggith *v.* Haggith.

agglomero (adgl-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* glomerare *vel* glomus. GLOSS. iungunt, in globum colligere. [*tarant.* aggumbrá. *M.-L.*] *obi. homines* (*plerumque refl. vel passive; nota* latera *l. 48*, arma *l. 50*): SCAEN. inc. Paul. Fest. 25 axe agglomerati universi stantes, *adnotat Fest.* id est cohortibus aut legionibus. *cf.* GLOSS. II 6, 21 adglomerati *συναθροισθέντες.* VERG. Aen. 2, 341 addunt se socios . . . et lateri adglomerant nostro (*non recte* SERV. adglomerantur, *immo* se *ex antecedentibus repetendum; cf.* NON. 36 adglomerare: inplicare, coniungere, dictum a glomere). 12, 458 ductor . . . agmen agit, densi cuneis se quisque coactis (-i *M*[2]) adglomerant (SERV. densentur ut cuneatim dimicent). VAL. FL. 2, 171 prosiliunt *Lemniades* . . . adglomerant sese nudisque sub astris condensae fletus acuunt. 3, 87 ille occupat arva furens, sequitur vis omnis Achivum. adglomerant latera (*pro* se) et densis thoracibus horrens stat manus. SIL. 5, 238 socium duris se casibus addit. tunc alacres arma (*pro* se) adglomerant. 15, 150 comites rerum bellique ministros adglomerant sese. AVG. in psalm. 39, 10 quanti fideles agglomerantur, quantae turbae concurrunt. MAR. VICT. aleth. 3, 273 nemo patrem sequitur: quem quisque intellegit, ⟨aptat⟩ adglomeratque sibi. *obi. res*: VAL. FL. 2, 197 Venus quassans undantem turbine pinum adglomerat tenebras. 2, 499 Sigeaque pestis (*cetos*) adglomerare fretum. AVG. c. Iul. op. imp. 2, 37 et quod catholici dicunt et quod Manichaei, confidenter adglomeras. lib. arb. 3, 21, 61 in id vero, quod futurum speratur, sese omnis curarum aestus agglomerat. BOETH. arithm. 2, 3 p. 85, 13 si . . . quadruplus sese ac sesquiquartus adglomerent, quincuplus continuo fiet (*ex. gr.* 6 : 24 : 30), et si quincuplus cum sesquiquinto, mox sescupli proportio coniugabitur. GREG. TVR. Mart. 4, 45 super plaustrum faenum adglomerare.

προσκόλλησις **adglūtinātio** GLOSS. II 421, 56.

adglūtino (aggl-), -āvī, -ātum, -āre *ab* ad *et* gluten. GLOSS. II 421, 57 *προσκολλῶ* adglutino applico. *sequitur* ad *apud* PLAVT., *postea plerumque dat., etiam liberius* supra, super, circa, post, *bis* cum (AVG. ISID).

proprie: CIC. Att. 16, 6, 4 novum prooemium exaravi et tibi misi: tu illud (*vetus*) desecabis, hoc adglutinabis *ad volumen.* VITR. 10, 8, 4 supra tabulam . . . sunt anuli adglutinati. CELS. 6, 6, 1 *medicamentum* fronti adglutinare. 6, 18, 2 *cutem* non esse servandam, ne considat ulcerique adglutinetur. 7, 7, 8 *pilum* ibi . . . corpori adglutinandum. 7, 26, 5 adglutinanda cucurbitula est et inguinibus et coxis et super pubem. 8, 5 p. 338 D. fronti duobus capitibus adglutinanda est *habena.* 8, 13 mentum pectori adglutinetur. SEN. nat. 3, 20, 3 *flumen* eius naturae habet limum, ut corporibus *aquam* adglutinet et obduret. PLIN. nat. 33, 93 chrysocollam et aurifices sibi vindicant adglutinando auro. 36, 199 *vitri* fragmenta teporata adglutinantur tantum. APVL. met. 2, 30 nasi . . . dedecus linteolo isto pressim adglutinato decenter obtexi. 11, 8 asinum pinnis adglutinatis *quasi Pegasum.* ITALA psalm. 21, 16 (Tert. adv. Marc. 4, 42) linguam adglutinatam (*κεκόλληται*, VVLG. adhaesit) gutturi. TERT. carn. Christi 20 etiam cum quid extraneum extraneo adglutinatur,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita concarnatur et convisceratur cum eo cui adglutinatur, ut, cum avellitur, rapiat secum ex corpore aliquid a quo avellitur. VVLG. Ezech. 29, 4 agglutinabo (προσκολλήσω) pisces fluminum tuorum (*o rex Aegypti, qui es draco*) squamis tuis. *cf.* HIER. in Ezech. 9, 29 p. 344 Vall. SERV. auct. Aen. 11, 858 volucrem sagittam: quia sagittis pennae adglutinantur (*cf.* ISID. diff. 1, 47). SCAVR. gramm. VII 33, 11 brevitatem huius libelli ... adglutinabis ei quem de litteris novis habes a me acceptum. GALEN. alfab. 21 atramentum sutorium ... quasi agglutinatur circa foveas. *translate*: PLAVT. Aul. 801 perii oppido, ita mihi ad malum malae res plurimae se adglutinant. Cist. 648 iam ad me adglutinandam (-dum *codd.*) totam (*Selenium*) decretum est dare. Men. 342 *meretrices* rogitant cuiatis sit, quid ei nomen siet, postilla (-le *codd.*) extemplo se applicant agglutinant (ac glut- *codd.*). ITALA gen. 2, 24 (Tert. anim. 11 *et* 21) homo ... agglutinabit se mulieri suae (προσκολληθήσεται πρός, VVLG. adhaerebit uxori). deut. 6, 13 (Tert. scorp. 2) *deo* famulaberis soli et illi adglutinaberis (πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, *om.* VVLG.). psalm. 62, 9 (Aug. in psalm. 62, 17) agglutinata est (ἐκολλήθη, VVLG. adhaesit) est anima mea post te (*v. infra l. 39*). I Cor. 6, 16 (Tert. pudic. 16) qui adglutinatur fornicariae (ὁ κολλώμενος πόρνῃ, VVLG. qui adhaeret meretrici) ... qui autem adglutinatur (*gr. et* VVLG. *ut supra*) domino (*inde* TERT. pudic. 16 unum ero corpus, cui communicando adglutinabor). TERT. paenit. 5 in quantum ignorantia segregaris, in tantum contumaciae adglutinaris (*verba ultima om. codd., habet ed. princ.*). PANEG. 10, 7 fortunae vicissitudo, quae plerumque prosperis rebus triste aliquid agglutinat. AMBR. parad. 13, 61 *a serpente* statim adglutinatum mendacium est (*sc. verbis prioribus*). Isaac 2, 5 *anima* inclinata ad materiem adglutinatur corpori. VVLG. Sirach 25, 16 timor dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei (*om. Graeci*). Ier. 13, 11 agglutinavi (ἐκόλλησα) mihi omnem domum Israel. Baruch 3, 4 agglutinata sunt (ἐκολλήθη) nobis mala. AVG. conf. 4, 4, 7 *amicitiam* tu agglutinas inter haerentes sibi. lib. arb. 1, 15, 33 non eis (*rebus*) amore agglutinetur *homo probus* neque velut membra sui animi faciat, quod fit amando. serm. 162, 2 *animum* cum ipso (*corpore*) quodammodo agglutinari et devinctum esse *in fornicando* (*cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 6, 18). in ev. Iohan. 21, 9 noluit se separare, sed dignatus est adglutinari *deus corpori humano*. in psalm. 62, 17 caritatem habe, quo glutine agglutinetur anima tua post deum (*v. supra l. 19*). doct. christ. 1, 34, 38 vinciente atque agglutinante nos spiritu sancto, quo in summo ... bono permanere possimus. ATIL. FORT. gramm. VI 283, 6 *metra prototypa* mutilata per cola et commata aut partibus adglutinantur similibus aut sola ponuntur. MACR. exc. Paris. gramm. V 601, 11 nisi ei (*verbo*) praecedentem partem orationis compositio agglutinasset. ISID. in gen. 28, 3 agglutinata est anima eius (*amantis*) cum ea (*puella*).

syn.: applicare. devincire. agglutinatum esse: adhaerere. *opp.*: desecare. avellere. segregare. *V.*

Aggonius, -a *nom. gent.* CORP. V 3390 (*Veronae, periit*) Sex. Clodio Iusto VIvir(o) August(ali) et Aggoniae (Aggor-, Eger- *tradunt alii*) Marcellae uxori eius. *v. etiam* Agonius. *Otto.*

Aggrammēs, -is, *Diodoro* Ξανδράμης. CVRT. 9, 2, 3 ulteriorem ripam *Gangis* colere gentes Gangaridas et Prasios eorumque regem esse Aggrammen. *Diehl.*

aggravāsco *v.* aggravesco.

aggravātio (adgr-), -ōnis *f.* CHIRON 230 stercora si se post ex aggravatione stercoris provocaverint, scias eum (*iumentum aegrum*) cito refrigeraturum. HIER. in Ezech. 8, 27 p. 320 Vall. (*ad* Ezech. 27, 25 *v. infra sub* aggravo *p. 1315, 1*) quae tamen glorificatio fuit aggravatio possidentis, dum non potes moderate ferre divitias. AVG. mus. 6, 14, 43 inquinationem et aggravationem animae consideravimus. civ. 14, 3 et adgravamur ergo corruptibili corpore et ipsius adgravationis causam non naturam ... corporis, sed eius corruptionem scientes nolumus corpore spoliari. in psalm. 31 serm. 2, 15 ex ipsa aggravatione manus tuae, ex ipsa humiliatione conversus sum in aerumna mea (*cf.* VVLG. psalm. 31, 4 die ac nocte gravata est super me manus tua). SALV. gub. 5, 34 sicut sunt in adgravatione pauperes primi, ita in relevatione postremi. ARNOB. in psalm. 43 p. 386[D] libera nos ab occupationibus pulveris, in quibus humiliatur anima nostra, et ab aggravatione ventris (*i. corporis libidinosi*). GREG. M. in I reg. 3, 4, 8 bene ergo dissimulatores paenitentiae Aegypto et Pharaoni in cordis aggravatione similantur (*cf.* VVLG. I reg. 6, 6 *infra p. 1314, 69*).

aggravēsco, *semel* **aggravāsco,** -ere [*ab* ad *et* gravis *ductum, cf. c.* aggravare *et c.* ingravescere gravescere. *Th.*]. PACVV. trag. 69 ubi ego me gravidam sentio adgravascere (*sic codd.*) propinquitate parti (*i.* partus). TER. Hec. 337 male metuo ne Philumenae magis morbus adgravescat. CIC. carm. frg. 31, 4 (Tusc. 3, 76) siquidem qui tempestivam medicinam admovens non adgravescens volnus inlidat manu (*Aesch. Prom. 380* καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ). ITALA lev. 18, 28 *ne* adgravescat vobis terra ... quomodo ingravata est gentibus (*sic palimps. Frising.* προσοχθίσῃ ὑμῖν. VVLG. evomat ... sicut evomuit).

aggravo (adgr-), -āvī, -ātum, -āre [*ab* ad *et* gravis *vel* gravare. *Th.*]. *legitur primum apud* LIV., *vix enim ipsius* VARRONIS *sunt verba quae adfert* AVG. civ. 19, 4 '... ex hac vita fugiendum est'. qua vita, obsecro? 'hac' inquit (*sc. Varro*), 'quae tantis adgravatur malis' (*tractat enim Aug. locum biblicum sap. 9, 15 v. l. 74*). GLOSS. II 10, 22 adgravata βαρούμενα. 307, 9 ἐπιβαρῶ adgravo ingravo ingravesco. *cf.* V 660, 7 aere alieno onustus et aggravatus.

I *proprie* (*vel in imagine*): COLVM. 6, 30, 5 capitis dolorem indicant ... cervix cum capite aggravata et in terram summissa. PLIN. nat. 2, 132 ruinam suam illo (*nubis*) pondere adgravans *turbo*. 12, 79 odor ... adgravans capita (25, 50 album *elleborum* ... caput adgravans maxime. PLIN. med. 3, 33 alia stomachum laedunt, alia caput adgravant). nat. 18, 117 adgravatur ... pondus illa (*farina fabae*) ... in pane venali. 28, 37 quidam ... adgravant ictus ante conatum ... saliva in manu⟨m⟩ ingesta. CHIRON 122 gyrationibus adgravabitur *febricitans iumentum* (*i. nutabit, vaccillabit; cf.* 292 in gressu gravabitur). 376 cum excitasti, statim adgravatus se magis proiciet (VEG. mulom. 5, 47, 1 aggravatus et se proicit). *cf. etiam* OROS. hist. 7, 31, 3 Iovianus ... calore prunarum et nidore parietum nuper calce inlitorum adgravatus et suffocatus. AMBROSIAST. in Col. 2, 23 hinc ... aggravati *homines* non poterant sursum iungi capiti suo (*Christo*). VVLG. iud. 1, 35 aggravata est manus domus Ioseph (ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ οἴκου Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν Ἀμορραῖον) factusque est ei tributarius (I reg. 5, 6 aggravata est ... manus domini super Azot. Iob 23, 2 manus plagae meae aggravata est [βαρεῖα γέγονεν] super gemitum meum). II reg. 3, 34 pedes tui non sunt compedibus aggravati (ἐν πέδαις). III reg. 12, 10 pater tuus aggravavit (ἐβάρυνε) iugum nostrum (12, 14 II par. 10, 10. Is. 47, 6 super senem. thren. 3, 7 HIER. in Ier. 10, 24. 25 p. 917 Vall.). Hab. 2, 6 aggravat contra se densum lutum (βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς; *ne de hebraicis quidem interpretandis constat*). HIER. hom. Orig. in Luc. 25 ut escis superfluis aggraventur corpora. CASSIOD. var. 11, 7, 4 fiscalia onera nulla occasione volumus aggravari. ANTHIM. praef. p. 8, 30 ut non pro nimietate *ciborum* adgravemur. GREG. TVR. vit. patr. 7, 3 quod (*corpus S. Gregori*; quo *pars codd.*) deferentes ... haud procul a castro adgravat (-ti *pars codd.*), gestatores non sustinentes feretrum solo deposuerunt. *ibid.* adgravatum est (-tur *pars codd.*) corpus ita ut eum penitus sustinere non possent.

II *translate*: LIV. 4, 12, 7 unum afuit bellum externum; quo si adgravatae res essent, vix ope deorum ... resisti potuisset. 6, 27, 3 adgravantibus summam ... tribunis plebis, cum ... elevaretur *ab aliis*. 22, 8, 4 viribus extenuatis, quae nihil quod adgravaret pati possent. 24, 36, 7 inopia⟨m⟩ adgravari sociorum. 43, 7, 11 sine ulla ope (opera *Madvig*) hostis, quae adgravaret *consulis condicionem*. SEN. contr. 1, 1, 19 potuit ... levare quidem fortunam fratris, sed causam adgravare. 7, 2, 8 hac ... ratione non adgravari indignationem, sed fatigari. 9, 2, 28 amaritudinem verborum quasi adgravaturam (-tur iam *codd.*) res. PHAEDR. 3, 9, 13 variis dissident sententiis hominisque curam cura maiore adgravant. SEN. Phaedr. 142 quid domum infamem aggravas? 996 proloquere quae sors aggravet quassam domum. dial. 5, 12, 1 querellas ... fecit aut falsa suspicando aut levia adgravando. benef. 4, 13, 2 beneficia ... rationes nostras adgravatura, dum aliorum necessitates et angustias laxent. epist. 91, 3 inexpectata plus adgravant: novitas adicit calamitatibus pondus (AMM. 28, 1, 49 solent insperati casus adgravare miserabiles clades). CVRT. 3, 13, 12 sortem earum (*mulierum*) crudelius adgravante fortuna (*sic codd. interp.*, natura *Paris.*). 8, 10, 29 cum ... frigescens vulnus adgravaret dolorem. COLVM. 2, 4, 7 ratio rustici aggravatur exiguo profectu operis. 7, 5, 3 ne imbecillitas eius (*pecoris*) longis itineribus aggravetur. PLIN. nat. 28, 31 adgravari vulnera introitu eorum, qui umquam fuerint serpentium ... dente laesi. QVINT. inst. 5, 7, 18 argumenta, quae per se nihil reum adgravare videantur. PS. QVINT. decl. 12, 13 quomodo res verbis aggravetur. SVET. Iul. 1 morbo quartanae adgravante *virum*. Aug. 98 in redeundo adgravata valetudine. POMP. dig. 39, 2, 39, 4 in vetere eius (*muri*) cultu[s], nos (non *cod.*) qui non adgravet *i. nobis impensam paret*. SPART. Ael. 6, 5 cum ... Aelius Caesar in dies magis magisque sollicitudine ... adgravaretur. HIL. in psalm. 54, 7 *Christus* infirmitate corporis adgravatus hoc quod nobis est mortale susceperat. AMM. 16, 12, 17 res est adgravata Romana ex negotio tali. 19, 11, 7 quae spes rem Romanam aliquotiens adgravavit. VVLG. gen. 18, 20 peccatum eorum aggravatum est nimis (ἁμαρτίαι ... μεγάλαι σφόδρα). I reg. 6, 6 quare aggravatis corda vestra sicut aggravavit Aegyptus et Pharao cor suum (βαρύνειν *bis*)? I par. 10, 3 aggravatum est (ἐβαρύνθη) proelium contra Saul. sap. 2, 3 sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a radiis solis et a calore illius aggravata (βαρυνθεῖσα, *i. vexata*). 9, 15 corpus ... quod corrumpitur aggravat (βαρύνει) animam et terrena inhabitatio deprimit (βρίθει) sensum multa cogitantem (*locus saepe laudatus apud* ECCL.; *cf. imprimis* AVG. civ. 13, 16 *sq.* 14, 3. 19, 4 retract. 1, 14, 2). IS. 6, 10 excaeca cor populi huius et aures eius aggrava (τοῖς ὠσὶν ... βαρέως ἤκουσαν) et oculos eius claude. 59, 1 non est abbreviata manus domini ... neque aggravata (ἐβάρυνε *intr.*) est auris eius ut non exaudiat (*similiter* Zach. 7, 11; *cf.* HIER. in Is. 29, 9—12). 9, 2 alleviata est (*i. dedecorata*) terra Zabulon ... et ... aggravata est (*i. honorata; plane alia apud Graecos*) via maris trans Iordanem; *cf.* Ezech. 27, 25 glorificata (ἐβαρύνθης) nimis in corde maris, *quo in loco vertendo* HIER. in Ezech. 8, 27 p. 320 Vall. *ponit*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aggravata est, *cum hebraicum verbum fere vim habeat 'locupletata est'* HIER. epist. 69, 8 ne in crapula et ebrietate adgraventur corda eorum. OROS. hist. 3, 21, 7 externos proventus (*i. bella*) morbis interioribus (*tumultibus*) adgravatos. 7, 8, 7 Vitellius ... cum ... incredibili ... voracitatis appetitu humanam vitam probris adgravaret. LEO M. epist. 108, 5 p. 1014 aliqua vi aegritudinis ita fuerunt aggravati. SACR. Leon. p. 309 immensis erroribus aggravati. p. 312 ne apud iustitiam tuam peccata nostra nos adgravent. p. 402 ne aut malis propriis adgravemur aut infestemur ab hostibus. ARNOB. in psalm. 43 corporalibus necessitatibus aggravamur. SALV. gub. 4, 60 causam nostram magis adgravat, si deteriores sumus et meliores nos esse credamus. ALC. AVIT. epist. 36 p. 66, 4 aggravavit magis redeundi festinationem quam minuit *domnulus noster.* 88 innexus pariter adgravatusque (ac gravatus vestrae *Sirm., nescio an e codice*) dignatione sollicitudinis, magnitudine muneris. EVGIPP. Sev. 8, 2 Romanos duris condicionibus aggravans. PS. AMBR. acta Seb. 3, 10 omnis nocens quemcumque potuerit aggravat innocentem. CORP. II 1359 quam⟨qua⟩m sumptu maiore adgravari ⟨se sensit, h⟩onestum et necessarium ⟨duxit vo⟩luntati ordinis obsecun⟨dando pare⟩re. *nota* aggravari *i. q. commoveri contra, succensere*: VVLG. Sirach 25, 3 tres species odivit anima mea et aggravor valde (προσώχθισα σφόδρα) animae (*dat.*) illorum.

syn. ad I: gravare. *ad II*: pondus adicere. deprimere. *opp. ad II*: elevare. levare. laxare. alleviare.

deriv.: aggravatio; *cf.* aggravasco. *V.*

aggredior (adgr-), -gressus sum, -gredī *ab* ad *et* gradi. *de vi*: PRISC. gramm. II 379, 6 multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ...: auxilior te et a te, similiter ... aggredior. *passiva vis invenitur*: CIC. epist. frg. II 2 M. aggrederer (PRISC. gramm. II 383, 2 'adgrederer' passive dixit ἐνεδρευθῶ), *postea saepius ut par est part. perf.* IVST. 7, 6, 5 facillimis quibusque adgressis. AVG. ord. 1, 4, 11 aggressae quaestioni. GREG. TVR. Franc. 5, 30 p. 223, 13 arripuit iam olim aggressum (-ssus *cod. Casin.*) imperium. *part. perf.* adgretus ENN. ann. 575, *supin.* adgressu PLAVT. Persa 558. aggredere *inf. act.* IORD. Rom. 219, *nota quoque* adgredio GLOSS. IV 9, 37 *et corruptum* aggredias PLAVT. Truc. 251 *P* (*A recte habet* adgrediri). *formae in* i: adgredīmur PLAVT. Asin. 680 Rud. 299 (-tur *CD*), aggredītur PACVV. trag. 310 (*si tamen sunt duo pherecratei*), adgredibor PLAVT. Persa 15 (-ior *P*), adgrediri Truc. 251. 461, adgredirier Merc. 248 Rud. 601, *ita ut tertiae quam dicimus coniugationis certa forma non restet apud* PLAVT. *nisi haec* Men. 237 qua adgredītur mare, *nam* Cist. 313 *lacunosus est versus et* Asin. 714 *fortasse verum est quod habet* D^1 adgredire.

I *simpliciter pro accedere, cf.* GLOSS. II 10, 18 adgredior πρόσειμι. II 421, 10 προσέρχομαι ... adgredior accedo adeo. ENN. ann. 575 adgretus fari. PLAVT. Cist. 313 quo⟨m Ven⟩us adgreditur, ⟨place⟩t. Persa 15 contra adgredibor. 788 adgrediar. TER. Hec. 731 adgrediar. Bacchis, salve. CAES. civ. 3, 50, 1 Pompeiani ... silentio adgressi ... se confestim ad suos recipiebant. VERG. ecl. 6, 18 adgressi iniciunt ipsis ex vincula sertis *Sileno.* APVL. met. 7, 11 tunc hospes ille ... adgressus ... naviter cuncta praeministrat. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 27 et primum Maecenas, mox et Agrippa aggressi sunt. VITA Caes. Arel. 36 regem ... salutaturus aggreditur. *cum* ad: PLAVT. Asin. 680 quin ad hunc ... adgredimur? Bacch. 1151 ego ad hunc ... adgrediar. Merc. 248 ad me haedus visust adgredirier. Rud. 601 videtur ad me simia adgredirier. Truc. 251 ubi quamque ... videt prope hasce aedis adgrediri. PACVV. trag. 311 Bacchi templa prope adgreditur. CIC. de orat. 3, 63 non enim repelletur inde, quo aggredi ⟨non⟩ cupiet. LIV. 10, 26, 9 ad iugum ..., quod hostes ceperant, parte alia adgressi. VELL. 2, 33, 3 (*translate*) Pompeius ut primum ad rem publicam adgressus est (*similiter accipiendum* CIC. phil. frg. V 61 M. adgredere, quaeso, et gratificare rei publicae?). MARCELL. chron. II p. 97, 508 Romanus ... et Rusticus ... navibus usque ad Tarentum ... adgressi sunt. *c. acc.* (*cf.* CHAR. gramm. I 294, 22 adgredior montem): PLAVT. Asin. 714 etiam tu, ere, istunc amoves abs te atque ipse (ipsum *Acidalius*) me adgredere? (atque ad me adgredire *Langen*; adgredire *habet* D^1). Mil. 169 adgredior hominem (*hoc vel* adgrediar *etiam* Most. 1074 Curc. 338 Trin. 45 Epid. 126 Stich. 583. Persa 481 adgrediar virum). ACC. trag. 199 aggreditur me Thyestes. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 4 quem ego Romae adgrediar. Att. 12, 33, 1 Damasippum velim adgrediare. 13, 31, 4 adgredere Othonem. PETRON. 85 aggressus simulantem aliquot basiolis invasi. STAT. Theb. 12, 267 tectum ... adgressa (*Argia*) propinquae ... casae. SIL. 3, 171 aggreditur iuvenem (*Hannibalem*) ac monitis incessit amaris *Cyllenius.* STAT. Ach. 1, 349 aggreditur regem atque ibi ... ait *Thetis.* TAC. hist. 4, 51 pari audacia fortunaque hibernum mare adgressi ... nuntiavere. APVL. met. 7, 8 villas seu castella solus adgrediens viaticulum mihi conrasi. TERT. spect. 26 quod ausus esset fidelem aggredi *immundus spiritus* (*paulo ante* daemoniis penetrabiles, *cf.* ZENO tract. 16, 3 p. 374, 14 *sub v.* aggressura). COMM. apol. 561 adgreditur Thomam incredulum illum *Christus.* AEGR. Perd. 125 adgressus namque parentem ... dicturus ero. ENNOD. epist. 1, 5 p. 9, 17 Vind. beneficiorum eius (*anni*) muneribus sublimis consularem virum quasi aequalis adgredior. aggredi viam, iter *sim.*: LACT. inst. 1, 1, 17 adgrediamur viam rectam. IVST. 5, 10, 5 (*translate*) eandem viam crudelitatis adgressi sunt. VVLG. II Macc. 3, 8 Heliodorus iter est aggressus. *cf.* PAVL. PETR. Mart. 1, 198 iter adgresso. CLAVD. 15, 362 adgredior latebras monstri. rapt. Pros. 3, 179 hanc (*Electram*) adgressa Ceres ... inquit. 3, 248 adgredimur subito *Cyanen.* carm. min. 25, 124 adgreditur Cytherea nurum. CASSIAN. conl. 24, 31, 1 (*translate*) si perfectionis viam ... fuerimus adgressi. SIDON. epist. 1, 6, 2 in aggredienda peregrinatione. *nota propter subiectum*: PLAVT. Men. 237 orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare.

II *adire aliquem* (*vel* ad *a.*) *cum certo consilio*: PLAVT. Asin. 25 ita me obstinate adgressu's (*versus fortasse additicius*). Bacch. 1151 ad hunc iratum adgrediar, ⟨si⟩ possumus nos hos intro inlicere huc. Merc. 384 quin ego hunc adgredior de illa? Poen. 1223 astu sum adgressus ad eas. Pseud. 10 hunc dolo adgreditur ... Pseudolus. Trin. 963 adgrediundus hic homo mi astu. PACVV. trag. 379 aggrediar astu regem. TER. Andr. 670 hac non successit, alia adgrediemur via. Phorm. 968 satis astute adgredimini. TITIN. com. 108 *puellam* sum ausus aggredi. CIC. epist. frg. II 2 M. hoc restiterat etiam, ut a te fictis adgrederer donis (*passive, v. p. 1315, 29*). Verr. 3, 36 suo ... artificio Heraclium adgredi conatur. Cluent. 40 L. Clodium pharmacopolam ... adgreditur et cum eo ... transigit. SALL. Iug. 16, 4 reliquos legatos eadem via aggressus plerosque capit. 28, 1 omnis mortalis pecunia adgrediantur *legati Iugurthae.* 46, 4 legatos alium ab alio diversos aggreditur *Metellus.* 61, 4 Bomilcarem ... multis pollicitationibus aggreditur *Metellus.* 65, 3 hunc (*Gaudam*) Marius anxium aggreditur. 80, 3 quis adiutoribus regem (*Bocchum*) aggressus impellit *Iugurtha.* VERG. ecl. 8, 103 his (*herbis*) ego Daphnin adgrediar (PHILARG. id est insidiabor illi). georg. 4, 404 facile ut somno adgrediare iacentem *Protea.* OV. rem. 125 adgrediar melius tum, cum sua vulnera tangi iam sinet *aeger* (*cf.* SEN. epist. 25, 3 *et* 29, 8). LIV. 8, 26, 1 Nymphius praetorem Samnitium arte adgressus perpulerat. 9, 30, 7 consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos (*tibicines*) adgrediuntur *Tiburtini.* 22, 22, 9 Bostarem ipsum arte adgreditur *Abelux.* 36, 11, 9 arte eos est aggressus Mnasilochus. 45, 19, 9 *Stratius Attalum* adgressus tempestivis sermonibus. SEN. contr. 7, 1, 23 aliter alium adgressa est noverca. VAL. MAX. 8, 10 praef. *eloquentia* tribus modis hominem adgreditur. PHAEDR. 3, 16, 10 hac est adgressa *noctua* garrulam *cicadam* fallacia. SEN. Med. 444 constituit animus precibus iratam aggredi. Phaedr. 272 meus iste labor est aggredi iuvenem ferum mentemque saevam flectere. dial. 5, 40, 2 varie adgredieris blandeque *irascentem.* PETRON. 98 amplexuque iam mitigatum osculis tanquam fomentis aggressus est. SIL. 7, 261 fraudisque veneno aggreditur mentes *Poenus.* 11, 55 *mentes* astu aggressus. TAC. hist. 1, 78 eadem largitione civitatium ... animos adgressus. 2, 8 centurionem ... variis artibus adgressus est *servus.* ann. 2, 64 regem astu adgreditur. 11, 19 Gaunascum dolo. 13, 13 Agrippina versis artibus per blandimenta iuvenem (*Neronem*) aggredi. 13, 37 precibus Caesarem adgredi. FLOR. 1, 36, 5 missos ... similiter (*i. pecunia*) adgressus. 1, 36, 10 Metellus, qui callidissime hostem nunc precibus nunc minis ... artibus suis adgressus est. APVL. apol. 73 precibus me adgressus. PS. LACT. mort. pers. 18, 2 aggressus est *Caesar* Diocletianum molliter et amice (14, 1 aliter). FIRM. err. 12, 4 filiam quoque animo corruptoris adgressus est Iuppiter. 15, 2. IVST. 3, 1, 2 filias eius (*Xerxis*) dolo adgreditur *Artabanus.* AVSON. 465, 3 *procos* Vlixes astu aggreditur. SVLP. SEV. chron. 1, 28, 2 illa eum (*Samson*) blandimento muliebri aggressa perpulit. 2, 44, 1 hos ... Taurus precibus aggreditur. OROS. hist. 2, 10, 6 anxium ... regem Mardonius adgreditur suadens.

sic saepe adicitur dictis, verbis *sim., ut aliquis adeatur amice seu contumeliose* (*cf.* ICTI); *cf.* GLOSS. IV 10, 4 adgressus: invectus inruit (V 263, 32). V 162, 36 adgressa: insidiose allocuta. V 162, 35 adgreditur: iracunde adloquitur. SERV. Aen. 4, 92 adgreditur: cum calliditate loquitur. VERG. Aen. 3, 358 his vatem adgreditur dictis *Aeneas.* 4, 92 talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis (VAL. FL. 6, 459). 4, 476 maestam dictis adgressa sororem. 6, 387 quos ... sic prior (*Charon*) adgreditur dictis. VAL. FL. 6, 587 tunc his germanam adgreditur, ceu nescia, dictis. SIL. 15, 546 hic iuvenem (*Claudium Neronem*) aggreditur Latiae telluris imago. TREB. trig. tyr. 12, 9 atque adeo sic adgressus est *Ballista* Macrinum. SVLPICIA sat. 11 teque, quibus princeps et facundissima calles (*sc. numeris*), aggredior ..., Calliope. CLAVD. 1, 29 quem prius adgrediar (*i. alloquar canendo*)? CIC. Caecin. 71 quomodo adgrediatur iudicem ..., non habet *civitas.* NEP. Alc. 4, 2 ut absentem aggrederentur *inimici.* LIV. 3, 10, 5 anno deinde insequente lex Terentilia ... novos adgressa consules est. 3, 56, 1 tribuni adgredi singulos tutum maturumque iam rati ... deligunt. 6, 19, 6 quid cum plebe adgredimur eum (*Manlium*), quem per ipsam plebem tutius adgredi est? SEN. suas. 6, 24 certiorque inimicis adgrediendi (*Ciceronis*) fiducia. TAC. ann. 4, 18 qua causa C. Silium et Titium Sabinum aggreditur *Seianus.* 4, 68 hunc (*Sabinum*) Latinius Latiaris, Porcius Cato ... adgrediuntur. 13, 43 filium ... adgressis accusatoribus per invidiam patris. hist. 3, 11 legiones ... legatum eo atrocius adgrediuntur, quod. SVET. Aug. 10 Brutum Cassiumque ... legibus adgredi ... statuit. VLP. dig. 27, 8, 1, 9 diceremus prius eum, deinde collegam aggrediendum esse.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPITOL. Pert. 7, 7 aggressus eum (*Pertinacem*) Lollius Gentianus *consularis*, quod. HIER. epist. 108, 19 variis eam (*virginem*) modis adgrediebatur *Paula*. SVLP. SEV. dial. 3, 15, 3 Martinum ita adgressus est, ut vix manibus temperaret *Brictio*. chron. 2, 36, 1 Athanasium aggrediuntur absentemque condemnant *Arriani*. COD. Iust. 3, 28, 33 praef. crudelitatem eius (*i. talem hominem crudelem*) competenti poena adgredimur. 4, 29, 31, 1c creditori autem liceat ... debitorem antiquum adgredi.

III *invadere hostiliter, t. t. rei militaris, qui tamen varie transfertur*: GLOSS. II 7, 49 adgreditur ... συμβάλλει. IV 476, 32 adgredior adorior. V 263, 53 aggressus esse: interfecisse (*cf.* CIC Cluent. 31 mulierem veneno interfecit ..., post fratrem aggressus est). *cf.* IV 475, 32 agressus esse: deffecisse. RHET. Her. 4, 41, 53 occasio adgrediendi commoda. CIC. Caecin. 88 qua aggressi erant Galli. Phil. 12, 25 quis bene comitatum ... adgredi audeat? GALBA Cic. epist. 10, 30, 3 ne aversos nostros adgrederentur. CAES. civ. 3, 67, 4 celeriter adgressus Pompeianos ... deturbavit Caesar. 3, 86, 3 ut ... dextrum Caesaris cornu ab latere aperto adgrederentur (Gall. 1, 25, 6 *cf.* BELL. Alex. 40, 1. 40, 2 SALL. Catil. 60, 6). Gall. 2, 10, 2 hostes impeditos nostri in flumine adgressi. 2, 9, 1. civ. 2, 38, 4 equites ... imprudentes ... atque inopinantes hostes adgrediuntur. 1, 51, 4. 1, 55, 1 Gall. 1, 12, 3. civ. 3, 78, 5 ut omnibus copiis Domitium aggrederetur. 3, 40, 1 alteram navem ... pluribus adgressus navibus *Cn. Pompeius filius* vicit. 3, 40, 3. 3, 40, 5. HIRT. Gall. 8, 14, 3 Caesar ... resistentes ... adgrediendos ... iudicabat. 8, 27, 5 perterritosque ... adgressi magna praeda ... potiuntur equites nostri. 8, 48, 2. BELL. Alex. 17, 3 alteram insulae partem ... constratis navibus adgreditur *Caesar*. 19, 2 *pontem* simili ratione adgreditur *Caesar*. 26, 2 quo die *oppidum* est adgressus. 30, 3 castellum ... Caesar adgressus omnibus copiis expugnat. 31, 1 summum locum adgredi iussit *Caesar*. 76, 3 munitionesque adgredi non dubitarunt nostri. 28, 2. 60, 4 (BELL. Afr. *et* Hisp. *talibus exemplis carent*). SALL. Catil. 43, 2 eumque (*Ciceronem*) vi adgrederetur *Cethegus*. 19, 5. 58, 12 quo audacius aggredimini. Iug. 35, 6 Massivam aggreditur *sicarius*. 54, 9 Romanos palantes repente aggreditur *Iugurtha*. 66, 3. 57, 4 murum ... scalis adgredi (LIV. 6, 8, 10). 59, 1 Catil. 60, 6. Iug. 79, 4 ne mox victos victoresque defessos alius aggrederetur (*cf.* LIV. 1, 23, 9 ut fessos confectosque simul victorem ac victum adgrediantur *Etrusci*). 87, 1 castella et oppida ... aggreditur *Marius*. 88, 3 Iugurtham ... saepe aggressus in itinere *Marius*. NEP. Them. 4, 4 quos si statim aggrederetur *Xerxes*. Dat. 4, 1. Alc. 10, 4 illi cum ferro aggredi non auderent. Dat. 9, 5 quem aggredi volebant *insidiatores*. VERG. Aen. 2, 463 turrim ... adgressi ferro ... convellimus. 9, 323 ense superbum Rhamnetem adgreditur *Nisus*. Ov. rem. 134 (*liberius*) temporibus si non adgrediare *vitia* suis. met. 5, 659 somnoque gravatum (*Triptolemum*) aggreditur ferro *Lyncus*. 5, 238. 13, 333. 12, 482 comminus aggreditur *Caeneus*. LIV. *centum triginta quinque exempla praebet, velut*: 1, 53, 5 Gabios nequaquam vi adortus, minime arte Romana, fraude ac dolo adgressus est *Tarquinius* (SEN. Ag. 207 hunc fraude nunc conaris et furto aggredi). 2, 53, 1 P. Valerius ... castra Sabina confestim adgreditur. 5, 13, 10 copiae Capenates in vallum versos a tergo adgrediuntur. 6, 9, 9 Camillus collegam ... moenia adgredi iubet. 7, 12, 4 consules utrimque aciem ... adgrediuntur. 7, 36, 10 ut hostes ... dissipatos adgrederentur. 10, 12, 9 Bovianum inde aggressus ... cepit *Cn. Fulvius*. 21, 7, 4 Hannibal infesto exercitu ingressus fines ... urbem adgreditur. 21, 29, 6 Italiam adgrediendam censent. 22, 56, 7 provinciamque aliam Romanam adgrederentur Poeni. 24, 34, 13 ut totis viribus terra adgrederentur *Romani*. 25, 38, 12 ut ... armati inermes ... adgredi possitis. 27, 15, 7 hae naves ut ab aperto mari urbem adgrederentur. 27, 48, 8 ne aut a fronte aut ab latere adgrederentur (*dextra acies*). 28, 19, 9 duobus simul locis ancipiti terrore urbem adgrediuntur *Scipio et Laelius*. 29, 7, 5 ad visendum, qua maxime parte adgrederetur *Hannibal*. 30, 4, 10 velut a mari adgressurus Vticam. 30, 10, 11 onerarias adgrediuntur *Carthaginienses*. 32, 24, 2 operibus armisque urbem est adgressus *consul*. 32, 30, 11 a Cenomanis terga repente in ipso certamine adgressis. 33, 37, 5 Boi ... agmen Romanorum ... inproviso adgressuros se esse rati. 34, 38, 5 parte una a Phoebeo, altera ..., tertia ... adgredi iubet Quinctius. 35, 1, 5 idem (*Scipio*) Lusitanos in ipso itinere adgressus. 35, 27, 4 Philopoemen necopinantem eum (*Nabim*) improviso genere belli adgredi statuit. 38, 5, 8 Nicodamus ... ex composito repente opera est adgressus. 41, 2, 3 duo simul praesidia ... adgrediuntur *Histri*. 42, 63, 5 corona undique moenia adgressurus. 44, 12, 4 Eumeni ... simul a mari simul a terra adgredienti. 44, 13, 4 classem Iolci stare ⟨ut⟩ inde Demetriadem adgrederetur. 44, 41, 7 si carptim adgrediendo circumagere immobilem ... hastam cogas. GRATT. 469 at tu praecipitem, qua spes est proxima, labem aggredere. VELL. 2, 32, 4 Pompeius ... praedones circa Ciliciam classe adgressus fudit. 2, 95, 2. 2, 113, 3. 2, 109, 5 hanc regionem ... diversis e partibus Ti. Caesar adgredi statuit. VAL. MAX. 2, 10, 6 servus ... Cimber ... senem (*Marium*) adgredi non sustinuit. 3, 3 ext. 7. 6, 2, 3 similiter adgressa *libertas populum* est. 7, 3, 6. 7, 4, 1 omnibus militaribus copiis Tullus Hostilius Fidenas adgressus. SEN. Med. 565 hac aggredere, qua nemo potest quicquam timere. 430. 673 vidi furentem saepe et aggressam deos *Medeam*. Thy. 1108 adiuvante liberos matre aggredi. Oed. 287 pace fretum subita praedonum manus aggressa ferro *sc. Laium*. dial. 1, 3, 4 contumacissimum quemque et rectissimum adgreditur *fortuna* (epist. 91, 4). 1, 4, 8 qui nocturnis hostes adgrediantur insidiis. 5, 21, 4. 5, 41, 1 ut iram ex superiore loco adgredi possit. 12, 16, 3 bis me fraterno luctu adgressa fortuna est. clem. 1, 9, 2. nat. 3, 30, 3 ut undique nos ... adgredi posset *natura*. 6, 32, 3 vastoque *nos* impetu adgreditur mors. CVRT. 4, 13, 9 palam luce adgredi certum est. 8, 6, 14 laetantibus coniuratis, quod sopitum (*Alexandrum*) adgressuri essent. 8, 10, 18. ASCON. Mil. p. 36 B. Milonem ... inopinantem *Clodium* ⟨in⟩ itinere aggressum. LVCAN. 9, 464 Romanum solito violentior *pulvis* agmen adgreditur. PETRON. 36 res electissimas videntes aggredimur. 105 aggrediuntur nos furentes nautae cum funibus. 112 isdem *blanditiis* etiam miles pudicitiam eius aggressus est. PLIN. nat. 11, 28 multaeque *apes* singulos *fucos* adgressae trucidant. 33, 72 cuneis eam (*terram*) ferreis adgrediuntur. SIL. 12, 37 haec pone aggressus *Poenus* ... moenia non ... valuit. 14, 298. 17, 90. 16, 40 vallantem castra (*Hannonem*) ... aggreditur Latius rector. STAT. Theb. 8, 486 hunc turmis obversum ... adgreditur *Haemon*. QVINT. inst. 7, 2, 43 cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit adgressus *Milo Clodium*. 7, 4, 2 Britannia insula ... quo numero militum adgredienda *sit*. 5, 13, 11 (*ubi auctor de rei defensione imagine proelii utitur*) vid像endum etiam, simul nobis plura adgredienda sint, an ... plura simul invadimus ... pedem conferre cum singulis ... derecta fronte pugnandum est. Ps. QVINT. decl. 8, 9 illum quem ... ferro vulneribus adgredereris. FRONTIN. strat. 2, 2, 14 si singulas civitates obsidione adgredietur *Xerxes; praeterea apud Frontinum fere quadragies*. TAC. Agr. 14 Monam insulam adgressus *Suetonius Paulinus* (*cf.* ann. 14, 29). Agr. 17 Brigantium civitatem ... adgressus *Petilius Cerealis*. 34 quos (*Britannos*) ... unam legionem ... adgressos ... debellastis. 26. hist. 1, 67 ut versos in legionem Helvetios a tergo aggrederentur *Raetica auxilia*. 1, 87 Narbonensem Galliam adgredi statuit Otho. 2, 12 adgrediendae provinciae Narbonensi ... duces dederat *Otho*. 2, 22 sparsa auxiliorum manus ... neglecta aut aevo fluxa *murorum* comminus adgredi. 2, 26. 2, 35. 2, 40 quominus ... hostis ... vallum molientes adgrederetur. 3, 15. 3, 18. 3, 20 an operibus et vineis adgredienda urbs foret. 3, 56 fessos hieme atque inopia hostes adgredi. 4, 60 Germani incautum agmen adgrediuntur. 4, 79 classem ultro Canninefates adgressi sunt. ann. 3, 21. 13, 39 fiducia caput gentis Artaxata adgrediendi. 15, 50 cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur in scaena canentem Neronem adgrediendi. 16, 22 si perverterint *imperium*, libertatem ipsam adgredientur. SVET. Iul. 25 Germanos ... primus Romanorum ponte fabricato adgressus ... adgressus est et Britannos. 44 nec nisi ante expertos (*Parthos*) adgredi proelio destinabat Caesar. Aug. 19 et ipsum (*Augustum*) et senatum adgredi destinarant *Audasius atque Epicadus*. Cal. 12 veneno Tiberium adgressus est *Caligula, cf.* Nero 33. Cal. 56 cum placuisset ... spectacula egressum meridie adgredi, *cf.* Otho 6 Dom. 17. FLOR. 1, 18, 27 ut nec amplius eam insulam (aggredi *add. B*) cogitarent *Poeni*. 1, 4, 5 Mucius Scaevola regem per insidias in castris ipsius adgreditur. 1, 7, 17 subito adgressus a tergo Camillus adeo cecidit *barbaros*. 1, 10, 1. 1, 12, 5 Fabius Maximus ... inconditos ac palantis adgressus est. 1, 24, 10. 1, 31, 8 populus Romanus adgressus Carthaginem ... classem ... incendit. 1, 33, 17 *Popilius* fractum ducem (*Viriatum*) ... per fraudem et insidias et domesticos percussores adgressus. 1, 33, 16. 1, 34, 4 Pompeium proelio adgressi *Numantini*. 1, 36, 2 rex (*Iugurtha*) populum Romanum armis invictum opibus adgressus est. 1, 38, 12 Atesin flumen non ponte nec navibus sed ... corporibus adgressi *Cimbri*. 1, 38, 13. 1, 40, 18 classem ... adgressa tempestas tam foeda strage laceravit. 1, 41, 8 ille dispersam toto mari pestem ... divino quodam apparatu adgressus est *Pompeius*. 1, 45, 23 tum ipsa capita belli adgressus urbes Avaricum ... Alesiam ... adaequavit *Caesar*. 2, 6, 13. 2, 8, 10. 2, 13, 63. 2, 15, 4. 2, 16, 3. 2, 30, 24. 2, 33, 54 Astures ... tria simul Romanorum adgredi parant castra. CALL. dig. 48, 19, 28, 10 si cum ferro aggredi *grassatores* ... instituerunt. VLP. dig. 47, 12, 3, 7 si manu armata adgrediantur. 9, 1, 1, 11 si quidem is perisset, qui adgressus erat (*sc. aries sive bos*). APVL. met. 3, 5 heus pueri, quam maribus animis et viribus alacribus dormientes adgrediamur. 3, 6. 3, 28 horreum ... securibus validis adgressi diffindunt. 7, 6 procuratorem principis ... praetereuntem ... fueram adgressus (*ego latro*). 8, 15. 9, 36 eosque (*homines*) variis adgressi vulneribus distrahunt *canes*. 9, 40 saevioribus eum plagis adgreditur *hortulanus*. IVST. praef. 2 nonne nobis Herculea audacia Pompeius *Trogus* orbem terrarum adgressus videri debet? AMM. 16, 2, 2 *et passim*. VEG. mil. 3, 10 p. 91, 17 *et saepius*. VVLG. II reg. 18, 14 aggrediar eum coram te. III reg. 2, 34 II Macc. 5, 5. 12, 13. 13, 15. AVG. civ. 18, 2 bellando. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 4 Iesus deo fretus, non armis aut viribus urbem aggressus. 1, 34, 4. 1, 51, 2 angelus castra Assyriorum aggressus ... leto dedit. OROS. hist. 6, 6, 1 bello. SIDON. carm. 2, 273 hanc gentem ... contra is, aggrederis, superas. *passim*.

IV *ad rem, ad rem faciendam (etiam c. acc. nudo), rem facere, vel sequente quaestione indirecta.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Agisin *v.* Thacasin.

Agisinus, -ī, *cogn. barb.* CORP. III diplom. XLIX p. 878 (*a. 134,* = CORP. X 7855) D. Numitorio Agisini f. Tarammoni Fifens. ex. Sar(dinia) et Tarpalari f. eius (*bis*). *Diehl.*

[**agissime**] *traditur* TER. Andr. exod. suppos. 12; *ubi* aequissume *Fleckeisen.* *V.*

Agistilus *v.* Agisilus.

Agisus (-ius?), -ī *cogn. barb.* CORP. III 5542 (*Iuvavi in Norico*) Banona Agisi f. 10883 (*Poetovione*) Deuso Agisi f. *cf.* Agisillus.

Agit, *statio Liburniae.* RAVENN. p. 381, 6 (Guido p. 543, 3). p. 223, 18 Dan. *Diehl.*

agitābilis, -e *ab* agitare. OV. met. 1, 75 terra feras cepit, volucres agitabilis aer. PS. APVL. Ascl. 31 stabilitas ... quod sustinere, quae agitabilia sunt, possit. SER. SAMM. 254 ventis agitabilis aer vertitur. ARNOB. nat. 7, 50 lapidem sensu agitabilem nullo ... deum fuisse matrem? *compos.* inagitabilis.

Agitabones *v.* Acitavones.

agitātio, -ōnis *f. ab* agitare. *inde a* CIC. *et* VARR.; *in versu*: IVVENC. 1, 231.

I *motus*: **1** *corporalium*: *fluctuum, ventorum, sim.*: CIC. Mur. 35 quod ... fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et ... aestus habet ratio comitiorum? nat. deor. 2, 26 ex intimis maris partibus agitatione excitatus *tepor*. VITR. 1, 6, 3 aer agitatus e ventorum agitationibus. SEN. nat. 5, 1, 1 numquam aer tam immobilis est, ut non in aliqua sit agitatione (*ibid.* leviter commovetur). 6, 16, 4 nihil ... tam inquietum quam aer, tam versabile et agitatione gaudens. 5, 1, 3 fluctus est maris in unam partem agitatio. 6, 20, 7 spiritus agitatio ipso motu crescens (*ibid.* flatus). *aliter* PLIN. nat. 20, 43 *cepas* stomacho utiles esse, spiritus agitatione ventrem mollire. APVL. mund. 9 nives ... colligi iactatione ... nubium ...; nam ... fractae ac discissae spumas agitationibus suis faciunt. *terrae*: *de agricultura*: COLVM. 2, 1, 4 cultibus et agitationibus agrorum. 2, 2, 6 nos de agitatione terrae ... loquimur, non de situ. *de terrae motu*: VVLG. Is. 24, 20 *v. p. 1334, 49.* *arboris*: SEN. epist. 86, 18 radices ... precario haerentes levis quoque revellat agitatio. APVL. met. 2, 4 racemos ... nec agitationis officio carere. *telorum, membrorum, corporis etc.*: CIC. nat. deor. 2, 135 *stomachus* agitatione et motibus linguae ... depulsum ... cibum accepit. LIV. 1, 25, 5 motus ... corporum agitatioque anceps telorum armorumque. 7, 10, 8 exultatio armorumque agitatio vana. 27, 29, 2 vix lecticae agitationem prae gravitate vulnerum patiens. VAL. MAX. 3, 6, 1 cum ... fatigasset umeros et cetera membra militari agitatione. CELS. 4, 22 p. 148 *aegrum* oportet in primis conquiescere, siquidem omnis agitatio exulcerat. PLIN. epist. 1, 6, 2 mirum est, ut animus agitatione motuque corporis excitetur. FIRM. math. 1, 4, 13 assidua brachiorum agitatione. AMM. 14, 6, 9 expandentes *lacernas* crebris agitationibus (*sc. membrorum*) maximeque sinistra. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 111 agitatio *epileptici*, quam Graeci σπαραγμὸν vocant. 1, 1, 32 post agitationem vomitūs (*i. quae per vomitum fit*). *sim.* 3, 2, 42 agitatione medicaminis. 1, 4, 87 quievisse agitatione seposita aegrum. *de gargarismo* 1, 1, 38 oris interiora adiutoriorum agitatione capiti beneficium tradant. 1, 1, 39. CASS. FEL. 32 p. 66 dentium agitatione *cf. p. 1333, 48.* *medicamenti*: MARC. med. 8, 16 collyrium ... ex ovo infusum et levi admodum agitatione contritum. *siderum, mundi*: SEN. dial. 10, 10, 6 sidera, quorum inrequieta semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. 11, 6, 7 perpetua eius (*solis*) agitatio et aliunde alio commigratio est. PS. APVL. Ascl. 33 ex signorum aliquorum agitatione commotio. FIRM. math. 1, 4, 6 *de Saturno*: tardae agitationis. 1, 4, 7 *stella* simili ... per XII signa agitatione percurrit. 1, 5, 6 stellarum perenni cursus agitatione. 1, 6, 1 divinis ... ... agitationibus. 1, 6, 2 *al.* VAL. MAX. 7, 2, 1 praepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidiam resolvi. PS. APVL. Ascl. 6 anima mundi inquieta semper agitatione nutritur. 17 ὕλη ... vel mundus omnium est receptaculum omniumque agitatio atque frequentatio. 19 mutantur omnia lege naturae stabilitateque firmissima, sempiterna agitatione variata. 31 deum agitari credibile est in se ipsum eadem immobilitate. stabilitas enim ipsius in magnitudine est immobilis agitatio. 32 agitationis sempiternae ... inmobilem firmitatem (*ibid.* mobilitas eius, *sc. mundi*). *nota*: APVL. Plat. 1, 7 *deus* mobilem pyramidis formam igni dedit, quod eius celeritas agitationi huius videatur esse consimilis. **2** *temporis*: PS. APVL. Ascl. 30 mundus est receptaculum temporis, cuius cursu et agitatione vegetatur. *ibid.* temporum agitatio. 31 (*ibid.* mobilitas). **3** *animi, mentis*: *nota* VARRO ling. 8, 15 haec (*sc. vocabula* 'prudens' 'ingeniosi') sine agitationibus; at ubi motus maiores, ... 'strenui' et 'nobiles'. CIC. off. 1, 17 est adhibenda actio quaedam, non solum mentis agitatio. 1, 19 agitatio mentis, quae numquam adquiescit. 3, 4. CIC. div. 2, 128 animus ... agitatione et motu ... vacuus. SEN. dial. 4, 3, 5 agitatio animi, quam species iniuriae incussit. benef. 7, 26, 4 inquieti pectoris agitationem tumultusque perpetuos. QVINT. inst. 1, 1, 1 *hominibus* propria est mentis agitatio atque sollertia. LACT. inst. 6, 17, 22 cogitatio ... nihil aliud ... quam mentis agitatio. FAVSTIN. trin. 1, 14 (Migne 13, 48[a]) *angelus iste* ubi factus est diabolus, proprii arbitrii agitatione amisit bonam voluntatem.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *tractatio rei*: CIC. de orat. 3, 88 ipsa tractatio et quaestio quotidie ex se gignit aliquid, quod .... ita fit, ut agitatio (-one *codd.*) rerum sit infinita, cognitio facilis. Cato 23 studiorum agitatio (VAL. MAX. 8, 7 ext. 3). PAVL. FEST. 66, 7 cogitatio ... velut coagitatio, id est longa eiusdem rei agitatio. SEN. epist. 109, 2 opus est et sapienti agitatione (sapientia cogitatione *codd.*) virtutum. PLIN. epist. 8, 14, 11 plurimarum rerum agitatio frequens nihil esse ignotum patiebatur. IVVENC. 2, 231 ubi certa fides fuerit ..., non erit ulla ... anceps agitatio iuris.

synonyma: *ad I*: (agitatus), commigratio, commotio, iactatio, mobilitas, motus. *ad II*: cogitatio, quaestio, tractatio. *opposita*: *ad I*: firmitas, immobilitas, quies, stabilitas. *compositum*: coagitatio.

agitātīvus, -a, -um *ab* agitatus. BOETH. top. Arist. 4, 6 si ... ponit ... animam, ipsum quod est, agitationem aut agitatum: nam pari modo eadem stativa et agitativa esse videtur (ARISTOT. στατική καὶ κινητική).

agitātor, -ōris *m. ab* agitare. *erratum* CORP. VI 33946 ágit(ator).

I *auriga*: GLOSS. auriga, gubernator, ἡνίοχος, ἐλατήρ, ἐλάτης ἵππων; *cf.* V 344, 43 *corrupta*: agite (agitor *alter cod.*): regens. *in certamine circensi*: PLAVT. Men. 160 ne tu ... esses agitator probus. :: quidum? :: ne te uxor sequatur, respectas identidem. LVCIL. 1020 sustineas currum, ut bonus saepe agitator, equosque. CIC. ac. 2, 94 ut callidus agitator, priusquam ad finem veniam, equos sustinebo. OV. am. 3, 2, 7 cuicumque faves, felix agitator equorum. MANIL. 5, 72 Heniochus ... caelo ... retentans, quas prius in terris agitator amaverat artes (*de sidere Agitatoris cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 73, 5. 74, 2. *ibid.* auriga. 74, 6 SCHOL. Arat. lat. p. 104, 7. 13 *al.*). SEN. epist. 30, 13 agitatorum laetitia, cum septimo spatio palmae adpropinquant. ASCON. tog. cand. p. 94 B. quadrigarum agitator Boculus. PLIN. nat. 36, 43 quadrigam cum agitatore. PLIN. epist. 9, 6, 2 SVET. Cal. 55. Nero 22 tractum prasini (*sic codd.*) agitatorem ... querens (PLIN. med. 3, 30 agitatores tracti a quadrigis et rotis pressi. *cf.* PLIN. nat. 28, 237 quadrigas agentes). PAVL. dig. 19, 1, 43 *fin.* VLP. dig. 3, 2, 4 praef. *enumeratur inter eos*, qui certaminibus sacris deserviunt. EXP. mundi rec. A 32 (geogr. p. 111) Laodicia mittit ... agitatores optimos. COD. Theod. 9, 16, 11 (*a. 389*) agitatoribus (COD. Iust. 9, 18, 9, 1 *addit*: id est aurigis). COD. Theod. 15, 7, 12 (*a. 394*) rugosis sinibus agitatorem. MARCELL. chron. II p. 102, 528 bonis ... agitatoribus ..., ignavis. CASSIOD. var. 11, 35, 1 Olympiaci currus agitator rapit praemia post labores. *cf.* 3, 51, 2. *in titulis*: *Ruggiero, diz. epigr. I 361 sqq.; P. J. Meier, PW. I 822.* CORP. VI 10048, 1 ⟨C. Appu⟩leius Diocles agitator factionis russatae. *ibid.* 15 omnium agitatorum eminentissimus (26 ⟨em⟩inentes agitatores). 15. 17 agitatores miliarios (23). 10050 Crescens agit(ator) factionis ven(etae). 10063 Muscloso a(gitatori) f(actionis) r(ussatae). 10057, 3 Aurelio Heraclide agitatori factionis venetae et doctori factionis ... prasinae. 10051, 2 Scirtus agitator (10064). 10046 *al.* 621. III 12013, 9. XIV 2884 agitatori primo factionis *eqs.* INSCR. Wünsch, N. Fluchtaf. Rhein. Mus. 55 (1900) 247 CARM. epigr. 1661. *in re militari*: VERG. Aen. 2, 476 equorum agitator Achillis, ... Automedon (SERV. auct. auriga secundum usum communem). *hinc translate*: ITALA IV reg. 2, 12 (Lucif. Athan. 1, 20 *et* Ambr. Isaac 8, 65) *Elias* pater, agitator Israel (VVLG. currus Israel et auriga eius). PAVL. NOL. carm. 24, 802 currus ..., quo vehitur ... agitator Israel. *de equitibus?* VVLG. Nah. 2, 3 igneae habenae currus in die praeparationis eius, et agitatores consopiti sunt (οἱ ἱππεῖς; *in hebraeo plane alia verba*; LXX ap. HIER. in Nah. p. 552 Vall. equites). *de deo, ut videtur*: SERM. Arian. II frg. 7 (Migne 13, 634ᵇ) ascendet ... super te caelestis agitator. *de diabolo*: HIER. vita Hilar. 8 insiliit dorso eius (*Hilarionis orantis*) agitator, et latera calcibus, cervicem flagello verberans: 'eia' inquit *eqs. cf.* ascensor. II *actor pecoris*: VERG. georg. 1, 273 costas agitator aselli vilibus ... onerat pomis (SERV. verberator, ab agendo dictus. *eadem verba de agitatore auriga* ISID. orig. 18, 33). III *instigator, impulsor*: AVSON. 205, 15 *de magistro*: mentis agitator meae. AMBR. Isaac 8, 65 animam ..., cui pater deus praesul sit, Christus agitator. MACR. somn. 2, 15, 6 ut moventur arbores, quarum etsi non videtur agitator ..., a natura tamen eas ... constat agitari. *cf.* GLOSS. IV 13, 35 ventilator.

synonyma: auriga, gubernator (QVINT. inst. 8, 6, 9 *cf.* DIOM. gramm. I 457, 9 CHAR. gramm. I 272, 14).

f. **agitātrīx,** -īcis. CHAR. gramm. I 44, 16 ille agitator, illa agitatrix. APVL. Plat. 1, 9 *animam* semper per se moveri, agitatricem aliorum (CLAVDIAN. MAM. anim. p. 124, 19). ARNOB. nat. 4, 22 silvarum agitatrix Diana (*cf. p. 1330, 61*).

Agitātōria. *titulus comoediae*: CHAR. gramm. I 197, 10 *al.* Naevius in Agitatoria.

agitātus, -ūs *ab* agitare. *agitatio.* VARRO ling. 5, 11 ubi agitatur, locus; dum agitatur, tempus; quod est in agitatu, actio. 5, 12 ubi is agitatus, non actio ibi. 6, 41 ago, actio ab agitatu. 6, 42 actionum trium primus agitatus mentis. 6, 78. HIER. epist. 36, 2 ex tremore corporis et furiatae mentis agitatu. MACR. sat. 7, 8, 12 qui in aquam descendit calidam, si se non moverit, minus uritur, sed si agitatu suo aquam moverit, ... sentit calorem. 7, 8, 15 aer motu in ventum solvitur et liquidior se factus agitatu flatus efficitur. *ibid.* sensum frigoris praestet agitatus. somn. 1, 17, 8 nec ab eo vita discedit, in quo viget semper agitatus (*ibid.* motus). 1, 20, 7 natura ignis semper in motu perpetuoque agitatu est. 2, 12, 16 *anima* corpori praestat agitatum. 2, 14, 13 spontaneo ... agitatu. 2, 16, 9 perpetuum corporis ... agitatum.

agito, -āvī, -ātum, -āre [*ab* agere. *Th.*]. *inde a* NAEVIO (trag. 22). PAVL. FEST. 23 acetare dicebant quod nunc dicimus agitare. PRISC. gramm. III 276, 16 *verba* hortativa ... accusativum asciscunt: ... moneo, agito, stimulo. 466, 20 (*ubi numeratur in 'formis frequentativis'*) ago 'agito' facit. DIFF. ed. Beck p. 34, 55 agitantur ... saepius aguntur. *significatione verbum iam apud* NAEV. ENN. PLAVT. *cum primitivo fere congruit; certe nulla est iunctura, quae eius propria et genuina dici possit.* *adamaverunt* SALL. (PS. SALL. rep.) LIV. (*maxime in prima decade, ubi 47 habes exempla, cum in reliquis libris 50 sint*) TAC. FLOR. AMM.; *non invenitur in* PETRONIO *al.* [*aprut.* ayitár *'cunas movere'*. *M.-L.*]

I *de motu* (*cf.* GLOSS. II 11, 38 agitatus κεκινημένος): A *animalium*: 1 *de motu corporum*: GLOSS. ἐλαύνω, ἡνιοχῶ (*cf.* DOSITH. gramm. VII 435, 13). *actores, pastores agitant iumenta, equites vel aurigae equos, sim.*: PLAVT. Asin. 708 iam calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom (*sc. te tamquam equum*). VARRO rust. 1, 52, 1 *in plostello* quis sedeat atque agitet ... iumenta. 1, 52, 2 grege iumentorum ... ibi (*in area*) agitato perticis. *de auditoribus tamquam equo* CIC. Brut. 192 si auditor omnino tamquam equus non facit, agitandi finis faciendus est. LVCR. 2, 601 *Matrem Magnam* sedibus in curru biiugos agitare leones. NEP. Eum. 5, 4 equos militares. VERG. georg. 3, 287 lanigeros agitare greges (SERV. auct. aut curare aut pascere). Aen. 11, 770 equum (SEN. epist. 88, 19 SVET. Iul. 39 NEMES. cyn. 323 CLAVD. 19, 56. *item translatione obscaena* HOR. sat. 2, 7, 50). PROP. 2, 15, 32 Sol ... equos. OV. met. 5, 661 per aëra ... iugales. MANIL. 5, 125 immundos ... greges ... per ... rura. SEN. Oed. 844. COLVM. 7, 5, 4 quemadmodum fessas morbo pecudes vehementer agitare et extendere non convenit, ita conducit mediocriter exercere et ... excitare. ALF. dig. 9, 2, 52, 2. 19, 2, 30, 2. VVLG. Sirach 38, 26 stimulo boves (AVIAN. fab. 32, 7). COD. Theod. 8, 5, 2 (*a. 316*) nullus in agitando fuste utatur. SIL. 7, 441 *Cupido* agitabat olores (STAT. silv. 3, 4, 22). FRONTO p. 230, 7 N. *loco corrupto*: aurigae agitandi. CAPER gramm. VII 104, 13 inversis pannis agitasse aurigas. LAMPR. Hel. 23, 1. 27, 1. *nota* ORIGO Rom. chron. I p 148, 15 hoc imp(eratore) senatores agitaverunt in Circo Maximo missos (*i. missūs*) XIIII. AMM. 14, 6, 16 equos ... signatis quod dicitur calceis. HYG. astr. 2, 2 p. 32, 18 *de sidere*: quod Arctus videatur ut plaustrum circa polum ... versari et Bootes agitare eam dicatur. COD. Theod. 15, 7, 7 (*a. 381*) qui agitandi munus exercent. CORP. VI 9709 hic in IIII stabul(is) agitavit numq(uam). 10048, 3 Diocles agitator ... agitavit in factione alb(ata). *ibid.* 6 quadriga agitavit annis XXIIII. agitare currus *v. sub I B 1.* *venatores (bestiae) agitant feras*: CIC. off. 3, 68 suntne ... insidiae tendere plagas, etiam si excitaturus non sis nec agitaturus. div. 2, 144 *aquila* insectans alias avis et agitans (VERG. Aen. 12, 248 OV. met. 11, 300). CIC. Arat. 124 *transl. de sidere*: Canis infesto sequitur vestigia cursu praecipitantem *Leporem* agitans. VERG. georg. 3, 372 *cervos* immissis canibus ..., cassibus ..., formidine pinnae. 3, 409. 3, 414 galbaneo ... nidore chelydros *a stabulis* (SERV. persequi). Aen. 7, 478 feras. HOR. carm. 2, 13, 40 Orion leones. 3, 12, 10. OV. met. 3, 356 in retia cervos. LIV. 41, 9, 6 lupus ... Romae interdiu agitatus (vagatus *Pluygers*), ... magno consectantium tumultu evasit. CVRT. 8, 1, 13 agitari undique feras. SIL. 2, 437 ferarum agmina venatu. 4, 561. 10, 77 canis ... apros. 13, 130 incursu ... agitata luporum *cerva*. 16, 574. STAT. Ach. 1, 627 SOL. 56, 9. AMM. 23, 4, 7 *asinos* venatibus. CLAVD. carm. min. 53, 122 sagittis ... feras. SIDON. carm. 2, 144. *nota metonymiam*: SIL. 2, 94 Dictaeos agitare puer ... pennata saltus assuetus harundine. PS. QVINT. decl. 3, 4 saltus agitare venatu. *sim.* MANIL. 5, 350 mulis agitabit onus. AMM. 16, 9, 1 hominum praedas agitabant et pecorum. *agitantur homines ab hominibus* (*cf. sub I A 2*): VERG. Aen. 2, 421 *hostes* fudimus insidiis totaque agitavimus urbe (LIB. Gloss. fugavimus. *cf.* GLOSS. IV 13, 29 persecuti sumus). 12, 803 terris ... undis. HOR. ars 456 vesanum ... poetam ... agitant pueri (PORPH. persequuntur. SCHOL. Hor. insectantur). LVCAN. 7, 569 Bistonas ... Mavors. TERT. nat. 2, 9 Faunus ... in ius agitabatur mente ictus. AMM. 18, 6, 7 *milites a ducibus* agitati ... sine rationibus *in expeditione*. 31, 8, 7 feminas flagris concrepantibus agitari. CLAVD. 5, 522 agitate flagellis trans Styga *Rufinum*. AVG. civ. 5, 12 p. 212 D. ut excitaret in bellum miseras gentes et flagello agitaret Bellona sanguineo. *similiter videtur dictum* CARM. epigr. 254, 3 tibi, Iuno, sono⟨ros⟩ perfacilest agitare metus (*i. movere tempestates?*). *regere*: SEN. Thy. 370 reges ..., qui sparsos agitant Dahas. STAT. Theb. 4, 128 hos (*Pylios*) agitat ... Hippomedon. *movent res*: POMPON. atell. 178 utroquė (*'i. in utramque partem' Büch.*) error vos agitat. VERG. Aen. 6, 68 errantisque deos agitataque numina Troiae (*cf.* SERV.). OV. epist. 7, 141 ventis agitaris iniquis. *nota* STAT. Theb. 3, 538 victores agitat leto (*dat.*) Iovis ira. *hinc* agitari *i. q. vagari, currere, volvi*: VERG. Aen. 11, 694 fugiens *Camilla* magnumque agitata per orbem. STAT. Theb. 2, 206 it Fama per urbes finitimisque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agitatur agris. PS. APVL. Ascl. 31 deum agitari . . . in se ipsum. TERT. anim. 43 *anima* probat se mobilem . . .: terra mari peregrinatur negotiatur agitatur laborat *eqs.* MACR. somn. 2, 16, 8 si corpus agitetur (*opp.* motus animae). 2, 16, 9. CHIRON 270 *bos aegrotans* vacillat et agitat se toto corpore.

2 *de motu animi* (*affectuum*): *vexare, inritare, inquietare, stimulare, incitare, exercere* (GLOSS. V 549, 9 vexare): *agunt di, furiae*: PLAVT. Aul. 642 larvae hunc . . . insaniaeque agitant. Persa 666 di deaeque te agitant irati. TER. Phorm. 351 iam ego hunc agitabo. LVCIL. 409ª si mihi non praetor siet additus atque agitet me. CIC. Quinct. 98 ab omni magistratu agitatus atque perterritus *reus*. S. Rosc. 66 eos agitent furiae neque consistere . . . patiantur (67 agitari et perterreri Furiarum taedis. *sim.* Verr. 2, 6 scelerum poenis. leg. 1, 40 eos agitant insectanturque furiae. VERG. Aen. 3, 331 scelerum furiis agitatus Orestes (SERV. stimulatus). *cf.* 4, 491 scaenis agitatus Orestes (*duplici sensu sec.* SERV.: agitatus, quia et furuit et multae sunt de eo tragoediae: quasi frequenter actus). OV. met. 9, 410. LIV. 1, 48, 7 amens agitantibus furiis . . . Tullia. 29, 18, 15 omnibus eos agitare furiis. SEN. dial. 4, 10, 7 CVRT. 6, 10, 4 STAT. silv. 3, 3, 70. QVINT. decl. 314 p. 235 furiis agitari et per totum orbem agi (APVL. met 5, 21). PLIN. nat. 30, 84 quia nocturnis diis Faunisque agitentur. QVINT. decl. 324 p. 277 numen . . ., quod subiceret faces, quod acrioribus stimulis agitaret. SIL. 2, 530 *Tisiphone* verberibus manes. OV. fast. 6, 5 agitante *deo* calescimus. *agunt homines*: CIC. Manil. 26 bellum . . ., quod coniungant reges potentissimi, renovent agitatae nationes. Brut. 109 M. Pennus . . . agitavit in tribunatu C. Gracchum. rep. 1, 67 Att. 14, 18, 1. PS. SALL. rep. 2, 10, 5 ubi . . . inclinata res p. agitari coepit. VERG. Aen. 10, 71 gentis agitare quietas (*cf.* SERV. auct.). LIV. 2, 1, 4 si . . . plebs . . . agitari coepta esset tribuniciis procellis (*cf.* 4, 16, 7). 2, 48, 7 Veiens hostis . . . contumeliis . . . animos agitabat. 2, 52, 2 tribuni plebem agitare suo veneno, agraria lege (3, 11, 9). 3, 49, 6. *nota* 4, 49, 12 linguam . . . irritando agitandoque (*sc. inimicos*) in eas impelleret voces, quae (*aliter* SEN. dial. 7, 27, 6, *cf. p. 1333, 30; similiter absolute* FRONTO p. 228, 14 N. ingenia hominum inquieta et agitandi ac turbandi cupida). 7, 3, 9. 22, 3, 5 agitare eum (*Flaminium*) atque inritare Poenus parat (22, 12, 6 agitare ac temptare animum). 25, 38, 5 Scipiones (*qui in Hispania periere*) me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant et excitant saepe somno (*cf.* 40, 56, 9). 39, 40, 9 simultates . . . et exercuerunt eum et ipse exercuit eas; nec facile dixeris, utrum magis presserit eum nobilitas, an ille agitaverit nobilitatem. CORP. XI 5998ª, 6 eum armis belloque . . . persequar neque ante odisse aut agitare desistam, quam. *nota*: GERM. frg. 4, 21 Hydrochoon Piscesque agitat saevissimus *Iuppiter* (*i. inritat saevitiam eorum*). OCTAVIA 614 extinctus *Claudius* umbras agitat infestus meas (*Agrippinae*). SEN. dial. 6, 19, 4 poetae . . . vanis nos agitavere terroribus. LVCAN. 2, 643 per ortus bella feres totoque urbes agitabis in orbe (COMM. Bern. provocabis). PLIN. nat. 14, 55 tribunus plebem seditionibus. SIL. 1, 146 *Hasdrubal* viros furiis. 3, 5 vatum mentes . . . super imperio. 3, 700 bello . . . Assaraci prolem. 12, 68 *Hannibal* hortatibus infit laudum agitare suos. QVINT. inst. 4, 1, 33 *iudicis* animus spe, metu, admonitione . . . agitandus est. 12, 8, 9 *litigator a patrono in causa discenda* est . . . agitandus omnibus modis et turbandus et evocandus. SVLPICIA 22 virtus agitata domi et socialibus armis in . . . Carthaginis exilit arces. TAC. dial. 4 agitare et insequi poetas. 25. 41. Agr. 16 nec . . . Bolanus . . . agitavit Britanniam disciplina. *nota* ann. 3, 27 tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. FLOR. 2, 16, 2 Antonii pessumum ingenium . . . uxor agitabat. SPART. Hadr. 16, 8 *Hadrianus* professores . . . quaestionibus. CAPITOL. Maximin. 19, 1. IVST. 14, 3, 8 eum conviciis agitant. 14, 4, 12 seditionibus. AVR. VICT. Caes. 4, 9 Claudium . . . metu. *nota* AMM. 25, 4, 25 reges pro mancipiis agitans. AVG. civ. 2, 26 p. 93 D. spiritus *daemonum* occulto instinctu nequissimas agitans mentes (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 15, 3). *hinc translatio ad res*: *agitare aliquid i. q. persequi, inquietare*: *generaliter*: CIC. Quinct. 10 multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc . . . loco consistere. SIL. 16, 682 Tyrias agitare domos (*bello inlato*). PS. QVINT. decl. 15, 5 facinus, quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus. *sim.* 18, 11 non times monstri huius (*i. incesti*) agitare (*scrutari? cf.* 19, 11) secretum? *ibid.* si dissimulanter indicia . . . sceleris agitasses. *specialiter de insequendo verbis, maxime de correptione et irrisione*: CIC. Mur. 21 *Servius* agitat rem militarem; insectatur . . . legationem. Balb. 57 adoptatio Theophani agitata est *ab adversario*. de orat. 2, 229 si eius (*adversarii*) stultitia poterit agitari. 2, 237. 238 *vitia* belle agitata ridentur. 2, 250 personas agitare . . ., non sustinere. HOR. epod. 12, 13 mea cum saevis agitat fastidia verbis (SCHOL. Hor. eum . . . increpet; PORPH. corripit). ars 342 centuriae seniorum agitant expertia frugis (PORPH. exagitant; SCHOL. Hor. non probant . . . persequuntur). PANEG. 10, 8 p. 227, 18 spem illorum agitas et versas credulitatem. SCHOL. Cic. Bob. p. 363, 21 novitatem Ciceronis multi . . . contumeliis agitare voluerunt. AVG. civ. 8, 3 p. 324 D. *Socratem* inperitorum stultitiam . . . acutissima urbanitate agitasse atque versasse. *agitant mala* (*affectus, incommoda, tormenta, scelera, sim.*): PLAVT. Aul. 631 quae te mala crux agitat? Bacch. 584. Capt. 596 atra bilis agitat hominem (VARRO Men. 146). :: at . . . te . . . pix atra agitet apud carnificem. Cist. 206 iactor, [crucior,] agitor, stimulor, versor in amoris rota. 688ª Curc. 92. 239 Men. 710 Merc. 134 Most. 518. CIC. S. Rosc. 67 suum quemque scelus agitat. rep. 6, 29 *curis* agitatus et exercitatus animus. *de bestiis*: VARRO rust. 3, 16, 16 alvos ita conlocant . . ., ut ne agitentur *apes* (*sc. incommodis; cf. infra l. 51. 60*). SALL. Catil. 5, 7 agitabatur . . . animus ferox inopia rei familiaris (*cf.* 5, 8 incitabant praeterea *eqs.*). Iug. 25, 6 metu atque libidine divorsus *Iugurtha*. 37, 1 seditionibus . . . atrociter res publica. hist. frg. 1, 98 pavor corpora agitaverat. NEP. Att. 9, 1 naturalis bonitas . . . nullis casibus agitatur (agitur *al.*) neque minuitur. VERG. georg. 2, 496 infidos agitans discordia fratres (LVCAN. 6, 780 *cf.* COMM. Bern. *ad h. l.* TAC. dial. 41 GELL. 13, 7, 6). Aen. 3, 609 quae . . . agitet fortuna *Achaemenidem* (SERV. vexet). 11, 337 *Drancem* gloria Turni . . . stimulis . . . agitabat amaris (SIL. 11, 544 STAT. Theb. 2, 177). HOR. epist. 1, 18, 98 num te semper inops agitet vexetque cupido. TIB. 1, 6, 45 *sacerdos* ubi Bellonae motu est agitata. OV. ars 2, 27 fatis agitatus iniquis (fast. 4, 73). met. 6, 595 furiis . . . doloris. trist. 2, 385 *al.* EPICED. Drusi 325 per somnos agitaris imagine falsa (CVRT. 3, 3, 2 anxium . . . agitabant etiam per somnum species imminentium rerum. PS. QVINT. decl. 10, 1 agitabat . . imago somnos. PANEG. 9, 16 p. 205, 23). LIV. 3, 20, 8 terror animos agitabat (TAC. Agr. 16). 8, 33, 3 Papirium . . . agitatum contentione ipsa exacerbatumque. 21, 41, 8 *Hannibalem* Saguntinum scelus (TAC. hist. 1, 5). 29, 18, 12 milites . . . furor. 34, 12, 1 consulem . . . cura. 39, 16, 10 superstitio . . . animos. 45, 26, 7 vos rabies (SEN. contr. 10 pr. 6). SEN. contr. 7, 7, 15 praesagiis . . . et insomniis . . . agitatum se. *cf.* SPART. Hadr. 23, 3 *et* AMM. 23, 3, 3. VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 *Themistoclem* stimulis virtutis agitatum. SEN. Tro. 434 turbat atque agitat Phrygas . . . terror. Med. 287 per . . . regnorum status, fortuna varia dubia quos agitat vice. dial. 2, 6, 4 machinamenta . . ., quae bene fundatum animum agitent (*i. concutiant*). 3, 1, 2 *al.* 5, 4, 3 *feras* fames. epist. 32, 5 vagis cogitationibus agitata mens tandem resistat. 101, 8 mens . . . formidine. OCTAVIA 785 mentes . . . agitat furor (*cf.* 740 IVV. 14, 284). LVCAN. 1, 417 quaerite, quos agitat mundi labor (COMM. Bern. qui norunt rationem mundi). 6, 415 cunctos praesaga futuri mens agitat. 7, 764 vesana quies somnique furentes (7, 775). VAL. FL. 6, 448 Haemoniis agitari cantibus umbras. STAT. Theb. 3, 620 curarum agitante tumultu. QVINT. decl. 270 p. 108 qui me metus . . ., aestus agitant. ATEI. CAPITO Gell. 13, 12, 1 agitabat . . . hominem libertas quaedam nimia. FLOR. 1, 8, 7 agitatus iniuriis populus. 2, 14, 8 bellis. 1, 28, 2. APVL. met. 5, 27 invidiae . . . stimulis agitata. ITALA II Cor. 4, 8 (Tert. scorp. 13) qui persecutionibus agitemur (VVLG. persecutionem patimur. διωκόμενοι). TERT. anim. 53 animam in ipso divortio (*a corpore*) potentius agitari. PORPH. Hor. ars 454 lymphatico *errore* agitantur. SOL. 7, 30 *feminas* libido . . . agitat. LACT. inst. 5, 7, 1. 5, 7, 9 *virtus* agitata . . . malis quatientibus stabilitatem capit (*cf.* inst. interpol. 2, 8, 7 § 3). AVR. VICT. Caes. 28, 7. AMM. 22, 11, 4 *Alexandria* seditionibus . . . agitatur. 25, 10, 4. 15, 5, 28 per quaestiones familiarium . . . crudeliter agitatus. *de bestia*: AMM. 18, 7, 5 *leones* magnitudine culicum agitantur. VVLG. Iudith 15, 1 CLAVD. 21, 270 AVG. civ. 2, 17 p. 73 D. 3, 12 p. 110 Roma . . . horrendis cladibus . . . agitari adfligique debuit. 3, 14 p. 114 libido . . . dominandi magnis malis agitat et conterit humanum genus. 8, 16 p. 345 *daemones* animi perturbationibus agitari, inritari iniuriis (8, 17 p. 346). SVLP. SEV. dial. 2, 8, 9 quem spiritus erroris agitabat (*cf.* 2, 9, 1. 3 *al.* THEOD. PRISC. log. 13 *frenitici* acutis febribus agitantur. CAEL. AVR. acut. 1 pr. 6 epileptica agitati passione. ARATOR act. 1, 488 quos agitat tanti reverentia facti. *in aliquid* (*stimulare, impellere*): OV. ars 2, 487 in furias agitantur equae. SEN. contr. 2, 6, 2 *pecuniae cupido* terrarum orbem in bellum agitat. STAT. Theb. 2, 177 quam te parcum in praeconia famae mens agitat matura tuae. FLOR. 1, 16, 7 *gentem* humanis . . . hostiis in exitium urbis agitatam. *potes huc trahere* PS. APVL. Ascl. 28 *anima* in diversa semper aeternis poenis agitata raptatur. *agitare animum, corpus etc., saepe i. q. exercere, erudire, formare* (*alia v. supra*): GLOSS. II 11, 38 agitatus συνησκημένος, συγκεκροτημένος. PS. SALL. rep. 2, 10, 2 haud . . . corpus exercui, sed animum in litteris agitavi. OV. trist. 1, 5, 73 erat assidue . . . agitatus in armis. LIV. 35, 28, 7 his curis cogitationibusque . . . animum agitaverat. MANIL. 5, 314 *Haedus* sollertis animos agitataque pectora in usus effingit varios. SEN. epist. 106, 4 bonum (*nom.*) agitat animum et quodammodo format. 108, 27 tempus . . . idoneum agitandis per studia ingeniis . . . et exercendis per opera corporibus. LVCAN. 9, 295 actu belli . . . constituit mentes . . . agitare. QVINT. inst. 1, 10, 34 *geometria* agitari . . . animos et acui ingenia. 1, 8, 14 memoriam agitet. APVL. mund. 35 *legis* arbitrio parentium (*a 'pareo'*) mentes agitantur. MAR. VICT. aleth. 1, 263 totum, quod mundus habet . . ., hic (*in paradiso*) viget ac mentes agitat sensusque ministrat. *i. q. excitare*: CIC. de orat. 1, 220 cum ceteros animorum motus . . . iudicibus (*dat.*) . . . dicendo miscere atque agitare vellet (*cf.* LIV. 35, 12, 3 ubi nihil . . . moveri viderunt, agitandum aliquid miscendumque rati, . . . indixerunt. AMM. 16, 12, 4 agitabat miscebatque omnia). div. 1, 61 ea parte animi, quae mentis est, agitata et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erecta. SEN. nat. 2, 6, 6 quo (*spiritu*) animus noster agitetur. epist. 41, 5 animum excellentem ... caelestis potentia agitat. *sim.* SEN. Herc. f. 138 labor exoritur durus et omnes agitat curas.

B *rerum*: VARRO ling. 5, 11 quod stat aut agitatur, corpus. CIC. nat. deor. 3, 27 naturae ... omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis. Tim. 9 *deus* quicquid erat ... adsumpsit non tranquillum et quietum, sed immoderate agitatum et fluitans (PLATO 30 A κινούμενον πλημμελῶς). rep. 6, 27 (PLATO Phaedr. 245 C) quod ... motum adfert alicui quodque ipsum agitatur aliunde (ὑπ' ἄλλον κινούμενον). 6, 28. **1** *quae ab hominibus moveri solent*: *de navibus et vehiculis*: PLAVT. Bacch. 797 bene navis agitatur, pulcre haec confertur ratis. NEP. Dion 9, 2 navem triremem ... in portu agitare (-ri *al.*) iubet, ut si exercere remiges vellet. VARRO ling. 6, 41 agitantur quadrigae. VERG. georg. 3, 18 quadriiugos agitabo ad flumina currus (3, 181). MANIL. 5, 80 in obliquum currus. SEN. Med. 599. 789 Phaedr. 312 ASCON. tog. cand. p. 89 B. LVCAN. 1, 78 obliquum ... per orbem. SVET. Iul. 39 LAMPR. Comm. 8, 7. AMM. 17, 4, 13 *navem* sub trecentis remigibus. VVLG. II Macc. 9, 4 currum. agitare *absol. de aurigis v. sub I A 1.* *de motu membrorum*: LVCR. 3, 653 cum digitos agitat ... moribundus ... pes. SALL. Iug. 60, 4 *corpora* huc et illuc quasi vitabundi aut iacientes tela agitare (OV. ars 3, 731). PROP. 2, 16, 27 barbarus excussis agitat vestigia lumbis (*cf. Hertzberg ad h. l.*). OV. met. 1, 567 ut ... caput ..., *laurum* agitasse cacumen. trist. 3, 4, 2 Daedalus alas (*cf.* fast. 6, 527. GERM. 223 Pegasus ... pennas). LIV. 21, 58, 9 agitando sese movere ac recipere animos (*de militibus frigore torpentibus*). CELS. 3, 6 p. 88 D. leni gestatione corpus agitandum (3, 16 p. 97). 3, 27, 1 membra. 8, 8, 1 p. 341 humerus agitatus (*ibid.* humeri motu). SEN. Oed. 354 non levi motu ... agitata trepidant exta. dial. 1, 4, 12 solidissima corporis pars est, quam frequens usus agitavit. 7, 27, 6 in probra meliorum agitare linguam. epist. 74, 31 color eius mutabitur et vultus agitabitur et artus refrigescent. IMP. NERO carm. frg. 2 colla Cytheriacae splendent agitata columbae. COLVM. 6, 6, 3 agitare caput caudamque crebrius agere. PERS. 5, 129 quod nervos agitet (128 te ... impellit). IVV. 2, 21 de virtute locuti clunem agitant (*ibid.* ceventem). 5, 69 mucida frusta ..., quae genuinum (*dentem*) agitent, non admittentia morsum (*cf. l. 48*). 10, 33 perpetuo risu pulmonem agitare. PLIN. epist. 2, 20, 3 movet labra, agitat digitos, computat. 3, 14, 3 sublatis oculis agitatoque corpore vivere se ... confitetur (4, 23, 1). APVL. mund. 27. TERT. anim. 43 necessitatem ... corporis agitandi. LACT. opif. 5, 10 manus utrolibet agitari et contorqueri necessarium est. AMM. 15, 3, 5 canis ... caudam. 16, 10, 10 HEGES. 3, 2 lin. 24 Web. HIER. epist. 125, 18 manu auriculas agitari asini (*est gestus irrisorius*). VVLG. Is. 10, 32 agitabit manum suam super ... Sion. AVG. civ. 14, 24 p. 50 D. membra ... movemus agitando et porrigendo producimus *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 16 cum totum corpus (toto corpore *codd.*) ... laxatum et spiramentis facilibus agitatum sit (*cf.* 1, 1, 42. 45. 3, 5, 74). *nota*: DIOSC. 5, 39 dentes agitantes (*i.* ὑποσάλους *quassatos*) solidat. CASS. FEL. 32 p. 65. p. 66 dentes ex percussu agitantes (*ibid.* mobiles vel agitantes). *cf. l. 36.* *de vulneribus, aliis, quae medici tractant*: OV. Pont. 1, 6, 24 non agites *vulnera*, si qua coire velis. CELS. 1 pr. p. 8, 30 D. non contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam ... scrutati. 2, 4 p. 34 si venae ... vehementer agitantur. 5, 28, 2 non idem periculum carcinoma adfert, nisi imprudentia curantis agitatum est. 7, 26, 2 p. 309 ne saepius agitanda vesica sit (7, 26, 3 p. 311 *al.*). PS. QVINT. decl. 8, 20 *medicum* stillantem animae sedem cruentis manibus agitantem. *similia*: SEN. Thy. 98 quid famem infixam intimis agitas medullis? STAT. Theb. 2, 413 sitis ... agitata per artus. *de telis, sim.*: LVCIL. 131 agitare manu ... pessulum et ... vectem. VARRO Men. 323 perticae sunt ligna φύσει ἀκίνητα, sed ab homine ... agitantur. PVBLIL. A 38 fax agitando ardescit. OV. met. 3, 667 hastam. 7, 221 habenas (*aliter* SIL. 17, 175). MANIL. 4, 284 remos. VITR. 10, 3, 5 una manu ... agitans *gubernaculum* versat eam (*navem gubernator*). SEN. Thy. 555 hinc illinc agitatus ensis, quem movet ... Mavors. LVCAN. 3, 185 Gnosos ... agitare pharetras docta. SCHOL. Germ. Bas. p. 73, 18 *de aegide tamquam scuto*: quod ... Titanis agitata (-tos, -tor *codd.*) timori fuerit (*cf.* VERG. Aen. 8, 354 aegida concuteret). AMM. 20, 7, 13 agitantes arietes (*i. vehentes, volventes*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 5 trabis a christianis agitatur et sublevatur. *de compositionibus sim., quae commiscentur vel concutiuntur*: CATO agr. 95, 1 *amurcam* rudicula agitato crebro usque adeo, dum fiat ... crassum. 100. COLVM. 12, 20, 4 *bis* (*ibid.* peragitabis). PALLAD. 8, 7 *sextarios* curabis agitare vasa ... concutiens. 11, 14, 15. 11, 17, 1 *mustum* agitabis ex canna radicata vehementer (*ibid.* movebis). PELAGON. 19 *compositionem* agitas quam diutissime et colas *eqs.* 20. 241 omnia *compositionis* in se diligenter agitas. HIER. in Is. 13, 17 p. 243 Vall. mensuram agitatam atque concussam et plenam (*cf.* GLOSS. V 263, 52 agitata: vexata, calcata mensura. *v. sub* coagito). THEOD. PRISC. eup. 5 ciconiarum ova in vase plumbeo agitabis. 9. 34 APIC. 1, 7. 4, 128. 141 ramo rutae. ANTHIM. 3 ollam manibus. 35 *al.* ORIBAS. syn. 4, 37. 40. PORPH. Hor. sat. 2, 7, 17 coniectae tesserae agitataeque *in fritillo*. VOPISC. Prob. 8, 6 iussit ... agitari urnam. *de humo, quae vomere sim. versatur*: OV. met. 15, 555 glaebam ... nullo ... agitante moveri. MANIL. 3, 27 fecundum ... solum varias agitare per artes. COLVM. 2, 9, 4 vicibus annorum requietum agitatumque alternis et quam laetissimum ... arvum. AVIEN. orb. terr. 1299 arva. *alia*: OV. met. 1, 303 delphines ... incursant ramis agitataque robora pulsant. ITALA Is. 33, 20 (Tycon. p. 10, 8) tabernacula ... non commovebuntur neque agitabuntur (κινηθῶσι, VVLG. auferentur) pali tabernaculi. GRATT. cyn. 270 patulis agitatos naribus ignes. FLOR. 2, 26, 16 foculum gerens super cassidem agitatum motu corporis. SER. SAMM. 279 *acetum* clausa versatum agitare palato (*i. gargarizare*). TERT. anim. 6 sigillario motu[s] superficiem *anuli* intus agitante[m]. **2** *quae vi naturali moveri solent*: *venti agitant fluctus, harenam, arbores, al.*: GLOSS. II 429, 38 σαλεύω. IV 13, 16 *al.* agitatur: ventilatur vel movetur. VARRO Plin. nat. 36, 92 tintinabula ... vento agitata. CIC. Cluent. 138 mare ... ventorum vi agitari atque turbari (nat. deor. 2, 26). VERG. georg. 1, 357 ventis surgentibus ... freta ponti agitata tumescere. HOR. carm. 1, 2, 29 defluit saxis agitatus umor. OV. epist. 2, 35 *al.* SEN. contr. 2, 1, 13 ventis penitus *maria*. suas. 1, 3 GERM. frg. 4, 30 SEN. Ag. 469 COLVM. 8, 17, 1 AVIEN. Arat. 1537. AMM. 30, 8, 14 agitato mari iactatis portus patuit. LVCR. 6, 685 ventus ... fit, ubi est agitando percitus aer (*cf.* OV. trist. 2, 149 ventis agitantibus aëra. VITR. 1, 6, 3 aer agitatus e ventorum agitationibus). 4, 250 quanto plus aeris ante agitatur. SALL. Iug. 53, 1 humum aridam vento agitari. 79, 6 ubi ... ventus ... harenam humo excitavit, ea magna vi agitata ora ... inplere solet. CIRIS 145 tumidos agitante sinus aquilone. HOR. carm. 1, 9, 12 veteres agitantur orni *ventis* (SCHOL. Hor. commoventur). 2, 10, 9. 3, 1, 24 non zephyris agitata Tempe. epod. 15, 9 aura capillos. OV. ars 1, 553 ventus aristas. met. 1, 571 tenues agitantia fumos nubila. 6, 708 *aëre* agitati fortius ignes. *cf.* 7, 81. 7, 586 agitata ... ilice (*ibid.* motis ... ramis). LIV. 2, 64, 11 aures agitante sonitu (SEN. epist. 56, 7). VITR. 2, 1, 1 ab tempestatibus ... arbores agitatae. SEN. Phaedr. 739 stella ... ventis agitata. nat. 1, 2, 10. 2, 1, 3 *al.* SIL. 9, 358 agitant cum flamina culmos. FLOR. 1, 33, 2 quasi agitantibus ventis diffudisse ... incendia. ITALA apoc. 6, 13 ficus vento ... agitata (VVLG. movetur; σειομένη *vel* σαλευομένη). AVIEN. orb. terr. 1009 impulsi zephyris agitantur amictus (AMM. 23, 6, 84). VVLG. Matth. 11, 7 harundinem vento agitatam (σαλευόμενον). CLAVD. rapt. 1, 204 lucos ... procella. AVG. civ. 15, 23 p. 108 D. *aer* cum agitatur flabello. *fluctibus, terrae motu agitari*: PROP. 2, 26, 5 agitatam fluctibus Hellen. SEN. Tro. 1043 huc illuc agitata classis. *transl.* VAL. MAX. 3, 8, 6 domestica quies seditionum agitata fluctibus. SEN. Herc. f. 521 labant agitata motu templa. nat. 6, 9, 3 diu agitata fastigia concidunt. 6, 26, 4 Delos agitata *motu terrae*. 6, 26, 5 Cyprum ambit altum mare et agitat[ur], Tyrus ... movetur. 6, 30, 4. 6, 31, 1 quassa ... ad cadendum ... non ... impelli, sed agitari (*terrae motu*). CARM. adv. Marc. 5, 175 a fundamentis montes agitantur in orbem, commota est tellus. OPTATVS 3, 10 p. 96, 19 fuit primo tempestas *persecutionis* sub Vrsacio; agitatus est paries, sed non cecidit. VVLG. Is. 24, 20 agitatione agitabitur terra sicut ebrius (*cf.* 19 confractione confringetur terra *eqs.*). AVG. serm. ed. Mai 28, 4 agitatur in ternis terrae concussibus. *aliae causae movent*: LVCR. 6, 1055 *lapis magnes* per aes (*i. vas ahenum*) agitat *ferrum*. PROP. 3, 2, 3 saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem ... coisse. SCHOL. Cic. Bob. p. 256, 4 oscillare instituerunt, ut pendulis machinis agitarentur. *nota* AVIEN. Arat. 1221 spiram Serpentis ... Scorpius ... agitat (*i. sequitur; aliter* GERM. frg. 4, 21). *transl.* ENNOD. opusc. 1 p. 268, 4 Vind. aulae angustia in artum res privatas agitabat. *vis naturalis movet mundum vel eius partes* (*cf. p. 1333, 4—10; 'agitari' i. q. intrinsecus moveri, se movere*): CIC. nat. deor. 1, 110 *corpora* pellere se ipsa et agitari inter se concursu (1, 114 cum *iste deus* ... pulsetur agiteturque atomorum incursione. *cf.* LVCR. 6, 1020). 2, 31 cum is ardor (*mundi*) ... non agitatus ab alio neque externo pulsu, sed per se ... moveatur. 2, 42 *aether* semper agitatur et viget. div. 2, 139 animus ... agitatur ipse per sese. Cato 78. div. 2, 140 reliquiae rerum earum moventur in animis et agitantur, de quibus vigilantes ... cogitavimus (LVCR. 3, 115). VERG. Aen. 6, 727 mens agitat molem *mundi*. *cf.* GLOSS. IV 428, 53 agitat: regit. SEN. Phaedr. 965 tibi (*Natura*) cura perennes agitare (*i. versare*) vias aetheris alti. nat. 6, 6, 2 quibus *causis* hic orbis agitetur (6, 6, 3. 6, 11). QVINT. inst. 9, 2, 4 agitante corpus spiritu (PS. APVL. Ascl. 17 spiritu ... agitantur sive gubernantur omnes in mundo species). APVL. mund. 30 machinam *mundi* ... ab uno ... principio agitari. PS. APVL. Ascl. 2, 30 in ... aeternitatis vivacitate mundus agitatur (31 tempus). TERT. anim. 15 neque extrinsecus agitari ... principale istud. LACT. ira 17, 3 corpus ... quiescit, animus ... inrequietus agitatur.

II ***de negotio***: GLOSS. II 311, 46 ἐπιτελῶ. 11, 37 πρᾶξαι τελέσαι agere. DON. Ter. Hec. 93 agitarem: exercerem (*cf. p. 1336, 17*).

A *generaliter de eis, quae quomodocumque fiunt*: *agere militaria munera*: NAEV. trag. 22 vos, qui regalis corporis custodias agitatis (PLAVT. Rud. 858 SVLP. SEV. chron. 2, 31, 4). PLAVT. Mil. 216 vigilias (Trin. 869 TAC. ann. 11, 18 AMM. 19, 2, 11). APVL. met. 9, 3 excubias. SALL. Iug. 55, 4 praesidium (85, 33 LIV. 27, 15, 17 TAC. hist. 3, 12 *al.* AMM. 29, 5, 18. 27 SVLP. SEV. chron. 2, 22, 3. *rem pecuniariam, negotia privata*: SEN. epist. 101, 4 *Senecio* et mari et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terra pecuniam agitabat (*ibid.* nullum relinquens inexpertum genus quaestus). 119, 5 quod publicum agitarem, quas arcesserem merces. TAC. Germ. 26 faenus agitare et in usuras extendere. ann. 6, 16 (*ibid.* exerceret. *cf.* COD. Iust. 4, 2, 3). 4, 6 cetera publicorum fructuum societatibus equitum R. agitabantur. VLP. dig. 27, 7, 4, 2 pupillarem *pecuniam.* AMM. 29, 1, 33 *sortes.* 31, 4, 11 turpe commercium ... agitarunt (cogitarunt *codd.*). HEGES. 5, 44, 1 lin. 45 Web. publica ... negotia. COD. Theod. 7, 20, 7 (*a. 353*) veterani ... pecuniam tractent et mercimonia agitent. 16, 6, 4, 3 (*a. 405*) agitandorum contractuum. *delectum, censum, sim.*: COD. Theod. 7, 13, 10 (*a. 381*) tempore delectus agitandi. 11, 1, 173 pr. (*a. 410*) descriptiones per singulos ordines agitantur. 8, 15, 4 (*a. 365*) publicum munus. 13, 10, 5 (*a. 367*) census agitatus est (PROSP. chron. I p. 399, 236 *al.*). OROS. hist. 5, 12, 5 Capitolium, ubi contio agitabatur. LEO M. epist. 90, 1 p. 933 *concilium* in eversionem fidei ... agitatum. *lites, causam, iudicium, sim.*: IVV. 7, 167 veras agitant lites. VLP. dig. 3, 2, 6, 2 si ab initio per procuratorem causa agitata est (MODESTIN. dig. 49, 1, 19). PAVL. dig. 9, 4, 4, 3 donec ... prius iudicium agitatur (APVL. met. 10, 33 inter deos et homines agitatum iudicium. VVLG. II Macc. 4, 43 iudicium adversus Menelaum [ἐνέστη κρίσις]). AFR. dig. 16, 1, 19, 1 dissimilem huic propositioni. GAIVS inst. 2, 234 quaestio, quae de ⟨eo⟩ agitatur, qui (*quaestionem agere i. q. disputare v. sub II B*). dig. 40, 7, 31, 1 MARCELL. dig. 17, 1, 38, 1 *al. cf.* VLP. dig. 39, 2, 11. 49, 9, 1. *dub.* MODESTIN. dig. 49, 1, 20 pr. qui de non recipienda tutela excusationem (tutelae excusatione *Schulting*) agitat, alieno nomine agere intelligendus est. TERT. nat. 2, 10 quis ... Antinoo controversiam divinitatis agitavit? AMM. 15, 6, 1 quaestiones (15, 13, 2). 26, 10, 9 ius. COD. Theod. 2, 1, 5 (*a. 365*) *rationali* defensante ... controversia omnis agitetur. 9, 1, 2 (*a. 374*) quaestionem securus agitabit. 9, 1, 10 (*a. 373?*) criminum iudicia. 9, 37, 4 (*a. 409*). *disciplinas*: CIC. Tusc. 5, 66 *Archimedis* mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur. VERG. Aen. 12, 397 mutas agitare ... artes (*i. medicinam*). CELS. 1 pr. p. 2, 5 D. maiore studio litterarum disciplina agitari coepit (p. 2, 25 altius quaedam). GELL. 20, 5, 3 ἀκροατικά ..., in quibus philosophia remotior ... agitabatur. SOL. 52, 11 militarem agitant disciplinam. *imperium, honores*: SALL. Catil. 9, 5 beneficiis ⟨magis *add. aliq.*⟩ quam metu imperium agitabant. 38, 2 rem publicam. PS. SALL. rep. 2, 3, 6 homines inertissimi ... dominationem oblatam insolentes agitant. SIL. 17, 175 qui rerum agitarit habenas. TAC. ann. 2, 36 honorem per quinquennium. OROS. hist. 6, 18, 17 dominatum (*aliter* CARM. epigr. 876). GELL. 2, 24, 2 mutua ... dominia. IVST. 1, 5, 5 agitato inter pastores imperio. *varia opera*: *nota* PLAVT. Capt. 376 quid rerum hic agitem (*i. quae mea sit condicio*) et quid fieri velim. ACC. praetext. 30 *v. sub* ago. SALL. Catil. 42, 2 festinando agitando (*i. intente agendo*) omnia. Iug. 66, 1 *Iugurtha in bello praeparando* nihil intactum neque quietum pati, cuncta agitare. LIV. 27, 9, 11 quae temere agitassent. 29, 4, 7 haec Carthagini parabant agitabantque. LAVD. [Turiae] 1, 15 qui rem (*sc. ut testamentum rumperetur*) agitabant. SEN. dial. 10, 18, 2 invenies maiora omnibus adhuc ... tractatis operibus, quae ... securus agites. *nota* LVCAN. 8, 138 fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem (COMM. Bern. experienda fortuna est). SIL. 2, 391 ea dum ... regnis agitantur Elissae. IVV. 6, 475 quid faciant agitentque die *mulieres.* TAC. ann. 4, 41 *quiete et solitudine* praecipua rerum maxime agitari. APVL. mund. 30 negotia. TERT. resurr. carn. 27 post antichristi eradicationem agitabitur resurrectio. ITIN. Alex. 52 *Perdius* rem pleni exercitus agitabat (*pugnando*). AMM. 19, 3, 3 utilia agitando complura. 14, 11, 3 agitare quaedam conducentia saluti. *simil. saepius. nota* 28, 4, 35 quae agitavere ... casus (*subi.*). PRVD. psych. 821 munia ... agitet (agit en *al.*) pacis. OROS. hist. 2, 13, 3 omnes *decemviri* omnia propriis libidinibus agitarent. SVLP. SEV. chron. 2, 49, 5 adventum exspectare: interim ... nihil agitandum. *bellum et sim., pacem*: SALL. Iug. 109, 2 pacem an bellum agitaturus foret. SIL. 1, 394. 10, 306 *al.* 7, 118 missa ... hasta fertur ovans *Hannibal* pugnaeque agitat simulacra futurae. 13, 18 Mavortem. 14, 9. 9, 330 primas ... acies. STAT. Theb. 11, 33 tumultus. TAC. ann. 12, 27 latrocinia. FLOR. 2, 9, 4 bellum civile. 2, 18, 6 imaginem belli. TERT. scorp. 10 persecutionem (SVLP. SEV. chron. 2, 32, 1). IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 30 tempus agitando proelio (3, 6 p. 115, 27). AVIEN. Arat. 334 certamina. ANON. Vales. 25 obsidionem. SVLP. SEV. chron. 2, 51, 8. OROS. hist. 3, 1, 12. 5, 12, 7 expeditionem. 5, 14, 3 pugna diu graviter agitata. SALL. Iug. 14, 10 laeti pacem agitabamus (29, 5). 29, 4 indutiae agitabantur. *sim.* Iug. 81, 4 moras agitando. SIL. 12, 689 otia. FLOR. 1, 24, 8 otia et luxus. DICT. 5, 11 inpensius pacem atque amicitiam. *discordiam, scelera*: ENN. ann. 279 maledictis miscent inter sese inimicitiam agitantes (minitantes *Müll.*). CIC. Sull. 60 Pompeianorum colonorumque dissensio ... cum iam inveterasset ac multos annos esset agitata. TERT. resurr. carn. 24 iam ... arcanum iniquitatis agitatur. OROS. hist. 2, 16, 1 domestica discordia agitaretur. COD. Theod. 16, 6, 4, 1 (*a. 405*) facinus. OROS. hist. 3, 14, 10 incendia ... excidia ... caedes *eqs.* *affectus, alia quae sunt animi* (‘*consilium agitare*’ *v. sub II B*): CIC. orat. 134 motus cogitationis celeriter agitatus. LYGD. 3, 4, 59 diversas ... agitat mens impia curas (*aliter* SEN. Herc. f. 138, *v. p. 1333, 3*). PROP. 1, 7, 5 nostros agitamus amores. OV. met. 3, 317 *Iovem* agitasse remissos cum Iunone iocos (PERS. 6, 5 GELL. 18, 5, 1 ludum et iocum). 7, 336 si ... spes agitatis inanes (TAC. hist. 1, 19). LIV. 21, 41, 16 domesticas ... curas. 40, 5, 9 *Philippus* cum eo (*Perse*) cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. MANIL. 2, 932 Saturnus in illa parte suas agitat vires. SEN. Thy. 552 ira ... magnis agitata causis. STAT. silv. 5, 1, 56 unum ... agitare sub ossibus ignem *amoris.* QVINT. inst. 10, 3, 15 cogitationem murmure agitantes (APVL. met. 11, 29 cogitationes exercitius). TAC. ann. 3, 32 initium agitandi adversus Lepidum odii. PLIN. epist. 8, 2, 2 ut in magnis, ita in parvis ... agitare iustitiam. TERT. ieiun. 13 si et ex hominis edicto et in unum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis. anim. 37 rationem. adv. Marc. 2, 9 liberum arbitrium. IVVENC. 4, 296 sitis aut ... famis ... laborem. IVST. 8, 4, 10 Philippus ... venditatione gloriae suae tantarum urbium (*sc. se adulantium*) fastidium agitat atque utros potius dignetur aestimat. MACR. sat. 5, 15, 3 suspiciones de varietate appellationis agitare. *dies festos, sacra, choros, sim.*: PLAVT. Asin. 834 hoc agitemus convivium vino ut sermone suavi (Mil. 165). TER. Hec. 93 agitarem inter vos libere convivium (DON. p. 351 L. agere est aliquid vel necessarium facere: agitare voluptarium). OV. met. 7, 431 SIL. 15, 273 SVET. Claud. 32 FRONTO p. 224, 17 N. APVL. apol. 98. PLAVT. Persa 29 basilice agito eleutheria. 769 meum natalem agitemus amoenum. TER. Haut. 733 Dionysia. CIC. Verr. 3, 51 dies festos (VERG. georg. 2, 527). 3, 114 (*ibid.* Verria celebrantur). CATVLL. 63, 24 *Gallae* sacra sancta acutis ululatibus agitant. SALL. Catil. 48, 1 *plebs* gaudium atque laetitiam agitabat. *cf.* 61, 9 varie per omnem exercitum laetitia maeror, luctus atque gaudia agitabantur. VERG. georg. 4, 533 choros (SEN. Herc. f. 879 *cf.* AVIEN. orb. terr. 708 LICENT. 8). *sim.* SEN. Ag. 452 *delphinus* agitat ... gyros. SIL. 15, 420 festa ... gaudia. TAC. hist. 3, 78 festos Saturni dies. GELL. 18, 2, 1. 20, 8, 1 vindemiam hilare. CENS. 11, 7. SOL. 10, 8 *Orpheus* sacrorum sive cantuum secreta. IVL. VAL. 1, 54 acciderat certamen gymnicum agitari. RVF. FEST. brev. 28 ludos ... campestres ... per diem. MACR. sat. 1, 7, 34 ludi per urbem in compitis agitabantur. s a t i s a g i t a r e: PLAVT. Bacch. 637 nunc agitas sat ... tuarum rerum. TER. Haut. 225 Clinia etsi ... suarum rerum sat agitat, tamen (agit, attamen ϛ, *sed cf.* GLOSS. II 367, 57) habet. *aliter absolute*: SALL. Catil. 23, 3 polliceri coepit et minari ..., postremo ferocius agitare (*i. se gerere*) quam solitus erat. LIV. 7, 24, 3 consul ... inter primores incautus agitat. *cf.* AMM. 19, 7, 2 ballistae propugnatores agitantes humilius disiectabant. GRATT. cyn. 429 vincere ... desidiam et gratos agitando (*i. industria*) prendere fines.

B *s p e c i a l i t e r d e e i s, q u a e m e n t e v e l s e r m o n e t r a c t a n t u r* (*cogitare, deliberare, praeparare, disputare; saepe vi iterativa elucente: cum vehementia quadam tractare*): GLOSS. V 263, 54 agitanti: cogitanti. IV 13, 20 *al.* agitat: agit an cogitat. **1** *agitare aliquid*: *additur*: i n m e n t e, i n a n i m o, m e c u m *sim.* (*cf. sub 2*): PLAVT. Truc. 451 eam rem in corde agito (Rud. 936 *v. p. 1337, 37*). TER. Phorm. 615 id agitans mecum sedulo inveni ... remedium (614 agebam). VARRO ling. 6, 41 cum cogitamus (hos agitamus *cod.*) quid et eam rem agitamus (cogitamus *cod.*) in mente, agimus. CIC. Font. 22 saepius eandem rem animis agitare ... potestis (LIV. 30, 28, 8). nat. deor. 1, 114 quod agitet in mente *deus.* Cato 41 mente (SALL. Catil. 20, 5 OV. epist. 17, 54 fast. 1, 93 EPICED. Drusi 25 LIV. 7, 35, 3 SEN. contr. 2 pr. 4 LVCAN. 7, 767 VAL. FL. 1, 802 CELS. dig. 33, 10, 7, 2 GELL. 18, 13, 2). SALL. Iug. 63, 1 quae animo agitabat, fretus dis ageret (animo: LIV. 8, 25, 2 *al.* VELL. 1, 16, 1 SEN. dial. 6, 9, 2 PLIN. nat. 2, 3 QVINT. inst. 12, 2, 29 TAC. ann. 6, 9 IVST. 8, 3, 12. in animo: *cf. l. 60* CVRT. 9, 6, 26 AVREL. ad Front. p. 94, 10 N.). PS. SALL. rep. 2, 1, 4 mihi multa cum animo agitanti (*cf.* FRONTO p. 228, 17 N. cum corde suo). HOR. sat. 1, 4, 138 haec ego mecum compressis agito labris. LIV. 21, 2, 2 maius ..., quam quod gereret, agitare in animo bellum. frg. 22 haec secum (PLIN. paneg. 67 FRONTO p. 121, 23 N.). IVV. 6, 251 in pectore. TAC. ann. 15, 36 imaginationibus (*cf.* hist. 4, 86 cogitatione). FLOR. 1, 18, 4 adfectabat ... ut Romanus, ita Poenus Siciliam et ... paribus uterque votis ... imperium orbis agitabat. *m e n s, a n i m u s a g i t a l i q u i d*: CIC. fin. 2, 45 mentem ... celerrime ... multa simul agitantem. VERG. Aen. 9, 185 aut pugnam aut aliquid ... invadere magnum mens agitat mihi (SERV. molitur). SEN. Med. 47 tremenda ... mala mens intus agitat. SIL. 13, 399. CVRT. 8, 3, 14 animum diversa agitantem. *additur* s e r m o n i b u s, r u m o r e, i n t e r a l i q u o s, i n s e n a t u, l i b r o *al.* CIC. Cluent. 4 rem agitatam in contionibus, iactatam in iudiciis, commemoratam in senatu (SALL. Iug. 27, 1). 88. 139 leg. agr. 2, 58. dom. 9 *sententiam* in senatu. BELL. Alex. 3, 2 in consiliis contionibusque. LIV. 3, 34, 4 versarent in animis secum unam quamque rem, agitarent deinde sermonibus (5, 15, 5 *al.* PLIN. epist. 6, 19, 1). 4, 58, 14 haec ... in sermonibus contionibusque. 7, 38, 8 occultis coniurationibus. LAVD. [Turiae] 2, 42 agitari divortia inter nos *cf.* 2, 29. SEN. epist. 117, 25 disputatiunculis. ASCON. Corn. p. 73 B. FRONTIN. strat. 4, 7, 39 in ... coetu. TAC. ann. 3, 9 rumoribus. Agr. 15 inter se. VLP. dig. 7, 1, 25, 6 idem est apud Scaevolam agitatum libro secundo. MARCIAN. dig. 34, 5, 16 (17) pr. quod de pariter mortuis tractamus, et in aliis agitatum est. CENS. 7, 2 inter veteres. LACT. inst. 1, 2, 6 inter philosophos. CLAVD. rapt. 3, 7 tanto quae res agitanda tumultu. *sine additamento*: *de cogitando* (*deliberando*): ACC. trag. 431 neque, quae agitas, dicendi est locus.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cic. Cluent. 182 post triennium ... agitata denique quaestio de viri morte habebatur. de orat. 3,54 oratori, quae sunt in hominum vita, ... omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. ac. 1,4 rem a me saepe deliberatam et multum agitatam. Sall. Catil. 24,2 in dies plura agitare (*cf.* Avg. civ. 5,12 p. 216 D. sibi ... multa agitanti constare dixit *Sallustius*). 27,3. Iug. 14,2 cum praecepta parentis mei agitarem. 35,4. 93,2. hist. frg. 1,102 fugam (Verg. Aen. 2,640 agitate fugam, *ad q. l.* Serv. auct. disponite, cogitate, *laudato Sallustio*; Gloss. IV 428,54 fugae consilium habete. Flor. 2,3,51). Liv. 7,14,6 dictator ... omnia circumspicere atque agitare coepit. 40,21,1 quicquam ... de ... bello. Sen. epist. 94,26 salutaria ... saepe agitari debent, saepe versari. nat. 6,1,5 *transl. de re*: orbis ipse ruinas agitat. Cvrt. 5,10,1 olim agitatum scelus exsequi. Lvcan. 2,225 agitant graviora metus (*cf.* Comm. Bern.). Sil. 16,169 vertendas agitat *Scipio* ... Carthaginis arces. Frontin. strat. 1,2,6 Marius ... intellexit hostilia agitari *a Gallis.* Ivv. 1,52 haec ego non agitem? Tac. ann. 1,5. 1,12. Flor. 1,1,5 *Romulus* moenia novae urbis agitabat. Viri ill. 35,1 Pyrrhus ... cum imperium orbis agitaret. Amm. 28,1,1 perfidia regis motus ... insperatos. *nota* Carm. epigr. 876 quisquis honorem agitas (*i. candidatus; aliter Hübner ad Corp. II 2403*). *de disputando, tractando verbis*: Cic. Verr. 6,179 non agitanda res erit? non in medium proferenda? Cluent. 82 cum omnia, quae ad eam rem pertinent, ... ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis. Mur. 81 Planc. 4. 37 *rei causa* agitata tum, cum ista in senatu res agebatur, et disputata ... copiosissime a Q. Hortensio. Verr. 4,141 vetus *crimen*, agitatum iam et te praetore iactatum. off. 1,82 rebus agitatis (*i. inquisitis*) punire sontes. ac. 2,102. Att. 1,19,4 lex ... vehementer agitabatur. Caes. Gall. 7,2,1 his rebus agitatis (*sc. in consilio Gallorum*). Liv. 2,41,3 lex agraria ... numquam deinde ... sine maximis motibus rerum agitata. *nota* 4,60,2 quod ultro sibi (*plebi*) oblatum esset, non a tribunis plebis ... agitatum, non suis sermonibus efflagitatum. 7,1,3 de Gallis ... et de Hernicorum defectione *est* agitata mentio. Ps. Qvint. decl. 10,3 longum est officia praeterita debitae pietatis agitare. Sol. 8,3 Pindum et Othryn agitent (*i. scriptis tractent*; celebrent *pars codd. sec. m.*), qui Lapitharum originem persequentur. *agitare aliquid facere* (*i. cogitare*): Plavt. Rud. 936 (*corrupte?*) magnas res hic agito in mentem instruere. Cic. Verr. 4,224 si ille hoc unum agitare coeperit, esse aliquod genus *eqs.* Nep. Hann. 1,4 ut statim mente agitaret ... bellum renovare. Verg. Aen. 9,185 *v. p. 1336, 66.* Liv. 1,36,4 hoc animo agitavi ... te ... discissurum (*cf.* Flor. 1,5,4). Cvrt. 4,13,16 dextrum ... cornu demittere agitabat. 6,4,9 Val. Fl. 2,164 Sil. 13,399 Tac. ann. 1,18. 2,4. 2,82 Fronto p. 214,8 N. *al. nota* Dict. 5,11 *equum* offerri ... Minervae ... omnium ore agitabatur. *aliter, ni corruptum* Bell. Hisp. 25,3 sibi parem esse neminem agitare (*i. disputare*; iactare? *Wölfflin*) coepit. *pro obiecto quaestio obliqua*: Acc. trag. 634 id ego semper mecum sic agito et comparo, quo pacto ... minuam. Cic. Verr. 3,17 quaerere ipse secum et agitare cum suis coepit, quibusnam rebus ... pecuniam facere posset. Sall. Iug. 70,5 suane an Metelli virtute periret *Iugurtha*, id modo agitari (*i. in discrimine esse*). Hor. sat. 2,5,73 agitamus, utrumne ... sint ... beati. Liv. 2,34,7 agitatum ... in senatu, quanti ... daretur plebi *frumentum*. 3,37,5. 23,38,6. 25,36,5 circumspectare atque agitare ..., si ... posset. 29,10,8 id cogitare atque agitare, quae ratio ... esset. 35,28,2 cum solus iret, secum ipse agitabat animo, cum comites haberet, ab his quaerebat, ... quid ... capiendum consilii foret. 35,34,2 Cvrt. 8,5,5 Tac. hist. 1,19. 3,1 *al.* Plin. paneg. 4. 86 Svet. Nero 47 Flor. 1,5,4 (*Naz.; infin. in Bamb. et Iordane*). Call. dig. 49,14,3,1 Vlp. dig. 15,1,36 Cens. 7,2. *agitare, ut aliquid fiat*: Liv. 4,30,1 agitatum ... ab tribunis plebis, ut tribuni militum crearentur. 5,50,8 *al.* 8,6,14 agitatum ... in consilio est, ut ... redigeretur. 10,14,1 cum inter se agitarent, uti ... deligeret. 37,10,2. 39,55,5 Cvrt. 7,5,22 Ivv. 14,68 Tac. ann. 16,26 Plin. paneg. 9 Amm. 29,4,2. *variae iuncturae: consilium (consilia) agitare*: Liv. 1,48,9 liberandae patriae consilia agitanti. 4,25,7 consilia ... in Volscorum ... conciliis ... agitata (*cf.* 5,1,8). 4,58,12 (*cum aliquo*: 6,2,1. 6,18,3). 10,21,4. 22,24,2 *al.* 32,6,4 Val. Max. 1,6 ext. 1 *al.* 6,6,2 *al.* Sen. epist. 10,2 Cvrt. 4,5,17 *al.* Amm. 19,2,1 agitata summa consiliorum. *nota* Sil. 1,675 agitant consulta patres curasque fatigant. *quaestionem, sermonem*: Gell. 7,13 tit. de quaestiunculis ... in convivio agitatis. 2,26,2 sermones de coloribus. 5,15,1 vetus quaestio inter nobilissimos philosophorum agitata est. 17,3,1. 17,8 tit. in sermonibus ... quaeri agitarique eiusmodi solita. Apvl. met. 1,2 quid sermonis agitarent. Macr. sat. 1,1,2 sermones conviviales (7,1,9). *lites, causam, quaestionem i. iudicium, sim. agitare v. sub II A.* *fabulam, sim.*: Verg. Aen. 4,471 *v. p. 1331, 15.* Diom. gramm. I 487,26 tales fabulas ... agitabant. Mart. Cap. 5,543 nec mollius agitandi sunt gestus *oratori.* **2** *agitare de aliqua re (aliquo) vel absolute*: Cic. epist. 6,1,2 de te ... sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem. Sall. Iug. 11,1 Iugurtha ... regem ficta locutum intellegebat et ipse longe aliter animo agitabat. 30,1 Romae per omnis locos et conventus de facto consulis agitari Maurus ... dicitur secum ipse multum agitavisse. Liv. 2,32,2 primo agitatum dicitur de consulum caede. 3,29,8 de lege ab tribunis. 4,13,4. 6,1,11 *al.* 23,25,4 de hoste Poeno ... consultandum atque agitandum. 30,3,7 ultro citroque agitantibus rem conventuram. Frontin. strat. 1,5,17 Sulla de condicionibus pacis agitabat (*sc. cum hostibus*). Tac. Agr. 13 de intranda Britannia. hist. 1,39 *al.* 1,12 de adoptione secum (*cf.* ann. 2,12 secum). Svet. Iul. 8 Flor. 2,13,15. 83 secum. Marcian. dig. 36,1,67 (65),3 sive de bonorum possessione agitaretur. Call. dig. 50,13,5 pr. *al.*

III *de* ***temporibus, vita, statu***: **A** *cum obiectis*: *aevum agitare, sim.*: Enn. ann. 352 qui tum vivebant homines atque aevum agitabant. Verg. georg. 4,154 *al.* (Serv. auct. *ad* 10,235 διάγειν agere). Sol. 23,12. Sall. Catil. 2,1 vita hominum sine cupiditate agitabatur. Ov. fast. 2,291 vita ... nullos agitata per usus (*i. inutiliter*). Ivvenc. 4,798 vitam ... perennem. Avien. orb. terr. 423. 1089. 1143. *diem, annum etc.*: Lvcr. 1,1067 noctes parilis agitare diebus. Sall. Iug. 94,4 pro muro dies noctisque. 98,4. Cypr. Gall. gen. 284 sescentos agitans annos. Ps. Cypr. resurr. 79 agricolae ... labor agitavit saevius annum. Avien. Arat. 665 totos in fluctibus annos. Cod. Theod. 13,3,4 (*a. 362*) reliquum tempus aetatis. *nota* Amm. 27,6,1 Valentiniano magnitudine quassato morborum agitanteque extrema. *singulariter dictum*: Germ. 585 Ide superisve agitatus (habitatus *Heinsius*) Olympus. **B** *absolute de statu habituque privatorum, militum etc. et de vita et cultu populorum*: Porc. Licin. carm. frg. 4,10 tres per id tempus qui agitabant nobiles facillime (*versum del. Ritschl*). Sall. Iug. 18,9 Libyes ... propius mare Africum agitabant. 19,5 Gaetulos ... partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare. 41,7 paucorum arbitrio belli domique agitabatur. *nota* 54,2 Iugurtha ubi gentium aut quid agitaret. 59,1 equitatum ... pro castris agitare. 63,5 *Marius* semper ... in potestatibus eo modo agitabat, ut ... dignus haberetur. 74,1 *Iugurtha* varius incertusque agitabat. orat. Lep. 11 populus Romanus ... agitandi inops despectusque. epist. Pomp. 9 Gallia ... nunc malis fructibus ... vix agitat. orat. Phil. 10 ab eo, quo agitat, statu. hist. frg. 1,11 aequo et modesto iure. Ps. Sall. rep. 1,3,2 semper in periculo agites. 2,5,3 plebs ... libere. 2,10,5 anxie. 2,13,6. Tac. ann. 1,50 laeti neque procul Germani agitabant. 4,46 Thraecum gentes montium editis sine cultu atque ... ferocius. 11,21 *Rufus* in oppido ... vacuis ... porticibus secretus. Flor. 2,33,46 Cantabri ... immunes imperii. Gell. 16,19,20 *Arionem* illic (*in Italia*) bene agitare et studiis ... urbium florere. Avien. ora 116 vulgus inter Herculis agitans columnas. orb. terr. 282. 391. 1062 pars procul a pelago terras colit inque recessu gens agitat. Dict. 3,10 Troiani ... socordius agitare (*supra*: Graeci cuncta ... summis studiis festinabant). Amm. 26,7,3 attentissima cura Procopius in dies agitabat et noctes. 17,12,21 Quadorum circa illos agitantium (22,8,26 post terga). Pavl. Nol. carm. 10,161 castis ... animis agitare. 10,197.

ex partic. adiect. **agitātus**, -a, -um. *mobilis, vivax, acer.* Cic. Tim. 9 *v. p. 1333, 6.* Sen. dial. 4,19,5 mobilis ... illis agitatusque sanguis est. epist. 108,22 agitatiorem mihi animum esse credebam. Qvint. inst. 11,3,178 alter *histrio* deos *etc.* ..., alter acres senes, callidos servos ... et omnia agitatiora melius *agebat*. 11,3,184 actio paulo agitatior. Tert. test. anim. 1 testimonium ... omni litteratura notius, omni doctrina agitatius, omni editione vulgatius.

synonyma: *ad I*: adfligere, agere, commovere, concutere, consectari, corripere, evocare, exacerbare, excitare, exercere, gubernare, iactare, impellere, increpare, inquirere, inritare, insectari, insequi, movere, pellere, perterrere, perturbare (Porph. Hor. carm. 2,19,5), premere, provocare, pulsare, quatere, regere, stimulare, turbare, versare, vexare (*v. s. et* Cic. S. Rosc. 67). *nota* Diff. ed. Beck. p. 34,55 agitantur, quae levia sunt, id est saepius aguntur, moventur onerosa. *cf.* Tert. anim. 45. *ad II*: adfectare, agere, cogitare, consultare, deliberare, disponere, disputare, exercere, facere, iactare, moliri, parare (*adde* Ivv. 6,251), quaerere, tractare (*adde* Liv. 33,31,7, *ubi Bamb.* agitabantur, *Mog.* tractabantur), versare. Don. Ter. Hec. 93 p. 351 L. *de differentia inter* agere *et* agitare, *cf. p. 1336, 17.* *ad III*: colere (degere, vivere, morari, esse). *opposita*: *ad II*: dicere, exsequi (Cvrt. 5,10,1. 10,8,21), omittere (Ascon. Corn. p. 72 B.), promere (Cvrt. 9,6,26), requiescere (Avg. civ. 3,10 p. 106 D.).

derivata: agitabilis, agitatio *etc.* *composita*: cogito, coagito, exagito, obagito, peragito, reagito. *Hey.*

Agiulfus, -ī *cogn. germ.* **1** *diaconus Turonensis*: Greg. Tvr. vit. patr. 8,6 Agiulfus ... diaconus noster. *cf.* hist. 10,1 glor. mart. 82 glor. conf. 60. **2** *unus ex Amalis, v.* Achiulf. **3** *praefectus in Hispania, Gothus, v.* Agrivulfus Aiulfus.

(**agium**) *vox ficticia, v. sub* aquagium.

Agiustus, -ī *cogn. barb.* Inscr. Rhen. Bramb. 1521 (*Aquis Mattiacis*) Q. Vibius Agi|ustus Raetus mil. coh. II Raet.

Agla minor, *opp. Hispaniae Baeticae.* Plin. nat. 3,10. *fort. idem quod Ptolemaeo* Ἄσυλα. *hinc fort. deriv. ethn.* **Agulēnsis**, -e. Corp. II 1657 Postumia L. l. Faustina Agul(ensis?). *cf. Hübner, PW. II 1879 sub* Asyla.

Agla *v.* Egla, Hegla.

Aglaiē (-a), -ēs (-ae), Ἀγλαΐη, Ἀγλαΐα, *una ex Gratiis.* Verg

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catal. 9, 60 Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie (egiale *codd.*). SEN. benef. 1, 3, 6 Aglaien (Aglę *N*) maximam natu adpellavit *Hesiodus*, mediam Euphrosynen, tertiam Thalian. horum nominum interpretationem, prout cuique visum est, deflectit et ad rationem aliquam conatur perducere. RVFIN. Clement. 10, 21 *ex Hermione* nascuntur Charites Thalia Euphrosyne Aglaia. SCHOL. Stat. Theb. 2, 286 *Gratiae* tres: Pasithea Aglaie Euphrosyne Iovis et Autonoes filiae, Veneris famulae (egiale *Pb*, egale *Pa*, agiale *M*). MYTHOGR. 1, 132 *trad.* aegiale, eugiale. 2, 36. *cf. Escher, PW. III 2150 sub* Charites. **Aglaias,** Ἀγλαϊάς, *cogn. mul.* CORP. VI 11256 d. m. Aglaias. *de genetivo graeco non cogitaverim.* *Diehl.*

Aglais *v. sub* Aglaus.

Aglaophōn, Aglaosthenēs *v. sub* Aglaus.

aglaophōtis, -idis, *acc.* -im, ἀγλαοφῶτις, *herba.* PLIN. nat. 24, 160 *Democritus tradit* aglaophotim herbam, quae admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae nascentem Persico latere, qua de causa et m a r m a r i t i m vocari; hac magos uti, cum velint deos evocare. 1 ind. 24, 102 *de* aglaophotide sive marmaritide. PS. APVL. herb. 64 p a e o n i a ... aliis aglaophotis. *V.*

Aglasiae *statio Phrygiae.* RAVENN. p. 111, 8.

Aglatis *gen., cogn. mul.* INSCR. Regn. Neap. 7168 (*chr., descr. Mommsen*) sancto ispirito Egnaties Aglatis. *cf.* Aglais *sub* Aglaus.

Aglauros (-us), **Agraulus,** -ī, Ἄγλαυρος, Ἄγραυλος. *prima syllaba tam in arsi quam in thesi producitur.* 1 *Cecropis filia, soror Pandrosi et Hersae, de qua cf. Töpffer, PW. I 825.* Ov. met. 2, 785 Aglauros (*sic codd.* 560 *optt. codd.* 739 *et* 749 *frg. Harl. N*ς. -us *M*). HYG. fab. 166 p. 20, 8 *Ericthonium* Minerva cum clam nutriret, dedit in cistula servandum Aglauro Pandroso et Hersae Cecropis filiabus. FVLG. myth. 2, 11 sororibus Aclauro et Pandorae (MYTHOGR. 2, 37 *et* 2, 40 Aglauro). *ibid.* Pandora ... universale munus dicitur, A c l a u r o vero quasi aconleron, id est tristitiae oblivio (MYTHOGR. 2, 40). 2 *Erecthei filius.* HYG fab. 250 p. 140, 5 Procris *concubuit* cum Erectheo patre, ex quo natus est Aglaurus. 3 *cogn. vir.* CORP. V 7485 (*Industriae*) C. Lollio C. lib. Pal. A g r a u l o colleg. centonar. 7486 C. Lollio C. lib. Pal. Agraulo VI vir. et Aug. C. Lollius Heliodorus colliberto. **Aglaurē,** Ἀγλαύρη, *cogn. mul.* CORP. VI 7373 (*e columb.*) Claudia Aglaure.

Aglaus, -ī, Ἀγλαός, *nom. graec. et cogn. vir.* 1 VAL. MAX. 7, 1, 2 cum enim Gyges regno Lydiae armis et divitiis abundantissimo inflatus animo Apollinem Pythium sciscitatum venisset an aliquis mortalium se esset felicior, deus ex abdito sacrarii specu voce missa Aglaum Psophidium ei praetulit (PLIN. nat. 7, 151 [SOL. 1, 127]). AVSON. 302, 27. SCHOL. Iuv. 14, 120 A g l a s A r c a s. 2 COD. Iust. 5, 51, 4 (*a. 222*) imp. Alexander A. Aglao (COD. Greg. 6, 1, 13). *in titulis*: CORP. VI 12037 dis manib. Antoniae Aug. l. Caenidis optumae patron. Aglaus l. cum Aglao et Gléné et Aglaide filiis: *referendus est titulus ad Caenidem Vespasiani concubinam.* XIV 2408 (*Bovillis, a. 169*) 1, 7 Aelius Aglaus. CORP. VI 10869 d. m. Aeliae Cypare ... fec. Aglaus et sibi. 11798 M. Consio A g l a v o. 15845 Q. Maevius Aglaus. 21627 d. m. L. Lucretius Aglaus Valerie Antone coiugi b. m. fecit. 29355 Vlpius Aglaus. XI 4919 (*Spoleti; cf. Not. degli scavi 1900 p. 139*) C. Seio C. l. Aglao. III 10320 (*in Pannonia sup.*) d. m. Claudiae Monimosae Monim(i) q(uondam) A g l a v i vet(erani) f(iliae). **Aglais,** -īnis, -idis, Ἀγλαΐς, *cogn. mul.* CORP. VI 9468 Aglais. 29562 Livia Vrticulae l. Aglais. INSCR. Not. degli scavi 1893 p. 254 (*Tarenti*) Ponpeia Cn. fil. Aglai⟨s⟩. CORP. X 6451 (*Priverni*) Cornelia Aglais. III 6208 (*Troesmi*) d. m. memoriae Claudiae Hedistes Claudia Aglais mater. VI 10249 ab C. Quintio Aglaine (*intellege* Aglainis) et mei lib. Porro. 12037 *abl.* Aglaide *v. l. 47.* *cf.* Aglatis *gen.* **Aglaophōn,** Ἀγλαοφῶν, *pictor Thasius, de quo cf. O. Rossbach, PW. I 824.* CIC. de orat. 3, 26 Zeuxis Aglaophon Apelles. PLIN. nat. 35, 60. QVINT. inst. 12, 10, 3 primi ... clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atque Aglaophon. **Aglaosthenēs,** -is, Ἀγλαοσθένης, *rerum scriptor graecus, de quo v. M. Wellmann, PW I 825.* PLIN. nat. 4, 66 *Delon* appellatam prodidit ... Aglaosthenes Cynthiam (ind. auctorum 4 Aglaosthene). HYG. astr. 2, 2 Aglaosthenes qui Naxica conscripsit (2, 16 p. 56, 2. 2, 17 p. 56, 25 SCHOL. Germ. Bas. p. 59, 10). LACT. inst. 1, 11, 64 Caesar in Arato refert Aglaosthenen (-em *R*) dicere *eqs.*: *exscribit* SCHOL. Germ. Bas. p. 91, 19 *ubi nom.* Aglosthenis *codd.*

Aglinus *cogn. barb.* CORP. XIV 2344 (*in agro Albano, fort. christ.*) d. m. Elpis vix. meses VIIII Aglinus filie fecit. *Diehl.*

[aglonia] *v. sub* agonius.

agma, ἄγμα, *littera.* VARRO in primo de origine linguae Latinae (Prisc. gramm. II 30, 15): ut Ion scribit, quinta vicesima est littera quam vocant agma, cuius forma nulla est et vox communis est Graecis et Latinis ut his verbis ʻaggulus, aggens agguilla iggeruntʼ ... similiter ʻagceps agcoraʼ. *V.*

Agma *statio in via Tacapis Leptim magnam.* ITIN. Anton. 75 (*plurr. codd. exhibent* augma). 59 Agma sive Fulgurita villa. TAB. Peut. 6, 5 Fulgurita. *Diehl.*

agmen, -inis *n.* [*i. q. ind.* ájma ʻ*cursus, iter*ʼ, *ab* agere. *Th.*] ISID. orig. 9, 3, 64 agmen dicitur, cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est ab eundo *eqs.* ipse est enim exercitus ambulans. nam agmen dicitur, quod in longitudinem directum est, quale solet esse, cum exercitus portis procedit. quicquid fuerit aliud, abusive dicitur. DIFF. ed. Beck. p. 34, 55ᵇ agmen ordinata multitudo est ab actu nomen trahens (*cf.* GLOSS. V 164, 48 agmen: ordinata multitudo, id est exercitus ambulans. V 549, 8). *de varietate significationis*: PROB. inst. gramm. IV 120, 15 agmen modo multitudinem, modo iter significat (*cf.* PROBI app. *ibid.* 202, 3). SERV. Aen. 1, 82 agmen ... polysemus sermo est. nam impetum (*i. actionem*) significat, ut: (*Aen. 2, 212*); multitudinem, ut: (*6, 572*); etiam incedentem exercitum agmen vocamus. 1, 393 agmen ... apud Vergilium est cuiuslibet rei impetus (SERV. auct. Aen. 2, 781 multis rebus hoc nomen adiungitur). MACR. sat. 6, 4, 4 agmen pro actu et ductu quodam ponere non inelegans est, ut: (*Verg. Aen. 1, 782*) ... immo et antiquum est. Ennius: (*ann. 175*). GLOSS. τάγμα, συνάθροισις, multitudo, congregatio, impetus, incessus. SERV. auct. Aen. 12, 450 iter. GLOSS. IV 306, 49 agmina: multitudines. *vocabulum ap.* ENN. *et* CATON. *primum apparet, non invenitur in* PLAVTO. *maxime frequentatur, ut res fert, historicis* (SALL. LIV. *etc.*) *et epicis* (VERG. *al.*; *cf. Koene, Sprache d. röm. Epiker p. 97*). *apud poetas inde a* VERG. *persaepe numero p l u r a l i habetur, ita tamen, ut paucis locis pro plurali, qui proprie dicitur poeticus, recte accipi possit (sc. ubi singularem poscit sententia), qualia sunt haec*: VERG. Aen. 4, 469 Eumenidum ... agmina. Ov. trist. 1, 5, 30 agminibus comitum ... cinctus. MANIL. 5, 80 prima tenentem agmina *aurigam in circo.* LVCAN. 4, 155 agmina summa (*pro agmine novissimo*). *al.* *colorem poeticum scriptores pedestres imitantur, ut* LIV. 10, 28, 8 *et saepe* VAL. MAX. 3, 8, 5 *al.* SEN. benef. 3, 37, 1 *al.* CVRT. 4, 14, 9 *al.* PLIN. nat. 26, 18 AMM. *passim.* *exempla, quae habebam, sub I 1. 2 dedi omnia fere, sub I 3 plurima, sub II selecta. significationem actionis a metonymia separare nolui, cum interpretatio saepe sit anceps, velut iunctura* in agmine (*p. 1346, 37*) *tum de itinere tum de ipso exercitu accipi potest, prout in praepositione vis aut temporalis aut localis praevalet.*

I *extra rem militarem*: 1 *de i n a n i m i s*: *de f l u v i i s, i m b r e, sim.*: ENN. ann. 175 per amoenam urbem leni fluit agmine flumen. LVCR. 5, 271 *umor* fluit agmine dulci (6, 637). VERG. georg. 1, 322 immensum caelo venit agmen aquarum. Aen. 2, 782 leni fluit agmine Thybris (SERV.: impetu. auct.: vel fluore). MANIL. 5, 580 longo fugiebant agmine fluctus. VAL. FL. 4, 721 flumineo ... agmine fregit amari vim salis ... Pontus. 8, 333 hos (*naufragos*) agmine toto (*undarum? v. Langen in comm.*) gurges agit. SIL. 12, 619 fluit agmen aquarum. STAT. Theb. 1, 356 ruit agmine magno Inachus (SCHOL. multitudine aquarum). APVL. met. 4, 6 *fons* valles ... agminibus stagnantibus inrigans. mund. 23. CARM. de resurr. 238. PS. CYPR. spect. 10 refrenatis aquarum agminibus. SOL. 2, 53 *Rhodanum* aquarum agmina secum trahere. 32, 7. ITIN. Alex. 8 *Granicus* ruens ... impetu plus quam agmen navale (*i. quod naves portare solet; ni corruptum est*). 12 Cydnum ... nimium agmine, festinum meatu. 37 agmine turbido. IVL. VAL. 2, 24 perspicui agminis. 2, 27 agmen gurgitis. 3, 50. IVVENC. 3, 461 CHALC. comm. 352. NON. 459 imbres ... agmen caelestium aquarum. AVIEN. orb. terr. 125 Tyrrhena sali ... agmina. 341 *Nilus* agmina cogit in borean. 432 glauco ... agmine *Rheni.* 572. 756. 877 *al.* ora 211 flumina ... lenta trudunt agmina. 596. COD. Iust. 3, 34, 6 (*a. 269*) ex tuis praediis aquae agmen ortum. AVSON. 298, 22 Mos. 245 AMM. 15, 4, 4. 15, 11, 16. 24, 2, 7 largis aquarum agminibus. CYPR. GALL. gen. 54 Ios. 9. *de a t o m i s, n u b i b u s, v e n t i s*: LVCR. 1, 606 similes ex ordine partes agmine condenso naturam corporis explent. 6, 100 denso sunt agmine nubes. VERG. Aen. 1, 82 *v. p. 1343, 59.* AETNA 58 geminant ... discordes comitum (sonitum *Jacob*) simul agmine venti. 564 *fabri per folles* presso ... instigant agmine ventum. VAL. FL. 3, 91 caeruleo ... cum Iuppiter agmine nubem constituit. STAT. silv. 1, 1, 92 Aeolii ... agmina carceris. Theb. 7, 37 praetenta ... caelo agmina nimborum (SCHOL. infinitus numerus nubium). *nota* GELL. 16, 11, 7 *Psylli cum* ad austrum proinde quasi ad hostem ... proficiscerentur ..., profectis ventum Austrum magno spiritus agmine venisse obviam. APVL. Socr. p. 139 Oud. cum sit aëris agmen (*i. extensio?*) immensum. 143 aquilo (*odi.*) agmine *nubium*, tractu segniore. mund. 8 nebularum. 9 CARM de Ion. 31. AMBR. Noe 27, 104 agmina nubium in procellas ... coguntur. MART. CAP. 2, 123 euntibus agmine nimbis. *de s t e l l i s, f l a m m i s, sim.*: Ov. met. 2, 114 *stellarum* agmina cogit Lucifer et ... novissimus exit (*cf.* 11, 97). fast. 5, 600. VITR. 9, 5, 1 *v. l. 81.* SEN. Herc. f. 128 cogit nitidum Phosphoros agmen. GELL. 14, 1, 19. VAL. FL. 6, 452 medio ... in agmine flammae. HIER. in Is. 14, 31 p. 264 Vall. fumi. CYPR. GALL. iud. 439 agmina flammarum. *de v o l u m i n i b u s vel spiris serpentium, piscium*: VERG. georg. 3, 423 *de colubro*: medii nexus extremaeque agmina caudae (*cf.* SERV. Aen. 2, 212). Aen. 2, 212 *angues* agmine certo Laocoonta petunt (SERV. itinere, impetu ... vel tractu corporis. *ad* Aen. 1, 82 impetum significat). 5, 90 *anguis* agmine longo ... inter pateras ... serpens. *transl.* VITR. 9, 5, 1 Anguis porrigens agmen stellarum (*app.* erigens rostrum). *sim.* VAL. FL. 7, 624 dirae ... hydrae agmina. STAT. Theb. 12, 608 Medusam ... movit Tritonia ...; protinus erecti toto simul agmine Thebas respexere angues. CARM. de Ion. 86 *cetus* conchis evolvens

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corporis agmen. IVL. VAL. 1, 4 p. 9, 21 K. draco ... omne agmen in spiram colligit. ARNOB. nat. 7, 44 p. 278, 28 Vind. magni agminis coluber. AVIEN. Arat. 140 *de sidere*: agmen agens draco volvitur. 145 ultima monstri agmina. 242 (*ibid.* volumina). 845. 891. 900 (*ibid.* spirarum). 1089 *al.* orb. terr. 177 spiras... sinuat draco seque vel orbe colligit ... vel pronis agmina ... tractibus absolvit. AVSON. Mos. 138 *de siluro*: longi ... corporis agmina. *de variis rebus serie atque ordine in longitudinem dispositis*: Ov. am. 2, 2, 4 illa quae Danai porticus agmen habet (*i. statuas Danaidum*). *cf.* TERT. spect. 7 de simulacrorum serie, de imaginum agmine (*in pompa circensi*). STAT. Theb. 5, 509 *serpentis* ter lingua vibrat, terna agmina adunci dentis et ... gloria fronti prominet. CARM. de mens. 8 Cererem (*i. aristas*) secat agmine longo. OROS. comm. 1 viso agmine *arborum perditionis* (*i. haereticorum*). PAVL. NOL. carm. 23, 120 porticus angusti qua tenditur agmine tecti. *de rebus coacervatis* (*tamquam multitudo, turba*): STAT. silv. 3, 1, 34 agmen ... immite pharetrae (*i. sagittae*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 167 agmine (*i. fasciculo*) vitis. *de ipso motu rerum*: VERG. Aen. 5, 211 agmine remorum celeri ventisque vocatis. SIL. 14, 442 tremulo venit agmine cornus (*i. hasta*). VAL. FL. 6, 389 falcatos infert Ariasmenus axes ... omnes Graiugenas, omnes rapturus ab agmine (*sc. rotarum*) Colchos (*v. quae adnotat Langen*). *de rebus non corporalibus* (*agmen refertur ad seriem atque ordinem temporum*): STAT. silv. 4, 6, 69 magno ... ex agmine laudum *Alexandri*. PLIN. epist. 2, 8, 3 in dies occupationum agmen extenditur. GELL. 1, 4, 4 crispum sane ... agmen orationis rotundumque. *nota* 7, 2, 5 nec declinari transcendique posse agmina fati et volumina. TERT. orat. 1 non agmine verborum adeundum ... ad dominum (CHALC. transl 19 verborum agmine atque inundatione. 51 verborum agmen [PLATO μῆκος] addendum). CHALC. comm. 106 instabile atque inrefrenabile momentorum *temporis* agmen. fluere enim et transire omnia. COD. Iust. 2, 7, 27 (8, 8) seu dum officium exhibent ... aut post expletum agmen. ARATOR 1, 209 res perfecta semel ter iungitur et facit agmen mystica vis numeri. CYPR. GALL. gen. 701 agmine morborum ... grassante per omnes (*cf.* CLAVD. 28, 223 *et p. 1347, 13*).

2 *de gregibus bestiarum* (*de bestiis in re militari sub II*): *ferarum, canum*: VERG. georg. 3, 369 conferto ... agmine cervi torpent. Aen. 1, 185 pascitur agmen *cervorum*. 4, 154 agmina cervi pulverulenta fuga glomerant. CIRIS 308 Hyrcanos inter comites agmenque ferarum *Britomartis venatrix*. Ov. met. 3, 242 rapidum ... agmen *canum* instigant. 11, 21 ferarum (14, 46). PLIN. nat. 8, 9 agmen *elephantorum* circumagi (8, 12 dux agminis). VAL. FL. 6, 110 ruit agmine nigro latratuque cohors *canum*. SIL. 2, 438 agitata ferarum agmina. 3, 297 STAT. silv. 5, 3, 18. Theb. 10, 42 agmine multo ... coiere lupi. *pecoris*: PANEG. Mess. 186 denso ... agmine *pecoris*. LVCAN. 2, 606 comitantibus agmina tauris. HOMER. 500 SVLP. SEV. dial. 2, 9, 4. *volucrum*: VERG. georg. 1, 381 e pastu decedens agmine magno corvorum ... exercitus. Aen. 1, 393 laetantis agmine cycnos (SERV. volatu, impetu). 12, 249 turbam ... sonantem agminis aligeri. *cf.* 14, 506. fast. 1, 684 MELA 3, 82 PLIN. nat. 10, 61. 63. 69. 73. 18, 160. STAT. Theb. 3, 525 innumeri statuerunt agmina cygni. 5, 12 rauca ... agmina *gruum* (AVIEN. Arat. 1802. 1821). AVIEN. Arat. 1714. 1744 agmina crebra *corvorum*. 1829. AMBR. hex. 5, 16, 53 ciconias ... collecto proficisci agmine. 5, 23, 81 HIER. epist. 130, 19 PAVL. NOL. carm. 1, 4. AMM. 22, 15, 26 pinnatis agminibus anguium. *apium, locustarum etc.*: VERG. georg. 4, 59 ad sidera caeli nare ... suspexeris agmen *apium*. 4, 167 agmine facto ... fucos ... arcent (*cf.* SERV. Aen. 1, 433). COLVM. 9, 9, 3 non temere se nova proripiunt agmina *apium*. 9, 9, 7 cum agmen glomeratum ... consederit. PLIN. nat. 11, 20. 49. 51 *al.* PS. QVINT. decl. 13, 3 consertum (*sic*) novae iuventutis agmen. AVIEN. Arat. 1790 crabronum. AMBR. hex. 5, 23, 82 agmine conferto *lucustarum* (HIER. in Ioel 2 p. 186 Vall. MARCELL. chron. II p. 86, 456). VERG. Aen. 4, 404 it nigrum campis agmen *formicarum* (*cf. p. 1343, 68*). 406 pars agmina cogunt). Ov. ars 1, 93 it ... longum formica per agmen. met. 7, 624. 638 graniferum ... agmen. SER. SAMM. 63 Sylla ... foedo se vidit ab agmine vinci *pediculorum* (*cf. Ziehen, Rhein. Mus. 57, 1898, 189*). *piscium etc.*: Ov. hal. 98 pavidi magno fugientes agmine thynni. SEN. nat. 4, 2, 13 cocodrillorum. VAL. FL. 2, 530 agmine toto pistris adest. AVIEN. orb. terr. 781 agmina cetosi pecoris. AMBR. hex. 5, 10, 29. AVIAN. fab. 38, 3 squamigerum ... agmen *piscium*.

3 *de hominum turba, multitudine* (*nec refert, utrum in actu eundi sint necne*): CIC. Pis. 51 meus *reditus* ... is fuit, ut a Brundisio usque Romam agmen perpetuum totius Italiae viderit. Phil. 13, 19 ingressus urbem est, quo comitatu vel potius agmine! VERG. Aen. 2, 69 *Sinon* Phrygia agmina (*i. populum Troianum*) circumspexit. 4, 469 Eumenidum ... videt agmina Pentheus (*v.* SERV. *ad h. l. sim.* VERG. Aen. 6, 572 *cf.* SERV. *ad h. l. et ad* Aen. 1, 82. SEN. Herc. f. 101 agmen horrendum anguibus Megaera ducat. Med. 960 Thy. 78 VAL. FL. 2, 227. 7, 148 saevae ferit agmina matris. *cf.* STAT. Theb. 5, 60 lento ... inrepunt agmine Poenae, *ad q.* SCHOL. incessu et impetu. PRVD. Symm. 1, 362). Aen. 5, 378. 549. 562 *al.* 6, 712 qui ... viri tanto complerint agmine ripas (SERV. cursu, impetu). 6, 749 (*cf.* SERV.). 11, 146 plangentia ... agmina (*in funere*). CVLEX 248 alias alio densas super agmine turmas *umbrarum*. TIB. 1, 5, 63 pauper in angusto fidus comes agmine turbae. Ov. epist. 9, 100 agmen equestre *Centaurorum*. 12, 155 in agmina turbae (*i. pompae nuptialis; cf.* am. 1, 4, 56). 15, 183. am. 3, 2, 78 discolor agmen *aurigarum in circo*. ars 1, 66 plenius agmen *seniorum*. 2, 449 *al.* 7, 102. 13, 560. hal. 54 leo venantum sternere pergit agmina. trist. 1, 5, 30 agminibus comitum qui modo cinctus erat. fast. 4, 313 matrum. LIV. 1, 29, 5 continens agmen migrantium. 2, 13, 6. 2, 23, 8 multis passim agminibus per omnes vias ... in forum curritur. 2, 40, 3 *al.* 2, 48, 10. 3, 11, 7 in medio patrum agmine. 5, 30, 4 patres ... agmine facto in forum venerunt. 6, 15, 2 *Manlius* agmine ingenti ad tribunal venit. 6, 38, 5 dictator stipatus agmine patriciorum. 9, 17, 16 *Dareum* mulierum ... agmen trahentem. 21, 30, 8 Alpis ingentibus ... agminibus cum liberis ac coniugibus migrantium modo ... transmisisse. 27, 7, 1. 38, 51, 6. 40, 3, 5. 40, 45, 8. 42, 39, 2. MANIL. 5, 80 *v. p. 1340, 24.* SEN. Oed. 128 ducitur ... nova pompa Morti, longus ad manes properatur ordo agminis maesti, seriesque tristis haeret et turbae ... patuere portae. dial. 9, 1, 8. 9, 5, 3 insultaverat agmini tyrannorum *triginta Socrates* (*cf.* OROS. hist. 2, 13, 5). benef. 6, 33, 4 amici, qui agmine magno ianuam pulsant. epist. 95, 24 agmina exoletorum (CVRT. 5, 1, 6). 108, 38 nostrorum (*i. Stoicorum*). PETRON. 26 ebriae mulieres longum agmen ... fecerant. 124 vers. 248 hominum damnatum ... agmen. LAVS Pis. 38 turba vias impleverat agmine denso. PLIN. nat. 8, 86 in quantolibet populi agmine. VAL. FL. 2, 412. 3, 264 matris (*i. baccharum*). 3, 522 pulchro venantes agmine Nymphas (*cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 9, 6). 4, 258 (*v. adnot. Langen*). SIL. 5, 128 umbrarum ... agmina (13, 761. *ibid.* umbrarum ... torrens). 10, 626 effundit longo iam se agmine vulgus gratantum. STAT. silv. 1, 2, 47 dum fervent agmine *gratulantium* postes (*cf.* TAC. hist. 2, 92). 1, 2, 54 tenerum ... agmen Amorum. 2, 1, 176 praevia ... agmina (*in funere*). 3, 1, 178 *grex nepotum* agmine blando ... concurrat ad oscula Pollae. 3, 2, 13 caeruleum ponti, Nereides, agmen. 4, 2, 33 trabeata ... agmina (*cf.* SVLP. SEV. epist. 3, 19 MART. CAP. 5, 432). Ach. 1, 799 agmina ... virginea (900 *cf.* 602 PAVL. NOL. carm. 31, 590). Theb. 6, 254 fremuerunt agmina *spectatorum* circo. IVV. 3, 244 *in viis* magno populus premit agmine lumbos. 3, 258. 10, 45. TAC. hist. 3, 40 multo ac molli concubinarum ... agmine. 4, 62 silens agmen et velut longae exsequiae. *nota* 1, 36 *milites* non contenti agmine et corporibus (*sc. imperatorem per urbem agmine facto humeris portare*). ann. 15, 71 Cluvidieno Quieto ... Iulio Altino velut in agmen et numerum (*sc. exulum implendum*) ... insulae permittuntur. PLIN. epist. 3, 9, 11 numerosum reorum agmen. 3, 20, 4. SVET. Cal. 13. APVL. met. 11, 16 permixtus agmini religioso (*i. pompae*). Socr. p. 149 Oud. pomparum agmina. AVIEN. orb. terr. 1139 muta degunt agmina *gentium* fama *in Arabia*. AMM. 28, 1, 55 agmina ... carnificum. 17, 13, 25 potestatum. AMBR. hex. 3, 12, 52 agmina ecclesiae (*i. fideles? in uno cod. fuit* augmina) velut quaedam palmitum serta mirentur. HIER. epist. 22, 7 angelorum. 46, 12 toti monachorum chori, tota virginum agmina. 119, 10 mortuorum ... viventium. 148, 11 habemus ... ad haec comitum multitudinem et late similium stipamur agminibus. CLAVD. rapt. Pros. 2, 322 reginam ... cinxerunt agmine matres. 3, 58. carm. 5, 77. 17, 69 quanta ... diversae producant agmina sectae *philosophorum*. MAR. MERC. apol. Cyrill. Migne 48, 937ª chori angelorum et agmina spirituum. SVLP. SEV. dial. 3, 6, 2. NOVELL. Marc. 1, 1 pr. (*a. 450*) videtis ... agmina, videtis catervas adeuntium infinitas. PROSP. carm. de ingrat. 82. MARCELL. chron. II p. 97, 512 orthodoxorum agmina ... confluunt. SIDON. epist. 9, 8, 2 agminibus vestris (*sc. sanctorum*) famulaturi *in caelo*. SEDVL. carm. pasch. 3, 264 septem panibus agmen pavit inorme virum. op. pasch. 3, 23 p. 249, 13 PAVL. PELL. 276 agminis ... mei (*i. comitum*). 349. DRAC. Romul. 6, 11 Apollineum ... agmen (*i. Musae*). ENNOD. opusc. 2 p. 328, 15 Vind. egena agmina *i. pauperes* ... praestolantur adventum (*cf.* CARM. epigr. 1378, 4 [*saec. VI*] nudata ... agmina). COD. Iust. 2, 55 (56), 6 mulieres ... ab omni iudiciali agmine separari (*i. iudices fieri non posse*). INSCR. christ. Gall. Le Blant 413, 16 (*saec. VI*) fraterna ... agmina templi (*i. scholam fratrum*).

II ***in re militari*:** **1** *technice de exercitu in ordine ac dispositione itineris*: SERV. Aen. 1, 186 agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exercitus. neque enim in uno loco stans agmen vocatur, aut si inventum fuerit, usurpatum est. *cf.* 8, 595. ISID. orig. 9, 3, 64 *v. p. 1339, 84.* GLOSS. V 164, 48 agmen: ordinata multitudo, id est exercitus ambulans. 549, 8. CATO Philargyr. georg. 2, 417 pedites quattuor agminibus, equites duobus antibus ducas. CIC. de orat. 1, 210 *constituto, quis esset imperator*, adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus *eqs.* CAES. Gall. 1, 15, 5 dies ... quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset. *passim.* LIV. 3, 27, 6 conposito agmine non itineri magis apti quam proelio ... legiones dictator, magister equitum ... equites ducit (*cf.* 3, 28, 2 quo fuerant ordine in via, exercitum ... longo agmine circumdat ... castris). 10, 44, 4 expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes. 21, 57, 12 magis agmina quam acies in via concurrerunt (25, 34, 9. 29, 36, 4. 35, 1, 6). 22, 60, 20 tutum iter duarum ... legionum agmini (32, 13, 2). 33, 9, 5 phalanx ... agmen magis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam acies aptiorque itineri quam pugnae (*cf.* 35, 30, 4). 38, 49, 10. 39, 1, 7 non iumentorum longus ordo agmen extendebat. Cvrt. 4, 12, 3 inpedimenta sequebantur agmen. Sil. 1, 297 *Poenus* latos quatit agmine campos. Qvint. inst. 8, 6, 42 *orationem* similem agmini totidem lixas habenti quot milites. Frontin. strat. 4, 1, 7 impedimentorum ..., quibus maxime exercitus agmen oneratur. Tac. ann. 3, 33 inesse mulierum comitatui, quae ... Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convertant. Amm. 29, 1, 2 contra has copias cum agminibus perrexere pervalidis. *iuncturas et structuras v. infra sub 3.*

2 *latiore sensu de militum manu in quovis motu vel statu* (*de plurali poetici coloris v. p. 1340, 20*): Verg. Aen. *passim, maxime numero plurali.* 1, 490 ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. 2, 267 accipiunt socios atque agmina conscia iungunt. 2, 371. 408 *al.* 727 adverso glomerati ex agmine Grai. 6, 814 movebit Tullus in arma viros et iam desueta triumphis agmina. 7, 69. 7, 794 clipeataque totis agmina densentur campis. 9, 863 agminibus totis ... versi. *nota* 10, 561 Antaeum et Lucam, prima agmina Turni, persequitur (Serv. auct. qui agminis erant primi). 10, 720 miscentem ... agmina (κλονέοντα φάλαγγας). 11, 684 hunc ille exceptum — neque enim labor agmine verso — traicit (*cf.* Serv. auct. *ad h. l.*). 11, 734. 880 hos ... super mixto premit agmine turba. Hor. carm. 3, 8, 18 occidit Daci Cotisonis agmen. 4, 14, 29 barbarorum ... agmina. sat. 2, 1, 14 horrentia pilis agmina. Prop. 1, 7, 17 agmina septem (*in bello Thebano*). 4, 10, 43. Ov. epist. 1, 46 amicum ... agmen *Graecorum.* am. 1, 9, 23 fera ... agmina Rhesi. met. 3, 535 strictis agmina telis. fast. 2, 208 *Fabii* Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt. Liv. 2, 29, 3 Tarquinius *in pugna* retro in agmen suorum ... cessit. 7, 10, 3 Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit. 10, 28, 8 inter media equitum agmina. 21, 11, 9. *sim. saepius.* Val. Max. 5, 6, 5 *Decius* concitato equo in medium hostium agmen ... inrupit. Sen. Phoen. 541 signa bellici ... agminis. Cvrt. 3, 2, 13 *phalanx* peditum stabile agmen. 4, 1, 1 loca, quae ... immensis agminibus impleverat. 4, 13, 12 *al.* 5, 3, 18 nec singulos modo, sed agmina proterebant (*talia saepius ap. epicos, ut iam* Verg. Aen. 10, 317 sternentis agmina clava *cf.* 10, 512 Sil. 2, 155. 175 *al.*). Lvcan. 7, 222 medii robur belli fortissima densant agmina. Val. Fl. 6, 228 mediae stupefacta per agmina pugnae vadit. Sil. 4, 39 *Hannibal* tuto fovet agmina vallo. 15, 187 trinis diducunt agmina castris. Homer. 306 gemuerunt agmina Graium. 437. Stat. Ach. 1, 555 resoluta ... agmina discedunt. 1, 786 varios ... duces atque agmina regum. Theb. 4, 276 *al.* 4, 821 agmina belli decertare putes. 5, 145 lunatum ... agmen *Amazonum* (*cf.* Verg. Aen. 11, 663). Tac. ann. 3, 74 tres incessus, totidem agmina parantur. 6, 34 horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina ... ostendere. Avien. ad Flav. 15 ut ... turmae socio latus agmine quadrant. orb. terr. 749. 887 *cf.* 1371. Hier. epist. 130, 6 strata Gallorum agmina. Vvlg. I reg. 17, 1 congregantes ... agmina ... in proelium. 17, 45 in nomine domini exercituum, dei agminum Israel. Clavd. 26, 419 agmina ... obiecta Sygambris. 26, 595 *al.* 20, 464 stratas acies, deleta ... agmina. Avg. civ. 22, 6 p. 563 D. Svlp. Sev. chron. 1, 34, 4. Cod. Iust. 1, 29, 5 curae *magistri militum* ... certos subdidimus numeros ... de praesentalibus et Orientalibus et aliis agminibus segregatos, non tamen quantitatem eorum agminum minuentes Coripp. Ioh. 4, 566 aequans ... per agmina turmas. *nota metonymiam:* Hor. carm. 3, 2, 9 rudis agminum sponsus (Schol. nescius bellicae artis). *translationes:* Ter. Eun. 774 in medium huc agmen ..., Donax; tu, Simalio, in sinistrum cornum. Cic. de orat. 1, 157 educenda ... dictio est ex hac domestica exercitatione ... medium in agmen, in pulverem *eqs.* Verg. Aen. 1, 82 venti velut agmine facto, qua data porta, ruunt (Serv. vel impetu vel multitudine). Colvm. 4, 17, 7 *vitis* ubi praecipitibus clivis velut pendens plurima praesidia desiderat, ibi quasi quadrato 〈circum-〉 firmanda est agmine (*i. quattuor iugis?*). Tac. dial. 26 expectabam, ut ... aliud nobis agmen *oratorum* produceret (*ibid.* velut in aciem educere). Prosp. carm. de prov. 623 castra invidiae ... et agmina noctis (*de malis angelis*). Clavdian. Mam. anim. praef. p. 19, 7 *opusculum* toto agmine sui in acie eductum. *phrases translatas v. p. 1346, 84 et 1347, 8. 13.*

agmen elephantorum etc., impedimentorum, navium: Enn. ann. 187 it nigrum campis agmen *elephantorum* (Acc. trag. 28 *cf.* Serv. Aen. 4, 404). Amm. 19, 2, 3. 19, 7, 6. Hirt. Gall. 8, 35, 2 agmen iumentorum. Sil. 8, 353 maiore virum, maiore ... agmine cornipedum. Hirt. Gall. 8, 8, 4 impedimentorum agmen. 8, 29, 2. Liv. 34, 52, 2 non minore agmine rerum captarum quam suo prae se acto. Tac. ann. 2, 5 longum impedimentorum agmen. Verg. Aen. 5, 834 Palinurus agebat agmen *navium.* Liv. 21, 27, 8 navium agmen ... transmittens. 22, 19, 12 lato agmini *navium.* 22, 22, 2. 36, 20, 8. 37, 13, 1 *al.* Lvcan. 5, 708 coit consertis puppibus agmen. Plin. nat. 9, 5 dirigere.

iuncturae *ad 1 et 2* (*similes v. sub I 3*): ***nominales:*** *accedunt adiectiva* (*notandum, quod adiectiva tam propria quam ex verbis ducta rite praeponuntur: postpositorum exempla infra invenies et sub I; ap.* Apvl. Amm. *al. collocatio iam promiscua est*): *de partibus agminis:* medium agmen (*technice tertia pars totius agminis, primo et novissimo agmini opposita; translationes v. supra l. 56 sqq.*): Sis. hist. 71 Caes. civ. 1, 79, 5 Verg. Aen. 8, 587. 9, 28 (*opp.* primas acies). Liv. 7, 24, 7. 22, 2, 3 agminis medium. Cvrt. 3, 9, 6 *al.* Tac. hist. 4, 22 Veg. mil. 3, 24. Amm. 31, 16, 6 *postpositum.* Verg. Aen. 2, 408. 9, 725 *al.* Ov. met. 7, 103. *saepe.* primum agmen: *technice:* Caes. Gall. 1, 15, 5 civ. 2, 26, 2 *al.* Bell. Afr. 95, 2 Verg. Aen. 9, 476 Liv. 10, 35, 18 *al.* Tac. Agr. 35 ann. 1, 20. *aliter* Val. Fl. 7, 615 Sil. 15, 784 Tac. hist. 4, 35 Flor. 2, 8, 14. proximum: Cvrt. 3, 3, 15. novissimum: Caes. Gall. 1, 23, 3 civ. 1, 78, 5 *al.* 6, 8, 1 *postpositum.* Liv. 10, 35, 18 *al.* 44, 33, 7 a primis signis ad novissimum agmen. Frontin. strat. 1, 6, 1 *al.* Plin. nat. 8, 26 agminis novissimum. *cf.* Sidon. epist 3, 3, 4. extremum: Caes. Gall. 2, 11, 4 civ. 1, 64, 1. Bell. Afr. 6, 1 *al.* (*postpositum*). Sall. Iug. 50, 3 Liv. 2, 59, 2. 21, 34, 7 extrema agminis. 26, 17, 16 (*opp.* praecursores). *al.* Phaedr. 5, 1, 14 Plin. nat. 10, 58 Sil. 12, 232. Vvlg. deut. 25, 18 extremos agminis tui. postremum: Liv. 31, 43, 1. 37, 13, 1 (*navium*). 37, 21, 3. 38, 46, 8 (*opp.* primum). 40, 6, 3 Sil. 16, 496 *cf.* Stat. Theb. 12, 125 Tac. hist. 2, 100 *al.* Amm. 25, 5, 9. ultimum: Cvrt. 4, 13, 30. 7, 3, 17 nunc ad prima signa, nunc in medio, nunc in ultimo agmine. Ascon. Mil. p. 33 B. Frontin. strat. 2, 5, 27. Amm. 24, 1, 2 agmina postrema. *nota* Lvcan. 4, 155 agmina summa (*i. novissimum agmen*). *de forma agminis:* quadratum: Gloss. IV 306, 48 agmen quadratum: milites in itinere quadrata acie incedentes. *cf.* V 263, 41 *al.* Varro Serv. auct. Aen. 12, 121 duo genera *agminum* ..., quadratum, quod immixtis etiam iumentis incedit et ubivis possit considere, pilatum ..., quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est. *saepissime extat abl. modi cum verbis movendi:* quadrato agmine *accedere, sequi, ducere militem, descendere, succedere, sim.: adiectivo postposito:* Cic. Phil. 2, 108. 5, 20. 13, 18 Liv. 21, 5, 16. 31, 37, 1 Amm. 24, 1, 2. 29, 5, 39 *al., praeposito saepissime, ut:* Hirt. Gall. 8, 8, 5 Liv. 2, 6, 6. 7, 29, 6. 10, 14, 7. 21, 32, 1 *al.* Sen. epist. 59, 7 Cvrt. 5, 1, 18 *al.* Capitol. Maximin. 21, 1 *al.* Amm. 25, 3, 2. *nota* Paneg. Mess. 101 seu sit opus quadratum acies consistat in agmen. pilatum: *cf.* quadratum. Verg. Aen. 12, 122 (*v.* Serv.). longum: Caes. Gall. 5, 31, 6 Verg. Aen. 10, 768 Liv. 3, 28, 2 *al. saepe.* densum: *v.* quadratum. Verg. Aen. 2, 450 *al.* Sen. epist. 56, 13 (*postpositum*). Lvcan. 10, 543 Sil. 5, 659 *al.* Homer. 484 Tac. Agr. 36 hist. 2, 22 *al.* Svet. Cal. 51 Coripp. Ioh. 2, 9. Amm. 31, 15, 2 densetum. Coripp. Ioh. 4, 295 veniens condensus in agmine miles. confertum *sim.:* Caes. Gall. 2, 23, 4 Liv. 22, 28, 10 Sen. dial. 6, 16, 5 (congregato agmine? Liv. 5, 45, 5). frequens: Liv. 27, 15, 18 *al.* (*cf.* 33, 15, 8). continens: Liv. 1, 29, 5. 2, 50, 7 *al.* (*cf.* Cic. Pis. 51 agmen perpetuum totius Italiae). continuatum: Liv. 2, 38, 1 (Lvcan. 1, 493 serie ... haerentia longa agmina). crebrum: Sil. 10, 74. artum: Sil. 17, 417. constipatum: Mart. Cap. 6, 724. laxum: Sall. hist. frg. 3, 25 Liv. 22, 50, 9 laxum atque solutum. tenue: Liv. 25, 23, 16 *al.* (*cf.* 42, 15, 7). longe ac late fusum: Liv. 5, 37, 5 (effusum: Liv. 2, 59, 8 *al.* 44, 39, 4 agmine effuso). Tac. hist. 5, 16 porrecto agmine (*opp.* cuneis). rarum: Cvrt. 8, 2, 34 Stat. Theb. 4, 82 *al.* Tac. hist. 2, 99 Clavd. 26, 78. agmine uno (uno agmine) *v. p. 1346, 81 sqq.* agmine duplici: Liv. 33, 15, 4 (Flor. 2, 9, 12). tripertito agmine: Tac. hist. 3, 82 Flor. 1, 38, 6. transverso agmine: Liv. 9, 27, 10. *nota:* Cvrt. 4, 15, 1 agmen oblicum incedere. *de apparatu agminis:* munitum: Sall. Iug. 46, 6. instructum: Liv. 2, 49, 3 *al.* Cvrt. 3, 9, 5. compositum: Liv. 3, 27, 6 (*cf. p. 1342, 78*). 21, 34, 4. *aliter* 24, 35, 10 agmine ad omnes casus composito. Cvrt. 4, 10, 9. 6, 4, 14 quadrato ... agmine et composito ibat. Tac. hist. 2, 89 *al.* incompositum: Liv. 5, 28, 7 *al.* Cvrt. 7, 6, 1 (8, 1, 5 incomposito agmine solutisque ordinibus). Amm. 15, 4, 8. inconditum: Liv. 35, 28, 3 (*add.* tantummodo aptum viae). Cvrt. 4, 14, 5 Tac. ann. 2, 12. impeditum: Liv. 3, 3, 7 impeditiore agmine incedentem. 10, 36, 17. 35, 1, 6 impeditum turba pecorum agmen. 43, 23, 2 ex agmine impedito. oneratum: Liv. 10, 20, 4. grave: Liv. 31, 39, 2 *al.* (21, 5, 8 agmen grave praeda. *sim.* immobile: Liv. 10, 20, 8). Cvrt. 3, 3, 27 agmen ... nec turba nec sarcinis praegrave. Tac. hist. 1, 70 grave legionum agmen (ann. 1, 64 *al.*). expeditum: Liv. 10, 12, 7 (Cvrt. 4, 14, 6 *add.* mobile). Tac. hist. 3, 50. leve: Cvrt. 8, 14, 5. *de motu:* tardum: Verg. Aen. 9, 46 Val. Fl. 3, 229. lentum: Tac. hist. 2, 99 *al.* citatum: Liv. 2, 20, 4 *al.* concitatum: Liv. 28, 22, 11 Val. Max. 4, 7, 2 (Stat. Theb. 12, 663 concita ... agmina. Amm. 29, 5, 26 agmina ... incitata. Tac. hist. 3, 71 *al.* cito agmine). praeceps: Liv. 3, 10, 12 Plin. nat. 9, 50. fugae simile: Liv. 6, 32, 10. trepidum: Liv. 7, 17, 3 *al.* (8, 1, 5 *al. postpositum*). Lvcan. 2, 392. volucre: Sil. 12, 530. properum: Tac. 4, 79 *al.* (ann. 1, 50 *postpositum*). rapidum: Tac. hist. 2, 30. vagum: Liv. 33, 7, 2. errabundum: Cvrt. 8, 4, 6. Sil. 15, 481 palantia ... agmina. *de variis statibus et condicionibus* (*cf. sub iuncturis verbalibus*): perturbatum et confusum: Hirt. Gall. 8, 14, 2. disiectum: Verg. Aen. 12, 402 *al.* consternatum: Liv. 2, 47, 9. dissipatum: Liv. 3, 5, 10. Sil. 9, 281 turbata ... agmina. 12, 463 sparso agmine. Lvcan. 6, 315 lacero ... agmine. miserabile: Liv. 6, 3, 3 *et saepe.* Cvrt. 5, 5, 5. foedum: Liv. 9, 5, 9 *al.* infestum: Ciris 117. Liv. 2, 26, 6 Ariciam infesto agmine itur. *talia passim* (agmine infesto: 4, 22, 2. 5, 18, 11. 7, 20, 6). Tac. ann. 1, 69 Spart. Did. 6, 1 Dict. 3, 6. pacatum: Liv. 24, 20, 10 *al.* (Lvcan. 3, 71 agmina ... pacis habentia voltum). quietum: Sil. 14, 180 Tac. hist. 2, 41. silens, tacitum: Liv. 9, 6, 12. 9, 21, 6 *al.* Cvrt. 5, 4, 17 Sil. 7, 91. mutum: Sil. 15, 615. atrum: Verg. Aen. 12, 450 (*cf.* Hom. Δ 281 φάλαγγες

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

κυάνεαι *et* SERV. *ad h. l.; sic de elephantorum et formicarum agmine, q. v. suo loco*). fulgens: VELL. 2,106,1. *de magnitudine et variis generibus*: magnum, ingens agmen *sim. saepe* (tanto ... agmine: ENN. ann. 608 [*interpretationis incertae*], *et saepe*). agmine ingenti: LIV. 6, 15, 2. 34, 10, 1 (AVG. civ. 5, 23 p. 235 D. agmine ingenti et immani). STAT. Theb. 4, 638 innumero venit undique bellum agmine. LIV. 31, 24, 4 regium agmen. CVRT. 10, 9, 14 equestre agmen. LVCAN. 2, 95 servilia ... agmina. SIL. 8, 435 clipeata ... agmina. 10, 374 pleno ... agmine. TAC. hist. 1, 68 iusto agmine. 2, 60 permixtum vehiculis agmen (*cf.* VEG. mil. 3, 16). ann. 2, 19 *al.* agmen Romanum (3, 33 Romanum agmen). AVG. quaest. hept. 2, 47 militari agmine. *nota praeterea adiectivum postpositum*: LIV. 9, 38, 3 agmine incauto (35, 4, 3). 10, 43, 15 alio agmine incolumi. 21, 33, 1 agmen relicum.

accedunt genetivi, ut: peditis (peditum): SIS. hist. 68 LIV. 2, 26, 3 *al.* armatorum: CIC. Phil. 5, 18 LIV. 1, 47, 8. legionum: CAES. Gall. 5, 19, 3 TAC. hist. 2, 22. equitum: VERG. Aen. 7, 804. *et saepe.* manipulorum: LIV. 8, 8, 7. exercitus: VEG. mil. 3, 6. quadringentorum hominum: LIV. 3, 50, 3. CAES. civ. 1, 80, 5 Caesaris. agminis (agminum): CAES. Gall. 2, 17, 5 iter. 5, 33, 2 longitudinem. 2, 19, 1 ordo (HIRT. Gall. 8, 8, 4 OV. Pont. 4, 9, 23 LIV. 23, 24, 13 *al.* 28, 13, 7 qui sub signis atque ordine agminis incesserant. CVRT. 3, 3, 9. 4, 12, 20 discrimina atque ordinem. TAC. hist. 2, 41 *al.* ann. 2, 16 ut ordo agminis in aciem adsisteret. CLAVD. 15, 440). LIV. 10, 41, 5 incessu. 21, 35, 5 *al.* vestigia. 35, 28, 7 forma (AMM. 31, 16, 4). CVRT. 3, 9, 11 latus (AMM. 27, 2, 1. 24, 4, 29 terga). AMM. 16, 12, 50 compagem. 27, 2, 8 figuram. CIC. Tusc. 2, 37 labor (*sc.* ferre cibaria). LIV. 35, 4, 6 sarcinas. CVRT. 4, 11, 12 puellas, itinerum agminumque impedimenta. FLOR. 1, 12, 2 signa. AMM. 29, 6, 14 mole. SIL. 1, 256 pulvere. TAC. hist. 2, 68 coactores. SVET. Vitell. 17 antecessores. AMM. 25, 1, 2 ductor.

iuncturae ***verbales*** (*de participiis cf. sub nominalibus*): **1** *subiectum* agmen: incedit: VARRO Serv. auct. Aen. 12, 121 *passim.* procedit: CIC. Tusc. 2, 37 CAES. Gall. 6, 8, 1 *al.* it: CAES. Gall. 7, 61, 3 *al.* consistit: CAES. Gall. 7, 67, 3 *al.* stat: VERG. georg. 2, 280 *al.* fertur: LIV. 4, 33, 12 *cf.* 6, 6, 4. *talia permulta, cf.* CAES. civ. 1, 69, 3 NEP. Dat. 9, 4 LIV. 2, 26, 3. 3, 38, 3. 9, 23, 13. 10, 30, 3. 21, 5, 8. 21, 33, 1. 3. 22, 4, 4. 6. 24, 17, 3. 27, 47, 9. 31, 24, 8 SEN. dial. 4, 9, 3 CVRT. 5, 6, 1. 7, 3, 19. 8, 4, 6 LVCAN. 7, 497 SIL. 12, 688 TAC. ann. 1, 51 CLAVD. 28, 637. *al.* **2** *obiectum* agmen: **a** *de officiis ducum et militum*: agmen ducere (*et compos.*): CIC. Tusc. 2, 35 HIRT. Gall. 8, 35, 2 VERG. Aen. 1, 490 LIV. 3, 8, 6 *cf.* 7, 34, 8. 10, 34, 9 *al.* 31, 21, 4 (raptim). CVRT. 5, 13, 5 raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit. LVCAN. 3, 284 deducens (6, 70). VAL. FL. 6, 114. TAC. ann. 1, 60 *de primo agmine.* ann. 1, 64. 1, 70 subduxit. FRONTO p. 178, 17 N. VVLG. Is. 43, 17 eduxit. CLAVD. carm. min. 30, 194. 21, 265 produceret. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 4. agere: *v. sub* ago *I A 2 a ξ* (LIV. 3, 8, 8 circumacto agmine. 34, 28, 9). rapere: VERG. Aen. 12, 450 (*cf.* SERV.) LIV. 3, 23, 3 *al.* LVCAN. 1, 228. 3, 299 agmine ... rapto. 4, 35 *al.* SIL. 1, 129 *al.* 3, 406 raptat. 15, 208 corripit. STAT. Theb. 3, 577 prae se deus agmina passim mille rapit. *nota*: TAC. ann. 1, 70 inpulsu aquilonis ... rapi agique agmen. CLAVD. 28, 299. trahere: LIV. 38, 15, 14 *al.* (*aliter* SEN. dial. 9, 14, 7). LVCAN. 3, 71 SIL. 3, 598 *al.* AMM. 14, 6, 15 *cf.* TAC. ann. 15, 58. antecedere: CAES. Gall. 4, 11, 2 *al.* praecedere: VERG. Aen. 9, 46 LIV. 7, 13, 2 *al.* praegredi: LIV. 36, 31, 7 AMM. 18, 8, 5. antevolare: SIL. 12, 600. anteire: TAC. hist. 2, 5. instruere: HIRT. Gall. 8, 8, 5. ordinare: HOR. epod. 17, 9. discribere: SEN. epist. 95, 24 CVRT. 3, 2, 3. in cornua dividere: CVRT. 8, 14, 1. disponere: SIL. 12, 172 *cf.* TAC. ann. 14, 13 AMM. 23, 3, 4. distribuere: AMM. 21, 8, 3. explicare: HIRT. Gall. 8, 14, 2 LIV. 2, 59, 7 *al.* VAL. FL. 5, 560. constituere: SALL. Iug. 49, 5 LIV. 38, 25, 12. advertere: VERG. Aen. 12, 555 (urbi) CVRT. 8, 13, 19 (impingere muris: STAT. Theb. 7, 28). erigere (*sc. in locum superiorem*): LIV. 2, 31, 5 *al.* SIL. 3, 512. demittere (*in locum inferiorem*): LIV. 7, 23, 6. 7, 34, 3 *al.* (devolvere moenibus: LVCAN. 2, 491). declinare: LIV. 1, 28, 6 (detorquere: CVRT. 4, 13, 16). convertere (converso agmine *al.*): LIV. 24, 13, 6 *et saepe* (vertere: 32, 15, 4 FLOR. 1, 40, 29). CVRT. 5, 4, 16 SIL. 2, 214 *al.* FRONTIN. strat. 1, 5, 13 TAC. ann. 1, 57. flectere: LIV. 9, 35, 2 *al.* VELL. 2, 40, 1 SIL. 4, 81. removere: BELL. Afr. 70, 1. recipere: LIV. 3, 38, 3 LVCAN. 6, 288 (referre: CLAVD. 26, 78). tutari: LIV. 21, 25, 13 *al.* movere: CVRT. 7, 4, 14 LVCAN. 7, 273 *al.* VAL. FL. 6, 70 STAT. silv. 1, 2, 221 (promovere: SVLP. SEV. chron. 1, 10, 1 *al.* ciere: STAT. Theb. 4, 93). circumfundere: LIV. 44, 23, 8 TAC. ann. 13, 40. transmittere: VAL. FL. 3, 434. effundere: SIL. 2, 151. transferre: SIL. 12, 161. transfundere: SIL. 12, 429. infundere: SIL. 14, 638 FLOR. 2, 9, 6. diffundere: AMM. 31, 4, 9 CORIPP. Ioh. 1, 548. extendere: CVRT. 3, 9, 10. laxare: FRONTIN. strat. 4, 7, 42 (*apponitur*: discedere a signis). densare (densere): VERG. Aen. 7, 794 LVCAN. 7, 222 SIL. 8, 516 AMM. 16, 2, 9. VEG. mil. 1, 26 aut conglobent agmen aut laxent. coercere: SIL. 9, 205 (frenare: 9, 418). claudere (*de agmine novissimo*): CAES. Gall. 1, 25, 6 (*adiungitur*: praesidio esse; *item* 2, 19, 3). civ. 1, 79, 1 novissimum agmen claudebant. CVRT. 3, 3, 21 *al. aliter* LVCAN. 4, 747. cogere (*de agmine novissimo*): *proprie*: HIRT. Gall. 8, 8, 4 (*de formicis*: VERG. Aen. 4, 406. *de Lucifero*: OV. met. 2, 114). LIV. 10, 41, 6. 22, 2, 3 Afros ... primos ire ..., sequi Gallos ... agminis medium ..., novissimos ire equites, Magonem ... cum expeditis Numidis cogere agmen. 34, 28, 7 *al. de navibus*: 37, 23, 8 *al.* 38, 40, 6 (*opp.* praecedere). SEN. suas. 2, 4 (*de die novissimo*: SEN. epist. 12, 8) CVRT. 3, 3, 25 (*de elephantis*: PLIN. nat. 8, 11 *opp.* ducit. *de avibus*: 10, 126). AMM. 24, 1, 2 agmina postrema cogebat. 24, 1, 13. *aliter* LIV. 9, 13, 4 coacto rursus in unum agmine. SVET. Cal. 45 coactum agmen (*i. comparatum*). *translate*: CIC. Att. 15, 13, 1 nec duces simus nec agmen cogamus. prosequi (*de speculatoribus*): LIV. 27, 15, 1.
b *de eis, quae hostes facere solent*: agmen: insinuare: SIS. hist. 68. perturbare (turbare *sim.*): SIS. hist. 68. 71 HIRT. Gall. 8, 14, 2 *al.* LIV. 10, 20, 11 *al.* 33, 7, 2 SIL. 10, 508 STAT. Theb. 8, 467 CLAVD. rapt. 2, 143 (*cf. sub adiectivis*). adoriri, invadere, aggredi, incursare, vexare *sim.*: CAES. Gall. 3, 20, 3 HIRT. Gall. 8, 27, 5 LIV. 10, 28, 8. 21, 5, 10. 22, 16, 5. 22, 41, 4. 27, 48, 2. 36, 14, 12. 36, 45, 2 LVCAN. 9, 464. 10, 484 FRONTIN. strat. 1, 4, 1 TAC. ann. 2, 19 *al.* carpere: CAES. civ. 1, 63, 2 *al.* BELL. Afr. 75, 3 LIV. 22, 32, 2 *al.* TAC. ann. 12, 32 (*de reis*: PLIN. epist. 3, 9, 12. lacessere: FRONTIN. strat. 1, 4, 2). premere: CAES. civ. 1, 70, 3 HOMER. 484 STAT. Theb. 9, 255 (angustare: 12, 665). insequi, consequi, adsequi, adipisci: CAES. Gall. 1, 15, 2. 7, 88, 7 BELL. Afr. 6, 1 *al.* Hisp. 10, 3 LIV. 2, 64, 4. 9, 36, 10. 31, 43, 1 *al.* CVRT. 4, 10, 11 *al.* iungere: VERG. Aen. 2, 267 *al.* CVRT. 4, 15, 23 VAL. FL. 1, 520. 3, 505 *al.* morari, demorari: CAES. Gall. 2, 11, 3 civ. 3, 75, 3 HIRT. Gall. 8, 28, 1 LIV. 21, 36, 3 SIL. 10, 211. sustinere: CAES. civ. 1, 64, 1? LIV. 24, 7, 4 VAL. MAX. 3, 2, 1. tenere (detinere, retinere): LIV. 6, 13, 5. 8, 38, 6. 10, 5, 3. 28, 26, 11 *al.* LVCAN. 7, 316. vertere (*i. fugare*): VERG. Aen. 11, 412. 684 (*cf.* SERV. *ad h. l.*) *al.* SIL. 11, 341 (avertere: LIV. 34, 5, 9 *al.* pellere: VAL. FL. 3, 222 SIL. 16, 50 *al.*). diruere: HOR. carm. 4, 14, 29. rumpere: VERG. Aen. 12, 683 LVCAN. 3, 116 SIL. 1, 337 STAT. Theb. 8, 430 TAC. hist. 3, 18. interrumpere: LIV. 21, 33, 9 *al.* abrumpere: CVRT. 4, 15, 22 SIL. 13, 682. perrumpere: CLAVD. 28, 460. disicere: LIV. 22, 50, 9 VAL. FL. 3, 162 TAC. hist. 3, 22 *al.* AMM. 19, 8, 10 (scindere: TAC. ann. 1, 65). dispergere: CVRT. 4, 16, 25 SIL. 16, 68 VVLG. Ezech. 12, 14. deturbare: SIL. 7, 715.

***adverbialia*:** in agmine (*de significatu cf. p. 1340, 31*): CIC. Att. 6, 4, 3 haec ... scripsi in itinere atque agmine. CAES. Gall. 3, 24, 3 impeditos in agmine et sub sarcinis ... adoriri (7, 66, 4). BELL. Alex. 43, 2 dimicare. SALL. Iug. 45, 2 ne miles gregarius in castris neve in agmine servom aut iumentum haberet (*cf.* VAL. MAX. 2, 7, 2). *ibid.* in agmine in primis modo ..., saepe in medio adesse. 50, 2 in agmine principes facti *equites.* 55, 8 postremos in agmine temptare. 85, 47 in agmine aut in proelio consultor. 96, 3 in operibus, in agmine atque ad vigilias ... adesse. hist. frg. 1, 96 in agmine occiditur (CVRT. 3, 7, 15). VERG. georg. 3, 348 *Romanus* positis stat in agmine castris. LIV. 10, 45, 12 saepe in acie, saepe in agmine, saepe circa ... urbem ... pugnatum. 23, 27, 2 nec iam aut in agmine aut in castris ullo imperio contineri. 24, 14, 3 senserat ... murmur in agmine esse quaerentium. 40, 39, 7. 40, 58, 1. 44, 33, 5. VELL. 2, 47, 1 pugnatum saepe derecta acie, saepe in (in *del. Lips.*) agminibus, saepe eruptionibus. CVRT. 5, 12, 20 in agmine monstrari. 7, 1, 22. 7, 5, 10 in eodem agmine esse. 10, 9, 20. LVCAN. 1, 245 medio conspectus in agmine Caesar. SIL. 1, 249 in magno praecedens agmine ductor. 1, 276. 13, 23. 17, 127 ut in agmine primo ... volitet. STAT. Theb. 5, 400 attonito ... in agmine. TAC. Agr. 20 multus in agmine *esse.* hist. 1, 23 in agmine, in stationibus. ann. 3, 9 in agmine atque itinere ... se ... ostentare. 13, 55 in agmine, in laboribus ... adesse. hist. 5, 1 in opere, in agmine. SVET. Iul. 57 in agmine ... pedibus anteibat. Domit. 19 in expeditione et agmine equo ... vectus (FRONTO p. 207, 6 N.). AMM. 26, 9, 3 in agminibus (*opp.* in acie). *iuncturae cum aliis praepositionibus*: ex agmine: progredi: CAES. Gall. 7, 66, 6. cedere: SIL. 5, 377. HOMER. 281 procedit ab agmine Troum ... Alexander. LIV. 8, 38, 8 inpedimentis ex agmine remotis. 36, 30, 4 iumenta multa ex agmine praecipitata. LVCAN. 4, 765 Afer equos ... emisit in agmen. 777 medium correpsit in agmen. LAVS Pis. 203 prorumpat in agmina. SIL. 8, 404 raptabat in agmina turmas. 12, 509 impellit in agmen ... viros. agmine: *abl. loci*: TAC. ann. 1, 38 si quis agmine decessisset, pro desertore fore. 11, 18 (*cf.* MODESTIN. dig. 49, 16, 3, 16 qui agmen excessit, ... fustibus caeditur). *temporis?*: OV. met. 5, 2 dum ... ea ... medio ... agmine commemorat. *instrumenti*: LIV. 1, 47, 8 stipatus agmine armatorum (CVRT. 4, 14, 8 FLOR. 2, 2, 4). SIL. 6, 401 captivo ... agmine saeptus. *modi*: *saepissime cum verbis movendi*: CATO Philargyr. georg. 2, 417 *v. p. 1342, 72.* CIC. Phil. 2, 108 agmine quadrato ... sequuntur. 5, 20 *al.* SALL. orat. Lep. 24 tanto agmine atque animis incedit. *nota* (agmine *sine epitheto*): LIV. 1, 6, 2 iuvenes per mediam contionem agmine ingressi. 2, 20, 8. 3, 18, 4. 3, 50, 13 *al.* 22, 30, 1 *saepe; nota*: 22, 52, 4 alii agmine, alii palati. MANIL. 1, 909 CORIPP. Ioh. 2, 265. agminibus (*opp.* rari): TAC. Agr. 37. LIV. 1, 14, 11 velut agmine uno (*fugientium et insequentium*) inrumpit *in urbem Romanus. item postpositum*: 2, 65, 6. 5, 40, 5. uno agmine: 2, 30, 14 *al.* LVCAN. 1, 478 agmine non uno ... incedere. VVLG. Iudith 15, 4 uno agmine persequentes *hostem* (uno agmine *trans-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

late: SEN. dial. 5, 2, 2 ambitio viritim singulos occupat: impotentia est malum publicum. saepe in iram uno agmine itum est. nat. 3, 27, 1 an ... omnia *elementa* uno agmine ad exitium humani generis incumbant. OROS. hist. 3, 21, 1 uno agmine ... Romanos delere. DRAC. Romul. 5, 245 infremerent omnes uno agmine cives). LIV. 25, 19, 7 duobus agminibus diversos abisse. CVRT. 4, 12, 9 Phradates magno Caspiorum agmine antecedebat. TAC. hist. 4, 35 pugnatum longo agmine. *nota translationem*: TAC. ann. 16, 17 eodem agmine (*i. una*) Annaeus Mela *et alii* ... cecidere. FLOR. 1, 7, 5 ingenti agmine profecti. CLAVD. 28, 218 fesso si deficit agmine miles. *talia passim; multa exempla invenies sub adiectivis* (*p. 1343, 79 sqq.*). agmine facto: *in fine hexametri*: VERG. georg. 4, 167 Aen. 1, 82. 8, 595 STAT. Theb. 2, 493 IVV. 3, 162. *translate*: IVV. 10, 218 *in corpore* circumsilit agmine facto morborum omne genus. *in oratione prosa*: LIV. 5, 30, 4. 8, 28, 6. 21, 30, 8. 38, 33, 6 *cf.* 44, 9, 6 SEN. apocol. 13 epist. 104, 19.

synonyma (*apposita*): acies: VERG. Aen. 12, 597. 861 AMM. 29, 6, 14 (*oppositum v. sub II 1*). caterva: CIC. Scaur. 17. chorus: HIER. epist. 46, 12. coetus: STAT. Theb. 5, 652. comitatus: CIC. Phil. 13, 19 TAC. hist. 2, 92. cunei: CYPR. GALL. Ios. 29. exercitus: VVLG. I reg. 17, 45. globi: STAT. Theb. 9, 70. grex: CIC. Phil. 5, 18. iter: *v. sub II 1*. meatus: ITIN. Alex. 12. multitudo: HIER. epist. 148, 11. phalanx: STAT. Theb. 8, 367. plebs: STAT. Theb. 6, 741. pompa: SEN. Oed. 128 IVV. 10, 281. series: SEN. Oed. 128 TERT. spect. 7. signa: LIV. 44, 39, 8 FRONTIN. strat. 4, 7, 42. spira: AVIEN. orb. terr. 177. turba: OV. met. 15, 691 Pont. 4, 9, 24 LIV. 29, 28, 3 *cf.* 36, 19, 2 *al.* LAVS Pis. 38 STAT. silv. 4, 8, 44 Theb. 6, 132 CARM. de resurr. 327. turma: CVLEX 248. volumina: GELL. 7, 2, 5 AVIEN. Arat. 242. *opposita*: *v. sub II 1*.

derivata: agminalis, agminatim.

agmentum *v.* amentum.

agminālis, *-e. qui ad agmen (i. exercitum) pertinet.* CHAR. dig. 50, 4, 18, 21 agminales equi (equiti *cod. Flor.*) vel mulae et angariae atque veredi. *substantive*: COD. Theod. 8, 5, 3 (*a. 326*) usurpandi agminalis seu paraveredi licentia. *ibid.* publicis utemini agminalibus. 8, 5, 6 (*a. 354*) agminales ac paraveredos.

agminātim *adv., agmine, per agmina, agminis modo.* APVL. met. 4, 8 pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis. 4, 20 illis, qui ... processerant, se obmiscent agminatim *canes*. SOL. 25, 4 *elephanti* oberrant agminatim. AMM. 18, 6, 23 agminatim intra consaepta exercitus (*sc. Xerxis*) recensitos. 22, 8, 47 constat ... agminatim ad hunc secessum ... petere pisces. 31, 4, 5 transfretabantur *Gothi* navibus ... agminatim inpositi. *Hey.*

Agmonia *v.* Acmonia *sub* Acmon.

1. agna, -ae *f., spica.* PAVL. FEST. 211 pennatas inpennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis: agnas novas voluit intellegi. *cf.* THEOPHRAST. hist. plant. 8, 7, 5 στάχυες μικροὶ καὶ τούτων, οὓς καλοῦσιν ἄγνας. *Sinko.*

2. agna *v.* agnus. **3. agna** *v.* acnua.

Agna *v.* Hagne. **Agnālia** *v. sub* Agonalia.

Agnanius, -a *nom. gent., cf.* Agonius? CORP. X 3699, 1, 11 (*Cumis, a. 251*) A. Agnanius Felicissimus. *Otto.*

agnaphus *v.* acnaphus. *corruptum* agnava VEN. FORT. carm. 2, 3, 19. *V.*

Agnārius, -ī *cogn. ut videtur latinum, veluti* Caprarius. *cf. Graecorum* Ἀμνός, Ἀμναῖος, Ἀμνίων. CORP. VI 14493 (*periit*) ex testamen(to) Cn. Cassi Cn. f. Col. Agnari arbitratu Cassiae Cn. l. v. Nice. *Diehl.*

agnāscor (adgn-), -nātus sum, -nāscī *ab* ad *et* nascor. *de animantibus*: CIC. de orat. 1, 241 constat agnascendo rumpi testamentum (*praecedit* testamento, quod pater familias ante fecit quam ei filius natus esset). Caecin. 72 statue, cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum. VLP. reg. 23, 2 rumpitur testamentum ... agnatione, id est si suus heres agnascatur .... agnascitur suus heres aut agnascendo aut adoptando aut .... GAIVS dig. 28, 3, 13 qui in sui heredis loco succedendo quasi adgnascendo (adgnos- *cod.*) fiunt parentibus sui heredes (inst. 2, 133). TERT. dig. 29, 1, 33, 1 videtur suus heres adgnasci (adgnosci *cod.*). *ibid.* heredem ... adgnasci. *item ibid.* 3. VLP. dig. 25, 3, 3, 6. 28, 3, 3 *et* 28, 3, 3, 6, *hic* adgnoscendo *cod., item* 28, 3, 6 adgnoscendo. 38, 17, 2, 11 PAVL. dig. 1, 7, 10. 1, 7, 23 qui in adoptionem datur, his quibus adgnascitur, et cognatus fit, quibus vero non adgnascitur, nec cognatus fit. *et bis ibid.* MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 10 PAVL. sent. 3, 4ᵇ, 10. VARRO ling. 5, 99 pecori ovillo quod agnatus, agnus. VLP. dig. 7, 1, 68, 2 si gregis ... sit usus fructus legatus, debebit ex adgnatis gregem supplere, id est in locum capitum defunctorum (23, 3, 10, 3). 47, 4, 1, 11 partus vel fetus post mortem adgnatos. PAVL. dig. 20, 1, 29, 1 adgnata *mancipia* (SCAEV. dig. 32, 37, 3. 32, 41, 10 *bis.* 33, 5, 21. 33, 7, 28). ITALA Wirceb. deut. 28, 51 agnata (ἔκγονα, VVLG. fructum) pecorum tuorum. TERT. adv. Val. 7 *Monogenes* non proprie, siquidem non solus agnascitur (agnos- *codd.*). *de variis rebus naturalibus*: PLIN. nat. 10, 47 tela adgnata cruribus *gallorum*. 11, 231 *pili* libidinosis congeniti maturius defluunt, agnati celerius crescunt. 11, 272 membra animalis adgnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus (1 ind. 11, 113 de agnascentibus membris). 16, 243 *viscum* praeter fructus adgnascitur (adgnos- *codd.*) *in arboribus.* 16, 245 viscum ... in quercu robore ilice ... adgnasci. 16, 249 quidquid adgnascatur illis (*quercubus sacris*), e caelo missum putant *Galli, etiam viscum.* 17, 223 impetigo et, quae adgnasci (adgnosci *Paris.*) solent, cocleae peculiaria ficorum vitia *sunt.* 35, 1 metallorum ... adgnascentiumque iis natura. GELL. 3, 10, 12 genuinos adnasci annis fere bis septenis. *pro subst.* adgnatum, -ī *i. q.* agnatio III *in herbis*: PLIN. nat. 21, 102 ornithogale caule tenero ... tribus aut quattuor agnatis. 27, 97 lycapsos ... cauli longo hirsutis adgnatis. *translate*: VLP. dig. 47, 2, 14, 15 *res* quae ex ea adgnata est. GELL. 7, 1, 9 alia quoque simul adgnata sunt incommoda his ipsis quae faciebat cohaerentia. 6, 14, 4 singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt pari numero (*hic fortasse ab* agnatus *translatum est*).

part. **agnātus** (adgn-), -ī *et* **agnāta**, -ae *pro subst.* *insculptum* atnatos: CORP. II 4332, *item Graeci* ἀδνᾶτος, -α, anatus GLOSS. *inter* adgnatus *et* agnatus *admodum variant codices ut* DIG. *Florent.*; GAI *Veronensis semper habet* agnatus; *etiam lapidum tria quae extant exempla inter se discrepant.* *gen. plur.* agnatum *datur* LEGI XII tab., *v. infra l. 38.* ICTorum *definitiones*: GAIVS inst. 1, 156 sunt ... agnati per virilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo, item patruus et patrui filius et nepos ex eo. at hi qui per feminini sexus personas cognatione coniunguntur, non sunt agnati, sed alias naturali iure cognati. *similia leguntur* 3, 10 VLP. reg. 11, 4. 26, 1 conlat. 16, 7, 1. 16, 4, 1 dig. 38, 16, 2, 1 PAVL. dig. 38, 10, 10, 2 conlat. 16, 3, 13. *cf.* VLP. dig. 50, 16, 195, 2 communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum. ISID. orig. 9, 6, 1 agnati dicti quod accedant pro natis, dum desunt filii. GLOSS. συγγενής ὁ ἐξ ἀρρενογονίας ἀνήρ. ἐπιγεννηθείς. ἐπίγονος. ἐξ ἀρρενογονίας ἀγχιστής. adgnata: συγγενὴς γυνὴ ἐξ ἀρρενογονίας. propinquus. filius. proximi. *distinguuntur a cognatis* IVLIAN. dig. 38, 15, 4, 1 tamquam adgnatus vel tamquam cognatus. VLP. reg. 28, 9 *et passim.*

LEX XII tab. 5, 4 si intestato moritur, cui suus heres nec es⟨ci⟩t, adgnatus proximus familiam habeto. 5, 5 si ⟨ad⟩gnatus n⟨ec⟩ escit, gentiles familiam ⟨habento⟩. 5, 7 si furiosus escit (*variant codd.*), ast ei custos nec escit, adgnatum (*sic Rhet. Her. cod. Herbipol.*, agnatum *optimi Cic. libri*, agnatorum *vel* adgnatorum *dett.*) gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. *hos legis locos respiciunt referunt tractant*: VARRO rust. 1, 2, 8 (*ex Catone*) mente captus ... ad adgnatos et gentiles est deducendus (COLVM. 1, 3, 1; *quasi proverbium, cf.* HOR. sat. 2, 3, 218 *et* epist. 1, 1, 102). RHET. Her. 1, 13, 23. CIC. inv. 2, 62 intentio est agnatorum (ad- *pars codd.*): nostra pecunia est, de qua is, cuius agnati (ad- *pars codd.*) sumus, testatus non est. *ibid.* agnatos pupilli. 2, 122 ambigunt agnati cum eo qui est heres. 2, 148. 2, 149 inter ... heredes ... et inter agnatos de hereditate controversia est. rep. 3, 45 cum furiosorum bona legibus in adgnatorum potestate sint. LEX Salpens. 29, 43 si ... ⟨ei⟩ adgnatus proxumus c(ivis) R(omanus) tutor esset. GAIVS inst. 1, 155. 1, 157 etiam feminae agnatos habebant tutores. sed postea lex Claudia lata est, quae quod ad feminas attinet, ⟨agnatorum⟩ tutelas sustulit. 1, 164 cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximo gradu sunt. 1, 165. 168. 171. 2, 47. 64. 149ᵃ. 3, 9. 10. 11. 17. 21. 23 feminae agnatae quaecumque consanguineorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege habent (VLP. dig. 26, 4, 1, 1 hereditas quidem ad adgnatam pertinet, tutela autem ad adgnatum). 3, 27. 28. 29. 34. 37. PAVL. conl. 16, 3, 4 consanguinei ... interpretatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. VLP. reg. 26, 7 consanguineis et reliquis agnatis. dig. 38, 16, 2 post consanguineos admittuntur adgnati, si consanguinei non sunt. *cf.* PAVL. conl. 16, 3, 17 VLP. dig. 26, 4, 1. 38, 7, 2, 1 PAVL. dig. 38, 17, 6, 1. *et passim apud* ICTOS; *nota etiam* TRYPH. dig. 48, 17, 19 hereditate ab adgnato commilitone data. *ad gradus agnationis spectant haec*: POMP. dig. 38, 16, 12 filius patri adgnatus proximus est (*sic etiam* proximus: LEX Salpens. 29, 43 *v. supra l. 50.* GAIVS inst. 3, 12. 3, 22. IVLIAN. dig. 28, 6, 28 *ex lege Cornelia.* 29, 7, 3, 1 *et passim*; proximior: PAVL. dig. 38, 10, 10, 4 proximiores ex adgnatis sui dicuntur; GAIVS inst. 3, 11 agnatis ... qui ... proximo gradu sunt). HERM. dig. 26, 4, 10 adgnato prop[r]ior femina. GAIVS inst. 3, 22 proximo agnato non adeunte hereditatem nihilo magis sequens iure legitimo admittitur (VLP. dig. 38, 16, 3, 9 insequentes sibi adgnatos. 38, 17, 1, 12 succedenti adgnato. 38, 16, 2, 5 ulteriorem. 26, 4, 1, 2 inferioris gradus adgnato). VLP. dig. 5, 3, 25, 6 cum eum alius praecederet adgnatus. PAPIN. dig. 38, 8, 9 octavi gradus adgnato. GAIVS dig. 26, 4, 9 eodem gradu (VLP. reg. 26, 5. dig. 38, 16, 2, 2 eiusdem gradus). MELA 1, 42 quia singulis aliquot simul coniuges, et plures ob id liberi adgnatique sunt nusquam pauci. TAC. Germ. 19 quemquam ex adgnatis necare flagitium habetur (hist. 5, 5). [APVL. flor. p. 63 Oud. adgnatos *corruptum.*] CORP. VI 36740, 2 agnati erunt. II 4332 (*Cordubae, saec. II?*) excepitque ne quis eos (*hortos*) venderet, sed per genus ipsorum possessio decurreret vel per atnatos vel manumissos. PORPH. Hor. epist. 2, 183 heredem captatorem significat, non adgnatum. CYPR. GALL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gen. 1423 *Iacob* pasceret agnatos congestis frugibus omnes. SALV. eccl. 3, 87 circumstant te aegrotantem cognati atque agnati (3, 14. 3, 57). 4, 8 agnatos atque adfines suos Christo praeponere. *transfertur*: CIC. Tim. 39 *deos* fratres inter se agnatosque usurpari atque appellari videmus. TERT. nat. 2, 3 ad illam [m]agnatorum speciem (*de dis*).

agnāticius, -a, -um *ab* agnatus. COD. Iust. 6, 58, 15, 3^b (*Iustin.*) ad iuris agnaticii formam. *cf.* *ἀδνατικός apud interpretes Byzantinos.*

agnātio (adgn-), -ōnis *f. ab* agnasci. adgnatio *non legi videtur nisi in* DIG. *codice Florentino. ἀδνατιῶν Byzantini. incertae fidei est scriptura* adnatio *apud* PS. APVL. *l. 57 sq.* **I** *de nascendo herede* (*solum abl. vidi*): VLP. reg. 23, 2 rumpitur testamentum ... agnatione, id est, si suus heres agnascatur. IVLIAN. dig. 40, 5, 47 adgnatione postumi ruptum testamentum (CLEM. dig. 28, 2, 22 GAIVS inst. 2, 131 VLP. dig. 40, 5, 24, 11). PAPIN. dig. 28, 3, 1 sui heredis (VLP. dig. 28, 3, 8 PAVL. dig. 28, 6, 43 MARCELL. dig. 28, 7, 19 GAIVS inst. 2, 138). VLP. reg. 22, 18 postumi ... testamentum agn⟨a⟩tione rumpunt (GAIVS dig. 28, 3, 13 inst. 2, 142). GAIVS dig. 28, 3, 13 iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. *cf.* inst. 2, 133. 134. MAR. VICTOR. rhet. p. 279, 28 ut alius testamento, alius lege, alius adgnatione *sit heres*. **II** *status agnati*: *v. Leonhard, PW. I 830.* GLOSS. ἐπιγέννησις. συγγένεια ἐξ ἀρρενογονίας. MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 2 civilis ... cognatio ... proprie ... adgnatio vocatur videlicet quae per mares contingit. GAIVS inst. 1, 156 inter avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio. VARRO ling. 8, 4 ut in hominibus quaedam sunt agnationes ac (ad *cod.*) gentilitates, sic in verbis. RHET. Her. 1, 13, 23 suam vocat hereditatem lege agnationis. CIC. de orat. 1, 173 tutelarum gentilitatum agnationum ... iura. top. 27 si tutelam, si gentem, si agnationem definias. leg. 1, 23 quod in civitatibus ... agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius ..., ut homines deorum agnatione et gente teneantur. 1, 24 vere vel agnatio nobis cum caelestibus vel genus vel stirps appellari potest. CELS. dig. 1, 7, 7 iura adgnationis. VLP. dig. 38, 8, 4 consanguinitatis itemque adgnationis iura a patre oriuntur. MODESTIN. dig. 38, 10, 4, 10 in adoptionem datus aut emancipatus quascumque cognationes adfinitatesque habuit retinet, adgnationis iura perdit. GAIVS inst. 1, 158 agnationis ... ius (3, 21 nomen agnationis) capitis deminutione perimitur (*sic* ius 1, 163 *bis*, 3, 14. 3, 27 VLP. dig. 38, 8, 4 reg. 28, 9 PAVL. dig. 1, 7, 23 MODESTIN. dig. 2, 14, 34). inst. 3, 10 plures gradus agnationis. PAVL. dig. 5, 4, 3 qui post eum gradum sunt agnationis. COMM. Bern. Lucan. 4, 563 ad aetatem parentes dixit et fratres, non ad agnationem (agnit- *cod.*). SALV. eccl. 3, 59 incognitarum agnationum pudenda nomina et recentium ... adfinitatum ridicula commenta. SIDON. epist. 5, 1, 3 patrueli paterno caelibi ... per agnationis praerogativam succedere. LEX Burg. Rom. 10, 9. 37, 2. *ipsi homines agnati*: COD. Theod. 2, 25, 1 (*Constant. I*) integra apud possessorem (successorem COD. Iust. 3, 38, 11) ... servorum agnatio ... permaneret. 8, 7, 19, 1 (*a. 397*) teneatur agnatio. 14, 7, 1 (*a. 397*) matrem sequatur agnatio. 8, 5, 58 (*a. 398*) cum uxoribus suis et omni peculio atque agnatione. NOVELL. Valent. III 26, 4 peculiis atque agnationibus designati iuris. COD. Iust. 1, 5, 19, 1 liberis ... non existentibus ad agnationem vel cognationem eorum ... res ... pervenire. LEX Burg. Rom. 37, 2 si agnatio defuerit. LEX Visig. Recc. 3, 2, 4 agnatio ... servi domino deputetur. **III** *de herbis*: PS. APVL. herb. 60 *herba consolida* altera ... cum adnationibus secundum genicula. 63 foliis similibus puleio, sed paulo maioribus atque floccosis vel lanugineis adnationibus. *cf. p. 1348, 9.* *V.*

Agnatius, -a *in titulis corruptis* CORP. VI 29735. XI 3097 (*ambo perierunt*).

? **Agnātus** *cogn.* CORP. VI 21213 Agnat⟨...⟩. *Otto.*

agnava *v.* agnaphus. **Agnaviae** *cf.* Acmonia.

Agnē *v.* Hagne.

Agnebertus, -ī *nom. germ.* CONC. Burdig. (Mon. Germ. leg. III 1) p. 216, 25 Agnebertus Sanctonis urbis episcopus. *Diehl.*

P. Agnei ... (*corruptum?*) *in titulo* CORP. VI 10486 *qui periit.* *Otto.*

agnellīnus, -a, -um *ab* agnellus. ANTHIM. 5 agnellinae carnes ... optimae sunt. *cf.* agninus.

agnellus, -ī *m. deminut. ab* agnulus *vel* agnus. [*val.* miel, *it.* agnello, *francog.* agneau. *M.-L.*] ARS Bern. gramm. suppl. 70, 1 agnulus, agnellus. PRISC. gramm. II 109, 15 duplicant l ante -us ... agnus agnellus. *cf.* POMP. gramm. V 143, 28. PS. CASSIOD. de orat. p. 1221^D apud antiquos ... aliter dicebantur, agnus, agnulus, agnellus, agnicellus, agniculus, agnicellulus. *in blanditiis*: PLAVT. Asin. 667 agnellum, haedillum me tuom dic esse vel vitellum. *de Christo*: GLOSS. V 438, 12 hagnos arnus id est agnellus modicus vel castus.

f. **agnella**, -ae. ENNOD. carm. 2, 100, 6 *canis venaticus* luditur agnellae post proelia tanta (*sc. ferarum persecutionem*) volatu: molle pecus volucrem praevertit fraude molossum. *Sinko.*

Agnellus, -a *nom. christ.* (*sed vide p. 1350, 23 et 27*). Agnellus *patricius*: CASSIOD. var. 1, 15, 2 patricii Agnelli ad Africam discedentis, qui regnum petens alterius nostris est utilitatibus serviturus. 1, 37, 5 Agnello fideiussori tuo. 8, 25, 3 domus patriciae recordationis Agnelli in Lucullano castro posita. ENNOD. epist. 4, 18 carm. 2, 107. *alius*: epist. 5, 3 Agnellus de casis per varias promissionum mihi inludit effigies. GREG. M. epist. 1, 16a subscr. Agnellus episcopus sanctae Treientinae (*i.* Tridentinae) ecclesiae. Agnellus episcopus sanctae Acelinae ecclesiae. 4, 6 Agnelli episcopi (*provinciae Lucaniae, ut videtur*). *eius filius*: 4, 6 Agnello ... qui notarius nostrae (*i. Romanae*) esse fertur ecclesiae. 3, 13 Agnello episcopo de Fundis, qui nunc incardinatus est Terracina. 5, 57a subscr. episc. 8, 19. 7, 10 Agnello abbati de Arimino. FELIX IV Migne 65, 15 (*saec. VI*) Agnellus diaconus. CONC. Rom. a. 487 (Mansi VII 1171^C) Agnello Torcelino (*Vmbriae*) *episcopo*. Gradens. sub Tiberio II (*a. 578—582*) (Mansi IX 926^C) Agnellus episcopus sanctae ecclesiae Tridentinae. Rom. a. 601 (Mansi X 487^E) Agnellus episcopus sanctae ecclesiae Ferentinensis. CORP. VI 9920, 3, 21 (*saec. IV, in albo corporis tabernariorum*) Agnellus. XV † 7594 (*in fistula*) ex oficina Agnelli. X † 4519 (*Capuae*) hic requiescet ... Acnellus. † 7746? XI † 266 (*Ravennae*) Agnellus episc(opus). † 273. † 305 (*ibid., a. 570* = CARM. epigr. 715) pontificis requiem caelesti munere ⟨c⟩essa⟨m⟩ Agnellus virtute d(e)i non perdedit i⟨ll⟩am. ... hic r(e)q(uiescit) ... Agnellus arc(hi)episc(opus). V † 5403 (*Comi, a. 556*) famulus Christi Agnellus. † 5592 (*in agro Mediolan.*) Agnellus. INSCR. Not. degli scavi 1891 p. 281 † (*in Liguria, saec. V vel VI*) Agnellus. XII 798 (*Arelate, periit*) C. Crassius Agnel⟨l⟩us (*trad.* Agnelius). *v. etiam huius operis II p. 460, 76.* Agnella: ENNOD. epist. 9, 25 Ennodius Agnellae. .. sanctam viduam et nobilem (*ipsam dicit* Agnellam). ... domna Agnella. GREG. M. epist. 9, 207 (*a. 599*) Agnella abbatissa. CORP. IX 6224 (*Venusiae*) hic requiescit Gesua cum oxore sua Agnella (*sunt Iudaei*). V † 5211 (*ad lacum Larium, a. 539*) Agnella. † 5241 (*ibid., a. 501, periit*) famula Christi Agnela. INSCR. christ. Rossi 641 (*a. 424*) Agnella. CORP. XI † 2588 (*Clusi*) cum iugali sua Agnilla. *v. etiam* Agellus. *Otto.*

Agnēs, Agneta *v.* Hagne.

agneus, -a, -um *ab* agnus. GREG. TVR. vit. patr. 8 pr. agneo decoratos vellere. *cf.* agninus.

Agnia, Agniānus, Agniās *v.* Hagnia, Hagnianus, Hagnias.

agnicellulus, -ī *m. deminut. ab* agnicellus. POMP. gramm. V 143, 29 PS. CASSIOD. de orat. p. 1221^D.

agnicellus, -ī *m. deminut. ab* agniculus. POMP. gramm. V 143, 29 PS. CASSIOD. de orat. p. 1221^D.

agniculus, -ī *m. deminut. ab* agnus. *v.* PS. CASSIOD. *s. v.* agnellus. *proprie*: ARNOB. nat. 7, 12 centum ille caedat boves totidemque cum agniculis suis matres. AMBR. hex. 6, 4, 25 quid agniculis simplicius, quos minusculae parvulorum comparamus infantiae. *ibid.* pastor errat in discretione ovium, agniculus in agnitione matris nescit errare. *translate i. q. christiani*: ITALA Ioh. 21, 15 (Ambr. in psalm. CXVIII 2, 15) pasce agniculos meos (VVLG. agnos).

f. **agnicula**, -ae. *in comparatione*: AMBR. inst. virg. 16, 103 quasi bona ... agnicula rumines in ore tuo praecepta divina. CANON. Migne 56, 891^B insipientes homines, qui ad fontes atque ad arbores sacrilegium faciunt ... vel cervolum aut agniculas faciunt (*i. q. sacrificant; cf.* SERV. Verg. ecl. 3, 77 agnā facere).

agnīle, -is *n. ab* agnus. GLOSS. II 245, 36 ἀρνῶν ὁ τόπος. [*sard.* annile. *M.-L.*]

Agnilla *v.* Agnellus.

agnīnus, -a, -um *ab* agnus. *ad agnos pertinens*: GLOSS. agnina (*sc.* caro) ἄρνειον κρέας. PLAVT. Aul. 374 indicant ... agninam caram. Capt. 819 lanii ... duplam (?) agninam danunt. 849. Frivol. frg. 9. HOR. epist. 1, 15, 35 patinas cenabat omasi vilis et agninae (-ni *plerique codd.*). ZENO tract. 2, 38 p. 484, 14 Moyses ... procuravit agninam. *apud posteriores addito vocabulo* caro: MARC. med. 11, 33 carnis agninae *cf.* 36, 4 CAEL. AVR. chron. 1, 4, 33 ORIBAS. syn. 4, 4. PLAVT. Pseud. 329 agninis me extis placari volo. APIC. 7, 297 iocinora haedina sive agnina. PLIN. nat. 30, 80 agninus pulmo. *cf.* MARC. med. 34, 18. TITIN. com. 90 lactis agninas. *cf.* PLAVT. Pseud. 319. VARRO rust. 2, 11, 4 ⟨in⟩ lactis duos congios addunt coagulum ... melius leporinum et haedinum, quam agninum. *cf.* SCRIB. LARG. 197 PLIN. nat. 29, 104. 30, 112. 135 SORAN. 2, 11 (44). PLIN. nat. 30, 68 decoctum agniculorum pedum. 113 in cinere ex ossibus feminum agninorum. PLIN. nat. 30, 88 fel cum melle, praecipue agninum. 107 sebo agnino. SCRIB. LARG. 185 iure ... agnino. 189. PELAGON. 86 capitulum agninum. APIC. 8, 359 copadia haedina sive agnina. CAEL. AVR. acut. 2, 17, 111 cerebro ... agnino. FEST. 210 capitia ex pellibus agninis facta. PLIN. nat. 32, 52 quartanas sanari adalligato (*sc. ossiculo ranae*) in pellicula agnina recenti aliasque febris. *cf.* 32, 139. VLP. dig. 34, 2, 25, 8 pelles caprinae et agninae vestis erunt. ANTH. 199, 87 agninam (*sc. pellem*) Pellias habet. AVG. c. Faust. 14, 18 p. 400, 17 encausti munditia, quae corio inhaesit agnino (*i. membrana*). PRVD. psych. 793 lupus ... cruda per agninos exercens funera rictus. PAVL. NOL. carm. 33, 93 ut milia multa viderit angelicis mixta agninisque catervis. **agnīna lingua,** herbae genus, similis est plantaginis maioris GLOSS. III 567, 28. *cf.* 540, 49. *Sinko.*

Agnis *v.* Hyagnis *et* Hagne.

agnitio, -ōnis *f.* [*cf. c.* agnoscere agnitus. *Th.*]. GLOSS. ἐπι-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

γνωσις; agnitione: cognitione. HIER. in Eph. 1, 2 p. 563 Vall. ut inter *γνῶσιν* et *ἐπίγνωσιν*, hoc est, inter notionem et agnitionem, illud intersit: quod notio eorum sit quae ante non scivimus et ea postea scire coepimus, agnitio vero eorum quae prius scientes deinceps scire desivimus eorumque postea recordamur (*idem de* cognitione *et* agnitione ISID. diff. 1, 89). *vox rara apud antiquiores: semel habet* CIC., *crebrescit inde a II saeculo. Leonhard, PW. I 831.*

I *i. q. recognitio, ἀναγνώρισις*: SEN. contr. 9, 3, 4 agnitio dividet quod iunxit etiam expositio? PLIN. nat. 10, 194 velut sui cadaveris agnitionem fugientes (*pisces*). PS. QVINT. decl. 8, 12 hanc ipsam indifferentiam ... parentum tamen agnitio dinoscit. SVET. rell. p. 9, 1 R. liberorum (hib-, ib- *codd.*). APVL. met. 3, 26 agnitione ac miseratione quadam. 11, 20 notae dorsualis agnitione. 11, 27 ut agnitionem mihi ... subministraret. Plat. 2, 25 agnitionis ... difficultatem. DON. Ter. Eun. 915 puellae. HYG. fab. 190 p. 122, 2 agnitione facta. AMBR. hex. 6, 4, 25 agniculus in agnitione matris nescit errare. VVLG. gen. 45, 1 ut nullus interesset agnitioni (*ἡνίκα ἀνεγνωρίζετο*) mutuae. SVLP. SEV. chron. 1, 12, 2 agnitionem dissimulans. MART. CAP. 4, 331 agnitione viperea. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 66 nulla notorum agnitio. *locus lacunosus*: DIOM. gramm. I 488, 18 (*Kaibel frg. com. I p. 58*) liberorum fortunarumque priorum in peius ⟨. . .⟩ adgnitio. CORP. VI 1750, 3 agnitione[m] sui ex omni parte perdita (*de thermis incuria neglectis*). *i. q. cognitio, notitia*: SYMM. epist. 6, 38 (29), 1 veteris inter eos amicitiae ... agnitio.

II *i. q. cognitio*: CIC. nat. deor. 1, 11 quae (*quaestio*) ... ad agnitionem (cogn. *cod. B*) animi pulcherrima est. QVINT. inst. 1, 1, 25 obstat hoc agnitioni earum (*litterarum*). TERT. ieiun. 3 de arbore agnitionis boni et mali (anim. 38 VVLG. gen. 2, 17 de ... ligno scientiae b. e. m.). 7 sacramentorum (9). anim. 58 ex agnitione promissorum charismatum (monog. 1). apol. 21 expolitos *homines* in agnitionem veritatis oculare (VVLG. I Tim. 2, 4 ad agnitionem veritatis venire. Sirach 24, 32 Tit. 1, 1 *et saepe* ECCL. LVCIF. de non parc. 19 agnitionem veritatis consequi. PRISCILL. tract. 8, 119 AMBR. Cain et Ab. 2, 3, 11 AMBROSIAST. in Rom. 15, 11 HIER. epist. 149, 1. OROS. hist. 7, 41, 8 tantae gentes ... acciperent. LEO M. serm. 31, 2 PS. PROSP. vocat. gent. 1, 9. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 44, 19 nulla ... ex hac intellegentiae simplicitate vel veritatis nascitur vel falsitatis agnitio. FVLG. RVSP. epist. 8, 6, 13). IREN. 1, 3, 1. PRISCILL. tract. 11, 145 scientiae tuae. 10, 132 peccati agnitione (AMBR. fuga saec. 3, 15. Iacob 1, 6, 20 peccatorum. CYPR. GALL. num. 541 probri [prius *codd.*]). AMBR. apol. Dav. I 4, 18 spiritalis ... legis. bon. mort. 12, 55 in quo simus aeterni in agnitione omnis boni. VVLG. Sirach 1, 15. Coloss. 1, 9 voluntatis eius. 2, 2 mysterii dei patris. Philem. 1, 6 omnis operis boni. RVFIN. Adamant. 1, 23 intellegentiam pro scientia vel agnitione scripturae ponere videntur. MACR. sat. 7, 9, 21 prima ... *συζυγία* nervorum ... dat illis (*oculis*) agnitionem specierum et discretionem colorum. somn. 1, 8, 3 agnitionem ... rerum divinarum sapientiam proprie vocantes. CASSIAN. conl. 12, 13, 1 propria ... agnitione suavitatis (*mellis*). 14, 8, 2 historia praeteritarum ac visibilium agnitione complectitur rerum. LEO M. serm. 36, 1 CLAVDIAN. MAM. anim. p. 161, 6. ENNOD. epist. 5, 18 p. 140, 6 Vind. molestiarum. opusc. 5 p. 399, 15 ante agnitionem desolationis meae. dict. 5 p. 439, 13. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 6 sempiternitatis. 2, 1 plena suae comprehensibilitatis agnitio. epist. 14, 23 huius rei manifesta nobis atque indubitata probetur agnitio. CASSIOD. var. 11, 15, 1 bonarum rerum celerrima semper desideratur agnitio. *sequitur enuntiatum interrogativum*: DIOM. gramm. I 437, 4 ut sit agnitio quae mater. *notanda*: *in re iudiciaria* (*cf.* agnosco *p. 1358, 82 sqq.*): *cf.* TERT. nat. 1, 20 *omnia ista* a nobis solis revincuntur ..., agnitione scilicet diversae partis. VVLG. sap. 3, 18 in die agnitionis (*διαγνώσεως*). COD. Theod. 2, 8, 18 (*a. 386*) nec apud ipsos ... arbitros ... ulla sit agnitio iurgiorum (8, 8, 3 *non recte interpretatus est Leonhard, PW. I 831*). *i. q. signum, indicium*: CAEL. AVR. acut. 3, 10, 101 est agnitio hydrophobiae appetentia vehemens atque timor potus. FVLG. RVSP. epist. 14, 21 in his ... propriis nulla est naturae separatio, sed quaedam personalis agnitio. *in circumlocutione fere i. q. aspectus*: VVLG. Is. 3, 9 agnitio vultus eorum respondit eis. *genetivo obiectivo non accedente vel supplendo* (*saepe quasi t. t. apud christianos*): TERT. nat. 1, 6 post agnitionem iniquissimae repertae *leges*. TERT. anim. 18 agnitionem ante mortem consecutus *Plato*. virg. vel. 3 coeperat agnitio proficere. 11 de arbore agnitionis. IREN. 1 praef. 1 multos evertunt attrahentes eos sub occasione agnitionis. 1, 4, 1 formam, quae esset secundum substantiam tantum, sed non secundum agnitionem (*cf.* agnitionalis *p. 1352, 42*). 4, 33, 8 agnitio vera est apostolorum doctrina. (NOVATIAN.) tract. 5 p. 52, 25 spiritus virtutis, spiritus agnitionis, spiritus pietatis. SOL. 27, 38 ut locorum ... nulla indicia agnitioni relinquantur. OPTATVS 7, 3 p. 172, 21 ait illi Petrus: tu es filius dei vivi, pro qua agnitione laudari ... meruit. LVCIF. Athan. 2, 34 quisnam fuerit *Paulus* ante agnitionem. *ibid.* post agnitionem. VVLG. Sirach 24, 24 *sapientia* mater ... agnitionis et sanctae spei. Coloss. 3, 10 induentes novum eum (*hominem*), qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit illum (*cf.* AMBR. Ioseph 5, 25). II Petr. 2, 21 melius ... erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem .... PRVD. ham. 886 numquid et exuti (*spiritus*; -ae *pars codd.*) membris ... perdunt agnitione notas? VALENT. Leo M. epist. 55 ad perfectiorem ... agnitionem vestrae divinitatis (*διδασκαλίαν graece*). IOH. BICL. chron. II p. 211 praef. quae acta sunt in mundo ad agnitionem nostram transmiserunt. SALV. gub. 4, 92 susceptus per fidei agnitionem. 5, 1 salubriorem his fuisse ignorantiam, quam agnitionem. SIDON. epist. 7, 14, 2 contemplativa. BOETH. mus. 1, 9 postrema ... perfectio agnitionisque vis in ratione consistit. FVLG. RVSP. epist. 2, 10 profectus nostrae illuminationis agnitionisque. *speciatim de facultate agnoscendi, ratione*: FILASTR. 154, 2 ut in eis ... avibus ... agnitio et sensuum lenitas insita monstraretur.

agnitio dei: TERT. pudic. 9 naturalis agnitionis in deum. pat. 4 satis agnitio dei quid sibi incumbat intellegit. adv. Marc. 5, 20 Christi (CYPR. epist. 3, 2 quamvis illi, *i. sacerdotes*, nec timorem dei nec agnitionem dei servassent. VVLG. Eph. 4, 13 filii dei. AVG. c. Iul. op. imp. 1, 87). IREN. 1, 2, 5 declarasse ... in eis patris agnitionem. NOVATIAN. trin. 7 p. 897[B] in agnitionem dei. LACT. inst. 3, 9, 19 dei parentis. *al.* HIL. in psalm. 51, 21 PS. ATHAN. exhort. ad mon. (Migne 18, 71) VVLG. Eph. 1, 17 SVLP. SEV. chron. 1, 13, 6. OROS. hist. 7, 6, 11 *dei* agnitione suscepta. CASSIAN. Nest. 4, 2, 4. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 9 accipiant. FAVST. REI. grat. 2, 10. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 10 naturalis. *ibid.* agnitionem dei in nobis revelationem spiritus operari. 2, 11 agnitionem et dilectionem suam nobis intimare. AVG. civ. 19, 23 (*sec. Porphyr.*) deorum dona *non* obtinere neque habere Iovis immortalis agnitionem, *cf. infra* nosse deum. *hominis*: PRISCILL. tract. 5, 90 in agnitionem sui diem conplens (8, 119 nostri. VVLG. II Macc. 9, 11 ad agnitionem sui venire). VVLG. Sirach 38, 6 ad agnitionem hominum (*in loco male verso*). *phrases*: PAVL. NOL. epist. 27, 3 de agnitione dilectissimorum ... fratrum. CASSIAN. conl. 18, 3, 1 ad aemulationem nostrae agnitionis. 24, 21, 1 summo desiderio tuae agnitionis. RVRIC. epist. 2, 32 ob cuius (*filiae*) agnitionem ... erat voluntas ... vos visendi. VICTORIN. Ruric. epist. 2 ad primum vestrae agnitionis contemplationisque congressum. ALC. AVIT. epist. 58.

III *cf.* agnosco *III*: MARCELL. dig. 38, 15, 5 praef. ut vel iubeat adgnosci bonorum possessionem vel ratam habeat agnitionem bonorum possessionis. COD. Iust. 8, 39 (40), 4 (5), 2 aliorum devotionem vel agnitionem ... aliis debitoribus praeiudicare. TERT. Prax. 1 episcopum Romanum, agnoscentem (ign- *codd. al.*) iam prophetias Montani ... et ex ea agnitione.

male versum: VVLG. Sirach 51, 27 animam meam direxi ad illam et in agnitione inveni illam (*sapientiam*, LXX 51, 20 *ἐν καθαρισμῷ*).

agnitiōnālis, -e *ab* agnitio. TERT. adv. Valent. 27 patitur ... animalis et carneus Christus in delineationem (declinationem *codd.*) superioris Christi, qui ⟨ad⟩ Achamoth formandam (formam dum *codd.*) substantivali, non agnitionali forma cruci ... fuerat innixus. *cf.* agnitio *p. 1351, 72.*

agnitor, -ōris *m.* [*cf. c.* agnoscere agnitus. *Th.*]. *cf.* agnosco *II*: ITIN. Alex. 49 quoniam quisque mediocritatis est agnitor, satis fecerit sese noscendo. VVLG. Sirach 7, 5 quoniam agnitor cordis ipse est *deus*. *Christi*: SACR. Leon. 42, 1 p. 477 testes Christi, qui eius nondum fuerant agnitores. *i. q. γνωστικός*: IREN. 2, 31, 1 similiter evertit ... omnes, qui falso cognominantur agnitores. *cf.* agnosco *III*: QVINT. inst. 12, 8, 13 (*in litis instrumento*) sine agnitore signa frequenter invenies.

agnitus, -ūs *m.* PAVL. NOL. epist. 16, 9 divinae veritatis agnitu id quoque, ut nosmet ipsos noverimus, adsequimur. *v. Mess.*

Agnitus *cogn.* CORP. VIII 3322 (*Lambaesi*) Ael. Agnito Canopo paedagogo. *Otto.*

Agno *v.* Hagnon. **Agnobor** *i. q.* Achobor.

Agnodicē, -ēs *ab ἁγνός et δίκη?* HYG. fab. 274 p. 150, 6 Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam discere. p. 150, 16. p. 150, 13 *et* 15 Agnodicem. *cf. M. Wellmann, PW. I 831. Diehl.*

Agnoïtae, -ārum *m.*, *Ἀγνοῆται, haeresis.* GREG. M. epist. 10, 14 de Agnoitarum (agnovit- *pars codd.*) errore. 10, 21 de scriptis vestris (*Eulogii*) quae contra hereticos Agnoitas edidistis. *ibid.* contra hereticos qui dicuntur Agnoitae. *ibid.* p. 257, 39 quisquis Nestorianus non est, Agnoita (agnotus *pars codd.*) esse nullatenus potest. VICT. TONN. chron. II p. 199, 539 duae haereses ..., una Agnoitarum .... Agnoitae siquidem perversitati a qua exierunt id adiciunt quod Christi divinitas ignoret futura, quae sunt scripta de die et hora novissima (*inde* ISID. orig. 8, 5, 68 Agnoitae ... a Theodosianis exorti sunt ... ab ignorantia dicti). *V.*

agnōmen, -inis *n.* [*ex* ad *et* nomen *ad exemplum vocabuli* cognomen *fictum esse videtur. Th.*]. GLOSS. cognomen; *παρώνυμον*. EXCERPTA de praenom. 2 cetera *nomina* (*dixit de gentilicio*) ordine variantur: nam quod praeponitur praenomen, quod post fertur cognomen, quod ad ultimum adicitur agnomen ⟨est⟩. CHAR. gramm. I 152, 22 propria *nomina* hominum tantum modo, quae in species quattuor dividuntur, praenomen nomen cognomen agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. nam agnomina cognominibus ex aliqua ratione aut virtute adduntur. DIOM. gramm. I 321, 27 his *nominibus* etiam unum accedit, agnomen ex aliqua virtute forinsecus quaesitum, quod *ἐπιγέννητον* Graeci dicunt, quo cognomina discriminantur, ut est Vlixi agnomen 'polytlas'. SERV. gramm. IV 536, 9 aut

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nomina sunt agnomina, quae cognomini iunguntur . . ., ut Africanus Aemilianus, et quidquid eiusmodi accesserit agnomen vocabitur . . . . agnomina sumuntur ex moribus et laude, ut Metellus Creticus . . ., Aeneas Pius, Piso Frugi; ex moribus et vituperatione, ut Tarquinius Superbus . . .; ex fortuna, ut Crassus Dives, Sylla Felix . . .; ex eventu, ut Corvinus; a meritis, ut Torquatus . . .; a natura, ut Dentatus . . .; a qualitate, ut Sapiens; a quantitate, ut Magnus . . .; a loco, ut Caudinus Gabinus. CONSENT. gramm. V 339, 23 sive unum sive plura. PRISC. gramm. II 69, 12. 76, 13 DON. IV 373, 9 SERV. IV 429, 5 POMP. V 141, 4 DOSITH. VII 390, 11 FRG. Bob. VII 540, 13 ARS Bern. gramm. suppl. 65, 27 MAR. VICTOR. rhet. p. 215, 2 SERV. Aen. 6, 392. PRISC. gramm. II 58, 5 agnomen est, quod ab aliquo eventu imponitur, ut 'Africanus', 'Isauricus' . . . in aliis *personis* loco cognominis aliorum agnomina vel contra *posita invenimus*, ut 'Cicero', qui primus ab habitu faciei nominatus est, agnomen hoc habuit, familiae vero eius cognomen fuit. similiter 'Caesar', 'Scipio'. POMP. gramm. V 141, 16 omnia cognomina propriam rem tenent; a natura veniunt, id est natus est infans, statim hoc dicitur. omnia agnomina ab actibus veniunt. in puero infantulo non poteris invenire agnomen. *ibid.* 28 puta notarium meum volo vocare Africanum. si hoc nomen accepit, quando natus est, modo Africanus quod dicitur, iam non erit agnomen, sed erit cognomen. SERV. Aen. 1, 267 cognomen Iulo: si proprie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen, sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem ducit (*aliter* CLEDON. gramm. V 35, 10).

adnomen *legitur*: CAPITOL. Ver. 3, 5. NOT. Tir. 21, 73 *in serie compositorum vocis* nomen (*ex parte fictorum ut* anomen, pernomen). GLOSS. II 399, 29. *Byzantini habent* ἀδνούμιον, ἀδνουμιάζω, ἀδνουμιαστής, *v.* SVIDAS *s. v.* ἀδνούμιον.

FLOR. 1, 43 quatenus Metelli Macedonici domus bellicis agnominibus (hacno- *cod. Bamb.*, nom- *al.*) adsueverat, altero ex liberis eius Cretico facto mora non fuit quin alter quoque Balearicus vocaretur. CAPITOL. Ver. 3, 5 nec aliud ei honorificentiae adnomen adiunctum est, quam quod Augusti filius appellatus est. CARM. epigr. 379, 2 forma rudi puerum Priscum agnomine quondam. *translate*: CARM. adv. Marc. 5, 80 vos . . . quis suasit . . . crimen adulterii committere, perdere vitam? et quamquam perit, id falsare agnomine verbi? *cf.* cognomen, *ut* CIC. Mur. 31 L. Scipio aequa (si qua *codd.*) parta cum P. fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso prae se ferebat, eandem hic sibi ex Asiae nomine adsumpsit.

agnōmentum, -ī *n.* [*cf. c.* agnomen *et c.* cognomentum. *Th.*]. CLEDON. gramm. V 35, 8 cognomenta *sunt* familiae, agnomenta virtutis. APVL. apol. 56 adgnomenta ei (*Aemiliano*) duo indita: Charon . . . Mezentius.

adnōminātio, -ōnis *f.* [*ab* ad *et* nomen *ad exemplum vocabuli gr.* παρονομασία *fictum. Th.*]. RHET. Her. 4, 29 adnominatio est, cum ad idem verbum et nomen acceditur commutatione vocum (volumus *HP*, vel additione unius literae *et sim. rell.*) aut litterarum, ut ad res dissimiles similia verba adcommodentur. ea multis et variis rationibus conficitur (*ut* venit ante, quam Romam venit) . . . . hae sunt adnominationes, quae in litterarum brevi commutatione aut productione aut transiectione aut aliquo huiusmodi genere versantur. 4, 30 sunt autem aliae, quae non habent tam propinquam in (*om. codd. mut.*) verbis similitudinem et tamen dissimiles non sunt; quibus de generibus unum est huiusmodi: 'quid veniam, qui sim, [quare veniam,] quem insimulem, cui prosim, quae postulem, brevi cognoscetis' . . . alterum genus huiusmodi 'ne omnino conscripti patres circumscripti putentur' . . . tertium genus est, quod versatur in casuum commutatione aut unius aut plurium nominum (*ut* Alexander . . . Alexandri . . . Alexandrum) . . . plura nomina casibus commutatis hoc modo facient adnominationem . . . . 4, 3, 2. QVINT. inst. 9, 3, 66 tertium est genus figurarum, quod aut similitudine aliqua vocum aut paribus aut contrariis convertit in se aures et animos excitat. hinc est παρονομασία, quae dicitur adnominatio. *secuntur exempla.* PS. IVL. RVF. schem. lex. 15 (rhet. p. 51) παρονομασία est secundum praedictum verbum positio alterius, ipso poscente sensu, ut apud Terentium (Andr. 218 nam inceptiost amentium, haud amantium) . . . latine dicitur adnominatio vel adfictio.

agnōminātīvus, -a, -um *ab* agnomen. SERV. gramm. IV 536, 5 aut *nomina sunt* agnomina, quae cognomini iunguntur et agnominativa dicuntur, ut Africanus Aemilianus (*cf. supra* praenominativa *et* cognominativa). CONSENT. gramm. V 339, 15 *est* nomen proprium agnominativum (*supra* praenominativum, nominativum, cognominativum).

b *agunt res*: α de *loco vel* in *locum* (*vehere, portare, trahere*): *agunt venti, undae, alae (de avibus v. sub I A 1 e), alia corporalia*: GLOSS. V 260, 46 acti: deportati. VERG. Aen. 1, 70 age diversos *navigantes* et disice corpora ponto. 1, 333 vento huc ... acti *nos*. 7, 199 tempestatibus acti (NON. 243 *ad h. l.* actum adpulsum). 9, 18 quis te mihi nubibus actam detulit in terras? HOR. carm. 3, 7, 5 notis actus ad Oricum. epist. 2, 2, 201 non agimur (*pauperes*) tumidis velis (*sc. fortunae. ibid.* nave ferar). *sim.* carm. 2, 2, 8 *Proculeium* aget pinna metuente solvi fama superstes. PROP. 2, 26, 30 fidos una aget aura duos (*navigantes*). OV. epist. 6, 141. 15, 61 actus velocibus alis *Mercurius*. met. 4, 621. trist. 4, 8, 16 me terraque marique actum. Pont. 4, 4, 8. *transl.* trist. 5, 12, 5 nostra per adversas agitur fortuna procellas. VAL. MAX. 3, 2, 1. SEN. Phoen. 420 quis me procellae turbine ... vehens ... per auras ventus ... aget? 505 te maria tot ..., tot casus vagum egere. dial. 10, 7, 10 quem ... tempestas ... per eadem spatia in orbem egit. MELA 1, 110 mercatores ... cum caeca tempestate agerentur. LVCAN. 2, 89 *Marius* hostilem in terram vacuisque mapalibus (*dat.*) actus. 2, 646. 10, 315 te deserta secantem ... mollis lapsus *Nili* agit. PLIN. nat. 5, 73 vita (*nom.*) fessos ad mores eorum (*i. ad Essenos*) fortunae fluctibus agit. VAL. FL. 2, 603 per Stygiae ... silentia ripae ... agor. 4, 410 *cf.* 5, 531. 8, 332 vorat hos vertex, hos agmine toto gurges agit (*i. rapit*). SIL. 8, 111 ni ... me ... ratibus imposuisset et alto egisset rapidis classem Cyllenius Euris. *transl.* 11, 391 Iuno ... acta secundis *ventis*. QVINT. inst. 10, 7, 23 (*in imagine*). TAC. ann. 1, 70 inpulsu aquilonis ... rapi agique agmen. APVL. met. 11, 15 maximis actus procellis ad portum ... venisti. VAL. FL. 7, 218 quae te biiugis serpentibus egit hinc fuga? PAPIN. dig. 8, 1, 4, 1 quo genere vehiculi agatur *quis*. OV. Ib. 176 *Ixion* agitur rapidae vinctus ab orbe rotae. *de viis*: STAT. Theb. 2, 49 hoc ... loco ... devius umbras trames agit. PAVL NOL. carm. 15, 94 qua via lucis agit. *de sidere*: SEN. Herc. f. 7 Arctos ... classes ... Argolicas agit. VAL. FL. 5, 46 *Tiphyn* speculantem ... Pleiadumque globos et agentes noctibus Arctos. *agunt affectus, necessitas*: VERG. Aen. 9, 758 furor ardentem ... egit in adversos. HOR. carm. 3, 25, 1 quo me, Bacche, rapis..., quos agor in specus velox mente nova? 4, 4, 12 *aquilam* in ... dracones egit amor dapis. sat. 2, 5, 49 si quis casus puerum egerit Orco (*dat.*). OV. fast. 3, 555 diffugiunt, quo quemque agit error. LIV. 2, 47, 8 Romanos terror per tota castra. 7, 36, 13 *Samnites* intra vallum pavor. GRATT. 455 (LVCAN. 8, 525). SEN. Phoen. 207 quid te in infernas agit sedes, quid ex his pellit? (Herc. f. 547. *transl. de morte* PLIN. nat. 33, 3, *ubi synon.* peremunt). dial. 2, 15, 1 vocibus ... per forum agetur. CVRT. 5, 6, 2. LVCAN. 10, 30 per ... Asiae populos fatis urgentibus actus *Alexander*. *nota accus.*: STAT. Theb. 1, 645 mea me pietas et ... virtus has egere vias. PLIN. paneg. 49 in quos (*secessus*) ... odio hominum agebatur. QVINT. decl. 314 p. 235 furiis agitari et per totum orbem agi (236, 22). VVLG. Luc. 4, 1 a spiritu in desertum (8, 29 Rom. 8, 14). *transl.* HOR. ars 100 poemata ..., quocumque volent, animum auditoris agunto. SEN. dial. 3, 7, 4 rapiat illum (*animum iratum*) oportet et ad imum agat pondus suum. *cf.* epist. 92, 26 in imum agatur e fastigio ... deiecta virtus. *non addito loco*: *v. infra sub δ.* β *aliis modis corpus moventes* (*agitare, iactare, exercere, vexare*): PLAVT. Cist. 216 *et* VARRO Men. 204 *v. p. 1368, 14. 15.* HOR. sat. 2, 2, 13 si Romana fatigat militia adsuetum graecari ... seu te discus agit. OV. am. 3, 4, 34 hic metus externae corpora gentis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agat. VAL. FL. 5, 15 *Tiphyn* agit violenta lues. 7, 143 saevior ... turbat agitque sopor *Medeam*. FRONTO p. 87, 26 N. cholera usque eo adflictus sum, ut vocem amitterem, singultirem, suspirio ... agerer (angerer *Schopen*). AVG. civ. 14, 26 p. 54 D. illas corporis partes non ageret turbidus calor. VINDIC. epist. Pentad. 1 diversis morborum aguntur incommodis. VEN. FORT. carm. 8, 3, 338 *de partu*: dolore gravi viscera *matris* fascis (*i. infans*) agit. γ ad *aliquid faciendum vel patiendum,* in *aliquem statum; cf. p. 1370, 10 sqq. (stimulare, cogere)*: VERG. Aen. 7, 42 dicam horrida bella ... actosque animis in funera reges (SERV. aut collectos aut, re vera, compulsos). CVLEX 229 ad pariles agor eventus *fatis*. OV. met. 5, 14 furentem mens in facinus. 10, 625. LIV. 2, 50, 7 in praecipitia consilia. 9, 14, 15 desperata venia hostes ... in supplicia *obsidum*. 24, 27, 5 MANIL. 2, 565 SEN. contr. 1, 7, 17. 2, 1, 11. 7, 6, 6 quod egit tyrannum in mortem, patres in exilium, servos in crucem. exc. 8, 1 PHAEDR. 5, 5, 3 PERS. 5, 131 SEN. dial. 4, 25, 3. 4, 36, 5. 5, 1, 5. 9, 2, 15. 11, 14, 1 clem. 1, 12, 4 nat. 6, 24, 4 epist. 83, 22. 101, 29 CVRT. 8, 2, 6 LVCAN. 2, 254 PLIN. nat. 25, 1 SIL. 5, 224. 11, 37 exitio (*dat.*) ... superbia agebat *Capuam*. QVINT. inst. 1, 10, 33. 6, 1, 31. 10, 3, 27 occupatos in noctem (*i. ad lucubrationem*) necessitas agit (*aliter* SEN. dial. 9, 15, 1). decl. 246 p. 6 PS. QVINT. decl. 15, 7 TAC. ann. 14, 32 AVIEN. Arat. 1833 AMM. 15, 8, 6. 21, 12, 20. *c. inf.* (*cf. p. 1370, 24*): VERG. Aen. 3, 4 quaerere terras auguriis agimur. 6, 463 invitus ... de litore cessi. sed me iussa deum ... imperiis egere suis (*cf.* VAL. FL. 7, 138). 7, 393 omnis ... ardor agit nova quaerere tecta. VAL. FL. 3, 685 quiscumque virum perquirere silvis egit amor *me*. SIL. 2, 39 HOMER. 557 STAT. Theb. 3, 626. 8, 262. CORIPP. Ioh. 8, 152 paucos furor ... egit ... temptare. SEN. benef. 5, 21, 2 necessitas ... in hoc aget, ut ... veniam. VEN. FORT. carm. app. 15, 5 tempora noctis agunt (*me?*), ut hac brevitate salutem (*quod exemplum potest trahi ad II A 1 β*). δ *subintellege vel locum vel statum,* in *quae quis agitur*: SALL. orat. Phil. 11 agitur (*sc. Lepidus*; angitur *Aldus*) ... ac laceratur animi cupidine et noxarum metu. VERG. Aen. 1, 32 errabant acti fatis maria omnia circum (GLOSS. V 260, 17 fatorum lege[m] impulsi. VERG. Aen. 7, 224). 1, 240. 2, 128 magnis Ithaci clamoribus actus ... rumpit vocem. 5, 659 *matres* attonitae monstris actaeque furore. 793. 6, 379 prodigiis acti caelestibus. HOR. epod. 7, 17 acerba fata Romanos agunt. epist. 1, 19, 25 *Archilochi* agentia verba Lycamben. sat. 2, 3, 44 quemcumque inscitia veri caecum agit. 135. 174. PROP. 1, 13, 28 te tuus ardor aget (*ad ipsam?*). 1, 22, 5 discordia cives. OV. am. 1, 7, 43 ritu torrentis agebar (*irā*). 2, 9, 28 turbine mentis agor. epist. 4, 47 Bacchi furiis Eleleides actae. 9, 145. 2, 107 longis erroribus acto *Demophoonti* (met. 4, 567. 15, 771 VELL. 1, 4, 4). met. 13, 260 fatis ... immitibus. fast. 6, 389 novis ambagibus. VAL. MAX. 9, 11, 3 *Catilinam* conscientiae stimulis actum. SEN. Phaedr. 541 Oed. 980. epist. 94, 62 Alexandrum furor (*ibid.* ad ignota mittebat). 108, 20 *de metempsychosi*: animalia ... per vices ire et animos per orbem agi. 117, 21 quae (*mala*) me ex transverso feriunt aguntque. COLVM. 10, 197 stimulis cupidinis actus. LVCAN. 4, 348 PETRON. 122 vers. 142. PLIN. nat. 2, 21 *superstitiosos* sacra sua poenis agunt. 31, 9 in potando necessarius modus, ne lymphatos agat *potio homines*. VAL. FL. 2, 235 pars ignibus acti effugiunt. 2, 362. 3, 352 quae fata trahant *Iasonem*, quae regis agat vis. 3, 114 diverso turbida motu urbs agitur. SIL. 16, 614. TAC. ann. 1, 59 Arminium ... rapta uxor, subiectus servitio uxoris uterus vaecordem agebant. QVINT. decl. 256 p. 48 furere et agi dementia. FLOR. 1, 38, 8 necessitate acta virtus. GAIVS inst. 2, 168 poenitentia actus *heres* (VVLG. sap. 19, 2). TERT. idol. 9 stellarum nos ... arbitrio agi. scorp. 8 spiritu dei. anim. 1 *al.* AVIEN. ora 135. CLAVD. 1, 66 anxia mentem spes agit. carm. min. 22, 7 me ... duxerit aetas, ... tumor impulerit, ... egerit ardor. 3, 282. VINDIC. med. 25 quod ante coitum agantur stimulis *feminae*. PHYSIOGN. 105 qui ita ... intemperantia agebatur, ut dentibus barbam absumeret. OROS. hist. 2, 16, 17 agebat (angebat *var. lect.*) ... fames ... obsessos. 4, 18, 17. VEN. FORT. Mart. 1, 467 dum ... poenis ageretur acerbis. CORIPP. Ioh. 6, 337 hinc ... sitis ... famesque exagitant *hostes*, hinc terror agit Romanus. VEN. FORT. carm. 3, 28, 6 cuius in affectu consolidatus agor (*ibid.* me rapiunt loca). 7, 8, 32. *translate de rebus*: STAT. silv. 4, 4, 86 nec Marrucinos agat haec insania (*sc. quae Vesvium*) montes. CLAVD. carm. min. 29, 56 et lapides suus ardor agit.

iuncturae ad I A: *aliquem* **praecipitem agere**: CIC. Verr. 2, 7 agunt eum praecipitem poenae civium Romanorum (NON. *ad h. l.* agere: urguere, impellere). Caecin. 49 Cluent. 171. CATVLL. 40, 2 te mala mens ... in meos iambos. CAES. Gall. 5, 17, 3 SALL. Catil. 31, 9. VERG. Aen. 3, 682. 5, 456 praecipitem ... Daren ... aequore toto. LIV. 7, 24, 5 *hostes* supina valle praecipites. 8, 7, 8. 42, 30, 4. 44, 35, 5 VAL. MAX. 5, 6, 2. 6, 3, 1ᵃ. 9, 2, 5 SEN. Phoen. 299 dial. 5, 20, 4 OCTAVIA 793 SIL. 4, 718. 11, 82. 104 TAC. hist. 5, 21 Agr. 41 AMM. 24, 4, 25 *al.* AVG. civ. 14, 1 p. 3 D. *aliquid*: CATVLL. 65, 23 LVCR. 3, 37. *aliquem* (*aliquid*) p r a e c e p s agere: LVCAN. 6, 98 VAL. FL. 4, 260 SIL. 2, 163 AVR. VICT. Caes. 12, 3. 33, 31 AMM. 15, 3, 1. 26, 10, 14. 29, 1, 21. i n praeceps: SEN. Ag. 260 benef. 6, 30, 4 epist. 90, 42. t r a n s v e r s u m agere *aliquem*: SALL. Iug. 6, 3 opportunitas etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit. 14, 20 VAL. MAX. 7, 8, 7 SEN. epist. 8, 4 QVINT. decl. 338 p. 335 FLOR. 2, 13, 9. SEN. nat. 1, 1, 1 *ignes* aer transversos agit. **se agere** (*i. se movere; aliter i. q. suam personam agere, se gerere: v. sub II B 3 ζ*): *de personis* (*de rebus sub I B*): SERV. Aen. 9, 693 se agebat: hoc est incedebat 6, 337 *v. l. 9.* SERV. auct. *ibid.* veniebat (*v. quae sequuntur*). DON. Ter. Andr. 708 agere se ... tardi et tristes dicuntur. PLAVT. Amph. 450 quo agis te? :: domum (*cf.* 1042, *ubi pro* me ducam *fort.* me agam *legendum*). Mil. 863 quo te agis? Most. 562. 342 unde. Persa 235 *al.* Poen. 333 Trin. 1078 TER. Andr. 708. VERG. Aen. 6, 337 ecce gubernator sese Palinurus agebat (SERV. est sine negotio incedere). 8, 465 Aeneas se matutinus agebat (*congressurus sc. cum Euandro*). 9, 693. SEN. Phaedr. 1071 *equi Hippolyti* ire pergunt seque per scopulos agunt. *nota* Oed. 638 *Oedipus* egit ... in ortus semet et matri ... fetus regessit. LVCAN. 7, 523 qua se vagus hostis agebat. SIL. 16, 440 metis (*dat.*) ... agebat sese Panchates (*equus victor*). *nota*: SEN. contr. 2, 6, 4 senex ebrius ... in praeteritos annos se retro agens. SEN. benef. 6, 2, 3 retro illi (*naturae*) agere se non licet. se agere *de herbis et de rebus v. p. 1377, 35 sqq.* agere g r e s s u s *et sim. v. p. 1373, 17.* **agere** *i n t r a n s i t i v e*: GLOSS. IV 159, 36 quo agis: quo vadis. *cf.* 479, 58 *al.* agite: festinate. PLAVT. Bacch. 1106 salve. :: et tu. unde agis? :: unde homo miser. Persa 216 quo agis? (217 eo ego hinc haud longe). ACC. trag. 239 agite modico gradu, iacite thyrsos. ANTHOL. 8, 112 ad limina nota victus (*sc. certamine*) agit (abit *Burm.*). **agi** *i. q. se agere, festinare, currere, volare, sim. (huc trahas licet nonnulla, quae sub I A 2 b δ collocata sunt)*: VERG. Aen. 7, 384 *Amata furibunda* non cursu segnior illo (*sc. turbinis*) per medias urbes agitur populosque feroces. 12, 336 circum (*sc. currum Mavortis*) ... atrae Formidinis ora Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur. CVLEX 346 Nereis ab unda signa dabat, pars inflexis super acta carinis (*tamquam spuma emicans*). LIV. 10, 29, 14 quo (*ad castra*) multitudo omnis consternata agebatur. SEN. Herc. f. 848 per campos agitur silentes turba *umbrarum*. Phaedr. 702 amens agar. Herc. O 1772 ad fauces agar, qua mors aditur. 1791 in latebras. dial. 5, 3, 3 velut tempestate correptus non it, sed agitur. 9, 12, 2 *formicae reptantes* in summum cacumen *arbusti* et inde in imum ... aguntur. epist. 28, 5 erras et ageris ac locum ex loco mutas. CVRT. 4, 13, 13 *Macedonas* lymphatos ferri agique arma iacientes. LVCAN. 7, 497 praecipiti cursu ... Caesaris agmen in densos agitur cuneos. PLIN. nat. 8, 66 pondere *catuli* ... ocior acta *tigris* remeat. SIL. 10, 43 per medios agitur ... Paulus. 13, 760 umbrarum huc agitur torrens. STAT. Theb. 2, 523 tacitis huc gressibus acti deveniunt. 4, 465 circum ... pyras. *t r a n s l a t e*: SEN. dial. 5, 2, 6 cum mobiles animos species iniuriae perculit, aguntur statim et, qua dolor traxit, ... incidunt. epist. 31, 5 iam per maxima acto (*i. provecto?*) viro turpe est etiamnunc deos fatigare. TERT. nat. 2, 12 nihil allego de statu antiquitatis, qua ⟨ita rud⟩es tunc agebantur et oculi et mentes hominum, ut ... commoverentur.

B agere ***res***: **1** *quae ab h o m i n i b u s moveri solent*: **a** *quae sunt c o r p o r i s*: α *agit is, cuius sunt: spumam, lacrimas*: ENN. ann. 462 spiritus *equi* ex anima calida spumas agit albas (PELAGON. 404). CIC. Verr. 5, 148 *homo insanus* cum spumas ageret in ore, oculis arderet, voce maxima ... clamaret. LVCR. 3, 489 VERG. georg. 3, 203. *aliter* PETRON. 89 vers. 37 *angues adnatant*, quorum pectora, rates ut altae lateribus, spumas (*sc. maris*) agunt. EPICED. Drusi 114 lacrimas ... oculus fortior intus agit (*i. Livia reprimit lacrimas*). SEN. contr. exc. 3, 5 introrsus erumpentes lacrimas ago. *aliter* TERT. poen. 10 super te lacrimas. *nota*: SEN. nat. 3, 18, 5 vide, quas per latera venas agat *mullus moriens*. *agere gemitum, sonum, spiritum, fremitum, sim. (transl. de rebus)*: VERG. Aen. 6, 873 quantos ille virūm ... campus (*sc. Martius*) aget gemitus *in funere Marcelli* (*i. quantum ingemiscet campus*). TIB. 1, 8, 57 ut lenis agatur spiritus, ut nec dent oscula rapta sonum. *sim.* SEN. Herc. f. 1050 reciprocos spiritus motus agit. dial. 3, 1, 3 crebra et vehementius acta suspiria. nat. 2, 27, 2 aer similem agit mugitibus sonitum. LVCAN. 7, 482 Pindus agit fremitus (483 gemunt rupes). SIL. 11, 220 anhelis faucibus. PS. QVINT. decl. 2, 18 fugiens per vulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. 2, 19. TERT. anim. 10 flatum ... ex semetipso. AVIAN. fab. 37, 14 *leo* nobile murmur agit. HIER. epist. 20, 5 strictis dentibus spiritum coartamus et agimus tantum sibilum, insonando 'sith'. CASSIAN. Nest. 2, 1, 3 colubri pestiferos ... flatus agunt. SALV. gub. 4, 21 tenuem spiritum. TER. MAVR. 241 ictus ... priori (*litterae, sc. S*) et promptus in ore est agiturque pone dentes. [CIC. de orat. 1, 251 *v. sub II B 3 g*]. *cum talibus coniungenda iunctura* a n i m a m a g e r e (*de moribundo*): PLAVT. Trin. 1092 adimit animam mi aegritudo. Stasime, tene me. :: visne aquam tibi petam? :: res quom animam agebat, tum esse offusam oportuit. LVCIL. 202 exspirans animam, pulmonibus aeger, agebat. CIC. Q. Rosc. 24 si hos quaestus recipere posses, non eodem tempore et gestum et animam ageres. Tusc. 1, 19 et agere animam et efflare dicimus. CAEL. Cic. epist. 8, 13, 2. CATVLL. 63, 31 *Attis* furibunda ... anhelans vaga ... anim⟨am⟩ agens. LVCR. 3, 493. LIV. 26, 14, 5 cum animam egissent (*veneno epoto*, ... exspirarunt. SEN. suas. 4, 3 agentes inutilis animas (egentes inutili animae *codd.*). SEN. nat. 3, 18, 3 *piscis eductus* coram me animam agat. epist. 26, 6 quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages. 101, 12 est tanti habere animam, ut agam. *nota* apocol. 3 Claudius animam agere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coepit nec invenire exitum poterat. PETRON. 101. MART. 1, 79, 4 *v. p. 1366, 78.* TERT. anim. 13 quid ... agere dicuntur moribundi, animum an animam? AVG. civ. 13, 9 p. 566 D. in tanta ... extremitate vitae, in quanta sunt, quos agere animam dicimus. *om. obi.*: GREG. TVR. Franc. 7, 42 dolore percussus cecidit et graviter agere coepit. *corporis partes*: GRATT. 98 mens *hominis* ..., in caecas aciem quae ... tenebras egit. PANEG. 10, 28 p. 235, 4 ultra quam visus agi posset. COLVM. 6, 6, 3 agitare caput caudamque crebrius agere *bovem*. VAL. FL. 4, 302 vacuas agit ... per auras bracchia *Amycus pugil*. PHYSIOGN. 42 incertas palpebras. *huc traho* PAVL. FEST. 80, 11 exporgere: porro agere. QVINT. inst. 11, 3, 93 vitiose ... idem (*digitus*) sinistrum quasi umerum petens in latus agi solet. 11, 3, 160 capillos a fronte ... retro (*aliter* PAVL. NOL. carm. 24, 673). DRAC. Romul. 2, 86 vento crispante gradu coma fluctuat acta (*coma gradu acta i. q. suggestus capillorum*). IVV. 9, 43 intra viscera penem. AVG. civ. 14, 16 p. 38 D. membra ... nutu voluntatis acta, non aestu libidinis incitata. VAL. FL. 3, 8 agit ... ad littora gressus Cyzicus. 3, 441 ter tacitos egere gradus *Argonautae* (*circum rogum?*). 8, 131 praecipites agit ille gradus. PAVL. NOL. carm. 20, 381 per occultos egit vestigia saltus. GREG. TVR. Iul. 9 gressum. SIL. 16, 495 animi ... vigore corpora agunt *cursores*. AVG. civ. 13, 18 p. 579 D. ut *animi* ... corpora, ubi volunt, ponant et, quo volunt, agant. soliloq. 1, 1, 6 dum hoc corpus ago atque porto. ENNOD. carm. 2, 43, 2 corpora ... gressibus acta suis. agere gestum *v. II B 3 c.* *β agit alius* (*premere, reprimere*): OV. met. 12, 253 disiectis ... ossibus oris acta retro naris medioque est fixa palato (*sc. Lapithae, quem Amycus funali percutit*). CELS. 8, 12 p. 354 D. aequaliter retro maxilla *luxata* agenda est (*a chirurgo*). PLIN. nat. 26, 90 anagallidum caerulea procidentiam sedis (*i. ani*) retro agit. *sim.* SEN. Oed. 367 mutatus ordo *extorum* est, sede nil propria iacet, sed acta retro (*i. inversa*) cuncta. *nota* STAT. Theb. 12, 533 populos in semet agebat Hippolyte (*i. oculos hominum in se convertebat*). *translate de affectibus*: SEN. dial. 3, 17, 3 iram ... misericordia retro egit. 5, 1, 1 utrum reverberanda et agenda retro sit *ira* an cedere ei debeamus. 9, 2, 9 tormenta *cupidinis* introrsus egit verecundia. **b** *res, quae ipsis hominum manibus moventur*: *tela* (*rotare, iacere, fundere*; NON. 243 *ad Verg. Aen. 9, 431* actum: infixum, *ubi* VERG. adactus): VERG. Aen. 7, 498 acta ... multo perque uterum sonitu perque ilia venit harundo. 9, 583 *fundam* adducta circum caput egit habena (NON. 243 *ad h. l.* actum: rotatum). 9, 703. 11, 616 fulminis in morem aut tormento ponderis acti. 11, 640 hasta per armos acta. 801 alte. PROP. 4, 6, 22 pila ... feminea ... acta manu. OV. am. 3, 7, 30 in iecur ... acus. met. 5, 143. 6, 258. 14, 183 *Polyphemum* veluti tormenti viribus acta ... Giganteo iaculantem saxa lacerto (*aliter* PHAEDR. app. 5, 3 adversus altos Sisyphus montes agit saxum). VAL. MAX. 3, 2 ext. 2 *gladium* per utrumque. 6, 8, 3. SEN. Ag. 891 haurit ... semivir dextra latus nec penitus egit (*ferrum?* Tro. 49). dial. 6, 20, 3 per obscena stipitem egerunt (*in cruce*). SIL. 4, 566 hinc atque hinc iaculo ... acto. 6, 280 tormentis ... trabs acta. 12, 240 fugientis agit costis (*dat.*) penetrabile telum. 14, 326 desuper actum incuterent puppi chalybem morsusque tenaces. 14, 460 *gladium* in pectus. 16, 60 HOMER. 958. STAT. Theb. 4, 7 hastam intorsit agens. AMM. 19, 7, 7 lapides. 24, 2, 13 nervi (*in tormento*) digitorum acti pulsibus. CLAVD. 26, 122 ferro ... largius acto. *transl.* OV. met. 10, 527 altius actum vulnus erat. SCRIB. LARG. 201 cum vulnus ita actum est, ut os laedatur. PAVL. NOL. carm. 23, 273 clavus ... vulnus agebat. *sim.* VAL. FL. 4, 111 ea (*corpora captivorum*) media aequora supra torquet agens *Amycus*. *palos, sim.* (*sc. fistucando*): CAES. Gall. 4, 17, 9 sublicae ... ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur *eqs.* COLVM. 8, 3, 4 palis in parietes vehementer actis. LVCAN. 1, 384 aries actus ... lacertis. COLVM. 2, 4, 1 in utram partem vomer actus sit. *fulmina tamquam tela*: VARRO Men. 54 pater divum ... fulmen igni fervido actum mittat in tholum. *cf.* SEN. nat. 2, 53, 2. VAL. FL. 3, 355 fulmina longo acta mari. *cf.* STAT. Theb. 1, 258 tonitrus agis et mea fulmina torques. 6, 360. *nota*: OV. met. 7, 441 *Sinis* poterat curvare trabes et agebat ab alto ad terram ... pinus. *cf.* SIL. 3, 209 actas contorquet silvas ... tergore serpens. *de turbine puerorum rotato*: VERG. Aen. 7, 380 actus habena curvatis fertur spatiis (*cf.* TIB. 1, 5, 3 *et* THEOCRIT. 2, 31). *de terebra*: CELS. 8, 3 p. 331. *de scalpro*: *ibid.* 8, 4 p. 336. **c** *machinas bellicas* (*promovere, admovere*): PLAVT. Mil. 266 (*per iocum*) ad eum vineas pluteosque agam. LVCIL. 577 si quo est vineis actis opus (NON. 243 *ad h. l.* actum: admotum). CAES. Gall. 2, 12, 5 vineis ad oppidum actis. 5, 43, 3 turres testudinesque. HIRT. Gall. 8, 41, 2 vineas ... adversus montem (contra m. *β*). SALL. Iug. 37, 4 *al.* 94, 3 testudine acta. VERG. Aen. 2, 441 *al.* acta testudine (SERV. adplicita. auct. *add.* vel quae agebatur. GLOSS. IV 427, 26 scutis in seriem coniunctis. *cf.* NON. 243). LIV. 21, 7, 5 *al.* 43, 18, 9 vineas agi turresque excitari. CVRT. 8, 10, 32 tantas ... moles (*i. turres*). HOMER. 767. **d** *vehicula*: LEX Iulia munic. 57 ne quis in ieis vieis ... plostrum ... ducito agito (60. 65). CORP. IX 4171 pecus plostru(m). VARRO rust. 1, 16, 6 qua plaustra agi facile possint. VERG. Aen. 6, 837 Capitolia ad alta ... victor aget currum. HOR. carm. 1, 34, 8 Diespiter ... per purum tonantis egit equos volucremque currum. OV. met. 2, 388 trist. 3, 12, 30. LIV. 1, 48, 7 per patris corpus carpentum. 37, 41, 8. GRATT. 535 in sacraria tensas. SEN. Oed. 255. epist. 14, 5 in diversum *currus*. CVRT. 8, 14, 6 LVCAN. 8, 810. 10, 277 Sesostris ... Pharios currus regum cervicibus (*i. regibus sub currum iunctis*) egit. PLIN. nat. 28, 237 SIL. 3, 614 *al.* VLP. dig. 8, 3, 1 pr. *sim.* SEN. Tro. 189 in curru stetit egitque habenas. **e** *naves*: PLAVT. Pseud. 1316 unde onustam celocem (*i. te ipsum*) agere te praedicem? VARRO Men. 85 (?). LVCR. 4, 390 campi ..., quos agimus praeter navem. VERG. Aen. 5, 116 Mnestheus ... acri remige Pristim. HOR. epist. 2, 1, 114. OV. epist. 12, 7 iuvenalibus acta lacertis ... arbor (*i. Argo*). met. 4, 707. 15, 754. LIV. 9, 38, 2 classis Romana a P. Cornelio ... in Campaniam acta. 22, 19, 12. 24, 34, 7 quinqueremes ... exteriore ordine remorum. MANIL. 1, 414 *Argo* magnis ... acta periclis (procellis *al.*). PAVL. FEST. 224, 12 promulco agi dicitur navis, cum scapha<e> ducitur fune. FEST. 272, 8 per aquam. SEN. contr. 10, 2, 13 CVRT. 4, 3, 15. 4, 4, 6 VAL. FL. 1, 689. SIL. 6, 688 ad litora. 7, 242 *al.* TAC. hist. 4, 22 naves in adversum amnem. ann. 15, 9 per amnem. hist. 5, 23 simplici ordine. EDICT. Vlp. dig. 43, 14, 1 pr. in flumine ... navem ratem agere. APVL. flor. p. 102 Oud. navem si aut gubernator non agat aut tempestas agat. CELEVMA poet. min. III p. 167, 3 AVIEN. ora 368. *sim.* STAT. Theb. 5, 413 clavum *navis* ... agens Tiphys. *transl.* SEN. dial. 7, 19, 1 aetatis in portu (*sic*) et ad ancoram actae quietem. *pro hominibus remi agere dicuntur navem*: LIV. 33, 30, 6. 45, 35, 3 LVCAN. 3, 536 FLOR. 1, 18, 31. 35 classis ... remis quasi habenis agebatur. **f** *alias res, quae variis modis loco moventur* (*maxime portando, cf.* GLOSS. IV 13, 21 *al.* portat. praedam agere *v. p. 1368, 81*): VERG. georg. 3, 344 omnia secum armentarius Afer agit, tectumque laremque armaque *eqs.* SEN. Med. 484 *opes* raptas ... usque a ... Indiae populis agunt. CVRT. 4, 1, 31 omnia. STAT. Theb. 8, 276 quis tripodas *Amphiarai mortui* successor agat, quo prodiga laurus transeat. PAVL. NOL. carm. 19, 586 spolium sceleris sacris ex aedibus. *transl.* INSCR. ed. Dautremer rev. de philol. 1902, 222 vers. 4 agas (*i. consequaris*) provectus, gaudia, palmas. *his adiungo*: agere vectigalia *sim., i. abigere, exigere*: ACC. carm. frg. 16 vectigalia egerant vestra et servarant statim. SVET. Vesp. 1 *Sabinus* publicum quadragesimae in Asia egit. Domit. 12 Iudaicus fiscus acerbissime actus est. CASSIOD. var. 7, 20 tit. formula binorum et ternorum, si per iudicem agantur (*in textu*: binorum ... titulos ... exigi). 7, 21 tit. *sim.* COMM. instr. 1, 24, 16 ut credamus ei, quoniam ibi poenae aguntur. *variis modis movere*: VERG. georg. 4, 510 *Orphea* agentem carmine quercus (SERV. auct. Aen. 4, 245 *ad h. l.* ducit atque moderatur). SEN. Med. 755 egi ... ad imum maria (*sc. incantatione*). STAT. Theb. 2, 455 carmine muros *Amphion*. *dii agunt ventos*: VERG. Aen. 4, 245 *Mercurius virga* fretus agit ventos et turbida tranat nubila (*de significatione ambigit* SERV. auct. *cf.* DON. Ter. Ad. 319). 10, 633 *Iuno* hiemem. STAT. Theb. 3, 433 ventos ... prae se Neptunus. 5, 364 Iuppiter ... nubem. SIL. 4, 602 *elephantorum vis* Trebiam ... prae se pectore agit spumantique incubat alveo (*cf. p. 1372, 52*). MART. 8, 33, 8 *phiala minimi ponderis* potest ... minimi pinna papilionis agi (*i. loco moveri*). FLOR. 2, 13, 32 rates ... actis sub mari funibus captae. TER. MAVR. 28 cados imis ab tenebris aquae (*sc. ex puteo*) ... filo tenui trahens ... nisus ... corporis summos in digitos agit. SIL. 10, 529 sonat acta (*i. impulsa*; icta *Gron.*) bipenni ... silva. GROM. p. 303, 17 aratro terram agis. SEN. contr. 1 pr. 17 nec patiebatur alimenta ... aequaliter digeri, sed perturbata ... in caput agebat. CELS. 7, 27 p. 315 D. humor ... in ipsum vulnus ... clystere agendus est. **g** *res, quae non loco moventur, sed accrescendo decrescendo fines dimensionesve mutant*: *fundamenta, aedificia*: CIC. Mil. 75 parietem sic per vestibulum ... ducere, sic agere fundamenta. PLIN. nat. 36, 73 in terram. VITR. 6, 8, 4 quae pilatim aguntur aedificia. CORP. VIII 134, 8 monumentum agendum curavit. *hinc, ut videtur, translatio*: GRATT. 324 *maiores* inposuere orbi Romam caput actaque ab illis ad caelum virtus summosque tetendit honores (*cf. l. 78*). *cuniculos, aggerem, al.*: CIC. off. 3, 90 cuniculos ... ad aerarium. CAES. Gall. 3, 21, 3 HIRT. Gall. 8, 41, 4 LIV. 4, 22, 4 *al.* VITR. 10, 16, 10 qua regione adversarii specus agentes intra (*sic*) penetrare cogitabant. PHAEDR. 4, 20, 2 vulpes fodiens, dum terram eruit agitque ... altius cuniculos. SEN. nat. 5, 15, 4 CVRT. 4, 6, 8. PLIN. nat. 2, 158 scrobibus in profundum *terrae* actis. 33, 70 *al.* QVINT. decl. 271 p. 113. FRONTIN. aq. 22 rivus Appiae sub Caelio ... actus. strat. 3, 8, 1. PAVL. dig. 39, 3, 11 pr. si specus, non cuniculum, sub rivo aget. PANEG. 9, 5 p. 196, 31. CAES. civ. 2, 1, 1 aggerem vineas turresque ad oppidum agere. BELL. Alex. 73, 3 (?) BELL. Hisp. 7, 2. LIV. 8, 16, 8 aggerem et vineas. LIV. 1, 56, 2 ad ... cloacam ... maximam ... sub terra agendam. SEN. nat. 3, 7, 3 *puteos* in altum (PLIN. nat. 17, 45 in centenos pedes). CVRT. 4, 2, 8 moles. 4, 2, 22. limitem: VERG. Aen. 10, 513 *Aeneas* latum ... per agmen *hostium* ... limitem agit ferro. OV. ars 3, 558 limes agendus erit *amatoribus tamquam feris*. SEN. Herc. f. 970 monte gemino limitem ad superos agam. SIL. 9, 379 FRONTIN. strat. 1, 3, 10. 1, 5, 10 TAC. Germ. 29. *passim ap.* GROM., *cf. sub* limes. sulcum: COLVM. 2, 4, 10 in depressiora clivi. PLIN. nat. 17, 170. SEN. epist. 89, 21 mare agetis introrsus (*sc. mole facta*). STAT. silv. 4, 3, 55 hi (*operae*) siccant ... lacunas et longe fluvios agunt minores (*in via sternenda*). PLIN. nat. 36, 2 rerum natura agitur in planum (*marmorum montibus excisis*). vias, iter: *v. sub II A 1 c.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

h *lineas, mensuram etc.* (*ducere*): VITR. 3, 5, 6 in ea (*circinatione*) catheto respondens diametros agatur. 4, 3, 9. 9, 7, 6 circinatio circuli menstrui agatur (*cf.* 10, 3, 8). COLVM. 5, 1, 13 in agendis mensuris. PLIN. nat. 2, 4 mensuram ... rei agere (mensuram: 4, 121. 15, 14. FRONTIN. aq. 67 ad caput. 70 *al.* PLIN. epist. 10, 17, 5. *passim apud gromaticos, ut* FRONT. grom. p. 31, 6. *aliter* MANIL. 3, 449 minimam *mensuram diei* Capricornus agit). PAVL. dig. 11, 6, 2, 1. TERT. anim. 43 lineas. *nota*: PLIN. nat. 2, 87 *homines* ausi divinare solis ad terram spatia, eadem ad caelum agunt. *hinc, ut videtur, iunctura*: agrum mensura agere: AGENN. grom. p. 5, 27 mensura ... hunc agrum minime actum esse. p. 6, 10.

2 *quae vi naturali moveri solent*: **a** *machinarum opere*: VITR. 10, 1, 2 tractoria *machina* ... habet in agendo (*sc. onera*) cum prudentia summas virtutes. 10, 9, 4 cum rota progrediens secum agat tympanum imum. 10, 9, 6 pinnae ... versabunt rotas, eae autem involvendo se agent axem. 10, 15, 2. CELS. 8, 3 p. 331 D. *modiolus* per se agitur. VLP. dig. 43, 21, 1, 5 incile ..., unde primum aqua ex flumine agi possit. LVCAN. 9, 319 remis actum mare (VAL. FL. 2, 77). *remi agunt navem*: *v. sub I B 1 e.* *sim.* TAC. Germ. 44 forma navium eo differt, quod utrimque prora paratam semper adpulsi frontem agit. **b** *fluctibus, ventis, igni, sim.*: *aguntur naves*: LVCR. 4, 902 ventus ... trudit agens magnam magno molimine navem. VERG. Aen. 1, 391. 117 *v. sub* circumago. OV. am. 2, 10, 9 ventis discordibus acta phaselos. met. 11, 502. SEN. Thy. 182 mare ... classes. CVRT. 9, 4, 11 *verticibus* intorta navis ... agebatur. MELA 1, 55 insula ... natat et, quocumque venti agunt, pellitur. PS. QVINT. decl. 12, 23 TAC. ann. 14, 6. *transl.* VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 *quae opes humanae vocantur* flatu fortunae huc atque illuc acta. *alia*: OV. met. 11, 564 agant ... corpora fluctus. 721. SEN. nat. 1, 1, 7 *corpuscula* terrae eiectant et in superiorem agunt partem. PLIN. epist. 6, 20, 8 vehicula ... in planissimo campo in contrarias partes agebantur (*terrae motu*). SVLP. SEV. Mart. 12, 2 agente vento lintea ... volitarunt. *nota*: SEN. Med. 148 videbit atrum verticem *domus* flammis agi (*i. rapi, devorari*) Malea. VAL. FL. 2, 179 per ignes culmen agi. *nubila, imber, sim.*: LVCR. 6, 211 *nubes* cum ventus agens contrusit in unum. VERG. georg. 1, 352 agentis frigora ventos. 1, 421 nubila ventus agebat (*i. abigebat.* 413 imbribus actis). 2, 334 actum caelo (*abl.*) ... aquilonibus imbrem. 3, 470. DIRAE 38 HOR. carm. 2, 16, 23. LIV. 1, 31, 2 grandinem venti ... in terras. GERM. frg. 4, 156 *Scorpius* nubibus atris creber agit nimbos et ... tonitrua portat. SEN. nat. 2, 28, 3. MELA 1, 53 a septentrione in meridiem. LVCAN. 6, 134 nimbus agens tot tela. SIL. 3, 490 undique nubes huc. 12, 334 belli nubem ... in Libyam. AVIEN. Arat. 1628 PAVL. NOL. carm. 21, 13 MART. CAP. 2, 123. CLAVD. 8, 181 nec Boreas nimbos aut sol ardentior egit (*i. abegit*). *dii nubes agunt: v. p. 1374, 41.* *undae, aqua*: VARRO Men. 234 Pactolus aureas undas agens (*cf.* NON. 243 AVIEN. orb. terr. 996). *aliter de Caco ignes vomente* VERG. Aen. 8, 257 qua plurimus undam fumus agit nebulaque ... specus aestuat. AETNA 120 *fontes* ex tenui ... agat *hiatus terrae.* CVLEX 149 *unda* levibus ... rivis ... acta liquorum (orta liquorem *cod.*). OV. am. 2, 11, 40 huc agat aestus aquas. epist. 2, 124. fast. 1, 404 rivus agebat aquas. SEN. suas. 1, 4 *mare* quas ad litora undas agat. SEN. Med. 941 flatus maria discordes agunt. Phaedr. 1010. Ag. 214 fluctus ... Simois caede purpureos agens. Thy. 108 *fontium* liquor introrsus actus (dial. 1, 1, 4. *opp.* erumpere). nat. 2, 9, 2 nec ullum aliud tormentum aquam potest mittere aut agere quam spiritus. 3, 27, 10 fluctum retro. 3, 28, 4. 4, 2, 22 acto contra ostia *Nili* mari (*sc. per etesias*). epist. 79, 1 utrum uno ... vento agatur in vertices an omnis tempestas ... mare illud (*fretum Siculum*) contorqueat. CVRT. 3, 1, 5 maiore vi ac mole agentem undas Lycum. 6, 4, 19 in litus mare incumbit longeque agit fluctus. 9, 9, 9 Oceanus ... coepit ... retro flumen urgere; quod primo coercitum, deinde vehementius pulsum maiore impetu adversum agebatur, quam torrentia ... incurrunt. MELA 2, 63. 117 *Alpheus* subter maria ... depressus huc agere alveum (*cf.* VERG. Aen. 3, 695). LVCAN. 5, 619 monstriferos agit unda sinus (*in tempestate*). 9, 323 auster ... a Syrtibus undas. CALP. ecl. 2, 58. PLIN. nat. 2, 166 *aqua* spiritu acta et terrae pondere expressa siphonum modo emicat. 5, 55. 12, 37 *mare* in terram aestus. 6, 163 *Boreas* ab extremo fluctus ... aequore. SIL. 9, 285 unda ... exspirat per saxa sonos atque acta cavernis (*dat.*) torquet anhelantem spumanti vertice pontum. STAT. Theb. 6, 777 praeceps cumulos agit unda minantes in scopulos et fracta redit. CLAVD. carm. min. 26, 40 abruptum flumen hiatus *fontis* agit. PAVL. NOL. epist. 32, 4 vers. 2 fons animarum vivum ... flumen. *aer, venti*: LVCR. 4, 246 *imago* protrudit agitque aera. AETNA 290. 327 *spiritus* veluti siphonibus actus. SEN. nat. 2, 20, 3 impetus fulminis et praemittat spiritus agatque ante se et a tergo trahat ventum. 5, 4, 1 in altum *aera.* 6, 17, 2 *spiritum* in artum. PLIN. nat. 2, 114 solis inpulsu agi *ventos.* 17, 14 *nives* animam terrae ... includunt et conprimunt retroque agunt in vires (virus?) frugum atque radices. SIL. 3, 228. 524. 5, 538 (*ibid.* volvitur). APVL. mund. 9 aer actus in nubem nubilum denset. *pulvis*: OV. Ib. 314 acta noto ... harena. SEN. Ag. 480 *al.* MELA 1, 39 *auster* harenas ... quasi maria. LVCAN. 9, 456 *auster* contorto pulvere nubem in flexum violentus agit; pars plurima terrae tollitur et ... pendet. FRONTIN. strat. 2, 2, 7 *aurae* arenarum et pulveris vertices agerent. SEN. epist. 87, 9 *v. p. 1368, 74.* *transl.* OV. ars 1, 388 dicta rapax per mare ventus agit. *ignis*: LVCR. 5, 523 aer versat agens ignes. *arbores*: OV. met. 2, 184 acta praecipiti pinus borea. *cf.* SVLP. SEV. Mart. 13, 8. AVIAN. fab. 16, 14 totis viribus *ventorum* acta ruis (*quercus*). *sim.* VAL. FL. 6, 633 imber agens scopulos nemorumque operumque ruinas. SEN. dial. 6, 15, 4 ista tempestas (*mors*) ... sine dilectu vastat omnia agitque. **c** *caeli motu ac vicibus*: *aguntur sidera, et per ea dies, nox, anni tempora adducuntur*: ENN. ann. 87 exin candida se radiis dedit acta foras lux (*candida radiis lux i. q. sol*). trag. 179 *v. p. 1382, 70.* VERG. ecl. 8, 17 nascere, praeque diem veniens age, Lucifer. georg. 4, 51 hiemem Sol ... sub terras. 3, 512. HOR. carm. 3, 6, 44 *Sol* amicum tempus agens abeunte curru (*cf.* Hom. Il. 8, 486 ἕλκον νύκτα μέλαιναν). TIB. 1, 4, 20 annus agit certa lucida signa vice. PANEG. Mess. 157 *unda* durata riget *in parte rigida orbis*..., quippe ubi non umquam Titan super egerit ortus (*aliter* MANIL. 1, 827). MANIL. 4, 475 bis denis actis *partibus Chelarum* (5, 504). *cf.* 2, 871. GERM. 19 axis ... immotus ... libratas ... tenet terras et cardine firmo orbem agit. 360 *Andromeda* gaudet ... sub axe ... posita ... boreae vicina legente. auster pristin agit. 463. SEN. Herc. f. 942 quis diem retro fugat agitque in ortus? Thy. 1035 hoc egit diem aversum in ortus. nat. 2, 1, 1 *caelumne* agatur an agat. epist. 88, 15. STAT. Theb. 1, 25 licet ... limes agat stellas. APVL. mund. 1 *caelum* dierum noctiumque curriculis agens stellarum choros. AVIEN. Arat. 1148 caput oraque *sideris* rursum Arcus agit (ARAT. ἀγινεῖ; *cf. p. 1366, 79*; 1146 revehunt). 91 *axem* non ... incumbentis Olympi cursus agit. 1229 pectora liber agit *Cepheus.* orb. terr. 579 nox ... tenebras, *cf.* Arat. 78. FAVON. p. 12, 19. 14, 27 H. CLAVD. 15, 149 medius flagrantis Olympi me (*Africam*) quoque limes agat. VICTORIN. carm. Ies. Chr. 111 regia ... poli (*i. sol oriens*) tum primum lumen agebat ... testata diem. *hinc de lucernis*: PRVD. cath. 5, 27 absentem ... diem lux agit aemula (*i. adducit? an: imitatur?*). SEDVL. carm. pasch. 3, 278 lychnus ... cunctis lumen agit. *de deo tamquam prima causa motus*: SEN. nat. 7, 2, 3 circa nos deus omnia an nos agat. epist. 71, 12 hic rerum omnium contextus, quamvis deo agente ducatur. *cf.* MANIL. 2, 64 vivere mundum et rationis agi motu (*cf.* 3, 540). **d** *aliis causis*: LVCR. 1, 441 per se quodcumque erit, aut faciet quid aut aliis fungi debebit agentibus ipsum. VERG. georg. 2, 130 *sapor felicis mali* auxilium venit ac membris agit atra venena (NON. 243 *ad h. l.* agere: fugare. SERV. auct. Aen. 4, 245 *ad h. l.* excludit ac pellit. SER. SAMM. 839). VEN. FORT. Mart. 1, 153 grave virus agens (*sc. de corpore*) oratio sola fugavit. GRATT. 368 cum vitium causae totis egere latentes corporibus (*i. per corpora*). VERG. georg. 3, 483 ignea venis (*dat.*) omnibus acta sitis ... adduxerat artus. SIL. 2, 461 sedet acta medullis iamdudum ... intima pestis (*i. fames*). **e** *crescendo vel aliis modis, quibus corpora aliquid ex se agunt, i. producunt, faciunt*: radices agere: VARRO rust. 1, 35, 1 egit radicem rosa. 1, 37, 5 OV. rem. 106 *al.* COLVM. 4, 8, 1 *al.* 2, 10, 24 deorsum. 5, 6, 8 altius. PLIN. nat. 16, 127 in profundum. 27, 131 *in incantatione*: scisne, quis hic pullus egerit radices? GAIVS dig. 41, 1, 7, 2 in meum fundum radices. *translate*: VARRO ling. 5, 13 cognatio ... verbi, quae radices egerit extra fines suas. 7, 28 usque ... in Oscam linguam. ap. Non. 133 ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet. CIC. off. 2, 43 vera gloria radices agit ... propagatur (NON. 243 *ad h. l.* agere: porrigere). gemmas, florem *al.*: VARRO rust. 1, 30, 1 antequam gemmas agant ac florescere incipiant (*arbores?* OV. ars 3, 186 *al.* COLVM. 5, 11, 2). SEN. epist. 122, 8 *cacumina.* COLVM. 2, 15, 6 cum secundum florem ... egerit *lupinum.* 5, 6, 23 quo robustiores palmites agat *vitis.* 5, 9, 12 arbor coliculum. 5, 10, 10 folia ... ficus. 5, 12, 4. 12, 56, 3 *napi* antequam caulem agant et cymam faciant. 12, 58, 1 PLIN. nat. 18, 45. 19, 115. MACR. sat. 3, 18, 7 germina atque flores. *sim.* OV. met. 10, 492 ossa *Myrrhae in arborem mutatae* ... robur agunt. *transl.* ITALA Luc. 3, 8 (Aug. serm. ed. Mai 178) agite fructus ... paenitentiae (VVLG. facite). rimas: CIC. Att. 14, 9, 1 tabernae ... duae corruerunt reliquaeque rimas agunt. PRIAP. 63, 2 OV. met. 2, 211 *al.* NVX 68. SEN. benef. 6, 15, 7 domum ... agentem ex imo rimas. COLVM. 1, 6, 13. *aliter de persona*: LVCAN. 6, 728 per ... cavas terrae, quas egit carmine *Erictho*, rimas. *similia*: AETNA 98 secta est omnis humus penitusque cavata ... exiles ... vias agit (*aliter* viam agere *sub II A 1 c*). scintillas, ignem: LVCR. 2, 674 unde *corpora* igne⟨m⟩ iacere et lumen sumittere possint scintillasque agere. LVCAN. 3, 504 lentas ignis agit vires. SIL. 4, 677 agit undique flammas dispersus ripis ignis. AVIEN. Arat. 130. ora 664 in supremos ignem Hyperboreos *stella.* umorem: VERG. Aen. 9, 811 toto corpore sudor liquitur et piceum ... flumen agit. *cf.* SIL. 1, 526 iamque agitur largus per membra fluentia sudor. HOMER. 955 sudor agit rivos. *sim.* OV. met. 7, 551 *cadavera* agunt contagia late.

3 *quae motu carent*: VERG. georg. 3, 87 duplex agitur per lumbos *equi* spina (APVL. Socr. p. 173 Oud.). SEN. Oed. 281 albus arva deserit, caelum petens, clementer acto colle Parnasos. MELA 1, 81 qua dorsum agit *Taurus.* 1, 89 tergum (*urbes?*). 2, 16 latera *Thracia.* 3, 46 *insula* qua terris propior est, paene rectam ripam agit. VAL. FL. 2, 632 *terra* longo ... per aequora dorso litus agit. SIL. 2, 354 polo crescant Alpes astrisque coruscus Apenninus agat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scopulos: per saxa ... est, qui pandat iter. OROS. hist. 1, 2, 67 Aquitanica provincia obliquo cursu Ligeris ... in orbem agitur. MELA 1, 6 *mare litoribus* prope coeuntibus adeo in artum agitur, ut ... pateat. PLIN. nat. 16, 4 vasto ibi meatu ... effusus in immensum agitur oceanus. PHYSIOGN. 21 quorum pupillae oculorum in gyrum aguntur ... uniformiter ... varie. se agere: CIRIS 499 qua se medium capitis discrimen agebat, ... concussit apex ... cristam.

4 *non corporales* (*cf. p. 1368, 63. 1373, 32*): *i. q. abigere, redigere*: SEN. benef. 6, 1, 1 alia (*sc. quae dicturus sum*) detinebo ..., alia expellam et capite agam. clem. 1, 4, 2 casus ... fortunam populi in ruinas aget. PLIN. nat. 16, 8 postquam vires ex publico in privatum agi (magis *al.*) singulisque ... quaeri *coepere*. TAC. Agr. 39 studia fori ... in silentium acta. PAVL. PETR. Mart. 3, 366 nec votum successus agit (*i. abigit*). PORPH. Hor. carm. 1, 12, 37 'prodigi' ... quasi porro ea (*i. bona*) ab se agentes. *adducere, adferre*: VERG. georg. 3, 483 *v. p. 1376, 43.* VAL. FL. 6, 603 *Iasonem* dea Marte secundo inpulit atque novas egit sub pectora vires ... (610) nec sua Crethiden latuit dea vimque recentem sentit agi membris (*dat.*) ac se super agmina tollit. QVINT. inst. 10, 7, 10 *in oratore agente* longe ... praecedat oportet intentio (*sc. in res mox dicendas*) ac prae se res agat. *fere i. q. regere*: VERG. Aen. 9, 720 quo sit fortuna loco, qui casus agat res. CVRT. 5, 11, 10 forte temere humana negotia volvi agique ... ⟨nec⟩ suum ... ordinem ... percurrere. SVET. Tib. 69 cuncta fato agi. ANTHOL. 38, 1 omnia casus agit (HIL. in psalm. 63, 9 fortuitis motibus agi omnia). AVIEN. Arat. 289 lubricum ut aevum sors agat. AVG. civ. 18, 41 p. 318 D. *nota iuncturas*: retro agere *i. irritum facere*: IAVOL. dig. 41, 3, 19 retro acta venditio esset redhibitioni similis. VLP. dig. 24, 1, 11, 2 retro agatur donatio. *al.* (*aliter*: retro agere carmen *v. p. 1398, 55*). *cf.* Ps. QVINT. decl. 12, 9 retro aguntur exsequiae. in orbem agere *sim.* (*cf. supra l. 2 et 5*): VERG. georg. 2, 401 redit agricolis labor actus in orbem atque in se sua per vestigia volvitur annus. PAVL. NOL. carm. 21, 192 acto per orbem circulis anno suis. LVCR. 3, 726 quaerendum videatur et in discrimen agendum, utrum ... an.

se agere, agi *reflexive* (*cf. supra sub 3 et* CIC. nat. deor. 2, 23 omne, quod est calidum ..., cietur et agitur motu suo. SEN. dial. 11, 6, 7): *de vento*: LVCR. 6, 720 *haec flabra* gelidis ab stellis axis aguntur. *de arboribus*: *crescere*: VERG. georg. 2, 363 dum se laetus ad auras palmes agit laxis per purum immissus habenis. Aen. 11, 136 evertunt actas ad sidera pinos. OV. rem. 88 *arbor* in immensum viribus acta suis. *de rebus natantibus et fluentibus*: SEN. Herc. f. 1214 *Symplegadum* saxa ... in caelum expriment actis utrimque rupibus medium mare. *cf.* VAL. FL. 4, 563. SIL. 14, 390 *navis* lento se robore agebat. MELA 2, 79 *Rhodanus* se ... per medium *lacum* integer agens. LVCAN. 4, 428 dum se declivibus undis aestus agat (*i. recedat*). 4, 588 qua se Bagrada lentus agit siccae sulcator harenae. STAT. Theb. 9, 226 magna se mole Ismenos. AVIEN. orb. terr. 1011. MELA 3, 97 Nilum ... actum ... per invia. PLIN. nat. 3, 119 *Padus* urguetur ... aquarum mole et in profundum agitur. VIB. SEQ. geogr. p. 149 Mincius ... agitur ex Benaco. *sim.* PRVD. perist. 13, 10 spiritus ... dei *quasi flumen* ... te caelitus actus irrigavit. *de sideribus labentibus*: SEN. benef. 4, 23, 4 *stellae* obscuro gradu pergunt et per occultum aguntur. nat. 6, 3, 3. 7, 25, 5 *planetae* quando in rectum ferantur, quare agantur retro. *de igne*: PLIN. nat. 37, 36 *solis radios* vehementiores in terram actos. SIL. 10, 557 in auras actus apex *flammae*. *de nubibus*: SEN. nat. 2, 28, 1 non ... ire nubes ..., sed agi magna vi et procellosa. APVL. Socr. p. 143 Oud. *nubes* lanarum velleribus similes aguntur (*cf.* mund. 12 nubes prae se agit). *translate de rebus motu locali carentibus*: *festinare*: PROP. 3, 5, 18 optima mors, Parcae quae venit acta die. *cf.* 3, 7, 30. *mutari*: SEN. nat. 6, 13, 2 utrumque (*frigidum et calidum*) in contrarium agi (*ibid.* in contraria abeunt). epist. 91, 5 in subitas tempestates ... agitur aestiva tranquillitas.

ad I: nota structuram per dativum derectionis (i. q. ad, in aliquem locum) apud poetas: p. 1370, 47. 66. 1371, 18. 1372, 14. 1373, 49. 1375, 69. 1376, 43. 44. 45. 84. 1377, 18.

II *de* **negotio, officio, opere:** *facere, ut aliquid geratur, fiat, actu procedat*: GLOSS. III 3, 29 *al.* πράσσω. II 281, 17 δρῶ. IV 335, 3 egit: gessit. *nota*: VARRO ling. 6, 77 propter similitudinem agendi et faciendi et gerendi quidam error his, qui putant esse unum. potest enim ali⟨quis⟩ quid facere et non agere, ut poeta facit fabulam et non agit, contra actor agit et ⟨non⟩ facit *eqs. cf.* 6, 78 qui quid administrat, cuius opus non exstat, quod sub sensum veniat, ab agitatu ... magis agere quam facere putatur. *hinc agere quid etiam is dicitur, qui non in ipso opere occupatus est, sed cogitatione vel consilio id praeparat (cogitat, studet); cuius significationis sub II A invenies exempla. notandum praeterea, quod verbum interdum sensu eminentiore idem significat quod peragere, perficere, efficere, cf. iuncturas*: nihil ago, multum ago *et sim.* DON. Ter. Hec. 93. *v. sub* agito.

